TECHE UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_1211**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Libri
Scolastici
e
Ascetici

1211



Mss. 1211

Trattati di Morale incompleti.

1211

Meditazione dell'

11

Estratti dalle lezioni accademiche di Filosofia Morale
Di Gio: Giuseppe Cremona Es Generale de Chierici Regolari

confert auxilium, vel quo praevisos ... Hinc ad minus e
praedestinationem ad gloriam in nostra sententia [illegible] merita praevisa, quatenus
nempe merita spectantur in se et formaliter absolute futura.

67 Tertio denique, sententiam de gratuita praedestinatione electorum ad gloriam longe distare tum ab haeresi praedestinatiana, tum ab ea Calvini. Et priori quidem (si revera extitit) quia illa asserebat, Deum non minus ad malum culpae, quam ad malum poenae homines praedestinare praedestinatione eadem certe fatali necessitate, et evertente liberum hominis arbitrium; quae absurda nullo modo colligi possunt ex Catholicorum sententia de gratuita praedestinatione ad gloriam. Imo et ab errore Calvini: Quia et is asserebat, Deum certos homines nulla praevisione demeritorum, et sola sua voluntate creasse ad interitum, praedestinasse ad poenam, et impellere ad peccandum; quosdam vero ita sola sua voluntate praedestinasse ad gloriam et ad media, et haec tamen eis libera non remanerent: Quorum nihil ex nostra sententia sequi manifeste liquet consideranti.

Corollarium.

68 Ex hactenus dictis de praedest. maxime ad gloriam illud colliges velim, haec quae sunt Scholarum propria, et utiliter a theologis disputantur, non esse tamen populo in concionibus proponenda. Rudes enim in ejusmodi quaestionibus facilius [illegible], quam solutionis vim percipiunt. Hinc frequentius nocent quam prosint = Praedestinatio, ait Aug. l. de don. persev. c. 22, non ita populis

praedicanda est, ut apud imperitos vel tardioris intelligentiae multitudinem redargui quodammodo ipsa sua praedicatione videatur; sicut redargui videtur et praescientia Dei, quam certe negare non possumus, si dicatur hominibus, sive curratis, sive dormiatis, quod vos praescivit, qui falli non potest, hoc eritis. Dolosi autem vel imperiti medici est etiam utile medicamentum sic alligare, ut aut non prosit, aut noceat. = Et c. 16 praemiserat = Facile est et verum et utile, ut taceatur aliquid verum propter incapaces, maxime si timendum inde sit, ne pejores faciamus eos, qui non intelligunt, dum volumus eos, qui intelligunt facere doctiores = Praenoverant Scripturae Prov. 11. v. [illegible] = Sapientes abscondunt scientiam =, ubi nempe loqui periculosum est, aut inutile. Quod confirmatur recenti facto. Anno 1549, dum per quadragesimam conciones haberet in collegiata utinensi (nunc Cathedrali et Metropolitana) P. Leonardus utinensis inclyti ord. Praed., e suggestu circa praedestinationem ante merita absolute praecisam, inter caetera, duas propositiones protulit, quarum prima, referente Berti, fuit, = Praedestinatus nullo modo damnari potest = Altera vero = Praedestinatio in voluntate et arbitrio nostro non est = Cum haec male a populo exciperentur, Vicarius Patriarchae utinensis data ad Jo. Grimanum epistola, Leonardum ut haereticum accusavit. Verum Patriarcha Concionatoris defensionem suscepit, ac propterea ipse quoque tamquam haeresis suspectus ad S. Inquisitionis ~~suspectus~~ tribunal delatus est. Eo tandem res processit, ut, commota non modo civitate utinensi, sed

Meditazione dell'

Estratti dalle lezioni accademiche di Filosofia Morale
Di Gio: Giuseppe Cremona Ex Generale de Chierici Regolari

Diœcesi eâ, imo tota ferè Europa, delata è ad Concil. Trid. epistola Grimani ad suum Vicarium Dnte in favorem Concionatoris simul cum apologia, quæ diligenter discussa fuit p. ab Patres a Concil. designatos, qui Archiepiscopi, Episcopi, et Theologi erant. Atq. a crimine et suspicione hæresis immunis declarata fuit die 17 Julij an. 1563 his verbis = Dni nri J. Xti nõie invocato, solum Deum præ oculis habentes, et de aliorum in Theologia peritorum consilio et assensu, judicamus, attestamur, et pronuntiamus, literas Jo: Grimani Patriarc. Aquilejen. cum apologia junctas n. ee hæreticas, seu de hæresi suspectas, neq. sic declaratas ee scandalosas: n. tn divulgatas fuisse nullo difficilia minus accuratè in iis tractata et explicata = Subinde Summus Pont. Pius IV n. modo Patriarcam in gratiam recepit, sed eû Galero et Purpura Cardinalitia eum ornare decreverat, quæ tn Grimanus noster accusatus de amicitia cum hæreticis, consequi nunquam potuit. Res fuse enarrat Pallavicinus in hist. Concil. Trid. l. 21 et 22. Simile quid contigit Augto Musso [illegible] Ord. Augustinianorum, viro cæteroquin doctissimo, prout refert Fontes Berti: Missis igitur subtilioribus quæstionibus quæ inter scholasticos agitantur, item abstrusioribus illis, quibus popularia ingenia commoveri solent, ac perturbari, veritates Evangelicæ populis sunt prædicandæ, ita ut si de Prædestinatione Dei sermo inciderit, laudetur quidem summa Dei erga electos benevolentia et beneficentia, taceantur tamen, quæ perturbationem possunt afferre.

Articulus 5

De proprietatibus et effectibus Prædestinationis.

69 Quæres 1. quæ sint proprietates prædestinationis? R. do tres esse, ejus certitudinem, concordiam cum libertate, et definitum prædestinatorum numerum. Prima nempe certitudo prædestinationis, et immutabilitas colligitur ex S. Litteris. Nam Joan. 10 Christus loquens de ovibus suis, scilicet electis, ait = non peribunt in æternum, et non rapiet eas quisquam de manu mea =. Et S. Aug. l. de cor. et Grat. c. 7. de prædestinatis ait = Horum si quisquam perit, fallitur Deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus. Horum si quisquam perit, vitio humano ~~fallitur~~ Deus vincitur; sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus =. Hoc idem manifeste evincit ratio Theologica, quam innuit præfatus S. Doct. Prædestinatio quippe est actus Divini intellectus et voluntatis, at Deus certissime omnia novit, et quæcumque voluit, fecit. Hinc infertur certitudinem et infallibilitatem prædestinationis oriri tum ex præscientia, tum ex decreto Dei. Ex præscientia quidem, quæ decretum antecedit et dirigit, quæcumque tandem ea sit, sive scientia visionis, sive simplicis intelligentiæ, sive etiam scientia media.

70 Quantum vero spectat ad ejusdem prædestinationis concordiam cum libertate, hæc pariter est de fide. Duo enim hæc fide certa sunt et inconcussa, hominem scilicet liberum esse, quem Deus reliquit in manu consilii sui, ut habetur Eccl. 15 v. 14, et Deum aliquos prædestinare, qui bonis operibus suis ex Gratia provenientibus gloria

Meditazione dell'

Cavate dalle [illegible] accademiche di [illegible] Morale
D. Gio: Giuseppe Cremona [illegible] Generale de Chierici Regolari

merentur praedestinatio non ita certa est, quod praedestinatus necessitatem imponat praedestinatio certitudine et infallibiliter consequitur suum effectum, nec tamen necessitatem imponit =, ait S. Th. 1. p. q. 23. a. 6. = Et Concil. Trid. sess. 6. c. 5. et can. 4 Catholicum illud dogma statuit, ac confirmat = tangente Deo cor hominis per Spiritus S. illuminationem (ait c. 5.) neque homo ipse nihil omnino agit inspirationem illam recipiens, quippe qui et illam abjicere potest = Et can. 4 = Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti = neque posse dissentire, si velit, anathema sit =

71 Denique quantum ad numerum praedestinatorum Deo certum ac determinatum, ita necessario sequitur ex certitudine et immutabilitate praedestinationis, ut nova non indigeat probatione. Unde Luc. 10. v. 20. Christus ait = Nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in Caelis =

72 Ob. contra certit. et infallibilit. praedestinationis. Praedestinatio idem est ac liber vitae; atqui liber vitae non est omnino immutabilis, nam Exod. 32. v. 32 dicebat Moyses = Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti = David Psal. 68. v. 29. = Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur = Joan. 17 v. 12 = Quos dedisti mihi, custodivi et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis = Denique 2 Pet. 1 v. 10 = Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem et electionem faciatis =, ergo ra-

ta et fixa non videtur esse praedestinatio. Accedit et illud, quod Augustinianus prologuium appellat Beati = Si non es praedestinatus, fac ut praedestineris =. Et S. Aug. ser. 101 de temp. ait = Utinam tam cito peccator homo respiciat ad poenitentiam, quam cito Deus vult definitam mutare sententiam =. Ecclesia pariter orat, ut liber vitae praedestinatorum nomina adscripta retineat, etc.

75 Ad 2m, nego min. Nam Moyses postulavit deleri non quidem de numero praedestinatorum, quod absolute fieri non posse et ipse probe noverat; sed de numero viventium. Sua quippe vita temporali in salutem spiritualem populi israelitici, non sua aeterna deponere paratus erat: = Obsecro, ajebat Num. 11. v. 15, ut interficias me et inveniam gratiam in oculis tuis =. Loquitur hoc, non illud, exegerat vehementi Charitas ordinata. Sin vero de praedestinatione verba Moysis interpretari volueris, per hyperbolen, seu per quandam exagerationem, ut propensionem suam in populi Dei salutem significaret, dixisse censendus est, dele me de libro tuo, sub ista tacita conditione, si fieri posset: Sicut dicebat Apostolus Rom. 9. v. 3 = Optabam ipse anathema esse pro fratribus meis = Dixit hoc ut non optando, sed solum pronunciando illud protulit adversus [illegible] [illegible] ut nempe significaret tantummodo poenam ipsis imminentem. Judas dicit Apostolus, non erat de numero praedestinatorum, sed ex propria malitia [illegible] sua perditionis, quae rupta periit. S. Petrus illud solum significat, Judam

Meditazione dell'

Estratti dalle [illegible] accademiche di [illegible] Morale
Di Gio. Giuseppe Cremona [illegible] Generale de Chierici Regolari

nonē, quæ Deo certissima ē, nobis certa ēē n̄ põe, nisi ex bonis operibus

Proloquiū illud vulgare = Si n̄ es prædestinatus fac, ut prædestineris = inter Augustiniana scripta n̄ inveniri, teste Berti, plures affirmant, et videtr derivatū ex consimili sentēa S. Augi, quod habet tract. 26 in Joan. = Si n̄ traheris, ora, ut traharis = Sermonē quoq; 102 de temp. n̄ ēē ejus Augi, scribit Estius. At dato utrumq. ēē genuinū, minimè significare pt mutabilitā prædestinonis, quā idē aperte ac frequēter immutabilē ēē docet Augs. Quare aut de signis prædestinonis, ut dictū ē ad testiū S. Petri, aut de alio effectu interno dio hæc st intelligenda. Hæc eadē resp: ē ad illud Eccles. Hæc fusius Berti.

74 Ob cont. prædestinonis concordiā cū libertate. Si prædestinonis decretū ē ōino immutabile, quomodo stabit libertas creata operandi bonū et malū, et adeō consequendi vitā æternā, vel æternā damnatōnē? Hæc sanè contradictionē implicant, ergo Rndo, sæpè dictū ēē, standū S. Literis, quæ utrumq. aperte nos docent, licèt modū hujus concordiæ nec exponere, nec percipere possemus. Verū qui prædestinōnē sustinent post merita absolutè prævisa, facile suadent, prædestinōnē n̄ officere libertati, quoniā libertatis exercitiū ordine scientiæ Dei, cui nota st ōia, ēēs ante quā fiant, subsequitur. Qui vō illā defendunt ante merita absolutè prævisa dicunt quidē, eā præcedere libertatis exercitiū, n̄ tn̄ eodem ordine

executionis, sed praecise sub ordine intentionis, ita ut praedestinet quis Deus aliquos ad gloriam ante merita absolute praevisa, ut conferendam tamen ~~post merita~~ post illa.

75 Quaeres 2°, an eam hominibus ipsis, dum mortales sunt, certa esse possit praedestinatio? R. neminem omnino in hac mortali vita constitutum absque speciali Dei revelatione habere posse absolutam et infallibilem suae praedestinationis certitudinem = Si quis magnum illud usque in finem perseverantiae donum (ait Trid. sess. 6 can. 16) se certo habiturum absoluta et infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit, anathema sit =. Et cap. 12 dixerat = Nemo, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinae praedestinationis mysterio usque adeo praesumere debet, ut certo statuat, se omnino esse in numero praedestinatorum, quasi verum esset, quod justificatus aut amplius peccare non possit, aut si peccaverit, certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali revelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit =. Probant Scripturae multis in locis, ut Eccles. c. 9 v. 1 = Nescit homo, utrum odio, an amore dignus sit, sed omnia in futurum servantur incerta =.

76 Quaeres 3°, num saltem aliqua praedestinationis signa habere possint in hac vita mortales? R. affirmative. Primo est hujusmodi signum a sensuum illecebrarum, mundique voluptatum renunciatio. Deus quippe, qui fidelis est in omnibus verbis suis, certissime, ait, vitam aeternam

Meditazione dell'

Cavati dalle [illegible] accademiche di [illegible] Morale
Di Gio. Giuseppe Cremona [illegible] Generale de Chierici Regolari

promisit = Si quis reliquerit domum, vel fratres &c. = Mat. 19 v. 29, hoc è, si quis mundi voluptates propter Deum reliquerit. 2do, patienter perferre injurias et persecutiones propter justitiam, ut loquitur idem Evangelista, cap. 5 v. 10, et Xpus ipse, a quo praedestinati sumus [illegible], ait [illegible] 3tium, diligere inimicos = Diligite inimicos vestros, et benefacite iis, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri = Mat. 5 v. 44 et 45. 4to, humilitas animi non ficta, sed vera = Non habitabit in medio domus meae qui facit superbiam = Psal. 100 v. 7. Ut Luc. 12 pusillus grex appellantur praedestinati non modo propter numeri paucitatem, sed etiam propter animi humilitatem. Quinto Ardens in Deum et in proximum charitas, de qua Rom. 8 v. 14 dicitur = Quicumque spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei = Ex hac oritur ea praeceptorum observantia, de qua Joan. 14 v. 15 dicit Xpus = Si diligitis me, mandata mea servate = Sexto. Libenter audire verbum Dei = Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis = Joan. 8 v. 47. Alter praedestinationis signum illud etiam recensetur, quod est rerum spiritualium lectione delectari, et majorum exhortationibus acquiescere. Septimum. Confidere in Dno = Beatus vir, cujus est nomen Dni spes ejus = Psal. 39 v. 5. Octavum. Specialis erga Deiparam cultus et Devotio. De illa siquidem [illegible] illud expon. = Qui me invenerit, inveniet vitam, et hauriet salutem a Dno = Prov. 8 v. 35. Postremum est sollicitudo in vitandis peccati periculis, [illegible]

p̃ceptorũ, studiũ placandi Deũ, Sacramtorũ frequẽtia integritas morũ, puritas mentis, frequens consciẽæ examen, firmũ proposi: tũ pseverandi in bono usq in fine, summa in reddendis vitiis fide: litas, et futuri judicii sine desperaõne formido. Ad hæc a⁰ et alia multa revocant; quæ recensent DD.

77 Quæres 4, quisnã sit prædestinatorũ numerus, nũ mr aut mr numero reprobor̃? Rdo 1, sicut nemo scire pt absq speciali Dei revelatione se prædestinatũ eẽ, ita nemini eẽ notũ prædes: tinatorũ numerũ, sed soli Deo cognitũ. Unde in Dnicã Quadra: gesimæ precat Ecclẽa = Deus, cui soli cognitus ẽ numerus electo: rũ in superna felicitate locandus = S. Th. 1. p. q. 23. ar. 7 in o ait = De numero õiũ prædestinatorũ hoĩũ quis sit? Dicunt qui: dã, qd tot ex hoĩbus salvabunt, quot Angeli ceciderunt. Quidam vo, qd tot salvabunt, quot Angeli remanserunt. Quidã vo, qd tot ex hoĩbus salvabunt quot Angeli ceciderunt, et insuper tot, quot fuerunt Angeli creati. Sed melius dicit, qd soli Deo ẽ cognitus nu: merus electorũ in superna felicitate locandus = Veniã eã ẽ hoĩu curiositas, vel cũ certo scire id nõ pt, saltẽ divinare velint. Propte: rea

78 Rdo 2, nulla facta comparaõne, magnũ eẽ electorũ nu: merũ = Vidi turbã magnã, ait Joan. Apoc. 7. v. 9, quã dinumerare

Meditazione dell'

Cavate dalle lezioni accademiche di Filosofia Morale
di Gio: Giuseppe Cremona C.s Generale de Chierici Regolari [?]

nemo poterat ex omnibus Gentibus et Tribubus et Populis et linguis, stantes ante thronum, et in conspectu agni, amicti stolis albis, et palmae in manibus eorum =.

79 :. Rdo 3 = in comparatione pereuntium pauci sunt, qui salvantur = verba sunt S. Augustini l. 2 op. imperfec. contra Jul. c. 142. Suadetque auctoritas scripturae Math. 7. v. 13 et 14 sequentibus = lata et spatiosa è via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam. Angusta è porta, quae ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam =. Luc. 13 v. 24 cuidam Christum interroganti = Domine, si pauci sunt qui salvantur? = Respondit Christus = Contendite intrare per angustam portam: Quia multi, dico vobis, quaerent intrare, et non poterunt =. Rursus Mat. 20 v. 16 = Multi sunt vocati, pauci vero electi =. Comparantur eam praedestinati ab Is. c. 17 et 24 spicis, quae post messem in agro remanent, et racemis remanentibus in palmite post vindemiam. Consentiunt PP., quos infra referemus. Accedit ratio. Triplex distinguitur hominum status, videlicet naturae, legis, et gratiae. In primo qui fuit ab Adam usque ad Moysem tanta erat malitia hominum in terra, ut Deum poenituerit, quod hominem fecisset, et aquis diluvii fere omnem carnem perdiderit, ut narrat Genesis historia. Secundo decursu item grassata iniquitas, idolorum cultus, et a freno licet Legem scriptam Judaei sibi habuerunt, et ex his admodum pauci illam servaverunt = Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non è qui faciat

bonum, non est usque ad unum = ait David in Psalmis. Quid vero dicam de statu
hujus aevi? Maior pars est ethnicorum, et haereticorum. Africa tota, pars
tertia terrarum Europae, dispersi in ceteris mundi partibus tamquam
fructiferae arbusculae in sylva. Facta ergo comparatione electorum
cum universa reproborum multitudine, tam infidelium et haereticorum, pauci
sunt, qui salvantur.

80 At formidandum, ne tam ex populo Dei maior pars pereat.
Plures quidem Theologi tenent hanc esse sententiam, maiorem inter Catholicos numerum esse
electorum. Tum quia ex parte Dei superexaltat misericordia judi-
cium, tum quia plures admodum infantes decedunt ante usum rationis, post
receptum Baptismum, plurimi adulti sacramentis Ecclesiae rite su-
sceptis, plures tam sunt utriusque sexus Christiani vel grandaevi, ex quibus plures
salvari merito censendum est. His turbam magnam addit Marinus ex
pauperibus et agricolis, qui diu noctuque laborantes solo victu ac ve-
stitu contenti sunt. Hanc sententiam tenent Sylvester, Suarez, Granado,
et alii. Verum opposita sententia est communior, et forte probabilior. Etenim
in Ecclesia Christi sunt mundani, Clerici, Fratres, et Monachi. Mundani
ad primos = Crebro pauci sunt, qui mala fugiunt, quid est aliud orbis
coetus Christianorum, quam sentina vitiorum = ait s. Jo. de Vita Christiana
De Clericis nihil, ob ecclesiastici ordinis reverentiam. De Monachis ait S. Petrus
in ep. ad Guilelmum = Quis in principio iste ordo coepit monasticus, ad

Osservazioni dalle [illegible] accademiche di [illegible] Morale
Di D. Giuseppe Cremona ... Generale de Chierici Regolari

tantas credidistis vestras monachos devenire. Oh quam distamus ab iis, qui in diebus Antonii extiterunt Monachi. Sic Macarius vixit. Sic Basilius docuit. Sic Antonius instituit. = addit Berti Sic Aug. praecepit. Sententia haec conformior est PP., e quibus plures, ut Aug. Chrysostomus, et alii eam formidabilem dicunt sententiam Multi sunt vocati, pauci vero electi eam in solis Fidelibus totam exponunt. Quid si Catholicorum omnium mores cum Evangelio comparemus, pauci admodum sunt, qui illius leges licet minimas observare videant. = Quot sunt illi ait Aug. in Ps. 48, qui videantur observare praecepta Dei? Vix invenitur unus vel duo, aut paucissimi. ipsos solos liberaturus est Deus, et caeteros damnaturus =. Et m. Greg. hom. 19 in Ev. = Ad fidem multi veniunt, sed ad Caelestia regna pauci perveniunt = Chrysostomus ad Populum Antiochenum sic compellat = Quot putatis esse in civitate nostra, qui salvi fiant? Non est in tot millibus centum invenire qui salventur. Quin et de his dubito = Quod ex depravatis in quolibet hominum genere morbus diuturnus ... demonstrat Nec fidendum poenitentiae juxta consuetudinem impiorum in finem vitae reservatae = Hoc teneo, hoc multiplici experientia didici, quod ei non est bonus finis, cui mala semper fuit vita = ait S. Hier. apud Euseb. et S. Aug. lib. de vera et falsa poenit. ait = Multos solet serotina poenitentia decipere ... periculosissimum est, et interitu vicinum ad mortem protrahere poenitentiam = Propterea alias SS. PP. hac super re terribiles sententias

timendum ergo; quod in morte S. Bernardi accidisse refert Cornel. a Lap. in cap. 4 Num. narrat videlicet, Eremitam quemdam mortuum Episcopo Lingonensi apparuisse, eique dixisse, ex 30 hominum millibus, qui eadem hora obierant, se solum cum S. Bernardo in caelum intrasse, tres ad Purgatorium missos, reliquos omnes in infernum praecipitatos fuisse. = Intelligite haec, qui obliviscimini Deum = Psal. 49. v. 22.

41 Quaeres ulterius, qui et quot sint praedestinationis effectus.

Respondeo praedestinationis effectus esse ea omnia, quae Deus ex speciali benevolentiae affectu, quae in praedestinatione eluxit, vult et decernit praedestinatis, sive haec ad Beatitudinem conferant per modum meriti, ejusve principii, sive per modum occasionis, sive per modum removentis prohibens, sive alio modo. Tria quaeque requirunt et sufficiunt, ut aliquid vere dicatur praedestinationis effectus. Primo, ut sit a Deo praedestinationis auctore. Secundo, ut aliquo modo conferat ad salutem. Tertio, ut sit ex meritis Christi = non est aliud sub caelo nomen, in quo oporteat nos salvos fieri =. Atque haec omnia colliguntur ex idea praedestinationis ab August. tradita.

42 Hujusmodi vero effectus primo alii sunt supernaturales, secundo, alii naturales, non quidem se, sed ratione divinae ordinationis ad ordinem supernaturalem pertinent. Tertio, mala poenae, et ipsa etiam permissio peccati computantur inter effectus praedestinationis, non quidem per se, seu ratione sui, sed per accidens, seu ratione subsequentis bonorum, quae Deus ex sua misericordia et virtute

Meditazione dell'

Cavati dalli [illegible] accademiche di [illegible] Morale
D. Gio. Giuseppe Cremona [illegible] de [illegible] Regolari

novit ex illis errare. Ad tria autem capita ab Aplo revocant omnes ejusmodi
effectus, ad vocationem, ad justificationem, et ad glorificationem = Quos autem
praedestinavit (ait) hos et vocavit ... justificavit ... et glorificavit =.
Ad vocationem internam, quae fit per excitantem gratiam, seu praevenientem,
revocari debent omnia signa externa, quae Deus confert ad promoven=
dam internam vocationem, e.g. miracula, praedicatio Evangelii, bona aliorum
exempla, morbi, calamitates &c., item motus Fidei, Spei, et Charitatis
ac contritionis, quibus nos ipsi videt et cooperatur gratiae excitanti et vocanti.
Ad justificationem revocantur omnia dona gratiae, quae illam consequuntur usque in
finem vitae, cujusmodi sunt auxilia gratiae actualis, opera meritoria, augmentum
gratiae, donum finalis perseverantiae. Inter autem opera meritoria mortificantur per tot
sequentia peccata mortalia non habent rationem effectus praedestinationis, nisi qua=
tenus per poenitentiam reviviscunt. Deinde remotio et fuga omnium occasionum
in quibus nisi a Deo removerentur, succumberet humana fragilitas:
Id certe veri beneficii rationem habet, licet ab hominibus parum aut nihil
[illegible] = Adulter non fuisti, ait S. Aug. ser. 99, aliquem nos intervenio in
illa vita praeterita ... haec tibi dicit Deus tuus. Regebam te mihi, ser=
vabam te mihi ut adulterium non committeres suasor defuit, ut suasor
deesset, ego feci. Locus et tempus defuit, ut et haec deessent, ego terrui. A=
gnosce ergo gratiam ejus, cui debes et quod non admisisti = (Oh saxea pecto=
rum tigna!) Denique quod spectat ad permissionem peccati, haec quoque licet [illegible]

rotius videatur avertere a Deo, quam ducere ad illum, tamen potest esse effectus prae=
destinationis, nimirum scilicet bonorum, quae Deus ex tali permissione vult elicere:
Quia Deo sic ordinante ac providente, qui lapsi sunt, cautiores, ferven=
tiores, et humiliores resurgunt. Audiatur S. Aug. l. de cor. et gr. cap. 9
= Quorum Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum: usque adeo prorsus
sus omnia, ut etiam, si qui eorum deviant, et exorbitant, etiam hoc ipsum eis
faciat proficere in bonum; quia humiliores redeunt, atque doctiores. Dis=
cunt enim in ipsa via iusta cum tremore se exultare debere, non sibi ar=
rogando tamquam de sua virtute fiduciam permanendi =. Idem eiusdem
confirmat et verbis Davidis, et exemplo S. Petri. Damus l. 14 de Civ.
Dei c. 13 = Audeo dicere, ait, superbis esse utile cadere in aliquod apertum
manifestumque peccatum, unde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ce=
ciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando flevit, quam sibi pla=
cuit, quando praesumpsit. Hoc dicit et sacer Psalmus, imple facies eo=
rum ignominia, et quaerent nomen tuum Domine, id est ut tu eis placeas
quaerentibus nomen tuum, qui sibi placuerunt quaerendo suum =.

Articulus 2

De Reprobatione

43 Quoniam destinatio est in malam partem, hoc est in ordine ad ruinam
fit non adeo frequens usurpari consuevit, praeterea sub hoc vocabulo ca=
eam de reprobatione agere visum est. Reprobatio est, quatenus opponitur

Meditazione dell'

Osservazioni dalle lezioni accademiche di Filosofia Morale
Di Gio: Giuseppe Cremona ... Generale de' Chierici Regolari

destinari ad vitam et gloriam definiri potest = Ratio in Deo existens aut volunte ~~mittendi~~ emittendi peccatorem finale, utrumque aeterna pena puniendi = Sive cum Magistro sententiarum = Praescientia iniquitatis quorumdam et praeparatio damnationis eorumdem = Vel cum D. Th. est ita describi = Quaedam voluntas ... permittendi aliquem cadere in culpam, et inferendi damnationis poenam pro culpa = Sed strictae sumatur, seu quatenus praesupponit electionem ad gloriam, et ut exclusio a Regno coelorum, ac damnatio ad pena aeterna, est = iudicium quo Deus finaliter iudicat aliquem pena aeterna dignum, ... voluntas et decretum quo eum aeternis adicit suppliciis =

64 Reprobatio ... modo sumpta dividitur in positivam et negativam ... attributum ... efficax decretum quo Deus ... destinat ad penam aeternam. Haec ... est ... Quidam ... ut ... et ... reprobationem negativam ... actum positivum ... voluntatis quo Deus ... excludit a gloria. Hanc sententiam ... sunt ... quae reprobationem exhibent ut quid positivum = ... = ... quae ... Reprobationem ... actum Providentiae Dei ... quia ex sola negatione electionis ... intelligibiliter pena aeterna, quae ... ex reprobatione ... modo sumpta ... actu ... negatio ... Deus ... Deo ... Deus ... quia ... et Angeli ... reprobationem

negativam esse puram omissionem praedestinationis, et videat in Scripturis aliquando repro-
bationem exponi pro actu positivo, cum nempe de reprobatione positiva, ut
in adducto exemplo, sermo est; aliquando vero, cum nempe de negativa sermo ha-
betur, pro termino negativo, ut fit Matth. 25 per illa verba = Nescio vos =
S. Thomas reprobationem ad providentiam pertinere, et ostendere, utrum sit
actus vel pura omissio, = cum per Divinam providentiam, ait, homines in vitam aeternam
ordinentur, pertinet etiam ad Divinam providentiam, ut permittat aliquos ab isto
fine deficere. Et hoc dicitur reprobare = Ubi verbum illud permittit omissio-
nem potius, quam actum significare videtur. Et ad 1 = In quantum Deus ali-
quibus non vult hoc bonum, quod est vita aeterna, dicitur eos habere odio, et re-
probare = Ex ista reprobatione positiva homini [illegible] regni aeterni,
cum ea sola dicat [illegible] ad aeternam [illegible] neque [illegible] relationem
et exclusionem a Regno Caelorum, neque puram omissionem praedestinationis, si consi-
deretur ex parte termini, seu [illegible] aliquid [illegible] Deo intrin-
secum, sed solam [illegible] terminorum contingentem Deo extrinsecam, ut patet ex di-
ctis in quaest.: utrum in Deo possibilis sit pura omissio libera. Tandem re-
probationem dici solum posse de Creaturis existentibus in aliqua temporis diffe-
rentia, cum prius sit Creaturas existere, quam reprobari. Unde sequi-
tur, homines et Angelos tantum possibiles nulla ratione dici posse a
Deo reprobatos. His praemissis, hac super re statuimus sequentes con-
clusiones.

Concl.

Meditazione dell'

Estratti dalle [illegible] accademiche di [illegible] Morale
di Gio: Giuseppe Cremona [illegible] Generale de [illegible] Regolari

[illegible] Conclusio

Datur in Deo reprobatio positiva, quae in praescientia
provisionis facta est post demerita absolute
praevisa.

Probatur 1 per rationem probatur positiva est absoluta et efficax Dei volun-
tas damnandi supplicio aeterno omnes qui moriuntur in statu peccati mortalis;
atqui in Deo est hujusmodi voluntas: omnes quippe, qui in statu peccati
mortalis ex hac vita decedunt, aeternis addicuntur suppliciis; ergo Deus ab
aeterno voluit eos addicere, cum quidquid in tempore Deus facit, se facturum
ab aeterno decreverit, sicut exigit essentialis ejus voluntatis immutabilitas.

Nota vero non est contra Calvinum asserentem, quosdam ad vitam aeternam
[illegible] ad aeterna supplicia absolute et efficaciter fuisse a Deo prae-
destinatos ab aeterno, et ante ad cujusque seu originalis, seu personalis
peccati absolute libere praevisionem; ita ut hi poenitentiam quamvis vere
agendi, aut isti vero male agendi necessitatem [illegible], et inevitabiliter [illegible]
[illegible]. Probatur 2 ex Scriptura. Sap. cap. 11 v. 25 legitur = Diligis omnia
quae sunt, et nihil odisti eorum, quae fecisti = Quod sane exponi nequit in
sententia Calvini [illegible], quosdam in interitum a Deo conditos esse.
Deinde Oseae 13 v 9 = Perditio tua ex te, Israel, tantummodo in me
auxilium tuum = Jacob 1 v 13 = Nemo cum tentatur, dicat, quoniam a Deo
tentatur: Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat = Denique

Matt. 25 Xtus in die judicii reprobis dicturus refertur = ite maledicti in ignem æternum . esurivi enim, et non dedistis mihi manducare = His accedunt definitiones Conciliorum. Arausicanum celebratum an. 529 canone 25 ita decernit = aliquos ad malum divina potestate esse prædestinatos non solum non credimus, sed etiam si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus = Synodus etiam Valentina habita in causa Gotheschalchi an. 855 can. 3 = in electione tamen salvandorum misericordiam præcedere meritum bonum; in damnatione vero pereuntium meritum malum præcedere justum Dei judicium = Concil. Trid. quoque hanc hæresim profligavit sess. 6. can. 6. et 17, in quo hæc habet = Si quis dixerit, reliquos omnes qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, utpote divina potestate prædestinatos ad malum anathema sit = Deus cum bonæ manifeste rejicit, nec voluntas damnandi ante culpam, licet peccati in solute vitium aversionem, quam tradebat Arnaud. Repugnat enim non solo divinæ Bonitati, ac voluntati sinceræ salvandi omnes homines, quam Scriptura et traditio docent, sed etiam justitiæ. Siculi enim injusta est inflictio pœnæ sine justa causa, quæ sola culpa est; ita quoque injusta est voluntas damnandi et affligendi pœnis æternis absque justa causa, nempe culpa gravi = Deus pœna, si justa est peccati pœna est, et supplicium vocatur = ait S. Aug. l. 3 de lib. arb. c. 18. et l. 3 contra Jul. c. 18 = Bonus est Deus, justus est Deus. Potest aliquos sine bonis meritis liberare quia bonus est, non potest quenquam sine malis meritis damnare quia justus est =

Meditazione dell'

Osservazioni dalle lezioni accademiche di [illegible] Morale
di Gio. Giuseppe Cremona [illegible] de Scienza [illegible]

86 Colliges maximum discrimen, quod intercedit inter sententiam Calvi-
ni de reprobatione ante cujusvis peccati seu originalis seu personalis
praevisione, et quorumdam Catholicorum opinionem, inter quos Arriaga,
Izquierdo, Luber, et alii. Ille siquidem ita statuit ejusmodi reprobationem
ante quodlibet demeritum absolute praevisum, ut nec necessario condemnato-
rum ei praeducere dixerit. Hinc juxta Calvinum circa reprobos haec prae-
stat Deus. Primo negat illis fidem et omnem gratiam. [illegible] compellit et necessitat ad
peccandum. [illegible] misere decepit et illudit, simulando velle se illos adjuvare
cum tamen velit eos pervertere contra apertam SS. [illegible] fatentium, reprobationem
[illegible] in aeterna Providentia habere causam ex parte ipsorum reproborum, idest
peccatum mortale absolute praevisum, atque post hanc rationem tantummodo
rectam esse. [illegible], statuant [illegible] absolutam ante demerita absolute prae-
visa, [illegible] reprobationis decreto dicunt requirere necessario decursum [illegible]
media de demeritis conditionate futuris, cujus ratione servari contendunt etiam
reprobis libertatem bene aut male agendi, et ex parte Dei omnia, quae decent Dei
bonitate, sanctitate, et justitia, nec non voluntatem illam antecedentem sinceram, quae habet
[illegible] omnes salvos [illegible] cum [illegible] tempus non liceat in ejusmodi quaestionibus
se [illegible] immorari, satis est innuisse discrimen inter hanc Catholicorum
opinionem, et errorem Calvini.

87 Conclusio 1a

Quamvis reprobatio negativa sumpta pro sola omissione

prædestinationis ad quandam gloriam sit ante bene-

vita absolute prævisa, sit tamen acquirenda

pro exclusione positiva a regno cælorum, non est nisi

post prævisionem peccati saltem origin.

Prima pars constat ex iis quæ dicta sunt de prædest. ad gloriam ante merita

absolute prævisa. Si enim ante absolutam meritorum prævisionem quosdam solum

ad gloriam prædestinat, eo ipso et in eodem signo habet omnibus prædestinationis

actionem ad gloriam; sed omissio prædestinationis est reprobatio negativa in sensu

nostræ conclusionis et aliorum mediorum; ergo.

Altera vero pars, quæ est de reprobatione negativa sumpta tamen, ut sequuntur

quidam thomistæ, pro exclusione positiva a gloria æterna, facile con-

stat ex dictis de reprob. positiva, cum enim hæc, licet negativa dicatur, revera

sit positiva exclusio a regno cælorum quæ sine culpa saltem originali ha-

bita non est, ut non obscure innuit August. in locis supra citatis. Neg. hoc

de dici est de pura omissione prædestinationis. Hæc enim formaliter neque est

prædestinatio neque reprobatio, sed negatio ad utramque; licet excludat præde-

stinationem a suo signo, non excludit tamen a signo sequenti, in quo est conferre et

auxilium, tum in ... efficax, et gloriam tamquam coronam. Quare cum

reprobatio negativa sumpta pro sola omissione prædestinationis nullam sui

causam exigat, nisi purum Dei beneplacitum; tamen positiva exclusio a gloria

nequit habere aliam sufficientem causam ex parte reprobandi.

Meditazione dell'

Curati dalle ... accademiche di [illegible] Morale
Di Gio: Giuseppe Cremona ... Generale de Chierici Regolari

Objectiones et Solutiones

88 Ob. 1. contra 1. concl. ut probes etiam positivam reprobationem
esse ante merita absolute praevisa: Apostolus Rom. 9. v. 11. et 14. non minus a
reprobatione demerita, quam merita a praedestinatione excludit, et utramque repe-
tit ex mero Dei beneplacito. Nam de Jacob et Esau, quorum ille praedestina-
torum, hic reproborum figuram gerebat, ait = Cum nondum nati fuissent, aut a-
liquid boni egissent aut mali.... non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei
quia major serviet minori, sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esau autem odio habui =
Cum autem sibi objecisset Apostolus = numquid iniquitas apud Deum? = non confu-
git pro responsione ad peccata absolute praevisa, sed ad supremam Dei voluntatem
et Dominium, illud referens v. 15 = Miserebor cujus misereor = Deinde v. 16.
concludit = igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei = Et
v. 17. hoc confirmat exemplo Pharaonis dicens = Dicit enim Scriptura Pharaoni.
Quia in hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam, et ut annuncietur
nomen meum in universa terra =, quasi diceret: Sicut calamitatum, quibus
afflictus est Pharao, non alia quaerenda est causa, quam manifestatio virtutis
Dei, et adeo ejus voluntas, ita reprobationis quorundam non alia quaerenda est
ratio, quam Divinum beneplacitum. Et quoniam quis adhuc quaerere poterat,
cur Deus conqueratur de reprobis, qui suam salutem negligunt, dum eorum
reprobatio pendet ab ejus sola voluntate, subjungit v. 19. = Dicis itaque mihi,
quid adhuc queritur? Voluntati enim ejus quis resistit? = Et indignatus ita lo-
quens

quarto his verbis increpat = Homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quare me fecisti sic? = Deinde persistens in exemplo figuli ita prosequitur = An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? = Consonat et illud Prov. 16. v. 4. = Universa propter semetipsum operatus est Deus, impium quoque ad diem malum =, ergo.

89 Resp. ad 1. ibi non de positiva, sed de negativa solum reprobatione sermonem esse, quam per odium Dei exponit Apostolus, ut interpretatur S. Th. q. 23 art. 3. ad 1. his verbis = In quantum quibusdam non vult hoc bonum, quod est vita aeterna, dicitur eos habere odio vel reprobare =. Sin autem velis sermonem ibi esse etiam de reprobatione positiva, dico 2., eam statui ab Apostolo ante demerita personalia absolute praevisa, ut constat ex ipsis verbis Apostoli, non ante absolutam praevisionem peccati etiam originalis. Deus enim nihil potest odisse eorum quae fecit, ut habetur Sap. 11. v. 25., quia omnia quae fecit sunt valde bona. Quid ergo odisse potest in Esau, aut in reprobo, nisi quod ipse non fecit, peccatum originale? Unde S. Aug. lib. 1. ad Simplician. q. 2 ait = Non odit Deus Esau hominem, sed Esau peccatorem =. Et in epist. ad Sixtum = Quid oderat in Esau antequam fecisset aliquid mali, nisi peccatum originale? = Item in Enchir. c. 98 = Jacob dilexit per misericordiam gratuitam, Esau autem odio habuit per judicium debitum =. Et ne quis reponeret, etiam in Jacob fuisse peccatum originale, adeoque non fuisse, cur propter

illud

Meditazione dell'

Cavati dalle lezioni accademiche di Filosofia Morale
di Gio: Giuseppe Cremona C.S. Generale de Chierici Regolari

solus Esau odio haberetur, lib. 1 ad Simplician. ait loc. cit. = Dilexit in eo, non culpam, quam delebat, sed gratiam, quam donabat = Ceterum si placet cum multis Interpretibus videre, hunc textum juxta sensum litteralem non de predestinatione ad gloriam, aut reprobatione ad penam eternam, sed de electione ad quedam beneficia temporalia, ad que Deus voluit assumere Jacob non Esau, procedere, esto. Licet enim hoc eod. textu assumus ad probandam gratuitam predestinationem ad gloriam, non est tamen nobis unicum solidum fundamentum, ita ut, hoc deficiente, deficere debeat nostra sententia

9º Quantum vero ad verba Apostoli textus, in iis sermo est de reprobatione negativa quorumdam hominum potius, quam aliorum, que nullam habet causam, preter Dei Beneplacitum. Omnes enim nascuntur culpa originali infecti (semper B. Virginem exceptam intelligas velim). Quare aliud est querere causam reprobationis negative in genere, que quidem si sumatur pro exclusione a Regno Dei, causam habet in ipsis reprobis, et aliud est querere causam reprobationis negative in particulari, nimirum cur hic non ille a Deo negative reprobetur, quam quidem causam in homine ipso non reperies, cum omnes omnino sint in eadem massa damnationis. Audiatur S. Th. in c. 9 Epist. ad Rom. lect. 4 = Circa electionem, ait, bonorum, et reprobationem malorum aliter questio potest moveri, una quidem in generali, quare Deus velit quosdam indurare et quorumdam misereri, alia vero in speciali, quare velit hujus misereri, et hunc vel illum indurare. Et potest quidem ratio ejus assignari. Secunde autem questionis non potest assignari

nisi

nisi simplex Dei Voluntas. cujus exemplum patet in rebus nunc. Si Fa=
bricius ædificare volens haberet multos lapides similes et æquales congre=
gatos, potest ratio assignari quare quosdam ponat in summo, et quosdam in imo
ex parte finis, quia ad perfectionem domus quam facere intendit, requiritur
et fundum, quod habet lapides in imo, et cacumen parietis, quod habet lapides
in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo, et hos in imo, non habet
aliquam rationem nisi quia artifex voluit = Id spectat ad illud de Pharao=
ne, quidam, ut Pinnus, exponunt de felicitate et pœna temporali, adeo
ut sensus reddat = Excitavi te ad Regnum, ut deinde deprimendo te
et puniendo, ostendam in te virtutem meam seu fortitudinem = Verum illud
excitavi, teste Maur. [illegible], exponit, ut ibi significet ac permisi, a
deo, sensus reddat = Permisi in te scelera tua quorum deinde punitione
ordinavi ad ostendendam virtutem meam = Verum, ita accipiat particula
ut non significat peccata Pharaonis tanquam causam, seu finem antecedenter
a Deo intentum, sed solam consequutionem, seu eventum sequentem, non quidem
ex intentione Dei ante, sed ex alia suppositione. Ita propter Dei sanctitatem
debent acciperi [illegible] de Reprob. c. 4 n. 10. Huc spectat quod habet Aug. [illegible]
ad Simplicianum q. 2 agens de Induratione Pharaonis = et Induratio Dei sit
nolle misereri ut non ab illo impertiatur aliquid quo homo sit deterior sed tan=
tum quo, ut melior sit, non impertiatur = Atque ex his vides eam ad voluntatem
refundi in Dei potestatem et inscrutabilia [illegible] ejus reprobationem in
genere

Nell'Edizione dell'

Estratti dalle lezioni accademiche di [illegible] Morale di Gio. Giuseppe Cremona [illegible] Generale de' Chierici Regolari

genere, non absolutè consideratam, sed comparativè acceptam. Quibus audiatur S. Th. fidelissimus Aug. discipulus, qui hoc sensu in prefata ep. ad Dom. scribit = Deus liberam habet potestatem ex eadem massa corrupta generis humani, sicut ex quodam luto.... quosdam homines facere preparatos in gloriam, quosdam in miseria relictos &c = Ad idem Prov. statuit, Deum etiam propter semetipsum, hoc est ad suae gloriae justissimam ostensionem, omnia operatum fuisse, et impium quoque, non quidem ut talem (alias esset auctor peccati) sed ut hominem, quem permisit fieri improbum et post absolutam clementiam provisionem ordinavit ad diem malum, seu diem irae suae. - -

91 Ob. 2. Peccatum originale est ratio et causa, propter quam Deus homines excludit a Regno celorum, ut ex Aug. contendunt Calvinus et Jansenius, ergo Deus in pta Providentia saltem ante absolutam clementiam personalium provisionem positivè reprobat, seu reprobatione positivo-negativa homines excludit a gloriae statu ac previdit originale. Quod probatur ex S. Aug. et Th., qui damnationis causam passim referunt in communem quandam damnationis massam, a qua sicut nonnulli per misericordiam liberantur, ita alii justo Dei judicio in eadem damnantur. Plura solent ex Aug. ad rem hanc comprobandam afferri testimonia. Nos illud afferimus, quod habet lib. 2. ad Bonifacium. = Bonum quidem, ait, immeritis et gratis datur, quia est eadem massa est cui non datur. Malum vero meritis et debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo non malè redditur. = Et lib. 4. contra Julian. S. 4., et alibi dicit, eandem

eandem esse causam reprobationis adultorum ac parvulorum ? Fulg. epist. ad Sixtum de
Gra = Unus obviat in Gra, nisi originale peccatum. = S. Th. vero q. 6. de
verit. art. 2 ad 9 = In ipsa electione ratio est Sua Bonitas: Ratio autem repro-
bationis est in hominibus peccatum originale = Equidem remissio eo in adultis ori-
ginali, remanet debitum mortis temporalis, concupiscentia et ignorantia, ut consi-
derat Jansenius.

92 Rdo, Ille, qui pro damnationis causa peccatum originale ducens uni-
cum asserere accipiendus est de peccato originali nec dimisso, nec unquam dimit-
tendo. Nam ut docet Trid. sess. 5 can. 5 ex Aplo = In renatis nihil odit Deus,
quia nihil est damnationis iis, qui vere consepulti sunt cum Xto per Baptisma in
mortem = Quod vero spectat ad originale non dimissum neque dimittendum, ita re-
probationis causa est, ut excludat quidem a Regno cœlorum, non tamen damnet ad eter-
nam pœnam sensus. Ita communis Scholasticorum cum SS Ecclesiæ DD Thoma, Bonavent.
et Gregorio utroque Nazianzeno et Nysseno Quod docuit etiam Innoc. XI cap. majores
de Baptismo = Pœna originalis peccati est carentia visionis Dei. Actualis vero pœ-
na peccati est gehennæ perpetuæ cruciatus = Aug. vero qui ser. 14. de ver-
bis Apli parvulos sine Baptismo decedentes utraque pœna puniendos asserere
videtur; ita exponit S Bonav. in 2dum dist. 33 art. 3 q. 1. = Dicendum, quod
Aug. in verbis illis non intendit dicere, quod parvuli sensibiliter crucientur,
sed intendit earum pœnam manifestare quantum ad carentiam visionis Dei, et quan-
tum etiam ad vilitatem loci. Et hoc valde abundanter exprimit, plus dicens, et
minus

Meditazione dell'

Cavati dalle [illegible] accademiche di [illegible] Morale
D. Gio: Giuseppe Cremona [illegible] de [illegible] Segliari

volens intelligi. Nec sine causa loquitur sic. Hoc enim facit ad extirpandam il=
lam haeresim, quae dicebat, Parvulos nulla pena puniri. Unde, sicut in mo=
ribus documentum est, quod qui vult ab uno extremorum pervenire ad aliud
quasi declinet ad alterum extremum, sic etiam B. Aug., ut illam haeresim
extirparet, quae dicebat parvulos ab omni pena immunes, et ad medium redu=
ceret, videlicet ad penam carentiae visionis Dei, simpliciter asseruit, eos cum
aliis peccatoribus aequaliter damnari. Sed ad suum intellectum explicavit
an includat, ubi dixit, penam eorum esse mitissimam. =

93\. Quod spectat ad desiderium mortis temporalis, concupiscentiam, et igno=
rantiam, dico 1. haec peccatum non esse, nec causam reprobationis, et licet actus
concupiscentiae aliquo peccatum vocet, improprie tamen ita vocari, ut docet Concil.
Trid. sess. cit. Dico 2., in peccati providentia ita haec esse in penam peccati,
ut etiam sint defectus physici, et huius naturae proprietates, quae naturaliter etiam in
statu naturae purae consequuta fuissent, et suppono ex dicendis in tract. de natura
et gratia

Corollarium:

94 Primum. Reprobatio igitur positiva in ipsis reprobis causam habet.
è certum dogma fidei quoad reprobationem in suo ordine executionis. Imo re=
cepta theologorum sententia è, ita disserendum esse de reprobatione positiva
etiam in suo ordine intentionis, cum sententia communis sit, eam in suo hunc ordine fac=
tam esse post demerita absolute praevisa. Rejiciendum è igitur dogma haereticorum
de

de Pdestinatione positiva ex solo Dei Beneplacito, sed etiam calvini sive
antelapsarii, sive postlapsarii, de quo erudite Tournely.

95 Sed̄. Causa reprobationis adultorum n̄ ē originale dimissum.
Constat tum ex Ap̄lo Rom 8. v. 1. ajente = Nihil damnationis ē iis, qui
s̄t in X̄to Jesu =. tum ex Trid. loc. cit. Unde Bellarm. lib. de Grā et lib.
arb. c. 14 scribit = Porro qui dicunt peccatum originale a Deo praevisum re-
probis damnationi perpetuae addictos fuisse contendunt quaestionem plane inex-
tricabilem sibi faciunt. Neq. e. intelligi p̄t, quomodo Deus propter origina-
le peccatum damnare velit eos, quibus in Baptismo peccatum ipsum vere et
proprie dimittit. Nam etiam si dimissa culpa originali n̄ continuo tolluntur
concupiscentia, ignorantia, mortalitas, aliaq; id genus miseriae; tn̄ propter istas
n̄ p̄t Deus hoēs velle damnare cum apostolus de justificatis dicat. Nihil ergo
damnationis ē iis, qui s̄t in X̄to Jesu =.

96 S̄t qui dicant, originale peccatum in Baptismo dimissum, atsi
nunquam redditurum, tn̄ ēē causam damnationis, quatenus licet p Baptismum
curatur infectio personae, et haec mundatur a culpa, n̄ aufertur tn̄ infec-
tio ~~nat~~ naturae, sed remanet concupiscentia, quae concupiscit adversus spiritum,
et propter quam hoō a Deo reprobatur. At durus ē hic sermo. tum quia
manifeste opponitur textui, et doctrinae Concil. Trid. tum quia concupiscentia
uti ē in praesenti Providentia poena peccati, ut sit etiam physica naturae proprie-
tas, sicut innocentes nunquam. Alii dicunt, eos, quibus p Baptismum

dimissum

Meditazione dell'

C[illegible] dalle [illegible] accademiche di [illegible] Morale
[illegible] Gio. Giuseppe Cremona [illegible] Generale de Chierici Regolari

dimissum ē, aut dimittendum peccatum originale, reprobari quidem possunt et immediatè propter peccata personalia, et remotè et radicaliter etiam propter originale, quatenus, eo etiam dimisso, manent ejus reliquiae, maximè vero concupiscentia, quae sicut Trid. ait, ex peccato ē, et ad peccatum inclinat, et adhuc manet indebitum speciale illud auxilium, quod ad perseverandum necessario requiritur. Verum hec, quae objiciuntur, peccatum propriè non sunt et hoc longè modus parùm aut nihil distare videtur a praecedenti, adeoque sicut ille rejiciendus

[illegible] il suo [illegible]

Chiaro. Vbicunq. viderint [illegible] Commendarum, [illegible] gaudium [illegible], incurrunt [illegible]

[illegible]

[illegible]

Cardinale Re del [illegible] & l'Andreetto d. Arbaco [illegible]

[illegible] col suo monimento [illegible]

[illegible] volendo morir nel foro con li suoi cari amici et concubini, quando nel foro [illegible]

[illegible] grato [illegible] cordinato nell'amore

Pron. [illegible] ubi regnat pietas

[illegible] Anno [illegible] per bene vivere, [illegible] meglio bene morire.

Lucas [illegible]

et virtus [illegible]

[illegible]

Haue [illegible] corno in gran [illegible]

Non [illegible] ma bordello.

[illegible] caveat autem [illegible]

[illegible]

[illegible] inferni [illegible] quod [illegible]

nam [illegible] propter [illegible] bona opera [illegible]

numquam illuc [illegible], et qui solum [illegible]

[illegible], in [illegible] dimittit, illum [illegible]

[illegible]

[illegible] in bona faciendo [illegible]

[illegible] augentum, [illegible]

torum, [illegible] et bona opera [illegible]

[illegible]

[illegible] Deum et [illegible]

[illegible]

[illegible] liberabit eum a poenis inferni [illegible]

aeternaliter cum daemonibus puniendum.

Aeternis vero opera [illegible] in charitate facta

[illegible] bonum, nisi ex [illegible] bono.

[illegible] ita [illegible], dum [illegible], [illegible] tibi [illegible]:

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Prov. 9. Statuam [illegible]

Hoc bonum [illegible] et nos et [illegible]

animam [illegible] in [illegible]

[illegible]

et [illegible] bonum [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] quod [illegible] est inter Deum, et omnem animam

[illegible]

[illegible]

[illegible]

distinguitur [illegible] cor

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ad [illegible]

[illegible]

[illegible] simulator ore decipit amicum suum.

[illegible] 47 Nam sciens bonum, et non faciens malum est illi, malum nō, qª non [illegible] bonum

In Tractatum de Deo ejusque Divinis attributis Praefatio

Cum multa clara, certa, et explorata sint, tum illud clarissimum, certissimum, exploratissimum est, et propria cujusque conscientia, et omnium gentium firmatum consensu, hominem ad veritatis inquisitionem esse formatum. "Natura siquidem, ut Tusculanarum quaestionum libro 1 asserebat Cicero, inest mentibus nostris insatiabilis quaedam cupiditas veri videndi", ac "tantus est, (eodem auctore in libro 5 de finibus) innatus in omnibus cognitionis amor, et scientiae, ut nemo dubitare possit, quin ad eas res hominum natura nullo emolumento invitata rapiatur". Nec sane mirum: nam in veritatis acquisitione, ejusque fruitione ita est beatitudo, in quam naturali impetu omnes rapimur; "beata vita, (ut est apud D. Aug. lib. 10 Confessionum) est gaudium de veritate.... hanc vitam beatam omnes volunt.... gaudium de veritate omnes volunt. Multos expertus sum, qui vellent fallere; qui autem falli, neminem.... et cum amant beatam vitam, quae non est aliud, quam de veritate gaudium, utique amant etiam veritatem". Quod idem repetit S. Doctor lib. 2 de libero arbitrio, inquiens: "Ecce tibi est veritas: amplectere illam, si potes, et fruere illa... quid enim petis amplius, quam ut beatus sis? et quid beatius eo qui fruitur inconcussa, et incommutabili, et excellentissima veritate?" Quod cum ita sit, quis erit tam iners, qui veritatem non inquirat? quis tam negligens, et inimicus sui boni, qui manibus, pedibus, omnibusque ut ajunt conatibus non eam assequi studeat? Et certe quidem quod sicut "Animus corpori ita etiam veritas ipsi animo praeponenda est, ut eam non solum magis, quam corpus, sed etiam magis, quam seipsum appetat animus", quemadmodum lib. de mendacio recte praecipit laudatus Augustinus: Atque propterea omni ope, et opera nobis contendendum est, ut eam adipiscamur: praesertim cum, ut idem ait S. Doctor lib. 1 de moribus Ecclesiae, "si non totis animi viribus concupiscatur, inveniri nullo pacto possit: at si ita quaeratur ut dignum est subtrahere se, atque abscondere a suis dilectoribus non possit". At vero quanam via progrediendum, ut ad rei tam praeclarae acquisitionem pervenire tandem feliciter possimus? "non aliam, respondet jam toties laudatus, maximusque veritatis amator, et doctor Augustinus in epistola 118 ad Dioscorum, non aliam tibi ad capessendam, et obtinendam veritatem viam munias, quam, quae munita est ab illo qui gressuum nostrorum tanquam Deus vidit infirmitatem: ea est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, et quoties interrogares semper hoc dicerem". Macte ergo virtute juvenes ornatissimi, hac aperta, simplici, et directa via incedamus, ut veritatis cognitionem, qua nihil melius, nihil sublimius, nihil optabilius assequi tandem possimus. Et quoniam neque hac via incedere, neque propterea veritatem assequi possumus, nisi opituletur nobis ille, qui dixit, "Ego sum via, veritas", (Joan: cap: 14. vers. 6), qui scientiarum Dominus est (lib: 1 Reg. cap. 2 vers. 3) "qui docet omnem scientiam" (ps. 93. vers. 10), et "a quo omnis sapientia, omne donum perfectum et omne verum est" (Eccl: cap: 1, in epistola canonica divi Jacobi, in prologo libri divi Augustini de Doctrina Christiana), ideo ipsum frequenter oremus, ut sua nos veritatis luce illustret, dicamusque ei cum Propheta, "dirige me in veritate tua, et doce me", (ps. 24: vers. 5.) "disciplinam, et scientiam doce me" (ps. 118, vers. 66), atque pro certo inde habeamus, quod nobis neque vires veritatem inquirendi deficient, neque voluntate eam inveniendi carebimus: "fieri namque non potest, Auctore eo ipso, quem saepe laudavimus, Augustino, (in lib. de quantitate animae) quadam divina providentia, ut religiosis animis.... veritatem pie, caste, ac diligenter quaerentibus inveniendi facultas desit". Age igitur, lectissimi, atque ornatissimi adolescentes, tali proposito, tali voluntate, talibusque auxiliis freti, ac muniti de ipsa summa veritate, de Deo nempe, ejusque divinis attributis tractationem aggrediamur; atque eo quidem libentius in ipsam

affectu aggrediamur, quo inflammatus S. Aug: lib: 7 Confess: exclamabat: „O aeterna veritas tu es Deus meus, tibi suspiro die, ac nocte„, eaq: veneratione erga summam illam supremi Numinis majestatem qua perculsus, et obstupefactus doctiss: Cardinalis de Polignac in ipsos versus erumpit:

Magnum opus aggredior, Quinti, de Numine summo
Dicturus; quid enim toto praestantius orbe est,
Quam Sator, et Princeps Orbis? Quid dignius hominum
Et cura, et studio, et nostrae conamine mentis?
Quid, si metimur vires, magis arduum, et audax,
Quam rem infinitam brevibus comprehendere castris?

Dissertatio Prima ....

In qua de Dei existentia disseritur.

1 Recte, et merito scriptum reliquit Theologorum facile princeps, ac Doctor Angelicus Divus Thomas Aquinas lib: 1 de veritate catholicae fidei contra gentiles cap: 9 in rerum Theologicarum tractatione primo, quasi totius operis necessarium fundamentum demonstrari oportere Deum esse. nam si Deus non existeret, nihil omnino de rebus divinis dicere possemus atq: propterea tota Theologia tolleretur. Quod si Deum existere in omni Theologica tractatione primum demonstrandum est, multo magis id ipsum praestandum erit in eo tractatu, in quo de Deo ipso, ejusq: divinis attributis speciatim agitur.

2 Neq: quidquam obstat splendidissimam hanc veritatem multiplici argumentorum genere demonstrari solere a metaphysicis. Nam, ut sapientissime animadvertit doctissimus noster Cardinalis Gerdilius in suo opere inscripto „Saggio d'istruzione teologica„: Questo trattato de Dio e de' suoi divini attributi è come l'anello che unisce la metafisica colla teologia. Nella metafisica si tratta della esistenza, e degli attributi di Dio, in quanto col lume di ragione sono conoscibili per la contemplazione delle cose create... pure l'argomento è di tanta dignità, ed importanza, ch'egli è d'uopo, che il teologo raccolga, e ripigli le stesse nozioni per elevarsi dal lume naturale della ragione a più alti lumi della rivelazione.

3 Accedit alia quoq: gravissima causa, cur quam Deum existere Theologi ostendere debeant. Non defuerunt enim, qui dicerent Dei existentiam nullimode posse naturali ratione evinci, sed sola ejusdem Dei superna revelatione demonstrari; adeoq: ejusmodi dogma inter ea, quae sola revelatione constant, enumerari debere. Hujus opinionis fuerunt olim illi, contra quos agit Divus Thomas lib: 1 summae contra Gentiles cap: 12°, et q: 10 de veritat art: 12. In eandem quoq: sententiam iverant Gabriel Biel in lib: 2 Sententiarum distinctione 1.a q. 10 art: 12.° et Card: Petrus de Aliaco in prima parte q: 3 art: 2.° ; quos postea secuti sunt Faustus Socinus praelectionum Theologicarum cap: 2.°, et Christophorus Ostorodus institutionum Religionis cap: 2.° . Nostra autem hac infelicissima aetate nominis jam famosi Rousseau, Quesnardo, Voltairius, aliiq: non ita pauci credere non dubitarunt temerarium, ac periculosum esse, naturalibus rationibus ostendere Deum extare quod per idem eo studio, impropriaq: consilio projiciebant, ut non solum scepticismo, aut indifferentismo divina omnia inficiarent, verum etiam ut incredulitatem, atque impietatem disseminarent. Audiendus est paulo ante laudatus eminentissimus noster Gerdilius. „Se vorremo por mente, inquit ipse in aureo suo opere, cui titulus

Introduzione allo studio della religione, se vorremo por mente alle insidiose maniere con cui hanno procurato molti di spargere i semi dell'incredulità, vedremo tra gli altri usato spesse volte da loro questo artifizio, cioè di mostrarsi in primo aspetto persuasi per via di fede delle verità proposte dalla religione circa l'efficacia, e providenza di Dio, ma insieme attribuire tutta la lode di questa loro persuasione alla fede, cioè ad una volontaria, e cieca sommissione alla Autorità della Religione; e quindi farsi a sfidare, per così dire la ragione, a cui sono tali verità del tutto incomprensibili. Giunti poi a questo punto, ben tosto vi giungono, promovono colla maggior forza, che possono, tutte le difficoltà, per cui le verità di fede pajono ripugnanti affatto all'umano intendimento, e conchiudono col mostrare, che gli antichi filosofi più celebri, e molti tra moderni più rinomati col voler seguire nelle loro speculazioni la scorta della ragione, da questa finalmente condotti furono all'Ateismo.

Questa maniera di spargere, e di accreditare l'incredulità è al certo pericolosissima. Il rispetto, che mostrano questi di avere per la religione, toglie di loro ogni diffidenza agli incauti, e questi sono sempre molti. Rimanendo poi questi a poco, a poco persuasi di questa falsa, ma apparente ripugnanza tra la ragione, e la fede, si trovano la mente ingombrata di mille dubbj, sospetti, e diffidenze: la ragione ingannata diviene in esso loro un principio di contrasto contro la Religione; e finalmente per che l'autorità può sempre molto negli animi umani, nel fatto poi di tanti celebri filosofi, che si danno per atei, si appresenta loro un pregiudizio, ed un schermo contro l'estrinseca autorità della Religione, Itaque[illegible] in docti, et in vani eruditus. Nos igitur ut pernicioso, et funesto huic errori occuramus, sequentem propositionem statuamus.

Propositio I

Naturalibus rationibus demonstrari potest Deum esse.

4 Cum duplex apud Dialecticos demonstrationis genus habeatur, quorum alterum, quod ex causis effectum ostendat a priori, seu per causam dicunt alterum vero quod ex effectis causam manifestet a posteriori, seu ex effectis appellant, quaestio orta est inter scholasticos, utrum Dei existentia demonstrari possit a priori. ac nonnulli quidem sic demonstrari posse contenderunt, freti, ac commoti ab existendi necessitate, quae in idea Dei, seu entis perfectissimi continetur: Communior tamen, et nunc temporis jam plane constanter hominum Theologorum sententia est Deum existere, nulla ratione posse a priori demonstrari, eo quod nec Dei, nec ejus existentiae ulla possit causa proferri. Bene vero demonstrari posse a posteriori, seu ex effectibus. Nos itaque in communi hac, ac plane conveniente Theologorum sententia persistentes, sic demonstrationem ipsam exordimur.

5 Ac primo quidem Deum ex effectibus perspicue colligi sacrae litterae apertissime docent. Ipsae enim nos saepissime monent, ut a rebus ipsis, quae sub sensus nostros cadunt, conspicelent ad Deum earum Auctorem cognoscendum, venerandumque assurgamus. Sic Job: cap: 12 vers 7 scriptum est „Interroga jumenta, et docebunt te, et volatilia caeli, et indicabunt tibi: loquere terrae et respondebit tibi, et narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quod omnia haec manus Dei fecerit„. Sic pariter ps: 18 vers 2 haec leguntur Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. Item ps: 19 vers 3 ita David homines alloquitur „Scitote quoniam ipse est Deus, ipse fecit nos et non ipsi nos„. Et Sap: 13 haec sunt „Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei; et de his, quae videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est; neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex.... a magnitudine enim speciei, et creaturae cognoscibiliter poterit Creator horum videri„. Hoc demum, ut alia multa

præterea D. Paulus Rom: 1 vers: 20 disertè ait, Invisibilia ipsius (Dei) a creatura
Mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq: ejus virtus,
et Divinitas, ita ut sint inexcusabiles. Non est autem cur dicatur hæc, aliaq: testimonia
non esse accipienda de cognitione demonstrativa, ut ajunt, et evidenti, sed de probabili
tantum conjectura, quæ Deum esse, suadeat, non probet, quemadmodum opinatur jam [illegible]
[illegible], et Gabriel Vasquez, ac nuperrime dictum fuit ab Auctore libri gallicè scri-
pti, cui titulus Analisi della divina Providenza, non est, inquam, cur ita dicatur: „Nisi enim,
„ inquit apposite doctiss: Guilielmus Estius in lib: 1 Sententiarum dist: 3 [illegible], nisi enim nati-
„ one necessaria, et [illegible] evidenti [illegible] posset Deum esse, non diceret Apostolus inexcu-
„ sabiles esse [illegible], qui ex visibilibus [illegible] Mundi Deum vel non cognoverint, vel cognitum n[on]
„ glorificassent. Id [illegible] lib: 1 [illegible] cap: 6 ad alios etiam homines extendit. Unde
„ et liber Sap: cap: 13 docet facilius esse Deum, [illegible] invenire, quam ipsum [illegible] esti-
„ mare, idest Deum ex Creaturis cognoscere, quam ipsarum rerum creatarum naturas cognitione ap[prehendere]
„ qui. Cum ergo multa in Creaturis demonstratione cognoscantur, consequens est ipsum quoq: earum
„ Auctorem demonstrative cognosci posse. Et ob id [illegible] eodem loco negat [illegible], qui in
„ rerum cognitione versantes, et exercitati Deum ignoraverunt„ Hactenus vir sapientiss:

6 Ad vero Testimonia Scripturarum accedit plane consentiens SS: PP:, ac Theologorum fermè omnium
consensus, qui tantæ auctoritatis est, auctore clarissimo Melchiore Cano lib: [illegible] cap: 4,
ut sine temeritatis nota contemni haudquaquam possit.

7 Accedit etiam veterum Philosophorum suffragium, qui Deum esse ex creaturis cognoverunt, invictisq:
argumentis demonstrarunt, quemadmodum videri potest apud Platonem, ac Aristotelem.

8 Accedit demum Argumentum quod in prima parte q: 2 art. 2° affert D. Thomas, quodq: sic habet.
Demonstratio a posteriori, seu, ut eam appellat [illegible] post Aristotelem demonstratio quia
est, quando ex effectu prius cognito ad causæ existentiam cognoscendam procedimus; effectus
quippe sine causa existere nequit. Cum itaq: contemplamur hoc Universum, quod a creatrice Dei
virtute dependet estq: ipsius effectus, facile ex hac contemplatione ad cognoscendam primæ illius causæ
Dei nempe existentiam venire, possumus. Quæ cum ita sint, jam ostensum est, ut propositionis
initio dictum fuit naturalibus nempe rationibus demonstrari posse, Deum esse: nunc iis ar-
gumentis occurrendum est, quæ in speciem suadere videntur Deum ex rebus creatis, [illegible] demonstra-
tive, ut aiunt cognosci non posse.

9 Ac primo quidem [illegible] veteres [illegible] in prælectionibus cap: 2° ea, quæ ad fidem pertinet, non ra-
tionibus demonstrari, sed humili mentis obsequio credi, ac venerari debere. Demonstratio autem
facit scire id est certo evidenterq: cognoscere. Fides autem, ajente Apostolo epistola ad Hebr: c: 11 „ est
„ rerum non apparentium„ Atqui Deum esse non solum ad fidem pertinet, verum etiam fidei
est fundamentum juxta illud ejusdem Apli ad Hebr: 11 „ sine fide impossibile est placere Deo.
„ credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est„ Atque juxta primum Symboli articulum:
Credo in Deum ergo &c.

10 Huic difficultati sic respondet D. Thomas 1 p: q: 2 art: 2. „ Deum esse, et alia hujusmodi, quæ per ra-
„ tionem naturalem nota possunt esse de Deo, ut dicitur Rom: 1 non sunt Articuli fidei, sed præ-
„ ambula ad Articulos. Sic enim fides præsupponit cognitionem naturalem, sicut gratia naturam
„ et ut perfectio perfectibile: Nihil tamen prohibet illud quod secundum se demonstrabile est et scibile
ab aliquo accipi, ut credibile, qui demonstrationem non capit„ Hactenus Doct: Ang: „ Sed
„ huic responsioni, subdit [illegible] in 1: sententiis [illegible] obstare videtur, quod fides hujus
„ Articuli Deus est non tantum exigatur ab iis, qui rationum naturalium sunt incapaces,
„ sed ab omnibus omnino, et ad Baptismum venientibus quantumcunq: doctis, et ingeniosis; id
„ quod satis, et ex Symbolo, et sententia Apli adducta, imo, et ex consuetudine Ecclesiæ
„ eam fidem exigentis, videtur probari.

„ Quod etiam, sic ostenditur. Si enim fides illius articuli tantum exigeretur ab iis, qui de=
„ monstrationem non capiunt, ac qui a iis hoc idem tenerent per demonstrationem; cum fi=
„ des sit notitia certior scientia demonstrativa, sequeretur homines indoctos, et loicos
„ habere certiorem cognitionem hujus propositionis Deus est, ut pote per fidem, quam alios
„ doctos, atque subtiles, et in rerum divinarum contemplatione multum versatos, utpote ha=
„ bentes tantum demonstrativam de Deo scientiam, quod est absurdum. Sequeretur etiam,
„ eum, qui fidem haberet dictae propositionis, si postea ejusdem demonstrationem ac=
„ ciperet, fidem ejus, quam prius habebat amittere, atque ita propter demonstrationem
„ supervenientem certiorem notitiam cum minus certa commutare, quod non minus est
„ absurdum. Quocirca respondendum videtur secundum ea, quae ad distinctionem 24
„ lib: 3 tradit S. Bonaventura art: 2. qu: 1 2, et 3, quod quamvis in plena ratione fidei
„ includatur obscuritas, sive inevidentia rei cognitae, quantum videlicet ad modum
„ cognoscendi attinet: quatenus tamen in fide tantum consideratur certitudo cogni=
„ tionis accepta ex revelatione divina sic consistere potest fides cum demonstratione.
„ Nec id mirum, cum simul consistant in eodem, scientia, et opinio ejusdem, id est
„ altera ex necessariis, altera ex probabilibus accepta notitia, quemadmodum dicta
„ qu. 2 recte docet S. Bonaventura. Proinde nunc videtur negandum, quia hujus propos=
„ tionis Deus est possit in eodem esse scientia, et fides, nec quidem obstante eo
„ quod fides sit non apparentium, quia quamvis scientia sit certa, et evidens cogni=
„ tio, non tamen adaequat certitudinem fidei, neque evidentiam visionis, ad quam fides
„ ducit. Unde habita scientia alicujus articuli, non tollitur officium, ac ratio fidei, nec
„ quoad certitudinem, qua superat scientiam, nec omnino quoad inevidentiam, quam
„ non ita abstulit scientia, ut coaequaverit visioni, quae erit in patria „. Haec doctissimus
acensis cancellarius, quae, bona venia tanti viri dixerim plus mihi probantur, quam
ea quae respondet Doctor Angelicus.

11 Ceterum Apostolus ad Heb: 11 loquitur de cognitione Dei non solum prout Auctor est natu=
rae sed etiam, ac multo magis prout Auctor est gratiae, et gloriae largitor, quomodo certe
nonnisi per revelationem innotescit: loquitur enim vero Apostolus de illa fide salutari, sine
qua impossibile est placere Deo, et per quam veteres Patriarchae justificati, et salvi
facti sunt; quae quidem fides supernaturalis est, et habet pro objecto Deum gratiae,
et gloriae largitorem.

12 Atque idem dicendum est de primo symboli articulo, ubi statim additur Patrem; quod duo=
bus modis potest intelligi; videlicet vel respectu nostrum, quibus per gratiam datum est
ut Filii Dei nominemur, et simus, sicuti ait Joan: in sua Epistola 1 cap: 3, vel ad
designandam primam SS.mae Trinitatis personam, quare in altero symboli articulo sub=
ditur, et in Jesum Christum Filium ejus unicum. Sed jam alias obj: audiamus.

13 Jam sacrae litterae, inquiunt qui nostrae sententiae adversantur, quam plures omnem quam
de Deo habemus notitiam Dei ipsius beneficio, et gratiae adscribunt. Nam Apostolus Rom:
1. loquens de Philosophis, quos naturalis rationis lumine Deum cognovisse dicimus,
inquit: „ Quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifesta=
„ vit „ item in eodem loco „ quia cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorifi=
caverunt, aut gratias egerunt; dicentes enim se esse sapientes (idest suis viribus

tribuentes sapientiam, quam adepti erant, et in seipsis de ea gloriantes, stulti facti sunt,, Quae sane satentis significant: Dei donum fuisse scientiam, quam de Deo Philosophi acceperant; de qua proinde non in seipsis, sed in Deo gloriari, Deoque gratias agere debebant. Atque hoc ipsum probant divinae Scripturae testimonia illa, quae omnem sapientiam omnem scientiam, omne donum a Deo esse aiunt, ut e.g. illa Eccl: 1. Omnis sapientia a Dno Deo est, et Ps. 93 qui docet hominem scientiam, et 1. Reg. 2 Deus scientiarum Dnus est, et Epistle 1 Jacobi, omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum: et Epta 1 ad Cor: cap: 4: Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis, et ejusdem Epte cap: 10: qui gloriatur, in Dno glorietur. Quibus accedunt, et illud Concilii Arausicani can: 22. Nemo habet de suo, nisi mendacium, et peccatum, et illud Eccle: sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium, et multa PP. testimonia. Aug: enim laudatum Apostoli locum Epte ad Rom: sic intellexisse videtur, ut significetur ex eo praeter externam creaturae inspectionem, praedicationem necessariam esse internum Dei auxilium ad Dei notitiam ex rebus creatis percipiendam. Sic namque ait in sermone de Kal: Januarii: Non enim debebant sibi arrogare quod ille donaverat, nec se jactare ex eo, quod non a seipsis, sed ab illo habebant: gratiae utique Deo reddendum fuit, et ad hoc tenendum, quod videre poterant, ab illo sanandi fuit qui dederat ut viderent; Et serm: 55 de verbis Dni ait: Dicentes se esse sapientes idest donum Dei sibi tribuentes stulti facti sunt, Et lib: de spiritu, et littera cap: 12 inquit,, Dicentes se esse sapientes, quod non aliter intelligendum est nisi hoc ipsum sibi tribuentes. Atque similia habet in expositione Psalmi 47, in Epta 120, et in tractatu 2o sup Joannem. Lib: vero Confess: 10 cap: 6o posteaquam dixit caelum, et terram omnibus praedicare, et Deum amare, addit;, Altius autem tu misereberis, cui misertus eris: alioquin caelum et terra surdis loquuntur laudes tuas,, Et lib: 15 de Civit. Dei cap: 6o nihil prodesse,, scribit omnem praedicationem veritatis etiam Deo adiuvante loquente nisi accedat interna gratia. Ac demum lib: 11 de Civit: Dei cap: 4. ,, Mundum, inquit, esse conspicimus, Deum esse credimus,, Si autem Prosper Lib: 1 de vocatione gentium cap 4 haec scribit:,, Cum enim quidam non solum ad instituta utilissimarum artium, et doctrinas liberalium disciplinarum, sed etiam ad inquisitionem summi boni aciem mentis intenderint, et invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspexerint, non agentes gratias tamen Deo, nec confitentes illum sibi esse hujus facultatis Auctorem, sed dicentes se esse sapientes hoc est non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studiis, atque rationibus propinquassent, evanuerunt in cogitationibus suis, et quod illuminante Dei gratia invenerunt, obcaecante superbia perdiderunt, relapsi a superna luce ad tenebras suas, hoc est ab incommutabili, atque aeterno bono ad mutabilem corruptibilemque naturam etc.,, Atque in Epta ad Demetriadem negat contemplationem creaturarum quidquam proficere posse ad cognoscendum Deum, nisi summus, et verus agricola (nempe Deus) potentiam sui operis adhibuerit,, vid. et S. Athanasius in Epta una ad Serapionem: Deus inquit, non demonstratione rationum traditur, sed fide, et pia cogitatione cum religione. Et Beda sup caput 34 Jobi:,, Nisi ipse Deus ait, dignatus fuerit se homini revelare quis est, non potest eum suis viribus intueri, vel perscrutando ad majestatem ejus accedere,, Tandem Clemens Alex: in libris Stromatum frequenter docet Deum esse fide credi oportere, ratione demonstrari non posse.

14 Hanc difficultatem sic diluit doctiss: Estius in lib: 2 sententiarum d. 6.
ajendo „ Veribimum id esse, q[uo]d Scripturæ palam docent omnem sapientiam,
„ et omnem scientiam, ac generaliter omne bonum hominis esse Dei donum, ac pote
„ ab Auctore Deo profectum, atq: homini datum; sive ad illud bonum consequen
„ dum sufficiant vires naturæ corruptæ, sive non. Deus enim omnium bonorum
„ Auctor, et largitor est, et prima omnium causa, qui omnia in omnibus operatur;
„ Cui proinde de omnibus, et in omnibus gratiæ sunt agendæ, sicut nonet Aug:
„ 2 ad Bonif: cap: ultimo; ac in quo solo gloriandum, ut alibi idem Author ipse
„ docet. Non tamen ad omnem scientiam opus est peculiari illuminatione seu re:
„ velatione, qualis est revelatio fidei; eo quod ad multorum rerum atq: etiam
„ ipsius Dei aliquam licet cognitionem percipiendam ex creaturis adhuc sunt proportio:
„ natæ vires humanæ naturæ, nondum per Xtum renovatæ; sicut sine gratia Dei
„ per Xtum multa potest homo in officiis humanis non perducentibus ad co:
„ lurem vitæ æternæ; sed solummodo conducentibus ad honestam conversationem
„ hujus vitæ temporalis: quæ tamen ipsa, in quantum bona sunt in Deum Aucto:
„ rem omnia sunt referenda. Unde Aug: Ep[isto]la 130 q[uo]d Polemon ille Atheniensis
„ non solum ebriosus, sed et ebrius in scholam Xenocratis ingressus, ejus sermone
„ in alios mores repente conversus est: „ idipsum, inquit, quod in eo factum
„ est, non humano operi tribuerim, sed divino „ Quod et probat verbis Jacobi 1. De
Beda l. 2 in Cant: Virtutes, et bona opera infidelium tribuit gratiæ idest dono, et benefi
cio Dei. Qua de re disputans S. Thomas q. 24 art: 14 de veritate generaliter docet,
quod nullum bonum, nec supernaturale, nec naturale, nec morale potest homo sine Deo. Quæ
autem ad salutem pertinent non potest homo facere sine gratia Dei, idest misericordia Dei,
qua dirigitur ad salutem; ea vero est gratia Dei per Xtum.

Dicendum igitur Ap[osto]lum ad Rom: 1 non loqui de peculiari revelatione, qualis facta est
prophetis, qualis et nobis fit per fidem, sed de manifestatione, quæ fit per creaturas visibiles,
Deo nihilominus intus operante, et illam sui cognitionem per rerum visibilium con
templationem illis tribuente: id q[uo]d Ap[osto]li verba, Deus illis manifestavit, et supra po:
litæ Patrum sententiæ significant. Itaq: merito reprehendit Philosophos q[uo]d de mani:
festatione tali modo facta, Deo gratias non egissent, sed sibi, suoq: ingenio suam illam
sapientiam tribuissent, sicut merito reprehensibilis est, qui victoriam sibi non Deo tribuit,
tametsi suis viribus industria, consilio partam. Quod et Scriptura nos docet Deuter:
8, et 32. atq: alibi; et ex Scriptura S. Thomas l. 3 de regimine principum cap: 8 docte
prosequitur.

Si quæ vero Patruum dicta forte exigere videntur gratiam, et illuminationem peculiarem,
ad ea respondere possumus ipsius prosperi verbis, qui lib. 2 de vocatione Gentium cap: 17
scribit tam acerbo vulnere naturam humanam sauciatam esse, ut ad cognitionem Dei neminem
contemplatio spontanea plene valeat erudire, nisi obumbrationem cordis
vera lux discusserit. In eo ergo q[uo]d ait plene, significat posse aliquos aliquousq: per
contemplationem spontaneam erudiri ad cognitionem Dei absq: peculiari illa, et superna:
turali illustratione divina. Quare ubi negant PP. Dei notitiam haberi posse sine
peculiari illuminatione divinitus accepta, poterunt intelligi de cognitione plena, et certa,
qualis est, quæ per fidem habetur, vel qualis haberi poterat ex viribus naturæ integræ...
cæterum pro majori declaratione supradictorum consideranda est doctrina S. Thomæ 1ma
2dæ q. 109 art: 2, ubi docet ad cognitionem cujuscunq: veri hominem indigere auxilio Divino

et intellectus ideo moveatur ad suum actum non autem indigere ad cognoscendam veritatem in omnibus nova illustratione superaddita illustrationi naturali, sed in quibusdam, quæ excedunt naturalem cognitionem. Nam in natura corrupta naturalem cognitionem excedit plena de Deo cognitio, non autem imperfecta, qualem Philosophi habuerunt. Unde dicit idem Doctor eadem q: art: 1° ad 3um quod natura humana magis est corrupta per peccatum, quantum ad appetitum boni, quam quantum ad cognitionem veri". Hactenus laudati doctiss: viri generalem responsionem exhibuimus.

15 Quanquam ad testimonium D. Aug: lib: 11 de Civit: Dei, ad Athanasium, et ad Clementem Alexandrinum alio modo responderi potest. Dici namq: potest Augustinum eo loci non sumere fidem prout opponitur demonstrationi, sed prout opponitur visioni corporali; quia Mundum oculis conspicimus, at Deum certe intueri nequimus. Dici potest D. Athanasium in tota ea orationem loqui de divinitate prout comprehendit divinitatis misterium. Agit enim ibi contra hæreticos illos, qui, ut Sp: Sancti divinitatem impugnarent, plures, atq: inanes in medium adducebant philosophicas cavillationes, quibus proinde merito respondet: Divinitas, hoc est divinum divinitatis misterium non demonstratione rationum traditur, sed fide et pia cogitatione cum religione. Dici tandem potest Cl: Alex.um loqui de demonstratione a priori, et per causam, quam solam veram, propriamq: demonstrationem cum Aristotele appellabat. Et certe lib: 8 Stromatum scientiam demonstrativam definit quæ ex prioribus constat, et certioribus, ac deinde addit, nihil est autem ante id, quod ingenitum est. Verum ad propositam difficultatem jam satis responsum est. nunc reliquæ objectiones diluendæ sunt

16 Ajunt enim nostri Adversarii, quod si vera essent, quæ hactenus a nobis dicta sunt ex D. Bonavent: ex D. Th. atq: ex Estio, melior esset hominis illiterati conditio, qui Deum esse fide supernaturali credit, quam philosophi, aut Theologi, qui eum demonstratione cognoscit. Certitudo namq: fidei in hactenus dictis longe major, nobiliorq: est certitudine demonstrationis. Adde fidem multum habere meritum; scientiam autem ex demonstratione deductam nullum.

17 Verum, qui ita loquuntur, si putare videntur Philosopho, aut Theologo deesse certitudinem fidei, qua Deum esse creditur; quod quidem a vero longissime abest. Philosophus enim, aut Theologus non habet illam fidem, quæ cum charitate conjuncta est, habet tamen certitudinem fidei, quæ non pugnat cum certitudine evidentiæ, sed illam confirmat. Neq: vero caret merito fidei, dummodo ita animo sit comparatus, ut etiamsi evidentia demonstrationis deesset intellectum tamen captivaret in obsequium fidei. "Cum homo, inquit D. Th: 2a 2æ q. 2 art: 10, habet promptam voluntatem ad credendum, diligit veritatem creditam, et super ea excogitat, et amplectitur, si quas rationes invenire potest; et quantum ad hoc ratio humana non excludit meritum fidei, sed est signum majoris meriti". Et in eodem art: explicans illud S. Greg: magni "Fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum" subdit, hoc esse intelligendum, "quando homo non habet voluntatem credendi ea, quæ sunt fidei, nisi propter rationem inductam. Quando autem homo habet voluntatem credendi ea, quæ sunt fidei ex sola auctoritate divina, etiamsi habeat rationem demonstrativam ad aliquid eorum, puta ad hoc, quod est Deum esse, non propter hoc tollitur, vel diminuitur meritum fidei". Hactenus Doct: Ang., sed prosequamur.

18 Nulla est Deum inter, atq: Creaturas proportio, ajunt nostri Adversarii. Etenim Deus est Ens necessarium, et infinitum, Creaturæ vero sunt contingentes,

et finitæ: ergo etc.

19 R. huic difficultati cum D. Th: p.ma p. q. 2. art. 2. ad 3 = Per effectus non proportio=
=natos causæ non posse perfectam cognitionem de causa haberi; sed tamen ex quocunq
= effectu posse manifeste nobis demonstrari, causam esse; et sic ex effectibus Dei posse
= demonstrari Deum esse, licet per eos non perfecte possimus eum cognoscere secundum
= suam essentiam. =

20 Neq: est, quod dicant majorem esse proportionem inter Angelum, atq: hominem, quam
inter Deum, et Creaturas; et tamen ex quo homines existant non posse colligi existe=
re Angelos; adeoq: a pari ex quo homines sint, non consequi esse Deum. Non est, inquam
cur hoc dicant. Nam inter homines atq: Angelos major est proportio, quam dicunt simili=
tudinis, non autem habitudinis effectus ad causam: Angeli quippe non sunt causæ ho=
minum, sicuti Deus causa est Creaturarum. Ex quo igitur ex creaturis possimus evi=
denter cognoscere, Deum esse, non sequitur ex hominum existentia colligi posse existenti=
am Angelorum

21. Sed neque quidquam proficiunt, ajendo 1.o non posse nos ex Creaturis cognoscere naturam
Dei, adeoq: neque agnoscere posse ipsius Dei existentiam, quæ cum ejus natura unum,
idemq: est: ajendo 2.o Creaturas, ut existant, non requirere causam infinitam et necessa=
riam, cujusmodi est Deus, sed finitam, et contingentem: ajendo 3. contemplationem Cre=
aturarum erroribus, atq: superstitioni semper aditum præbuisse; propterea quod earum pulchri=
tudine homines delectati, in iis divinum aliquod inesse putaverunt; ut patet vel ex ipsa Scri=
ptura, quæ Sap: cap: 14. 11 dicit Creaturas factas esse = in odium Dei, et in tentationem ani=
= mabus hominum, et in muscipulam pedibus insipientium =

22 Nam primam objectiunculam solvit D. Th: l. 1. c.a Gentiles, respondendo non posse nos ex Cre=
aturis assurgere ad cognoscendum illud esse, quo Deus in se ipso subsistit. quod nobis
quale sit, ignotum est, sicut ejus natura; posse tamen ex Creaturis agnoscere, Deum existe=
re. Et hoc quidem certissime cognoscimus; quomodo autem existat, tum solum cognoscemus,
= quando videbimus eum, sicuti est = ut in sua Epla. 1. ait D. Jo:

23 Altera obj: facillime refellitur, dicendo Creaturas non postulare quidem causam proximam, et
immediatam, sive secundariam, quæ infinita sit, et necessaria, exigere tamen primam causam
infinitam, et necessariam.

24 3.am diluit Estius in primum Sententiarum dist: 3 §. 3., inquiendo = Creaturas, quæ in Scriptu=
= ris invitari ad laudandum Deum, et nominatim in ps. 148, et in Cant: 3.um Puerorum, idq: non
= ob aliud, nisi quia quantum in illis est, sufficiens argumentum præbent homini ad cognoscendum, et
= laudandum Deum. Quod ergo dicit Sapiens = Creaturas in odium, et tentationem, et musci=
= pulam esse factas = non finem significatum, propterquem factæ sint, et institutæ, vel ad
= quem per se ducant, sed eventum, qui consequitur ex hominum cæcitate, et malitia. Non
= enim ait generaliter hominum, sed addit insipientium: homines enim facturæ Dei per
= insipientiam auctores divinitatem iis attribuerunt. Itaq: contemplatio Creaturarum
= non est ad errorem via, nisi per accidens; nimirum ex vitio hominis æqui, ac depravati
= rebusq: visibilibus addicti, et ad invisibilia assurgere non volentis: per se autem via est recta
= ad cognitionem Creatoris, quia naturaliter effectus manifestat causam, et opus monstrat
= opificem. Quamquam Sapiens non de quibuslibet loquitur creaturis, sed de iis, quæ in ima=
= gines quasdam artificum opera conformatæ, stultorum animos ad sui venerationem, et
= cultum allexerunt =

25 Tempus tandem et operam perdunt dum hisce cavillationibus infirmare nos arbitrantur.
nimirum: Deus, et Creaturæ sunt duo correlata. Atq: unum correlatum non potest de=
monstrari per aliud: demonstratio quippe est progressus de re nota ad ignotam

relativa autem sunt simul tempore, et cognitione, ut habet philosophicum adagium. Ergo &c. Deinde prima veritas non demonstratur. Sed Deus est prima veritas. Ergo &c. Demum vera demonstratio esse debet ex necessariis. Atqui res creatae non sunt necessariae, sed contingentes. Ergo &c.

26 Etenim ad primam quod attinet, dicimus Creaturas praecise, vel reduplicative, ut ajunt Scholastici, ut tales involvere quidem relationem ad Deum Creatorem; atque idcirco ita consideratas non posse prius cognosci, quam Deum Creatorem. Quid vetat autem, quin Creaturas consideremus in se ipsis, veluti res contingentes, quae cum a se ipsis esse non possint, ad cognoscendam unam eamdem causam, nempe Deum, nos conducant?

27 Iam porro 2.a Cavillatio hac una distinctione diluitur. Prima veritas, hoc est primum cognitionis principium, utpote per se nimis evidens, prius non demonstratur quoad cognitionem attinet, at demonstratur quoad attinet ad existentiam. Sed Deus, prima veritas a nobis existere demonstratur. Ergo nulla omnino est objecta difficultas.

28 3.a demum futilitatis sua videbitur, si consideretur demonstrationem esse debere ex necessariis vel absolutis, vel hypotheticis non autem, ex solis necessariis absolutis. Hoc enim considerato perspicuum erit, quod cum res creatae, licet necessitate absoluta careant, quia potuerunt non existere, habeant tamen necessitatem hypotheticam, hoc est, posito quod sint, necessariam habeant cum Deo a quo pendeant, connexionem; ex iis nos ipsos attollere possumus ad Deum ipsum cognoscendum. Verum de ~~possibilitate~~ potentia demonstrandi naturalibus rationibus Deum existere haec quidem hactenus; nunc ad ipsas demonstrationes accedamus.

Propositio 1.a

In qua ex aspectabilium rerum contingentia Ens necessarium, sive Deus ipse optimus maximus existere demonstratur.

29. Metaphysicum hoc argumentum quod ad demonstrandam Dei existentiam primo loco evolvendum esse duximus, illud ipsum est, quo primo quidem utitur Hugo Grotius in lib. de veritate religionis Christ., tertio vero D. Thomas prima parte quaest. 2 art. 3. Sic autem declarari potest. Si omnia entia sunt contingentia. Ergo existit Ens necessarium. Sed Ens necessarium est Deus ipse optimus maximus. Ergo Deus optimus maximus existit. Prima propositio nullo negotio demonstratur. Etenim Ens contingens illud est, auctore D. Th. loco nuper citato, quod possibile est esse, et non esse, sive quod cum non existit, potest existere; et cum existit potest non existere. Quamobrem si entia omnia essent contingentia, omnia pariter entia tam possent existere, quam non existere; quod cum in primis falsum sit, sequitur non omnia Entia esse contingentia. Falsum, aio, in primis esse omnia entia ex aequo posse existere, et non existere. Nam ut in loco ~~non~~ paulo ante citato ratiocinatur D. Th., = si omnia sunt possibilia non esse (sicuti certe essent, si omnia entia tam possent existere, quam non existere, ut supra dictum est) aliquando nihil fuit in rebus. Sed si hoc est verum, etiam nunc nihil esset, quia quod non est, non incipit esse, nisi per aliquid, quod est. Si igitur nihil fuit Ens, impossibile fuit, quod aliquid inciperet esse, et sic modo nihil esset, quod patet esse falsum = Age vero falsum in primis esse omnia Entia ex aequo posse existere, et non existere, sic etiam demonstratur. Si omnia entia tam possint existere, quam non existere, fingi etiam posset ipsa non existere. Quippe, ut vetus habet adagium, possibili posito in actu, nihil sequitur absurdi; atqui id fingi nequaquam potest. Cum tunc entia omnia possibilia simul essent, et impossibilia; possibilia quidem, utpote contingentia; impossibilia autem utpote non habentia a quo produci possent: nec enim, produci vel a se ipsis possent, vel ab alio: non a se ipsis quia nihil se ipsum efficere valet, quin se ipso prius sit, ergo esset, quod manifestam contradictionem involvit, sed neque ab alio. Omnia quippe non existerent. Pro falso igitur vel in primis habendum est omnia Entia tam posse existere, quam non existere. Ergo praeter Entia, quae esse queunt, et non esse, quaeque proinde contingentia dicuntur, admittere oportet aliquod Ens, quod nequeat non esse, sed necessario existat. Sed Ens quod necessario existit

est Deus ipse optimus maximus. Item ens, quod necessario existit est omnium perfectionum genere cumulatissimum, sive adeo perfectum, ut eo nil melius esse, aut excogitari possit. Atqui talis est Deus optimus maximus. Ergo Ens necessarium est ipse Deus optimus maximus. Dixi quod Ens necessarium est omni perfectionum genere cumulatissimum, sive adeo perfectum, ut eo nil melius esse, aut excogitari queat. Enimvero Ens necessarium tale est, ut a nemine perfectionum limites posset accipere. Non a seipso, tum quia sui causa non est; tum quia si sui causa esset, omnem, quam posset perfectionem sibi tribueret, cum nemo sui sit inimicus. Non ab alio, quoniam a nulla superiori causa dependet. Non denique a sua naturae conditione; quippe verae quaecunque perfectiones ad Entis necessarii naturam omnino pertinent. Si enim Ens necessarium existit, ipsum profecto reliquorum entium caussa est; iisque propterea, et existentiam, et omnem, qua possunt, perfectionem impertitur. Quemadmodum igitur omnis existentiae, ita omnis perfectionis fons est, et origo. Quomodo autem omnis perfectionis fons, et origo aliqua perfectione carebit? certe id, unde omnis perfectio fluit, debet esse summe perfectum, ut tanta bona, quanta in ceteris rebus insunt, ex se sine sui diminutione effundere, et conservare jugiter queat. Accedit huc, quod nisi omnes perfectiones ad naturam Entis necessarii pertinerent, summa perfectio esset omnino impossibilis. Cum enim perfectio sit modus entis cujusque possibilis esse, quatenus in Ente aliquo esse potest. At vero nullo in Ente esse summa perfectio posset, nisi perfectiones omnes ad Entis necessarii naturam spectarent: omne quippe Ens vel necessarium est, vel contingens: sed Ens contingens summe perfectus esse nequit. Prorsus igitur impossibilis esset summa perfectio nisi omnes perfectiones, ex quibus ipsa coalescit ad Entis necessarii naturam spectarent. Atqui summa perfectio non est impossibilis; ejus enim ideam homines habent, ut qui meliora deterioribus anteponunt, quatenus haec a summa perfectione magis habere cognoscunt: rei autem impossibilis, docentibus Logicis, nulla esse idea. Ens itaque, quod necessario existit est omni perfectionum genere cumulatissimum, sive adeo perfectum, ut eo nil melius esse, aut excogitari queat. Sed hujusmodi Ens est Deus ipse optimus maximus, qui, ut ait D. Th: 1 p: q. 4 art: 2., cum sit ipsum esse per se subsistens, oportet quod totam perfectionem essendi in se contineat. Ergo Ens necessarium est ipse Deus optimus maximus. Sed Ens necessarium existit, ut supra ostensum est, ergo existit etiam Deus optimus, maximus. Sed jam ad ops: veniamus.

30 Principio nostri Adversarii negant fingi posse omnia simul entia non existere, tametsi entia omnia possent non esse. Id vero ex eo probatum iri contendunt, quod etsi omnia possibilia possint esse fingi tamen nequit ea omnia existere.

31 Sed hanc disparem. Latissimum enim inter unam, et aliam rem est discrimen. Quandoquidem si omnia Entia possunt non esse, profecto non esse queunt tum singillatim, tum universe, sive, ut Scholastici loquuntur, tum distributive, tum collective; cum, simulatque singula sint contingentia, etiam tota eorum collectio debeat esse contingens: nec enim ulla est ratio, cur mutet naturam. E contrario possibilia esse quidem singillatim possunt; sed universe non possunt: quoniam si omnia simul possibilia producerentur, infinita rerum multitudo extaret, quam existere non posse sic acutissime ostendit D. Th. prima p. q. 7 art. 4. = Sed hoc est impossibile, quia omnem multitudinem oportet esse in aliqua specie multitudinis: species autem multitudinis sunt secundum species numerorum. Nulla autem species numeri est infinita, quia quilibet numerus est multitudo mensurata per unum. Unde impossibile est esse multitudinem infinitam actu sive per se, sive per accidens.... Sed esse multitudinem infinitam ~~impo~~ in potentia possibile est, quia augmentum multitudinis consequitur divisionem magnitudinis. Quanto enim plus aliquid dividitur, tanto etiam plura secundum numerum resultant. Unde sicut infinitum invenitur in potentia in divisione continui, quia proceditur ad materiam..... eadem ratione, etiam invenitur in potentia in additione multitudinis. = Verum, sublimi Doct: Aug: Quamquam si omnia possibilia simul producerentur, non solum infinita rerum extaret multitudo, verum etiam, quod longe absurdius est, Dei ~~omnipo~~ exhauriretur potentia, ac possibilitas ipsa cessaret. Jure igitur fingitur omnia simul entia non extare, statim ac possint omnia entia non esse; at nonnisi perperam fingeretur existere omnia possibilia, tametsi ea vere produci, et esse possint.

32. Atqui, urgent continuo nostri adversarii, falso asseritur omnia contingentia universe accepta posse non esse, tametsi contingentia omnia singillatim sumpta non esse queant. Etenim a partibus ad totum, seu, ut loquuntur Logici, a sensu distributivo ad collectivum non tenet illatio. Eo ipsus ratione, qua falso quis ratiocinaretur dicendo: quilibet miles, non est exercitus, ergo, nec tota militum multitudo esse exercitus sic. Ubi liber aque gutta parvam habet extensionem. Ergo et guttarum aquearum collectio parum extenditur: eadem, inquam ratione non recte ratiocinantur qui ajunt: contingentia omnia singillatim accepta non esse queunt. Ergo contingentia omnia universe sumpta possunt non esse

33 At vero iterum dico ego, ut inculco contingentia, quoniam possunt non esse singula, posse non esse etiam universe. Ad id autem quod adicitur, nempe a distributivo sensu ad collectivum non valere consecutionem, respondeo hujusmodi logica canonem tum utique habere locum cum de iis agitur attributis, quae ad quantitatem pertinent, aut continuam, aut discretam, ea propter aut singulis seorsim, et non toti collectioni, aut collectioni, quatenus collectio est, eo singulis seorsim conveniunt, ut in objectis exemplis. At idem canon num certe non obtinet, cum de iis agitur attributis, quae nullam important quantitatem, quoniam haec conveniunt partibus, et singulis sumptis, et unitis cum aliis partibus, idque vel maxime si ad rerum essentiam pertineant. Et certe, ut uno vel altero exemplo rem illustriorem faciamus, sic licet argumentari. quilibet homo est rationalis. Ergo hominum collectio est rationalis. Unaquaeque aquae particula est fluida. Fluidus est igitur Oceanus, vel Fluvius. Nimirum, ut sibi animadvertit Gonetus Tract. 5 disp. 1 art. 1 n. 2 = collectio omnium particularium nihil aliud addit supra quodlibet particulare in illa inclusum, nisi quantitatem aliquam permanentem, vel successivam, continuam vel discretam. Cum igitur omnium collectio nulla alia ratione differat a singulis, nisi penes majorem, aut minorem quantitatem, quam addit supra illa, inde fit ut in iis tantum praedicatis, quae quantitatem aliquo modo important non liceat argumentari a singulis ad omnia, et a distributivo, ad collectivum. Omnino autem liceat in reliquis praedicatis, quae conveniunt rebus secundum se, et quae nullo modo quantitatem important =. Iam porro non existendi potentia attributum est, quod nullam quantitatem involvit, proindeque ad contingentium rerum naturam pertinet. Si igitur singulorum contingentium propria est, propria pariter est cunctorum, eumque dein ipsa dispertitur consecutio a distributivo ad collectivum vel in omnibus obtinet.

34 Atqui pergunt urgere, vel in iis attributis, quae nullam quantitatem important, reique in se spectatae conveniunt, non valet argumentatio a distributivo sensu ad collectivum. Nam posse corrumpi, et posse produci attributa sunt, quae nullam de se quantitatem connotant, quilibet enti composito essentialiter conveniunt; nec tamen fas esset dicere: singula corpora corruptibilia sunt. Ergo omnia. Siquidem corruptio unius, ut ajunt Philosophi, est generatio alterius, quae certe impedit, quominus omnia simul possint vere corrupta

35 Verum haec plena sunt sententiis. Etenim, ut recte animadvertit ex doctis Dominicus Theologus doctissimus Petrus [illegible] quod in posse corrumpi singulis corporibus et posse produci singulis possibilibus competit, eodem revera competit universis. Et enim corpora singula corruptioni obnoxia, sunt primum quatenus in nihilum redigi a Deo possunt, deinde vero quatenus propriam formam etiam naturaliter possunt amittere, ut novam accipiant, quod dum contingit, unum ex altero fabricatur, puta ignis ex ligno, et idcirco unius corruptio dicitur alterius generatio. Utroque autem modo corruptibilis etiam est corporum omnium congeries.

36 At vero nostri Adversarii, quoniam vident nihil ex hujusmodi objectis proficere, confugiunt ad Processum, sive progressionem quandam infinitam, eaque se non urgeri putant: nihil opus est, ajunt, praeter entia contingentia Deum non contingentem admittere. nihil namque prohibet, quominus entia omnia contingentia admittantur, ea ratione, ut unum quodque contingens existentiam mutuet ab alio item contingente, et hoc ab alio usque in infinitum, quin nunquam ad primam aliquam, et necessariam causam deveniatur. Et ita quidem res se haberet, si Mundus esset aeternus. Qui autem Mundum aeternum sectantes

Plato, Aristoteles, aliiq: e philosophis Ethnicis bene multi opinati sunt, ut testatur Theodoretus lib. 2 de hæresibus cap: sexto. Imo aliquot e Patribus ipsum sensisse ostendit Laurentius Mosthemius in dissertatione de creatione ex nihilo apud Radulfum Cudworthum de syst. intellectualis. S. vero Thomas p.ma p. quæst. art. 2. inquit = Mundum incepisse est credibile, non autem demonstrabile, vel scibile =

Stabuit et in plebe Romana vera fex: [illegible] ... 13. [illegible], sordiumque colluvies collectas ex egenis, et proletarijs, sine lare, sine tecto sine sede, vagos, effusos, egestate, vel pravitate, et desperatione rerum omnium ad tumultus et flagitia paratissimos. Hos turbas forenses Livius quod in foro ad captandos ... Cicero [illegible] plebem. Horatius [illegible] leges Agraria[illegible] ociosos staret; Cicero [illegible] plebem. Horatius [illegible] legis Agrariæ [illegible], ociosas staret; ... Hos ut [illegible] appellavit, quod [illegible] togæ; [illegible] tunicas [illegible] ob egestatem uterentur. Hos ut mendicitate eorum levarent, in agros publicos deducebant. Hos ob summam miseriam nudam deteriorem conditionem pertinescentes seditiosi quique, ad turbare, ac miscere volebant omnia, in meliorum fortunas, et opes impellebant, veluti ad hostiles prædas. Usque modo integrum Reip: Ro: corpus, membra etiam potiora rotavimus: deinceps vim et potestatem ordinum, eorum partes in rebus gerendis, consilijsque publicis agitandis condendisque, [illegible] aperiemus. Quæ omnia, non ne fallit, mutationibus crebris modo indicasse multas, modo convaluisse. Nos autem oratione nostra complectemur ea quæ maxime fuere diuturna.

De Consulibus.

Ro: Resp. triplex regimen ostenderat. Regium in Consulibus, Aristocraticum in Senatu, Populare in Tribunis et Plebe. Exactis autem Regibus an: Ur: 244: regiæ potestatis reliquiæ in Coss. coaluere. Junio Bruto magistratus creari placuit, qui essent bini et annui, ut Imperij brevitas utrumque in officio retineret. Aliquod civibus præessent, primum Prætores; deinde a judicando Judices, postea a consulendo Consules dicti sunt. In consulum auctoritate respublica tota recumbebat: in his regia majestas effulsit; hisque, Regum [illegible] jura [illegible] insignia concessa, præterea, sella curulis eburnea, fasces securibus armati. Consulum munia hæc fuere: sacra facere, jus secundum leges dicere, senatum cogere, senatus consulta, et plebiscita exequi, sententias rogare, jussu populi bella gerere, administrare provincias &c. in hoc uno a Regibus differebant, quod in caput civis Ro: injussu populi animadvertere vetitum, et cuivis licebat, ab ejs ad populum revocare: tamen retinebant coercere sontes ac jubere in vincula publica duci. Lege cautum erat, ne quis Consul crearetur, nisi et præsens esset, et 43 annos natus, et Patricij generis sed interdum hæc, et aliæ leges neglectæ, aliæ infirmatæ fuerunt: nam ante ætatem supremam Consulatus honor, et virtutis ergo datus, et interdum per vim usurpatus per an: vero 192 consules non nisi Patricij fuere; ab an: Ur: 244 post ejectum Tarquinium ad an: 302 summa rerum penes consules fuit. deinde per biennium apud penes Decemviros multum auctoritatis erat; post iterum restituti penes consules ad an: 306 auctoritas redijt: quæ [illegible] usque ad an: 706 cum C. Cæsar [illegible]

Insplave Reip. Regimen Regium in Consulibus, Aristocraticum in Senatu, Populare in Tribunis et Plebe.

Regibus exactis an. 244. Regia auctoritas in Coss coaluit.

... Magistratus essent an: ... Prætores quod ... Judices a judicando, Consules a consulendo dicti sunt.

In Coss tota Reip: auctoritas, tota Regia majestas effulsit ... præterea sella ... fasces ... armati Consulibus concessa ...

Munia ... consulere ... jus dicere ... senatum cogere ...

SC et Plebiscita exequi &c

In hoc uno a Regibus differebant quod in caput civis Ro: injussu populi animadvertere vetitum erat

Item Lex requirebant ut quis consul ... quod præsens esset, annos natus 43 et Patricij generis

sed leges neglectæ, et infirmatæ fuerunt, ut et ante ætatem ...

et per vim usurpatus. per annum vero ... annales Romani Fastique fuere. Ab An: Urb: 244. quo Tarquinij ejecti sunt, ad an 30.. Summa verum penes Consules fuit, qui per Decemviros per triennium abiecti, non iterum an 306 restituti sunt usque ad an: 706, cum C. Cæsar post Triumviri, denique Imp.ores veri potiti sunt. Unde hæc dignitas vilescere cœpit donec an: Xi 541: Urbis 1292 consulum nomina in fastis notari desita sunt sub Justiniano Imp: et legum conditore Triboniano.

paulo post Triumviri, denique Imperatores rerum potiti sunt. Sub his recandem numerus, nec eadem auctoritas fuit in Consulibus, sed arbitrio Principis modo minor, modo major: unde sensim hæc dignitas vilescere cœpit, donec an: Xti 541. Urbis vero 1292, quo Basilius junior consul sine collega prodit, sub Justiniano, Consulum nomina in fastis notari desita sunt. Hujus rei invidia penes Justinianum Imp: fuit, et legum conditorem Tribonianum: quorum ille præpostera gloriæ cupidine Imperatorum et annis et nomine tempora signari jussit; hic vero, (ut ad famam fuit) honorem illum, quem, quod Paganus esset, assequi non poterat, alijs invidisse perhibetur.

De Senatu, et ejus potestate.

Cap: 14.

Auctoritas Regum ad Senatum transijt, Legati: Magistratuum creationem, legationem, belli pacisque arbitrium. Jussu populi infirma sine auctoritate Senatus: Sed nunc auctoritas adeo extenuata erit, ut populi jussu Senatus confirmaret auctoritas. Verum Senatus jussu populi, Senatus ad curam suam revocaverit hæc scilicet ... munus publicum dispensare ... Controversias Italiæ componere si grave decretum exigeret. 3tio. Legatos mittit in ... provinciis amplificat potius quam infregit Senatus auctoritatem, quæ denuo lapsa est illo tristi, et extremo, ut Cæsar ait, et ultimo Sen.tus Consulto quum latissimum in consules imperium transtulit. Ecce verba Senatus consulti: Dent operam Consules Ne quid Resp: detrimenti capiat.

Optimatum regimen Senatus continebat auctoritas: Republ: omnis in Senatus erat potestate, uti per Magistratuum creationem, legationem, et belli pacisque arbitrium. Quo tempore, ut Livius tradit, populi jussa firma minime fuere, nisi Patrum accessisset auctoritas, quæ postea sacratis legibus adeo fuit extenuata, ut cum antea populus auctoritate Senatus regeretur, postea populi jussu Senatus confirmaretur auctoritas. Quæ autem Senatus, constituta Republ: populi jussu ad curam suam revocasset, ea ex Polybio lib 6 videri possunt: Aliqua autem hæc sunt. Ærarium et pecuniam publicam dispensabat; Quæstores, nisi Consul imperasset, minime poterant, vel ad minimos sumptus pecuniam deferre injussu Senatus. Controversias in Italia suscitatas si gravi essent decreto componendæ, Senatus ad se trahebat: Legatos mittebat ad bellum indicendum: Stipendia militibus, numerus militum, a Senatu statuebatur. Quod Tiberius Gracchus tulit, ne quem plus anno provinciam Consularem tenere senatus pateretur, hoc ampliavit potius, quam infregit Senatus potestatem. Illo autem S. Consulto tristi, et quod extremum, et ultimum Cæsar appellat, Senatus potestas, quæ excellebat maximè, latissimam illam Consulibus imperium transtulit, ut exercitum possent parare, bellum gerere, coercere populum: Verba autem S.C. hæc sunt: Dent operam Consules, ne quid Resp. detrimenti capiat. In Senatus Consultis voluntas Senatus continebatur: hinc ad S. consultum

De Senatus Consulto, et loco habendi Senatus.

Cap: 15

Veteres, Senatum in loco sacro cogebant, ut aberrantes animi, præsentia numinis, in sanctiores sententias ducerentur.

Veteres, qui erant religione, et honestate, Senatum in loco sacro auspicato, dicato cogere consueverunt, ut aberrantes animi, præsentia numinis, ad saniores sententias ducerentur. Romulus in templo Vulcani Senatum vocabat. Tullus Regiam, modo in

Senatus in templis vel curiis habebatur: modo in templo Jovis, modo in curias Hostiliam, Juliam etc. Locus habendi senatus erat extra muros ne status Urbis exteris pateret.

templa non velut Jovis Statoris, Concordiae, Virtutis, Fidei, modo in curias, Hostiliam, Juliam etc. in quibus ejus rei gratia pleraque templa per augures constituta, consulendi causa senatores convenisse ex veterum libris observamus. Locus habendi senatus extra muros in aede Bellonae erat constitutus, ne status Urbis exteris pateret; verebantur, ita in Urbem intromissi occulta ejus viserent mala, deinde turbas cierent, et omnia miscerent.

De tempore habendi senatus; de vocando senatu; de jure referendi, sententiasque rogandi

Cap. 16, 17, et 18.

Kalendis, Nonis, Idibus, exemptis diebus comitialibus, ne PP. a suffragijs ferendis avocarentur. Erat tempus definitum habendi senatus. Mense Februario toto. Senatus, statis temporibus convocatus, legitimus; qui autem extra ordinem et tempus indictus appellabatur et c. Vocabatur senatus a majori Magistratu Urbis, nempe a Dictatore, vel Consule. Jus referendi penes illum erat, qui senatum habebat. Sententias rogabant ante comitia Principem senatus, post comitia Coss. designatos.

Definita tempora habendi senatus erant nempe Kalendis, Nonis, Idibus, exemptis diebus comitialibus, in quibus cum populo agebatur; quo tempore non licebat haberi senatum, ne patres a suffragijs ferendis avocarentur. At mense Februario toto postulatis provinciarum, et legationibus audiendis vacabatur. Hic senatus statis temporibus convocatus, legitimus appellabatur; cum autem extra ordinem, et tempus convocabatur ad grave aliquod negotium explicandum, indictus appellabatur. Unde inter legitimum, et indictum senatum est orta distinctio. Vocabatur autem senatus a majori Magistratu, qui esset in Urbe, nempe a Dictatore, vel a Consule, penes quem fasces essent illo mense, vel absentibus Consulibus a Praetore, qui in Consulis locum eo absente, succederet. Porro jus referendi habebat ille, qui senatum habebat, ac si detrectaret eas partes Tribunus plebis suscipiebat; cui et jus erat aut addere, quod visum erat relationi Consulis, aut eam prosequi, aut novam exordiri. Sententias autem rogabant ante comitia quidem Principem senatus, post comitia vero consules designatos. Caeterum hac in re in senatu variatum fuisse pluribus veterum testimonijs comprobat Paulus Manutius Princeps Romanae antiquitatis.

De dicenda sententia, et S.C. per discessionem

Cap. 19.

Post Rogationem a Consule, stantes et suo quique loco sententiam dicebant. Neque ante ortum Solis neque post occasum licebat Senatusconsultum condere. Itaut qui moram negotijs vellent inferre, diem dicendo eximerent, ut M. Cato contra Decemviros, P. Clodius adversus rehores fecerat. Illam sententiam Consulis erat pronunciare. Cujus in Senatu tanta erat auctoritas, ut liceret ei dictas sententias, si contra rem suam venirent, supprimere, ne in eas S.C. fieret.

Post rogationem a Consule, aut alio ex majoribus magistratibus, stantes et suo quique loco factam sententiam dicebant, ea libertate ut non modo sermones interponere possent alienos, sed novos instituere, atque ad vesperam producere; itaut [illegible] licebat nec ante ortum Solis nec post occasum Senatusconsultum condere, qui moram negotijs vellent inferre, diem dicendo eximerent, ut Marcus Cato contra Decemviros P. Clodius adversus rehores fecisse fertur. Illam sententiam consulis erat pronunciare, ut in eam vellent partes senatores discederent, quo S.C. fieret: eaque in senatu [illegible] erat auctoritas, ut liceret ei dictas sententias, vel pronunciare, vel si contra rem suam venirent, supprimere, ne in eas S.C. fieret. Formula consulendi sententias haec erat: De ea ita censeo etc. Porro senatus Consultum per discessionem vocabatur illud, quod fiebat, cum illi, qui in eam quam consul pronunciabat sententiam, taciti discedebant. Ubi autem consul sententiam pronunciasset, ut probantibus, vel renuentibus

S. C. per discessionem fiebat, cum prolata sententia Consules, facta discedebant. Consul Senatum dispertiebat his verbis qui hoc sentitis &c.

judicia cognosceret, Senatum dispertiebat his verbis: Qui hoc sentitis illuc transite: qui alia omnia in hanc partem: Per hanc formulam alia omnia exprimebatur contrarium.

Cap: 20, 21, 22, 23.

De Numero Senatorum ad S. C. necessario nihil certi est. Primum requirebantur Senatores 400. Postea vero minus, quam 400 Patres. S. C. scribebantur, et ei nomina eorum subscribebantur qui majorem sententiam recipiendae operam navaverant: Scripto S. C. in aedem Cereris deferebatur postea in aerarium ubi leges asservabantur, ne arbitrio Consulum id antea corrumperetur. Nec ratum erat S. C. antequam in aerario conderetur. Qui majorem aut eandem habebant potestatem ne S. C. fieret impedire poterant, edita voce Veto. Populi erat vel intercessionem Tribunorum, vel Senatus auctoritatem comprobare. Non immunes abibant, qui temere intercedebant.

De justo Senatorum Numero, de conscribendo, servando S. C.; de impedimento S. C.: sive de intercessione Tribuni

De Senatorum numero ad S. C. faciendum necessario, nihil ex veteribus libris compertum nobis est: Primum ut ratum esset S. C. requirebantur Senatores 400, postea vero minor numerus, quam quadringenti Patres, satis erat. Discessione facta S. C. scribebatur expresso nomine illius, cujus sententia fiebat: Scribendo aderant non omnes, sed ii, qui majorem sententiae recipiendae operam navaverant: et eorum, qui aderant nomina, S. C. adscribebantur. Scripto S. C. primum in aedem Cereris ferebatur, postea in aerarium, ubi leges, et pretiosissima quaeque Urbis asservabantur, neque ratum erat antequam in aerario conderetur. Sueton: in Aug:, ne deinceps arbitrio Consulum, ut antea, corrumperentur. Senatus consulta poterant impediri ne fierent. Impediebantur autem ab iis, qui vel majore, vel eadem essent potestate, quam ii qui S. C. facere vellent: Unde Consul Consuli Praetor Praetori ac Tribuni plebis pro potestate sibi sacrata lege tributa obsistere poterant edita voce Veto. Populi erat, voluntatem Senatus praescriptam cum nominibus, vel Tribunorum intercessionem, vel Senatus auctoritatem comprobare. Qui autem temere intercedebant aut poenam subire, aut intercessionem remittere cogebantur.

Cap: 24 - 25 - 26

S. C. quod de re privata scribebatur Senatus decretum; cum vero publica negotia comprehenderent S. C. appellabatur. Formula qua dimittendus Senatus erant Nemo vos tenet vel Nihil vos moror. S. C. populo exhibebatur, ut Populi consensu comprobaretur. Propter Tribunicias seditiones S. C. nonnisi adjuncta lege consistebat. Hactenus de Consulum, et Senatus potestate in condendo jure, modo partes multitudini relictas in rebus gerendis aperiemus.

De Senatus decreto, de dimittendo Senatu, de ratione ferendae legis

Si de re privata S. C. scriberetur, Senatus decretum appellabatur; cum vero publica negotia comprehenderet, Senatus consultum dicebatur. Factum S. C. recitabatur, ac postea dimittebatur Senatus his formulis. P. C. nemo vos tenet; vel nihil vos moror. Senatusconsultum Populo exhibebatur, ut populi consensu Senatus voluntas comprobaretur. Propter Tribunicias seditiones, et diuturnas plebis conflictationes cum Senatu S. C. nonnisi adjuncta lege consistebat. Quae autem ratio ferendae legis esset videbimus. Hactenus de Consulum, de Senatus potestate in condendo jure proposuimus; modo quae multitudini partes in rebus gerendis relictae fuerint aperiamus.

Cap: 27.

Senatus aliena populi voluntate nihil de rebus gravioribus poterat

De Tribuno Plebis.

Cum Senatus aliena Populi voluntate nihil constituere de rebus gravioribus posset at intercessione Tribunitia S. C. vis infringeretur, hinc licet intelligere quam summam

rerum arbitrium, et imperium summum erat in populo. Senatus auctoritatem, populus potestatem habebat. Populus emendabat leges aut abrogabat, decreta Senatus aut muniebat, aut tollebat. Populus fortunarum, et capitis arbiter erat, pacis, ac pugnae dispensator: honores, et Magistratus jussu populi deferebantur. Tribunus plebis, utpote imago popularis auctoritatis, communisque voluntatis administer, dux, et tutela civium, arce et praesidium libertatis, hanc populi potestatem praeferebat. Causa autem Tribunos Plebis creandi Patribus haec fuit. An: Ur: 260 plebs oppressa aere alieno, vexataque injurijs Patrum secessit trans Anienem in sacrum montem. unde leges ibi de constituenda tribunitia potestate conditae sunt: istae leges sacratae dictae sunt, quia (ut Festus ait) ijs sancitum erat, ut qui Tribunos plebis violaret, Jovis sacer esset. Tribuni dicti sunt a tribuum suffragiis, ut quidem volunt. An: 269 numerus eorum pervenit ad decem. Decem hi Tribuni penes Rempublicam fuere, et inde manavit omne licite nefas. Omnis fere auctoritas a Silla Dictatore an: 672 Tribunis adempta, sed paulo post partim a M. Cotta an 679, partim a Cn Pompejo an 683 restituta fuit. Transijt vero an: 730 ea in Magistratus consensu in Augustum Caesarem, et alios Imp: umbra, et nomen hujus Magistratus penes plebem mansitque diutius ad Imperium Constantini Magni. Tribunorum potestas haec erat: ii eadem religione, et lege sacrosancti essent qui eis nocuisset, ejus caput Jovi sacrum erat: ab Urbe diem integrum, nisi Latinis ferijs, abesse nefas. eorum domus diu noctuque patebant omnibus, quippe qui publice custodes essent. Tribunum legere, vel e Patricijs, vel Senatoribus, aut in Curiam venire diu vetitum erat.

De Comitijs: et rerum ferendarum examine.

Plebs et populus duce, ac vindice Tribuno majestatem, et potestatem suam ad leges condendas ita conservabat. Senatores in Curiam, plebeji in campum, comitium, et forum evocabantur: cum pars populi conveniret, consilium; cum autem populus coiret universus, comitia dicebantur: comitia a coeundo dicta nihil aliud sunt quam populi Ro: conventus ad ferendum de re aliqua suffragium: Haec triplicis generis sunt: curiata, centuriata, tributa. curiata comitia in comitio, quod erat pars aliqua fori; centuriata in Campo Martio, tributa, ubi in campo vel comitio vel capitolio, vel prato Flaminio. In comitijs centuriatis, ratio suffragiorum inibatur non ex singulis hominibus, sed ex singulis centurijs, sic quod plures centuriae; in curiatis quod plures curiae, in tributis quod plures tribus comprobassent, id ratum firmumque erat. Comitiorum omnium curiata sunt antiquissima, et ante Servium Tullium instituta: haec tria comitia, triplici causa habebantur, nempe si creandus Magistratus, si ferenda lex, si judicium peragendum. In centuriatis creabantur Magistratus majores, ut Consules, Praetores, Censores &c. In tributis minores, ut Tribuni plebis, Quaestores, Aediles tum curules, tum plebis &c. inde sacerdotis inaugurandi causa comitia tributa sunt, sequentibus temporibus curiata.

Hinc summum rerum arbitrium, et imperium penes populum erat: Senatus auctoritatem, Populus potestatem habebat: hic leges emendabat aut abrogabat, decreta Senatus aut muniebat aut tollebat, fortunarum, et capitis arbiter erat.

Tribunus Plebis utpote imago popularis auctoritatis hanc populi potestatem praeferebat. Causa autem Trib: Pl: creandi Patribus, haec fuit: An: Ur: 260 Plebs oppressa aere alieno, et injurijs Patrum secessit in sacrum Montem trans Anienem: Unde leges de constituenda Tribunitia potestate conditae sunt, et sacratae dictae. An 269 Decem ii fuerunt qui postea Reip: unde manavit omne ... nefas. An 672 horum auctoritas a Silla Dictatore adempta, sed a Cotta restituta an 679. An: 730: transijt in Aug: Caesarem. Trib: munus Cap: 28, 29.

Plebs et populus potestatem suam ad leges ita conservabant. Senatores in Curiam, Plebeji in Campum et forum evocabantur. cum pars populi conveniret consilium, cum universus populus coiret comitia dicebantur. Comitia a coeundo dicta, et nil aliud sunt, quam Po: Ro: conventus ad ferendum de re aliqua suffragium. Comitia: sunt curiata, centuriata, tributa. Comitia quo coirent, et ratio suffragiorum inde. Comitia curiata antiquissima et instituta ante Servium Tullium. triplici causa comitia habebant nempe, si creandus Magistratus, si ferenda lex, si judicium agendum. In centuriatis creabantur Magistratus

majores, ut Consules, Praetores comitia

In Tributis minores,

ut Tribuni Quaestores &

comitia obsoleverint, retentaque sunt, quod iis major

inesset sacrorum,

et auspiciorum auctoritas.

Stante Rep. Ro.

Juris divisio duci potest

A Senatu, Plebe, et populo.

e Senatu prodiere S.C.

e Tributis comitijs, quae

plebs cum suo Tribuno

celebrabat, Plebiscita

ex universis autem Po. Ro:

suffragijs Senatus praeeunte

auctoritate leges prodierunt

- Nundinae erant

nono quoque die, et erant

Feriae Jovi dicatae

examen et Formula

ferendae leges.

comitia obsoleverant, sed religionis causa praestitebant, quod iis major inesset sacrorum, et auspiciorum auctoritas. Iisdem comitijs leges et plebiscita, quae sola plebs jubebat. Stante Republica Ro. juris divisio commode duci potest a Senatu, plebe, et populo: e senatu prodiere S.C. e Tributis comitijs, quae plebs cum suo Tribuno celebrabat, plebiscita ex universis autem Pop. Ro. suffragijs in comitijs centuriatis, auctoritate plerumque Senatus praeeunte leges exstiterunt. Comitia cuncta vocabant primum Reges, deinde Consules. Porro Nundinae erant nono quoque die, quo cives in re rustica occupati, ab agris in Urbem negotiorum causa confluebant. iidem dies erant Feriae Jovi dicatae, ut aliqui putarunt. Interea sive Tribunus esset, sive Magistratus, qui leges laturus erat, eas cum prudentibus, ac necessarijs suis communicabat, ne civium offensionem incurreret, neve contra mores majorum novas leges proponeret: Praecautum etiam erat formula: si quid jus non fuit rogari, ejus hac lege nihil rogatum.

De publicatione legis, Concione, Sortitione, et suffragijs ferendis.

Cap: 30:

Scripta Lex ad

Senatum referebatur

Promulgabatur lex, deinde

rogationis causa

concio advocabatur, ut

singulis potestas cognoscendi

fieret aut corrigendi

admonendique Magistratus.

Ubi convocati fuerant, ibi

Praeco legem recitabat.

Postea

orationes ad suadendam aut

dissuadendam legem

habebantur a

Magistratibus vel ab ipso latore legis

et qui suadebant,

auctores legis dicebantur.

Postquam servatum est

an signum de caelo infausti

aliquid portenderet.

Urna deferebantur, quae

exciperent nomina

Tribuum et centuriarum, eaque

urnae leviter versabantur

ut sortes aequarentur.

Si avis sinistra veluti Bubo

apparuerit mali omen erat,

et nihil agi poterat

Immo quidquid actum esset irritum erat.

Aequatis sortibus, sortitio fiebat.

Scriptas leges latores eas ad senatum referebant, ut si a senatu probaretur, ferendas leges principio prudentiae commendaret. Promulgabatur lex, deinde rogationis causa concio advocabatur, ut singulis potestas cognoscendi fieret, aut corrigendi, admonendique magistratus. Ubi vero convocati fuerant aut populus in forum, aut cives in campum Martium, ibi Praeco, subjiciente scriba legem recitabat. Postea orationes ad suadendas, aut dissuadendas leges habebantur a Magistratibus, vel ab ipso latore legis, vel a privatis, quibus concionandi potestas facta erat, et qui suadebant, auctores legis dicebantur. Tum erat renovandi suffragia facultas: donec, postquam observatum esset, seu (ut etiam Auspicium vocabulo) servatum esset, an signum de caelo infausti aliquid portenderet: nam Jove fulgurante cum populo agi nefas erat, et nisi dominis lascivia occursus avis inviso, veluti bubonis, quae quandoque de caelo servabatur, nihil agi poterat, immo quidquid actum esset irritum erat, donec appareret obnuntiationi auspiciorum contrariorum locum non esse; postquam inquam, servatum esset, urnae, vel sitellae deferebantur, quae exciperent nomina Tribuum si Tributa, centuriarum, si centuriata comitia essent, eaeque urnae leviter versabantur ut sortes aequarentur, ne ulla excideret, aut subsultaret. Aequatis sortibus sortitio fiebat, et quem sors dederat ordinem Tribus vel centuriae tenebant. Jam inde Tullio Rege, qui centurias instituit et centuriata comitia, primae ad suffragium

vocabant maximi census centurię, in primam, et secundam classem descriptę. Centuria vel Tribus, quę prima ex Urna educebatur, ea suffragium ante alias ferebat, et prærogativa dicebatur, quę vero posteas ad suffragium ferendum accederat ea jure vocata dicebatur: quocirca vero, et splendor major erat primę, quam secundę. Dum comitia celebrarent, initio constitutum fuerat, ut aliquot intra Urbem armati vias custodirent, ne hostes ad accedendum [illegible] urbi (ut scriptores tradunt) si quas immineret: quin ad compescendos armatis paratisq; militibus civiles motus, si qui ferendis suffragiis, aut dissensione certantium, aut partium studio tumultuarentur. Milites autem post latum suffragium per successionem ad exercitum accedebant. Sortitione facta comitiorum populus in suas quisq; Tribus remittebatur ab eo qui legem ferebat, his solemnibus verbis: Discedite Quirites: Ubi suas quisq; Tribus repetisset, ferebant suffragium: olim voce, postea an. 614 Gabinio Trib. pl. auctore per tabellas a divisoribus, seu divisoribus distributas, quarum una novam legem improbabat in qua scripta erat hac nota A. hoc est Antiqua probo. altera vero legem probabat novam inscripta hac nota: V. R. hoc est Uti Rogas. Ne qua vero fraus in tabellarum distributione lateret privati aliquot homines de pontibus diversis præsidebant. Extruebantur enim in Campo pontes Martii e tabulatis solo editi in quorum capite cistellę plenę tabellis imponebantur, quę suffragiis latoris ministrabant, in extremis vero pontibus alię cistę, in quibus ferentes suffragium, stans suffragium jaciebat, tabellas suas deponebant. Hinc natum, ut sexagenarii de ponte a junioribus dejicerentur, qua nato jam illi ad munera publica cogebantur; hinc depontani senes, hoc est de ponte dejecti: Pontes extruebantur totidem, quot erant in Tributis comitiis tribus, nempe XXXV in centuriatis, centurię nempe CXCIII. Tribunal in Campo Martio erat cancellis septum, quod ovile dicebatur, quod ovilis autem ostium stabant rogatores cum cistis, in quas populus conjiceret tabellas, unas quisq; velut si de perduellionis crimine ageretur, paria suffragia absolutionis sortem præferebant. Hinc de potestate leges, et S.C. fuerunt, istęq; sunt ratione condita, quousque ad unius potestatem omnia devenissent.

De primis Romanorum legibus, et Jure Papiriano.

Romanum jus diversis e partibus manavit, ac variante Reipublicę forma, vitam mutavit, et nomen. Plures a Regibus ad regendas multitudines leges conditę sunt quę, quum collectę fuerant a S. seu Sex. Papyrio, Juris Papyriani nomen acceperunt. Sublatis Regibus a Decemviris conditum e jus XII Tab. ex jure Papyriano et Atheniensi coactum, quod Decemvirale jus appellarunt. Usu vero procedente, plebs vel senatus, vel uterque, plura in utilitatem Reip. et Civium constituerunt, quę plebiscita, et S.C. et generali nomine leges nuncuparunt.

et quę Centuria, et Tribus prima ex Urna educebatur ea suffragium ante alias ferebat, et prærogativa dicebatur: Quę vero post eas ad suffragium ferendum accederet iure vocata dicebatur. Cum comitia celebrarentur, initio constitutum fuerat ut aliquot intra urbem armati vias custodirent, ut civiles motus si qui fierent, compescerentur. Sortitione facta, cunctus populus in suas quisq; Tribus remittebatur hac formula: Discedite Quirites. Suffragium olim voce ferebatur, an: autem 614 Gabinio Tr. pl. auctore, tabellis, quarum una inscripta erat hac nota A. hoc est Antiqua Probo: Altera vero hac alia: V. R. hoc est Uti Rogas. Extruebantur in campo Martii pontes e tabulatis solo editi in quorum capite cistę plenę tabellis imponebantur, quarum singulas singulis ministrabant. In extremis vero pontibus alię cistę stabant, in quibus ferentes suffragium tabellas suas deponebant. Sexagenarii de ponte a junioribus dejicebantur, Hinc Depontani senes hoc est de ponte ejecti.

Cap: 31.

Romanum jus variante Reip forma, initium mutavit, et nomen. Leges a Regibus conditę, collectę fuerant a S. Papyrio, quę Juris Papyriani nomen acceperunt. Sublatis Regibus a Decemviris conditum e jus XII Tab. ex jure Papyriano et Atheniensi coactum, quod Decemvirale appellabant

Ex formulis, quibusque solemnibus judiciorum compositum est jus civile Flavianum a Cn: Flavio scriba dictum. Ex disputationibus, interpretationibus, responsisque unicorum rata est Jurisprudentia. Ex edictis Magistratuum provenit jus honorarium, ex Imperatorum constitutionibus, decretis et rescriptis, Principum placita extiterunt. Ac sane jus Papyrianum fortuna potius, quam consilio prodyt, quod plerumque accidit in primis hominum coitionibus initiisque regnorum, cum non tam virtus, quam cupiditas dominandi, quae parem utilitatem, parumque procreat sua nimium sit, si effera multitudo, moribus ingeniisque diversis, e fugitivis, exulibusque collecta, quasi prisca gens Ro: fuit, sub unius imperio, et legibus coiverit. Quamvis non quilibet ad alios subigendos natura feratur, tamen studio quisque sui renititur saepe alteri, quod sine periculo, atque propria pernicie augere non potest: hinc a mutuis injuriis abstinent, quia par utrinque metus impendet unde malunt sese homines continendo servare, quam regnando perire. Unde quae concitat animos cupiditas, eadem refraenat; Igitur ne coacta societas dissensionibus turbaretur Urbis initio Regis jussa pro legibus erant. A XII tabulis veteres leges ad quidem omnes accepimus (quaeque ad regium dominatum pertinebant, simul cum regio nomine ceciderunt) sed eas potissimum, quae aut ad religionem, aut ad jus privatorum spectabant. Regiae leges potissimum a Romulo, Numa, et Servio Tullio profectae sunt. Romulus naturae jus excoluit, et Matrimonii, educationis liberorum, jurisque parentum sanxivit: Numa jus gentium excoluit ac de homicidiis, de bonae fidei contractibus, de sepultura leges aliquot promulgavit; idemque populum religionibus devinxit, eique caerimonias, ritus, et sacra posuit. Servius Tullius denique, jus civile constituit, et de contractibus atque delictis 50 rogavit leges, item de foenore, poenis, aere alieno; et de equitum suorum liberorum adversus parentes cavit.

Quae Plebs, vel Senatus in utilitatem Reip: constituebant, Plebiscita, S.C., et postea nomine Leges nuncupantur.
Ex formulis judiciorum compositum est jus civile Flavianum a Cn. Flavio scriba dictum.
Ex disputationibus, responsisque Jurisconsultorum rata est Jurisprudentia.
Ex edictis Magistratuum Jus honorarium
Ex Imperatorum constitutionibus, decretisque Principum placita.
Ac sane jus papyrianum fortuna potius, quam consilio prodyt.
Quod accidit in primis hominum coitionibus, initiisque Regnorum.
Hic lege attente ibi
Igitur ne coacta societas dissensionibus turbaretur.
Urbis initio Regis jussa pro legibus erant.
Leges quae ad regium dominatum pertinebant, cum Regibus ceciderunt: quae autem ad religionem, et jus privatorum spectabant a XII tabulis accepimus.
Regiae leges, a Romulo, Numa, et Servio Tullio profectae sunt
Romulus, naturae jus excoluit
Numa: jus gentium
Tullius: Jus civile.

De jure XII Tab:

Cum consules immoderatam in plebem potestatem exercerent, C Terentius Arsa Tr: Pl: legem promulgavit de quinque viris creandis qui leges consulari imperio perscriberent. Ea deliberatio per decennium extracta fuit, et post impetratam duplicationem Tribunorum Pl: potestatem intermissa; vicerunt tandem Romilio Veturioque Coss: in plebem Ro: impotentius dominantibus. Anno aetatis U.C CCC Spurio Tarpejo et A. Terminio Coss: res ad Senatum relata est, ac deinde A. Romilii factum S.C et deinde plebiscito confirmatum, ut tribus viris pro majestate Reip: Ro magnifice instructis, Legati per Italiam, et universam Graeciam patrias leges mitterentur; creatique Sp. Posthumius, Ser. Sulpitius, P. Manlius, qui utiliores singularum Civitatum, et potissimum Lacedaemoniorum, atque Atheniensium leges

Cap: 2
Consules nimiam in plebem potestatem exercebant. Unde C Terentius Arsa legem promulgavit de quinque viris creandis, qui leges consulari imperio perscriberent.
Ea deliberatio per decennium extracta fuit, postea paulo intermissa.
Tandem Romilius, et Veturius Coss impotentius dominarunt.
Anno demum U.C CCC Sp: Tarpejo, et A Terminio Coss res ad Senatum delata est, et

descripserunt, Romanique asportavere. Eas leges, selectis aliis Magistratibus, decemviri ad id delecti cum summo imperio in XII tabulis partim integras perscripserunt, partim emendarunt, partim ad populi mores, et consuetudinem Urbis inflexerunt, novasque aliquot ipsi pro temporum opportunitate interserverant. Prima tabula rationem instituendi, agitandique judicii tradebat. Secunda causas judicii prorogandi, vel persequendi furti. 3a. rei usucapiendae. 4a. jus parentum in liberos, et jus emancipationis etc. 5a. Quae testamentorum, successiones ab intestato etc. 6a. venditiones, usucapiones etc. 7a. de damno etc. 8a. jura praediorum urbanorum et rusticorum etc. 9a. fons erat juris publici, vetabatque privilegia, et coetus nocturnos prohibebat etc. 10a. jura sacrorum, sepulcrorum etc. 11a. jus connubiorum, et de sacris detestandis, et de ii postremam legum 12a, quae simul cum undecima supplementum erat, de pignore, de calumnioso [illegible] judicio, itemque de servo [illegible] quae singula distincte videre est apud Gravinam lib. 2.

De Actis Legitimis et jure Flaviano.

Ex. nam legum usu, et potestate deductus fuit usus sive ratio judicii exercendi certis adhibitis formulis veterum Jurisconsultorum artificio conditis, eductisque de [illegible] Pontificum: quas legis actiones et actus legitimos appellarunt: quae altera fuit post XII tab. pars juris civilis dicitur: quas Cneus Flavius, a Flavio scriba, qui primum eam populo vulgavit. Distinguendum est inter legis actiones, et actus legitimos: Legis actiones, Pomp: in l. 2. § 6. D. de orig. juris erant formulae quibus homines inter se disceptabant e.g. Ajo te mihi dare, aut facere oportere; Fundus qui est in agro qui Sabinus vocatur, meus est: Inde ego te jure Quiritium meum esse ajo. Hae legis actiones ab aliis distant quia hae apud judicem sine disceptatione interponebantur. Hae autem erant formulae quis actus voluntariae jurisdictionis apud judices explicabant veluti adoptio, manumissio etc. Actus legitimi erant, veluti adoptio, mancipatio, hereditatis aditio, qui sine judicis auctoritate inter privatos parietes fieri solebant. Hae formulae ad novos contractus genera per Sex. Aelium sunt compositae, unde jus Aelianum dictum est. Jus Flavianum, Aelianum, et interpretationes prudentum sub priscae Jurisprudentiae nomine veniunt. Quae autem extitit Jurisprudentia usque ad tempus, quo Principum constitutiones invaluerunt, media vocatur. Senescente XII tab. jure, vel obscuritate verborum, ex antiquitatis oblivione, vel novis indies negotiis orientibus, quae novas leges postulabant, auctoritate populi, vel senatus, vel utriusque, novas leges, quae a plebe plebiscita, quae a senatu S.C. vocantur: et plebiscita condita sunt: quae senatus consultum vero populi suffragio confirmatum, legis vim, ac nomen obtinebat. Hinc indicanda sunt nomina legum, deinde leges, ut lector antequam accesserit

De posterioribus Legibus

Omnes leges aut personas, aut negotia, aut judicia respiciunt. Dividimus a personis quae vel liberi sunt vel servi, servorum status [illegible] et liberi libertini [illegible] certum servorum manumittendorum numerum possidebant, nec manumissi, et manumissori

---

a Decemviris a Romanis rogati S.C., plebiscito confirmati, tribus Reip. Rom. magistratibus restrictis, Legatos Sp. Postumium, Ser. Sulpicium et A. Manlium per Italiam, et universam Graeciam petitum leges miserunt. Quas receperunt, leges perscripserunt, Romanique asportaverant. Decemviri ad id delecti, cum summo imperio, partim emendarunt, partim etc. in XII tabulis describere; Quae sub hoc titulo continent.

Cap: 33.

Ex legis XII tab: usu, et potestate deductus fuit usus sive ratio judicii exercendi certis adhibitis formulis conditis artificio Jurisconsultorum, quas legis actiones, et actus legitimos appellarunt.

Legis actio diversa ab actu legitimo.

Legis actiones erant formulae quibus homines inter se disceptabant, et apud judicem sine disceptatione interponebantur. Actus legitimi erant v.g. adoptio, mancipatio etc. qui sine judicis auctoritate inter privatos parietes fieri solebant.

Jus Flavianum, Aelianum et interpretationes prudentum priscae Jurisprudentiae sunt.

Media autem Jurisprudentia quae invaluit usque ad Principum constitutiones. Vide hic.

Cap: 34.

Omnes leges, aut personas, aut negotia, aut judicia respiciunt.

etate definierat. Junia Norbana medium inter servitutem, et plenam libertatem constituebat. Visellia plenam libertatem Latinis libertis ob honorem tribuebat militiæ Romanorum. S.C. iis quibus libertas a testatore relicta erat, absentibus etiam heredibus libertatem præstabat. Et leges quæ liberorum statum complectuntur sunt sequentes: Lex Atilia quæ tutorem ex lege a prætore dabat iis, quibus nec ullus agnatus aderat nec tutor datus a testatore. Lex Lætoria adolescentes minores 25 annis a dolis alienis tutos præstabat. Et leges, quæ ad negotia pertinent viventium sunt: Lex Scribonia sustulit usucapionem servitutum: Lex Claudia, et S.C. Macedonianum adolescentium obligationes resciderunt. Lex Cincia immoderatas donationes, et munera coercuit. Et accedamus nunc ad negotia, quæ a morte alicujus emergunt, quibus regendis hæ sunt leges constitutæ: Lex Cornelia testamenta condita ante captivitatem ab iis, qui apud hostes decesserunt perinde confirmat, ac si die suo in Urbe obiissent. Lex Furia certam summam definivit, supra quam non liceret legare, aut mortis causa donare nisi certis personis. S.C. Trebellianum actiones omnes, quæ heredi, et in hereditatem competerent jussit cum restituenda hereditate transire. Et ad leges, quæ ad crimina, et judicia pertinent progrediamur. Lex Cornelia de majestate coercuit eorum ~~audaciam~~ atrocitatem, qui contra Regem molirentur. Lex Cornelia nummaria, quæ crimen coercuit falsatæ, et adulteræ monetæ: Lex Cornelia puniebat injurias sive verbo, sive re, sive scriptis illatas. Lege Julia et Glaucia reprimitur avaritia Magistratuum, et aliorum. A legibus Mævia, Fabia, Julia et ambitio hominum compescebatur: Aliæ multæ sunt leges, quas distincte recenset Gravina in Cap: 34 lib: 1: et quas legere non parum juvabit.

De jure honorario, et de Prætore Urbano, et Peregrino.

Magistratus legum quodammodo vita est, et manus, quæ vel languentes excitat, vel obscuras evolvit, vel dilatat angustas. Hujus voce, et auctoritate vires legum explicantur. Edictis magistratuum jus honorarium vocatur. Initio populus certos cives potestate armat universorum, ut ea uterentur ad flectendas regendasque leges, et ad expediendas ex æquo vel aperto, vel addito casu oblata negotia. Ex prosapia apud Ro: magistratus ille, ~~quod~~ unde omnis jurisdictio causarum et judiciorum fluebat, nempe Prætura. Prætoris quoque nomen erat summus omnium magistratuum conveniens, præcipue vero consulatui. Duplex in Urbe erat jurisdictio prætoria, Urbana altera, altera peregrina: Urbana anno ab U.C. 386 creata est, idque propositum e a Patribus, ut jus cum plebe communicatum, deminuentque patriciis, aliqua ratione repararent. Consules

Persona: vel liberi sunt vel servi.

Lex Caninia servorum numerum præscribit.

Lex Ælia Sentia manumissionis ætatem definit.

Leges quæ liberorum statum complectuntur:

Leges, quæ ad negotia pertinent viventium:

Leges, quæ regendis negotiis, quæ a morte alicujus emergunt, sunt constitutæ.

Lex Furia; Lex Cornelia; S.C. Trebellianum et.

Leges, quæ ad judicia pertinent.

Lex Cornelia et.

Leges, quibus reprimitur avaritia Magistratuum.

Lex Julia, Glaucia.

A Legibus Mævia, Fabia, Julia et ambitio hominum compescebatur.

Cap: 35.

Magistratus legum quodammodo vita est, et manus.

A prætura omnis jurisdictio causarum, et judiciorum fluebat.

Prætoris nomen summis omnibus Magistratibus conveniens.

Duplex in Urbe jurisdictio: Prætoria — Urbana — Peregrina.

Urbana an: 386 inducta e

ut Jus cum plebe communicatum, et dominatum Patriciis reparaverat.

Interim propter negotiorum urbanorum turbas consules ea negotia evolvere minime poterant, inde Patres impetrarunt ut consularis potestatis portio conferretur in peculiarem Magistratum creandum e numero Patrum. Sella curulis unde dicta. An: DX creatus fuit Praetor Peregrinus, qui jus redderet inter Cives, et Peregrinos.

Cap: 36.

Ro: imperio adjecta Sicilia, et Sardinia, duo Praet: adjectis duabus Hispaniis Provinciis alii duo creati sunt. Isti annuo sortiebant Provincias et si ultra Propraetores appellabantur. Primo penes Reges, postea penes Consules, crimina publica agitabantur. Populus coepit singula crimina vel Consulibus, vel Praetoribus mandare usque ad an 604. Sed postea excrescente numero criminum: quaestiones perpetuae institutae sunt, cum annuo Magistratu, qui eis praeesset. Creatique hi a populo Praetores dicebantur, et Quaesitores. Quaestionis nomine significat merum imperium, sive jus gladii, et capitalis animadversio. Nomine Parricidii continetur omnis atrocitas.

Cap: 37

Prima quaestio perpetua instituta est de pecuniis repetundis L. Pisone Tr. Pl. Quaestiones commemoratas sortito exercebant antequam irent in Provincias Praetores Provinciales. His alias adjecit L. Sylla itaque Quaesitores: alii ab aliis [illegible] sub Caesare X Praet. Nerva Fiscalem, M. Antoninus Tutelarem adjecit.

interim ~~crescente~~ negotiorum urbanorum turba, consules longa expeditione, assiduaque militia distracti ea negotia evolvere minime poterant; ex quo factum est, ut Patres impetrarent, ut aliqua consularis potestatis portio, hoc est forensis, conferretur in peculiarem magistratum creandum e numero Patrum, quem Praetorem appellarunt: hujus consularia erant insignia pro consulari potestate quam exprimebant. Sub Imperatoribus Praetor centumviralibus etiam judiciis praesidebat. Jus vero reddebat e sella curuli ex ebore, dictaque fuit curulis, quia veteres magistratu jam perfuncti, curru consueverant in Curiam vehi honoris gratia. At confluentibus in Urbem exteris, increbrescebant in dies peregrina negotia, quibus expediendis cum Praetor Urbanus non sufficeret creatus fuit an. U.C. DX, vel ut Sigon. DVIII. Praetor alter peregrinus appellatus qui jus redderet inter Cives, et peregrinos.

De Praetoribus Provincialibus et Quaesitoribus

Adjectis pluribus imperio Provinciis, constat alios, novorum negotiorum causa creatos fuisse Praetores. Itaque Ro: imperio adjecta Sicilia, et Sardinia, duo Praetores, adjectis duabus Hispaniis Provinciis alii duo Praetores creati sunt. Hi annuo sortiebant provincias quisque suas, et si ultra annum prorogaretur imperium Pro-praetores appellabantur: quod commune fuit omnium Praetorum Provincialium nomen: eadem ratione Consules qui exacto in Urbe consulatu, in Provincias mittebantur Proconsules dicebantur. Primo penes Reges, postea penes consules crimina publica agitabantur; sed quum lege Valeria populo delatum fuit jus provocationis, coepere singula crimina mandari per populum vel Consulibus, vel Praetoribus usque ad an. 604: sed excrescente in dies numero criminum, cum incommodum esset vel singulas causas ab universo populo mandari magistratibus, satius esse duxerunt quaestiones instituere perpetuas cum annuo magistratu, qui eis praeesset: creatique hi a populo Praetores dicebantur, et quaesitores. Unde an 604 institutae sunt quaestiones perpetuae, quae propriis Praetoribus, sive quaesitoribus parerent. Unde praeter Urbanum praetorem, et peregrinum, erant in Urbe Praetores provinciales: Quaestionum autem nomine significatur merum imperium, sive jus gladii, et capitalis animadversio. Iidemque Praetores appellabantur quaesitores Parricidii, propterea quod parricidii vocabulo omnis continetur atrocitas.

De publicis Quaestionibus

Prima quaestio perpetua instituta est de pecuniis repetundis L. Pisone Tr. Pl. Lege generale [illegible] Cicero [illegible]. Hanc excepere quaestiones de peculatu, de majestate, de ambitu, cum illae quaestiones erant quas olim exercebant antequam irent in provincias Praetores provinciales. His L. Sylla quatuor alias adjecit publicas quaestiones, unde Praetores, sive Quaesitores quatuor. Alii ab aliis adjecti sunt, ita ut sub Caesare X Praetores fuisse Dion tradit. [illegible] Nerva Praetorem novum sanxit, cujusque loco Fiscum subjecit alium, qui Fiscum inter, et privatos jus diceret, quem Fiscalem appellavit. Denique M. Antoninus adjecit tutelarem ut pupillis adesset, et tutores cogeret suscipere tutelam aut satisdare rem pupilli salvam fore. Praetorum autem munus

Munus Praetorum est custodiendi servandi, et ad usum flectendi jus Civile. Non n. enim satis est leges condere, nisi vivae quaedam excitent auctoritate

in custodiendo, explicando, augendo, atque ad usum flectendo jure civili versabatur, etenim satis est optimas leges condere, nisi vivas quaedam excitet auctoritas, quae mutas quodammodo reddat vocales, et aequitate duce, ad obscuros casus prudenter eas deducat, quod Praetores edicto, et auctoritate sua praestabant

Cap: 38.

De Edicto perpetuo.

Quae Praetor edicta initio anni sui magistratus populo proponebat; ipsa eum civibus eo anno erat usurus. Sed initio licebat Praetori propositum edictum mutare. Hoc, ut, multis fraudibus pandebat viam, nam Praetores edicta mutando alienam colligebant ambitiosè gratiam, ita C. Cornelius Trib. Pl. legem tulit, ut Praetores ex edictis suis perpetuis, jus dicerent.

Quae [edicta] Praetor, in magistratu inito proponebat, hoc est in albo scribebat, et populo significaret, quo anno eo jure esset usurus cum civibus; initio tamen licebat Praetori propositum edictum mutare, quod multis fraudibus pandebat viam, dum Praetores aut propriam cupiditatem explebant, aut alienam colligebant ambitiosè gratiam, dum priora mutarent edicta. Ideo C. Cornelius Trib. pl. legem tulit ut Praetores ex edictis suis perpetuis, sive fixis jus dicerent, atque ab eo toto magistratus anno recedere non liceret. Discrimen est inter edictum perpetuum Cornelianorum temporum, et edictum perpetuum Hadriani jussu digestum. Scilicet Hadriani quo ex pluribus edictis superiorum Praetorum, annuis illis quidem, sed pariter auctoritatem in assiduam jurisdictionem receptis, atque veterum Jurisconsultorum interpretatione ornatis, Hadriani jussu in unum edictum compositum est, atque in plura capita, mirabili arte, divisum, per Salvium Julianum Jurisconsultum, quod perpetuum quoque fuit appellatum scilicet omni [posteriori] tempore duraturum, ex quo jus a futuris Praetoribus [redderetur], quod in Urbanum postea divisum est, et provinciale. Edictum postea Cornelianorum temporum perpetuum dicitur, quod toto magistratus anno teneret, ut interea temporis mutare nefas esset, sequenti vero anno non nisi novi Praetoris auctoritate revivisceret, more Pontificiarum constitutionum, quas Cancellariae regulas vocant quae quamvis maneant semper eaedem, tamen novi pontificis confirmatione recipiunt auctoritatem, proximi Pontificis morte jam amissam. Porro Praetoris Album [illegible] putat parietem dealbatum [illegible] edictis, verbis inscriptum, [illegible] quo alio explicabat jurisdictionem Praetoriam. Jurisdictio [autem] Praetoris aut in judicando, aut in judice dando, aut in possessionem immittendo versabatur; ejusque potestas teste Varrone, exprimebatur his verbis: Do, Dico, Addico, [Dicebant] cum aliquid [illegible] pronunciarent. Addicebant, ut debitorem tradebant creditori, ut in eum et vitae et necis haberet potestatem, cum solvendo non esset, vel aliquid Domino adjudicabant mancipatione, vel in jure cessione, vel adoptione. Dabant immittendo in possessionem, vel concedendo judicem, vindicias, et actiones. Sigon. de Jud. lib. I. c. 7. De hujus igitur magistratus jurisdictione edicta prodierunt, ex edictis singulas prope juris civilis partes ornarunt. Quod jus honorarium fuit appellatum a Magistratu, ex quo processit, qui vir Honoratus nuncupabatur. Hujus juris natura dissimilis est a jure civili. Jus n. Civile directum est, rerum praecisum, atque totum subtilitate, verborumque nativa proprietate conceptum. Honorarium vero utpote e re natum, et e pluribus eventorum cognitione immo aliquando ex certarum commiseratione personarum

Discrimen est inter edictum perpetuum Cornelianorum temporum, et edictum perpetuum Hadriani jussu digestum. Hic enim, narravit, ut ex pluribus superiorum Praetorum edictis, edictum unum perpetuum scilicet omni posteriori tempore duraturum conficeretur, magnifice factum est per Salvium Julianum Jurisconsultum. Juxta quod Praetores jus reddere debebant et divisum est in Urbanum, et Provinciale. Edictum postea Cornelianorum erat perpetuum quod toto Magistratus anno mutare nefas esset: sequenti vero anno non nisi novi Praetoris auctoritate reviviscebat sicut nunc Pontificiae constitutiones seu Cancellariae regulae, cujusque novi confirmatione recipiunt auctoritatem.

Praetoris Album vocatum putant parietem dealbatum jurisdictione edictis Praetoris inscriptum. Jurisdictio autem exprimebatur his verbis. Do, Dico, Addico. Dicebant, cum aliquid pronunciarent judicando. Addicebant, cum tradebant debitorem creditori et vel aliquid Domino. Dabant concedendo judicem, vindicias

[illegible] significare, quod exponere in luce, clarum facere, in manifesto ponere.

ex ea opportunitate temporum crescentium remissius est, et humanius, plerumque habita ex aequitate ac ratione utilitatis communis, quam ex religione verborum et superstitione vetustatis: nec tamen juri civili [*communi legibus] adversatur, ne suo exemplo populi venerationem solveret, cui se cives verecundo obstrinxerant, sed id aliquando si cogatur varietate temporum, lateriter fovit, et vere eundem: plerumque vero legibus ita obsequitur, ita obtemperat, ut mentem verbis reconditam consequatur. Unde quo legis verba non pervenirent eo magistratus potestate producuntur si fuerint angustiora; si vero laxiora sint per eundem magistratum aequitatis exercitio molliantur, et ad pleniorem populi utilitatem deflectuntur. Itaque jus honorarium lenimentum fuit, et benigna interpretatio juris civilis, quae uti verba destituerant, occurrebat [illegible] vocabulo, tersuque; suavioris itaque comparatio juris civilis et honorarii lectu digna est, quam nihil antiquius, nihil venustius. Nunc ad edictum [illegible] transeamus, requirit ad compendiariam antiquitatis cognitionem, et ad initia juris honorarii desideretur.

De Aedilibus.

Aediles dictos, Varro tradit, a sacrarum privatarumque aedium, atque aedium procuratione. Plebs in monte sacro secedens impetravit a senatu an. U.C. CCLX tribunos obtinuitque duos e plebe creandos aediles, qui tribunis gerendis praeessent, eorumque jussu causas leviores litesque privatas aliquot judicandas susciperent. et cum aedium sacrarum, locorum publicorum, et annonae curam gererent, matronarum mores, circa sumptus dicta factaque immodesta, observarent, et coercerent. Exorta contentione inter senatum et plebem de consule creando quievit plebsque pervicit ut alter consulum a plebeiis fieret: ob hanc causam senatus ludos decrevit in honorem deorum: ludorum munus aediles plebis recusarunt, cui sese obtulerunt Patricii juvenes: quibus ob [illegible] gratiae actae, prodiit S.C. ut duo aediles ex patriciis, rogante dictatore a populo crearentur, atque ita in posterum addita sunt aediles curules duo, qui sella curuli utebantur. Progrediente tempore etiam hic magistratus fuit promiscuus cum plebe, ut et aediles, et curules ex plebe saepe crearentur. Primique creati sunt aediles curules an. 387 Cn. Quinctius Capitolinus et Pub. Corn. Scipio [illegible], et L. Aemilio Mamerco Coss. Hi plura munera cum aedilibus plebis habuere communia velut annonae curationem &c. et curabant ludos eosdemque proprio sumptu magistratum ineuntes populo dabant; quam plerumque magnificentia (ut est ambitio in primis honorum gradibus [illegible]) privatas opes exsuperabat: unde profuso aere, contractoque magno aere alieno, spoliis provincialium [illegible] reparare cogebantur, [illegible] et [illegible] in [illegible] toga praetexta, sella curuli, et jus imaginum in posteritatem transmittebant. Matura hujus magistratus aetas erat an. 37. [illegible] edictum proponebant quo populum admonebant, et docebant. Jurisdictionem autem exercebant in rebus venalibus, et fraudes praecavebant, aut redhibitionis [illegible]. Redhibitio vero aedilitio edicto, qua venditio vitiosa rescindebatur, et rei vitiosae venditor cogebatur rem suam, reddito pretio, ab emptore recipere. Actio altera, erat quanti minoris, qua contractus rescindebatur ex parte, [illegible] pretii portione quae deerat rei venditae. Hoc edicto [illegible] praetorum jurisconsultorum commentariis [illegible] ut partem juris honorarii constituunt. Duos Caesar aediles addidit Cereales nuncupatos, [illegible] mandata sibi re frumentaria.

Ex annis Magistratus [illegible] adiecta ex edictis ex civile manant. fuit jus honorarium, quod [illegible] a Magistratu [illegible] processit, cui et praetorium nomen nuncupavit.

Juris honorarii natura dissimilis a jure civili. Jus autem civile praecisum, severum est. Jus honorarium tempore e ratione remissius est, et humanius.

Itaque jus honorarium lenimentum fuit, et benigna interpretatio juris civilis et venustissimae [illegible] comparatio est, et lectu digna [illegible] expressa est [illegible] hic. Nunc transeamus ad alia, ne quid ad initia juris honorarii desideretur.

Cap. 39.

Aediles dictos, Varro tradit, e sacrarum privatarumque aedium procuratione.

An. 260. plebsque in monte sacro secedens impetravit a senatu tribunos, obtinuit duos aediles e plebe creandos, qui tribunis gerendis praeessent, atque matronarum mores, dicta factaque immodesta observarent et coercerent.

Exorto S.C. ut duo aediles ex patriciis a populo crearentur. Progrediente tempore etiam hic magistratus fuit promiscuus cum plebe, ut aediles et curules ex plebe saepe crearentur.

Primi aediles curules an. 387 Cn. Quinctius Capitolinus, et Pub. Corn. Scipio [illegible] Consules creati sunt ex patriciis. Ludos quos senatus voverat aediles plebis acturos se negarent. Hi plura munera cum aedilibus plebis habuere communia.

Hi aediles curules ludos [illegible] eosdemque proprio sumptu populo dabant, ita ut profuso aere privatas opes dilapidarent. [illegible] laborem et sumptum [illegible] in [illegible] edicto proponebant [illegible]

[illegible] commentarii [illegible]

De Jurisprudentia

Publica voluntas legibus concredita et ministrum postulat, cujus voce civibus exprimatur, quod munus est Magistratuum; et magistratuum auctoritas comitem atque adjutricem flagitat sapientiam, quae pro re nata ei subveniat, indicetque, quorsum et quousque, sententia leges ratione ducta procurat; unde deflectat, denique quo extendenda sit aut retrahenda, quod moralis Philosophiae praeceptis, et Dialecticorum regulis expeditur. Praeterea leges quo suo perspicuus verbis expressae, longinquitate temporis, propter novitatem succedentium morum, atque mutationem sensus vocabulorum prisci temporis obscurantur, atque ita leges lux eripitur oculis civium, et non offunditur publicae voluntati, nisi praesto sit aliquis morum, verborumque vetustorum peritus, qui leges priscis vocabulis, et moribus legum sententiam diligenter evolvat. Quamobrem a Philosophia, rectaque ratiocinandi norma, quae abstractas a rebus singulis leges aptat, adglutinatque negotiis, et ex antiquitate, atque perspecta proprietate vocabulorum, Jurisprudentia consurgit, quae cum sit moderatrix, et interpres legum, boni, et aequi ars a suis cultoribus appellatur. Haec longe gravior fuit, et sanctior apud Romanos quam apud Graecos; nam etiam apud Graecos conducebantur interpretes; sed ii tantum accipiebant quibus eam auctoritatem summa scientia, atque virtutis opinio tribuisset; quique nunc labores non lucri cupiditate, sed civium juvandorum studio susceperant. Principio legum interpretationes tanquam oracula e collegio Pontificum proferebantur. Apud Graecos hoc munus [illegible] praestabant Oratores, qui dum causas agebant leges obscuras, in usu suo explicabant. Apud Romanos autem tanti id munus aestimabant, ut labores hunc nobiliores, et sapientiores non refugerent; unde etiam Jurisconsultis potiores in Rep. gradus patebant. Leges erant, et promulgatae civibus jura, utpote brevi oratione conclusa, sed eandem sententiam, et usus ambitior, cum usque interpretandarum ratio, quae tam ex auctoritate publica, quam ex virorum nominum ingenio ducitur, quaeque Jurisprudentia nuncupatur, erat in eorum interpretatione potestate.

De Disputatione fori, et respondendi jure.

Disputatio fori appellabatur ea, quando viri prudentes conveniebant, et inter se disputabant de occulta legum vi, cum ambiguitas aliqua juris occurreret, exclusa autem obscuritate legis tradebant populo servandam a majori parte comprobatam. Haec ratio tractandi juris civilis absque scripto jam exercitata cum prudentum auctoritas peperit jus illud, quod sine scriptis venire dicitur. Quamvis postea sententiae ex fori disputatione procedentes mandarentur scriptis. Sicut Ulpianus, Caiusque atque jurisconsulti libros, quibus complectebantur jura a prudentibus illata (cum Leges vocabulis utor) tacito et illiberato hominum consensu nonnihil receptum, a quo cohaerebat usus, atque, intra fori. Primus Augustus publicam Jurisconsultis tribuit auctoritatem, jussitque, ut respondendi facultas non amplius e privato consilio, sed ex Principis beneficio prodiret. Puto et nostris temporibus tacite dari responsa, aut ab integris collegiis, [illegible] a Rota Romana, vel a privatis Doctoribus suppeditantur: cum publica auctoritate ab Academiis potestas respondendi conceditur.

Cap. 40.

Publica voluntas legibus concredita Magistratuum voce civibus exprimitur, Magistratuum vero auctoritas adjutricem flagitat sapientiam quae pro re nata ei subveniat, indicetque quousque, sententia leges ratione ducta procurat.

Praeterea leges quo suo perspicuus verbis expressae sunt, deinde vero longinquitate temporis, novis moribus natis, sensus vocabulorum mutatis obscurantur, ut legum lux eripitur oculis civium, et non offunditur publicae voluntati nisi praesto sit aliquis morum, verborumque priscorum peritus, qui leges priscis vocabulis, et moribus legum sententiam diligenter evolvat.

Quamobrem a recta ratiocinandi norma, quae abstractas a rebus singulis leges aptat, adglutinatque negotiis et ex perspecta proprietate vocabulorum Jurisprudentia consurgit.

Haec est interpretatio legum, boni et aequi ars.

Haec sanctior fuit apud Romanos, quam apud Graecos, ubi etiam conducebantur interpretes; ab illis tantum accipiebantur qui eam auctoritatem summam scientia, atque virtus tribuerat.

Principio legum interpretationes tanquam oracula e collegio Pontificum proferebantur.

Apud Graecos id munus praestabant Oratores, qui causas agebant.

Apud Romanos tanti aestimabantur, ut labores hunc nobiliores et sapientiores non refugerent, Jurisconsultis potiores in Rep. gradus patebant.

Cap. 41. 42.

Disputatio fori erat disputatio de vi occulta legum facta per viros prudentes, qui postea tradebant populo servandam a majori parte comprobatam.

Haec ratio tractandi juris civilis peperit Jus non scriptum.

Ita vocabatur licet sententiae a fori disputatione procedentes scriptis mandarentur.

Primus Augustus jussit, ut respondendi facultas non amplius e privato consilio sed ex Principis beneficio prodiret.

eos eveniat interdum ut ii Doctores vitis creati Juris omnis tam rudi quam profani sint imperiti. Id est ex malo more quo pro dignitate Jurisconsulti grandis possim pecuniae summa solvi solet cujus accessus animi promotorum interdum deleniunt. Exemplo sunt avaritiae Doctorum Italorum. Jasonem n. et Alciatus 50 immo 100 aureos exegisse dicunt, pro vestibus, ut vocant, Doctoralibus. Cujacium quoque credo manus irroratae erant, cum Lauream Doctoralem Marquardo Frehero [illegible] indolis puero conferret an. aet. 18. Quis n. jurisprudentiam expectet a puero impubi. Si saltem 17 aetatis annum superasset, exemplo uti poterat Nervae filii, qui tot annorum adolescens aut certe non multo major de jure publice responsitasse dicitur in l. 1. § 3. ff. de postul.

De auctoritate Prudentum

Jurisconsultorum auctoritas eo venit, ut ab ea Judici recedere non liceret: quando quidquid unanimes Jurisconsulti approbassent: iis qui per epistolas peterent, per epistolas etiam dabant responsa, quae statim dabant judicibus, ne si vos peterent, eventus causae ante sententiam judicis palam fieret. Heinecc. de auctor. prud. c. 4. Coepit autem juris interpretatio mandari scriptis post illata in Italiam studia Graecorum. Cic. de Orat. Id tamen illius temporis sine arte fiebat quamvis singula negotia, singulorum personarum nominibus, ut gesta erant atque agitata, describebant: neque ad certum genus causarum abstrahebant. Primus autem Tiberius Coruncanus fertur sese publice ad respondendum dedisse, discipulosque habuisse, qui Magistri doctrinam et responsa exciperent. A Coruncano autem ad Servium Sulpicium, ut in una semper [illegible], eo sine ulla arte [illegible]. Servius Sulpicius primus dialecticis regulis disposuit jurisprudentiam, et artem, quae genera, partes, et definitiones distinguit adhibuit. Per hanc autem universam etiam Philosophiam, quae [illegible] pertinebat, ad in jus Civile manavit. Ex interpretationibus itaque Jurisconsultorum in morem nascentibus, et legum asperitatem occurrentium ac juris lenitatem, ortae sunt regulae, viros aequitatis ratione temperatae, quae deinde [illegible] in edicta magistratuum, atque decreta Principum, itaque [illegible] veteris ac directi juris. Hujusmodi sunt eum codicillorum, [illegible] querela. Unde omnes regulae juris, et bonae fidei judicia: denique omnes fere actiones utiles quas illas appellamus, quia non ex directo, ac prisco jure, sed ex aequo [illegible] interpretatione processerunt. Aliud vero aliter sentiunt Jurisconsulti qui ex Stoicis erant aliter qui ex Peripateticis vel Epicureis. Ideo quidquid [illegible] familia [illegible] in Jurisprudentiam [illegible]: atque ita post tempora Augusti Sabiniani et Proculeiani [illegible] tempus eorum [illegible].

De Jurisconsultorum Philosophia.

Ex quo ad prudentes Romanorum fuit attributa Philosophia Graecorum, plura dogmata versantur in jure civili, quae philosophorum scholas, ac Stoicam praecipue redolent. Stoicorum n. maxima doctrina ideo in jure civili dominabatur, quia Zeno a veris [illegible] nomina ut aliquae ceterorum philosophorum, avocabat. Sine multa Jurisconsulti [illegible] e consuetudine Stoicorum, ipsi n. atque Stoici vocabulorum origines, atque etymologias vestigabant, breviterque.

Hoc nostris etiam temporibus, dum [illegible] aut a privatis collegiis, ut Rota Romana, vel a privatis Doctoribus suppeditantur.

Haec quae [illegible] sunt verba auctoris [illegible] auctoritatibus ad Gravinam.

Grandis pecuniae summa solvi solet pro dignitate Jurisc. et hoc ex malo more [illegible] Alciatus 50, immo 100 aureos exegisse dicuntur pro vestibus Doctoral.

Cujacius Lauream Doctoralem contulit Marquardo Frehero puero an. 18. Nervae Filius an. 17. de jure responsitasse dicitur.

Cap: 43

A Jurisconsultorum auctoritate judicibus non licebat recedere, quando quidquid unanimes Jurisconsulti approbassent.

Per epistolas respondebant, iis per epistolas peterent.

Haec statim dabant Judicibus ne eventus causae ante sententiam Judicis palam fieret.

Juris interpretatio coepit mandari scriptis post illata in Italia studia Graecorum.

Illius temporis negotia ad certum genus causarum non abstrahebantur. Primus Tiberius Coruncanus sese publice ad respondendum dedit.

A Coruncano ad Servium Sulpicium jus civile scriptis [illegible], eo sine ulla arte [illegible]. Servius Sulpicius primus dialecticis regulis disposuit Jurisprudentiam.

Ex hac etiam Philosophia moralis [illegible] in jus civile manavit.

Ex interpretationibus Jurisconsultorum in morem nascentibus, legumque asperitatem [illegible], ortae sunt regulae juris, et aequitatis [illegible] Epicureorum a Peripateticis diversa.

Cap: 44

Plura dogmata versantur in Jure Civili, quae Philosophorum scholas, et Stoicam praecipue redolent. Zeno nomina a veris generis avocavit

Plures faciebant Jurisconsulti a consuetudine Stoicorum.

Ut n. Stoici virtutis, ità et Jurisconsulti se se Justitiæ sacerdotes appellavêre.

Inter illos eadem erat definitio Sapientiæ, ac jurisprudentiæ

Intervalla naturæ septennis annis Jurisconsulti similiter atq. Stoici distinguebant. Hi n. septimo quoq. anno in humana natura aliquid novi extitisse observabant. Hos gradus Solon in arte Stoicos epigrammate celebraverat. Puer septennis dentes mutat, 14 anni puber vestitu ... dui ...

atq. concisis numeris concludebant sæpi sententias [illegible] in Zenon. Ut Stoici virtutis ita et Jurisconsulti se se Justitiæ sacerdotes appellabant. ut illi sapientiam ita et hi jurisprudentiam rerum divinarum, atq. humanarum scientiam definiebant. Eorum doctrina commendatio à illa summa humanitatis et benevolentiæ studium ad mutuas opes. Intervalla naturæ septenis annis Jurisconsulti similiter, atq. Stoici distinguebant hi n. septimo quoque anno aliquid novi existere in humana natura observabant Septenos ætatis gradus jam Solon epigrammate celebraverat diu antequam Stoici essent. Septennis n. puer dentes mutat, in altero septennio pube vestitur, tertio septennio barbam induit: hoc autem complures juris auctores exemplo Stoicorum definiunt. [tradiderunt]

De Jurisconsultorum Sectis

Scissa ē Jurisprudentia in duas familias, quarum altera Cassianorum erat, altera Proculianorum. Origo dissidij ab Atejo Capitone, et Antistio Labeone, quorum alter fuit ab Ofilio, alter a Trebatio institutus, utrique tamen erudiri a disciplina Tuberonis. Atejus Capito, quæ a majoribus tradita fuerant, constantius tenebat. Labeo vero mentis quodam ardore sublatus, indulgebat ingenio, ingeniumq. propriæ sapientiæ, provehebat in altum, et novitate ducebat. Itaque plures induxit vel ignota, vel intentatas veterum. ingenium [præceptorum] sui cujusq. discipuli expressere. Atejo successit Masurius Sabinus, Sabino Cassius. Labeoni vero Proculus et Nerva pater, et Pegasus: atque in illos Atejus religionem vetustatis, in hos Labeo libertatem transmisit novitatis. mansit hoc dissidium ortum sub Tiberio ad Antonini tempora ecce sunt sub oculos:

Op: 4 5 / p. 29

Scissa ē Jurisprudentia in duas Familias quarum altera Cassianorum erat, altera Proculianorum. Origo dissidij ab Atejo Capitone, et Antistio Labeone. alter ab Ofilio, alter ab a Trebatio fuit institutus, erudiri a Disciplina Tuberonis. Atejus Capito quæ a majoribus tradita fuerunt constanter tenebat, Labeo vero mentis quodam ardore sublatus, ingeniumq. propriæ sapientiæ provehebat in altum, et novitate ducebat. Atejo successit Masurius Sabinus Sabino, Cassius; Labeoni Proculus, Nerva pater, et Pegasus; atq. in illos Atejus Religionem vetustatis in hos Labeo libertatem transmisit novitatis.

Sabiniani. Cassiani — Proculiani. Pegasiani

Sub Augusto

Atejus Capito. Ofilij discipulus — Antistius Labeo Trebatij discipulus

Sub Tiberio

Masurius Sabinus — Nerva Pater

Sub Cajo Claudio Nerone

C. Cassius, unde Cassiani. — Proculus, unde Proculiani

Sub Vespasianis

Cælius Sabinus, a quo Sabiniani — Nerva filius et Pegasus a quo Pegasiani.

Sub Trajano Adriano, Antonino Pio.

Priscus Javolenus. Aburnius Valens Tuscianus = Salv. Julianus — Celsus Pater Celsus Filius Priscus Neratius

Horum contentiones, et dissidia, inclinante jam Jurisprudentia, et vanitate ingeniorum ardore, deflagrarunt. Hujus dissidij plura vestigia supersunt in libris Juris.

Horum contentiones, et dissidia, inclinante jam Jurisprudentia, et vanitate ingeniorum ardore, deflagrarunt Hujus dissidij plura vestigia supersunt in libris juris

Justinianus mirâ locorum concordiam pollicetur. quia promissis mittere torquet qui nimiam fidem, nihil eis negligentiae assignant, cum contrariae inter se repugnent

Mirâ locorum concordiâ ~~Justinianus~~ ipse cum pollicetur quia promissis mittere torquet eorum ingenia, qui fide illius difficultates ex repugnantia sententiarum injectas propriae malunt ignorantiae, quam alienae negligentiae assignare. Quod saepenumero Cujacius monet.

Per Stoicos licebat arguens animi effugere voluntaria morte, qd Seneca praedicat et Zeno proprio sanxit exemplo. Proculiani, ut quidem Veratius dicebant sinere, salanis conscientia, mortem sibi conscire. Sic Adrianus, et Antoninus Pius adprobarunt. Stoici rogerem tenent sequebantur arithmeticam, et omnia peccata putabant aequalia, aequales virtutes. Qui partem anni furabatur, ille fur erat, ac si totum annum abstulisset.

Licebat per Stoicos arguere animi effugere voluntaria morte; quod et Seneca saepenumero praedicat, et Zeno proprio sanxit exemplo: licuit et per Proculianos. Secundum Veratius qui ex ea familia erat, neque vetat eum, qui salanis conscientia mortem sibi consciuit, nisi qui taedio vitae fecit; Adrianus et Antoninus Pius adprobarunt. Proportionem Stoici sequebantur arithmeticam, cum omnia peccata putarent aequalia, aequales virtutes: ut n. nec verum quid verius, nec falso quid falsius, ita nullus error aut crimen alio erat eorum sententiâ majus, sic qui partem anni, aut vini alicui furatus esset; illum fures esse quasi totum annum, aut vinum dolii abstulisset, putabat Tuberius teste Cujacio, qui Stoicam doctrinam sapit. Sed jam ad singulos et celebriores Jurisconsultos.

De variis gradibus Jurisprudentiae, et de Jurisconsultis antiquae Jurisprudentiae

Cap. 40.

Quatuor genera Jurisprudentiae. Antiqua. Media. Nova. Novissima. Prima post leges XII Tab. prodiit aspera, tenebricosa, et ad Ciceronis aetatem attigit. mansit an. 350. Media viguit an. 79 superiori longe humanior, aequitate et Magistratuum auctoritate leges veteres ad lenitatem flecteret. Tertia ab Augusti Imperio an. 729 usque ad Justinianum. Quarta: editis a Justiniano Novellis ... barbarorum ... mersa usque ad Lotharium ... Italiae.

Quatuor igitur sunt genera ~~Jurisprudentiae~~ Jurisprudentiae: et vocatur Jurisprudentia Antiqua, Media, Nova, Novissima. Antiqua post latas leges XII Tab. prodiit, aspera quidem illa, tenebricosa, et nil tam in aequitate, quam in verborum superstitione fundata, eaque Ciceronis aetatem fere attigit mansitque annos circiter CCCL. Media autem viguit annos fere septuaginta novem, superiori longe humanior, quippe quae magis utilitate communi, quam potestate verborum negotia moderaretur, ductaque interpretum et Magistratuum auctoritate leges veteres flecteret ad lenitatem. Huic accessit Nova ab Augusti imperio an: ab U.C. DCCXXIX ad Justinianum usque protracta. Novissima tandem, editis a Justiniano Novellis, processit, neque pervenit ad ann. Christi DCCLI a quo tempore Jurisprudentia barbarorum, ... mersa, usque ad Lotharium ... Italiae.

De Tiberio Coruncano.

Cap. 47.

Principes e ... Jurisprudentiae auctores recensendi sunt. Et primus Tiberius Coruncanus venit, qui principes publicae Juris Civilis professionem ingressus est. Vixit temporibus Lucii Duncii. Consul factus an. 472.

Sed jam praecipuos Jurisprudentiae auctores producamus. Imprimis itaque Appio Claudio Decemviro conditore legum XII Tab:, ejusque pronepote Appio Claudio Caeco ..., ... vero Coruncano evidenter ducam, qui princeps publicam Juris Civilis professionem est ingressus sententias, et responsa reliquit ab auditoribus suis ~~nobis~~ excepta. Vixit tempora prima belli Punici, ~~...~~ primusque de plebe Pont. Max: creatus est. Anno U.C. 472 Consul; Anno U.C. 48? Censor; An: 507 Dictator fuit comitiis habendis. De Vulsiniensibus triumphavit, tantaque auctoritate erat, ut ad eum teste Cicerone lib. 3 de Orat. de humanis et divinis omnibus referret.

Cap: 48.

Sex: et Pub. Aelii Fratres ambo Coss. ex pauperrima Aeliorum familia, de qua ... una domuncula claudebantur: Ennius ait: Egregie cordatus homo Catus Aelius Sex. Sextus. ... fuit an. 552 ...

Cap: 49.

... Atilius primus inter prudentes civile a pop. Ro. Sapiens appellatus est.

Cap: 50.

M: Cato: innumeris virtutibus, et ~~omnibus~~ variis etiam civilis scientia valde floruit. E municipio ... fuit ... L. Valerio Flacco in militiam Ro. ... arcectus est ... ad summos honores pervenit, censorque creatus est ... summa ... in judicium capitis vocatus, ... absolutus, ...

Cap: 51. De Bruto: M. Junius Brutus non minoris existimationis in jure civili fuit, Praeturam gessit et de Jure tres libros edidit: tunc Pomponius tradit simul cum P. Mucio Scaevola, et Manilio Jus civile fundasse ab Urbe condita · DCXX

Cap: 52: De P. Mucio Scaevola Pontifice. Hic fuit Trib. Plebis, Praetor, et Consul. ... laudatores et vindices Nasicae probavit, qui Tiberium Gracchum interemit. Mucius reliquit Q. Mucium filium principem omnium Jurisconsultorum.

Cap: 53: Manlius Torquatus: Hic consul fuit an: U.C. 601 et tantae innocentiae, tantaeque severitatis, ut in Decium Silanum filium, qui per legatos Provinciae Macedoniae peculatus postulatus, sententiam tulit, eumque a conspectu suo jusset abire, unde Decius Silanus se voluntaria morte necavit. tres de jure civili libros adscripsisse, Pomponius refert.

Cap: 54: Cajus Martius Figulus. Consulatum gessit an U.C. 592: in Jurisconsultos a pluribus refertur.

Cap: 55: C. Livius Druso, et scientia Juris et caritate tanta fuit, ut confectus jam aetate, luminibus etiam amissis, assidue tamen consultoribus vacaret. Val. Max.

Cap: 56: De Media Jurisprudentia, ejusque Jurisconsultis, et de P. Rutilio Rufo.

Media Jurisprudentia. a Cicerone quo profectae auctores sequentes condiderunt

I.mo P. Rutilius Rufus extrema aet: in pueritia Cic. stoicorum auditor, quorum disciplinae alumnus, severitate vitae disciplinam eorum comprobavit: adversam, et secundam fortunam aeque contemsit innocens damnatus in exilium ibi mortuus est cum oblatam libertatem repetundarum civitatis repudiasset. Praeclara responsio amico data An: U.C. 648.

Recensiti auctores antiquae Jurisprudentiae, sequentes vero Mediam, a Cic: quo profectam condiderunt. Et I.mo P. Rutilius Rufus, cujus extrema aetas in pueritiam Ciceronis incidit. Graecis literis eruditus, stoicorum auditor, ejusque disciplinae alumnus et moribus, et orationis, et operum severitate, tota vita se praestitit. Superbiam regis, injuriam unquam, nec gratiam victus, utramque adversam pariter, ac secundam contemsit fortunam. Innocens erat damnatus repetundarum civitatis oblatam libertatem repudiavit. Nunquam supplices manus ad cujusquam genua circumtulit ad majorem sibi gloriam duxit innocentem damnari, quam superborum opem implorantem absolvi. Amicum eum orare rogantem dicens Quid mihi amicitia tua si nihil ad te impetro onus est? Cui Rutilius ita respondit: immo quid mihi tua, si propter te aliquid inhonesti facturus? Trib: Plebis et Consul fuit an. U.C. 648. Decessit in exilio reliquit libros de jure ...

Cap: 57. Quintus Aelius Tubero, in stoicorum doctrina, morum, et orationis austeritatem suscepit cum dialectica subtilitate. Honores valde contempsit. Doctrina Juris praestitit omnes quotquot ante se floruerant: scripsit historias, et librum de officio judicis ad Cajum Oppium.

Cap: 58: De Sex: Pompejo, et Caelio Antipatre. Primus praestantissimi ingenii fuit ut Cic: ait, et ad Jus civile, et ad perfectam Geometriae, et Stoicorum verum scientiam maxime contulit. Secundus historiae majorem sonum addidit, et (Cic: ait) ipse primus fuit verus exornator, aliis antea tantum narratores.

Cap: 59. De Q. Muc Scaevola Augure, et Scaevola Pontifice. Primus jus civile docuit, in cujus disciplinam Cicero adolescens fuerat a patre traditus. Praetor in Asia est profectus. Consulatum an: U: 636. Secundus Tribunatum et consulatum gessit. Mirae innocentiae et integritatis fuit.

Hunc Cicero eloquentium jurisconsultissimum, et juris consultorum eruditissimum appellavit.

cap: 60: Cajus Aquilius Gallus prudentiam, et quietem scriptis docuit et exemplo. Praetor fuit cum Cicerone.

cap: 61: L: Lucilius Balbus: Stoicae doctrinae principatum aetate sua tenuit. Serv: Sulpitium in jure civ: habuit discipulum.

cap: 62 C. Aufidius: Cic: aetate in Jurisperitorum numero fuit: Vir praetorius fuit, et gravissimus ille senator dicebatur. [illegible] caecitas neque, sententiam luminum, neque rem gerendam facultatem ademit.

cap: 63. Cajus Juventius: peritus Juris fuit: Inter Mucij discipulos, et Serv: Sulpitij praeceptores ponitur.

cap: 64: Sex: Papirius ejusdem auctoritatis, ac scientiae fuit.

cap: 65. Servius Sulpitius: integerrimae vitae fuit; cujus prudentia cum privatim, tum publice fuit ko: profuit privatos scientia Juris, rem vero publicam animi virtute juvit, atque consilio; Ciceroni fuit communione studiorum, e voluntate in Republ. administranda conjunctissimus, quae eloquentia praestantem, superare jurisprudentiam voluit. Hic Servius, cum imperitia Juris a rei facile negotia, adeo relata percipere, Quintus Mut: Scaevola paucumque indignatus eum ita objurgavit: turpe est Patritio, et Nobili, et causas oranti, jus in quo versatur ignorare: Itaque Servius pudore affectus ad jus civile se contulit, adeoque brevi profecit, ut omnes ante se jurisconsultos antecelleret. Scriptas reliquit permulta, et egregia, quae Cicero pluris faciebat, quam superiorum omnium operas peritorum.

Cap: 66: Cajus Trebatius Testa inter sui temporis Jurisconsultos, Ciceroni familiarissimus fuit scripsit libros de Jure Civili ad paucos; de Religione novem.

Cap: 67. Ofilius libr. suis complexus est fundamenta Juris Civilis, nam primus Praetoris edictum diligenter concinnavit, et de Jurisdictione scripsit.

cap: 68: A. Cascellius scientia Juris par fuit Ofilio, et Trebatio, eloquentia utrumque praestitit. Vitam ad Augusti tempora produxit; ingenio salsi, et argutae fuit.

cap: 69 Q. Tubero L: filius patricia gente, de Jure publico, et privato doctissime scripsit.

cap: 70. Alfenus Varus Cremonensis, sutor erat: Romae in Servij disciplinam se tradidit, in Juris scientia ita profecit, ut suo totum [illegible] a doctrina dignitatem: Consul cum P. Vinicio, Tiberius post [illegible].

Cap. 71-72 Cajus . Aufidius Tucca . Namusa, hic plures jurisconsultorum libros digessit in 140.

De sectarum auctoribus, et primum de Antistio Labeone

Cap: 73:

Antistius Labeo pater ingenij sui acumen novam doctrinam, novamque scholam edidit: ab hac schola Proculiani et Pegasiani orti sunt. Studia sua ita disperti[illegible] ut sex menses in solitudine [illegible] libris conjiceret cum, alios vero publice se consulentibus praeberet. Divini etiam Juris peritissimus erat: et duos Deorum ordines distinxit malorum alterum, alterum bonorum [illegible] Platonici et [illegible]

Usque modo uno quodam alveo Jurisprudentia fluxit . post, autem, dissensio [illegible]. Antistius Labeo Philosophiam, caeterasque ingenuas artes, ac praecipue dialecticam, et grammaticam imperio didicit accepit a [illegible] Jurisprudentiam. Mirus erat in origine, [illegible] vocum explicandis. At scientiae, miroque acumine instatus ingenij, longe sibi plus indulsit, quam superiores jurisconsulti, tentavitque nondum antea prioribus. Ita ut ex ejus novitate doctrinae geminas jurisprudentiae scholas, [illegible] . Ab hac schola Proculus, Nerva filius, Pegasus, et Celsus prodierunt, unde Proculiani, et Pegasiani orti sunt. Studia sua ita dispertiebat, ut sex menses in solitudine [illegible] libris conjiceret, sex vero alios publice se consulentibus praeberet: cum praeter humani divini Juris etiam esset peritissimus duos Deorum ordines distinxit, malorum alterum qui [illegible], alterum bonorum, qui ludis et voluptatibus placarentur: id a Stoicis, et platonica doctrina retulerat: Aug: de civ Dei lib 2. c. 11. [illegible] summo bono, adversa contra, et [illegible]

Cap: 74: Ateius Capito, Labeonis aemulus, ac diversi moris, et doctrinae fuit. siquidem Labeo ingenii qualitate, praeter veterum traditiones valebat; at Capito religione quadam, a veneratione praecedentium antiquitati obstringebatur. Obijt sub Tiberio, Cai Sulpitio, et Rubellio [illegible]

Cap: 75: Nerva Pater scholam suscipit Labeonis, eamque ingenio, et disputationibus dilatavit. Consul fuit sub Tiberio; maluit [illegible] honestam orationem, quam turpem vitae cum Tyranno conjunctionem, familiaris enim erat Tiberij: vitam sibi ademit, quae vel ignominiose traducenda erat, si Tyranno carus esse cupiebat, vel illius crudelitate deponenda si placere nolluisset bonis. itaque, abstinentia cibi [illegible] semet ipsum absumsit, eoque facto corruptos mores Tiberio exprobravit: an: A C N. XXXIV. reliquit Nervam filium ea ingenij alacritate ut ann: aetatis 17 se ee publice consulendo ostenderit.

Cap: 76. 77 78. 79. 80: Proculus, Nervae Patris disciplinam excepit. extincto Labeonis nomine, e Proculi schola, Proculiani sunt dicti. Pegasus ex hac doctrina suam sectam instituit; unde Pegasiani dicti sunt. Celsus Pater. Celsus Filius, ambo ex disciplina proculiana. Neratius Priscus Labeonis scholam per Celsum Patrem postremus accepit. Eum Trajanus tanta benevolentia, et honore complectebatur, ut multorum judicio eundem traditionis Imperium videretur. Consul sub [illegible]

Cap: 81. Post scholam Labeonis remeantibus ad Ateium Capitonem, cui successit Masurius Sabinus obscuro loco, tenuibusque facultatibus. Primus ab Augusto [illegible] a Tiberio publicam accepit auctoritatem respondendi de jure; cum antea [illegible] Principum auctoritate arcesserent munus respondendi, sed e privatorum arbitrio suscipere[n]t. Ab eo igitur tempore responsa judicibus offerenda, scriptis [illegible] obsignare consueverunt.

Cap: 82. C. Cassius Longinus [illegible] e stirpe Jurisprudentum, at e vetustissima nobilitatis gente, [illegible] simul, et judicandi severitate vetulit Natus est [illegible] Servionis Filia: Majores vero paterni generis habuit inclitos illos Caesaris interfectorem Cajum Cassium, et L. Cassium Praetorem, ad cujus Tribunal in criminum ultionem tanta severitas accumbabat, ut reorum scopulus diceretur. Consul fuit 17 anno Imperij Tiberij Caesaris. Auctor fuit dividendorum [illegible] in sacros, et negotiosos [illegible] supplicationum traducerentur si pro Romanorum felicitate Dijs agerentur gratiae, quartae deferrentur. Neronis crudelitate in exilium est actus: Tandem obijt in Urbe a Vespasiano revocatus.

Cai: Cassius Longinus severus in Judicando: Majores sui fuerunt C. Cassius, et L. Cassius Praetores eadem sever. Consul fuit an 17 Imperij Tib Caes. Auctor fuit dividendorum dierum in sacros et negotiosos. Exul a Nerone factus, a Vespasiano revocatus est.

Cap: 83: 84. Fuit et alter Cajus [illegible] equestri ordine sub Antonino, cui ab aliquibus adscribitur quidquid [illegible] nomine in libris occurrit. Caelius Sabinus e disciplina Cassij Longini profectus; magnae fuit apud Vespasianum auctoritatis: consul fuit sub Othone, et Vitellio [illegible]

Cap: 85 Priscus Javolenus a Cassij schola fuit, huic mentis levitas auctoritatem in jurisprudentia non minuit. habebatur [illegible] Passenio Paulo recitanti elegos ad verba haec: Prisce jubes: improviso responderit: Priscus Javolenus non jubeo. (Plin: lib: 6: Ep: 15.) unde repente risus obortus [illegible] tamen de jure acute minus recteque respondit [illegible] Antonius Pius profecit

Cap: 86: Salvius Julianus patria Mediolanensis, Avita genere magnam sapientiæ laudem adquisivit sub Adriano, cui familiarissimus fuit. Is concinnum titulorum ordinem digessit edicti perpetui, scripsitque libros, quos Digestorum appellavit. Consul factus fuit. Hujus præclarum illud dictum lex tam late patet ut ad omnia pertingat.

Cap: 87: 88. 89. 90. Domitius Labeo floruit sub Adriano: dubium autem est, an hic, an superior Labeo libros composuerit, qui in digestis significantur. Titius Aristo publici, et privati Juris, omniumque doctrinam, et omnis eruditionis fontem fuisse a Plinio traditur, conceptamque animo sapientiam laudatissimis factis explicasse, ut nihil aut nos ad Plinij testimonium, aut Plinius ipse ad majorem hominis laudem possit adjungere. Arrianus initio senator, deinde secessit in otium literarium. Ad hunc missæ creduntur epistolæ a Plinio ad Arrianum scriptæ. Sext. Cæcilius Africanus Juliani discipulus: divini humanique Juris peritissimus.

Cap: 91: 92. 93. 94: Sextus Pomponius, ut quidam putant, ex antiquissima Pomponij Attici familia. Junius Mauricianus sub Antonino Pio vixit, et Æmilius Marcianus, præter alios libros scripsit institutiones, unde multa Justinianus transtulit in suas. Ulpius Marcellus eadem ætate floruit, qui a Consilijs fuit Antonino Pio. Volusius Maecianus auctor Volusiani S.C. Claudius Saturninus, qui Prætor fuit. Tertullianus vixit sub Septimio Severo. Qui an idem fuerit ac sacer scriptor, quamvis Cujacius in hac sententia sit, ~~quia~~ quia multa Jurisprudentiæ semina in sacri scriptoris libris sparsa sunt: tamen nihil clare affirmare ausim, dissentiente præsertim Hugone Grotio, non levibus ex causis, quarum præcipua petitur ex styli diversitate.

Cap: 95: 96. 97: Papirius Justus: Maecianus Rusticus. Callistratus, et alij ad eandem ætatem referuntur. Fabius Sabinus, ad quem ex aliquorum opinione ab Ulpiano Paulo, Pomponio scripti sunt libri, qui ad Sabinum nuncupantur. Ab Heliogabalo capite damnatus, vitam servavit per seditionem. Fabius Sabinus felix, Jolo quem Alexander in consilium adhibuit. Propter constantiam, et vitæ integritatem, ætatis suæ Cato dicebatur. His percursis ad celebriores ejusdem temporis Jurisconsultos venimus.

Cap: 98: Cervidius Scævola: huic laudem summam discipulorum dignitas peperit; quorum in numero fuit Severus postea Imperator, et Papinianus, et Paulus: fuit magnæ in Jure civili auctoritatis, Cujacius a Modestino dictus, et ab Alexandro, et Tertio prudentissimus. Nihil hujus responsis gravius, nihil priscæ sanctitati similius, nihil denique propius ad summam veritatem. Huic tribuitur proverbium illud. Jura vigilantibus scripta sunt.

Cap: 99.

Papinianus vitâ clarior Septimio Severo Imp.[ri] et affinitate, et societate Studiorum conjunctum. Moriens Imperator filios sub Papiniani curam dedit: sed infelici fato nam Geta et Caracalla inter se dissidentib[us] eosq[ue] Papinianus, cum animos componendi causa, nullam curam praetermitteret hac charitate offensus Caracalla Papinianum militib[us] suis occidendum tradidit. Nimiae auctoritatis in Jure Civili fuit. Huic datum est elogium hoc Asylum Juris et Legalis doctrinae thesaurus.

Papiniani clarior fuit vita, quam felicior, exitum n[on] habuit, qualem sub Tyranno fortissimi quiq[ue] nanciscunt[ur]. Septimio Severo non solum affinitate, sed societate studiorum, ac vitae gratus, adeo fuit, ut ab illo statim post susceptum imperium pretorio prefectus fuerit, qui summus erat civium principem gradus ab eodemq[ue] moriente suos filios ipsius acceperit, quam ei fidem Papinianus capite suo persolvit. Etenim dissidentib[us] inter se mutuis odijs, Geta, et Caracalla, ille nullam curam praetermisit, quo animos eorum componeret. Qua caritate offensus Caracalla, Papinianum suis militib[us] occidendum tradidit. Tradit Scotinus urnam argenteam aetate sua Romae repertam a Rustico cum hac inscriptione: Emilij Papiniani J.C. et Prefecti Pretorio requiescunt hic ossa, cui infelices Pater et Mater sacrum fecerunt mortuo anno suae aetatis tricesimo sexto. Multae auctoritatis in Jure civili fuit, ingq[ue] variantib[us] J.C. sententijs ea prefertur, in qua steterat Papinianus, cum quo semper ipsa veritas stare credebat[ur]. Huic dat[ur] elogium hoc. Asylum Juris, et Legalis doctrinae thesaurus.

Cap: 100.

Ulpiani consilio, Alexandri Severi Imperium regebat[ur]. Militib[us] ad necem petitus ab Imperatoris objecta purpura ereptus est. Quas insidias n[on] semper effugit etenim militare odium gratiam Principis superavit, quo Ulpianus interijt.

Qua ratio petere sui refecti fuit; nam profuit humano Juri obsistit nimis divino cum ipse mitissimum Imperatoris animum, contra Christianos instruxerit.

Domitius Ulpianus Syrus, qui ipso Papiniano Prefecto Pretorio adsedit. Alexandri Severi Imperium regebat[ur] Ulpiani consilio. Deo adversas habuit Ulpianus militum voluntates, ut ab ijs etiam ad necem peteret[ur], a quibus illum ipse Imperator, objecta etiam summa purpura, eripuit. Quamvis vero tantae fuerit hominis doctrina, nescias tamen, plus ne profuerit humano Juri, quam obstiterit divino. Siquidem auctoritatem omnem, et gratiam suam, qua Principem diverterit adversus Christianos, a quib[us] benevolum Imperatoris animum, seminar[ium] christianae nostrae Religionis, imitatione Mammeae Matris, imbutum, detorsit: mitissimumq[ue] Principem collectis omnib[us] Imperatorum constitutionib[us] in Christianos conditis, in eos, veterum sanctionum Principum, incitabat. Vicit tandem auctoritatem Principis et gratiam Principis militare odium, quo demum Ulpianus interijt.

Cap: 101.

Julius Paulus disciplina aetate honorib[us] et Principis gratia Ulpianum equavit. Sed stili gravitate superavit, et librorum numero vicit ceteros, cum binas circiter millia legum in Pandectis inveniant[ur]. Dissimilis Ulpiano in hoc, quod ille remissior, et pronior ad equitatem Paulus vero severior et religiosior Juris est.

Julius Paulus Patavinus, causis defendendis cum crevevit, Ulpiani discipline aetate, honorib[us] et Principis gratia equavit, styli tamen gravitate superavit, et numero librorum, quo vicit ceteros, cum binas circiter millia Legum in Pandectis inveniant[ur]. In hoc Ulpiano dissimilis, quod Ulpianus in Juris definitionib[us] remissior est, et pronior ad equitatem, Paulus vero severior, et religiosior Juris. Notum est dictum Rapii Fulgosij: iste maledictus Paulus semper ita obscure loquit[ur], ut vix possit intelligi, et si haberem eum in manib[us], eum per capillos interrogarem.

Cap: 102.

Herennius Modestinus discipulus Ulpiani, qui legis consultus, etiam alteram, eam Dalmatiam pro Consule administravit. Vixit ad Gordiani tempora, a quo ob commendandam auctoritatis J.C. [illegible]. Maximinus vero Junior eum sibi Juris peritum et magistrum adhibuit.

De aliis [illegible].

Cap: 103. At Modestinum postremum Jurisprudentiae vocem appellare licebit, quo sublato hujus doctrinae oracula conticuere. Hermogenianus enim qui sub Constantino claruisse fertur, de quo Menagius quoque in amoenitatibus Juris civilis, et alii. obliviosis nominibus nihil prodidere novi: sed veterum tantum retractarunt, aut explicarunt: quorum cognitio repeti potest ex novis libris qui peculiares tractationes de Jurisconsultorum historia conscripserunt. His omissis ea suggerenda ducimus, quae interna Juris illustrare, operamque praebere possint laboratis. Sane ut accedamus ad Justinianeam Juris civilis collectionem, aperienda prius sunt fundamenta ejus potestatis, qua usi Principes, istas suas partes fecerunt Juris civilis. Quae ut a suis naturalibus initiis deducamus plura revolvenda sunt de Principum Imperio, ejusque vires expendendae, progressioque vestiganda.

De Romano Imperatore.

Cap: 104. Humanae naturae vitium, dum innascitur animae corpori, e parentum cujusque susceptum ad omnes effunditur posteritates. Hoc vitio effata cupiditas nostras omnes corripit facultates, excluditque rationem; qua depressa, cupiditas impotenter dominatur, (suumque jus [illegible] meritis, ut eo usque imperium extendat, quo ad vires cujusque pervenerint. Cum enim cupiditate ad rem decernimus, tantum exultant jura corporis, quae illi dominium rerum adducunt, quae sine ad capiendum et retinendum, donec habet a natura tributam. Unde, exclusa ratione, quae rerum inaequalitatem in homines pro imparibus meritis ad communem utilitatem inducit, exurgit affectatio naturae, quae constituit Juris aequalitatem; ut cum omnia pateant omnibus, ea tamen cujusque sint propria, quae suae quique vires attraxerunt. At quoniam aequalitas bellum excitat, et metus quae [illegible] caedes sine metus intestinae discordiae, atque periculosi externae potentiae revocarunt quasi ab exilio rationem, quae veram aperuit utilitatem, docuitque homines magis ad securitatem, quam ad magnitudinem virium expendere jura sua. Quamobrem privatas cupiditates et vires publicae potentiae ad universorum tranquillitatem interesse summiserunt. Inierunt ergo pacta, inter quorum fidem, atque tutelam, institutam societatem vitae, ei suas omnium tradiderunt, eique societati regendae praefecerunt imperium, sive vim summam undique contractam, atque omnibus dominantem. Itaque servitute securitatem emerunt. Duabus igitur facultatibus humana conditio regitur, naturali scilicet, et civili. Prior statum complectitur hominum, liberum, et solitarium comitatum; posterior vero communem societatem, et communionem vitae consequitur, quam civitatem appellamus. Ceterum facultatibus naturalibus [illegible] civili subjectis civitas coalescit: civitas dissolvitur, si homo se referat ad naturalis potentiae statum; quia sublato statu aequalitatis verum, [illegible] atque pacis homines redeunt ad Juris aequalitatem, ejus obtinendae causa, bellum occurrit. Civilis autem facultas, quae nascitur a multitudine in

personam aliquam transfundenda est, quae communem administret voluntatem, unde ~~atque~~ vocetur Princeps. In Romanum autem Imperatorem transivit potestas omnis popularis, ex populi quidem voluntate, quatenus non e civili facultate, societatisque iure manavit, sed a facultate naturali, et militari vi a Principe explicatam: et quamvis Princeps iniuste fines civilis facultatis excesserit, iustum tamen erat cives obtemperare Principi; nam si illius vim vi majori coercere voluissent, res ad corruptum naturae statum, omnium pessimum, redijsset, atque ad internecionem, ob discordias, quas revolvimus, quoties obstitimus facultati publicae traditae. Sed Imperij Ro: ortum, et statum contemplemur: Libertatem, quam falsis rebus ~~appetebant~~ repetebant Romani, non negligebant, sed nimio potius ejus retinendae ac dilatandae studio amiserunt. Etenim plebei potentiam Patriciorum metuentes majorum omnium Magistratuum communionem impetraverunt: unde communicatis honoribus Patres quamvis consilio, et auctoritate anteirent, numero tamen, et viribus vincebantur, atque potentia Senatus, victoque meliorum consilio, publica res populari temeritate agitabatur. Multitudo vero effrenis, et praeceps, majores semper imperando, adeo insolescebat, ut cum in dies plus libidini permitteret, ad infinitam tenderet libertatem. Quamobrem dissoluta prisca illa temperie civitatis, majorum instituta cursim dilabebantur, et plebs inconsulta potestatem decidit callidiorum, et potentiorum, atque ita multitudo discessit in factiones; quarum singulae suos sibi duces, et Principes constituerunt, per contentionem venerunt; victrix factio erat ejus, cui partibus victis, et profligatis in potestatem deduxit illius cuius consilio et imperio vicerat; qui deinceps, rerum militari manu continuit. Itaque cum Romano nomine imperio vicerat; qui deinceps ... quanto veteris Reipub. vivebat in animis; sed mansit sub Principe nedum imago libertatis, illa veteris Senatus majestate, et prisca splendidaque magistratuum nominibus in rebus Italiam, res Romana sub Imperatore discernebatur, in Senatum, militiam, et Principem. Qui res securus erat, et firmior, cum auctoritatem Senatus penes sese, servavit Princeps qui ... militum vim, et nervos potestatem aequaliter dirimeret atque libraret. Porro ut Princeps offensionem ferocis populi declinaret, et legitimum imperium videretur exercere, arrogabat sibi magistratus majores: quos auspicato gerere, et more majorum, illustrissima populi auctoritate legitima comprobaret. Unde imperium Principum, non certae personae jussu, sed plurium Magistratuum auctoritates, reputabantur:

Cap: 105.

De varijs nominibus Imperatoris

Erat itaque Ro: Imperator plurium, atque summorum complexio magistratuum cumulusque variarum in publica Principem, in cujus unius persona, veteris Reip: vis, atque majestas exprimebatur. Etenim per speciem constituendae Reip: sibi quaesitae civilibus Triumviri, Octavius, Antonius, et Lepidus, dicti sunt viri; atque inito Triumviratu ad quinquennium susceperunt, nullo invidioso nomine. Deinde ad aliud decennium imperium sibi prorogarunt. Tandem oppresso Lepido, et Antonio, summam Reip: ad Octavium devenit, qui ut invidiae pericula vitaret, sibi ad decennium suscepit imperium. Formidabile Dictatoris nomen nunquam admisit: ut appellatione sublata, odium removeret contentus fuit Imperatoris nomine longe mitiori: quo nominis, re bene gesta, Duces a militibus

legibus [illegible] sententiae in l. Princeps ff. de legibus, colligitur Principem esse solutum a legibus tantum caducariis, non autem ex aliis legibus. Nec hac id significare [illegible], fines certe legum civilium non egrederetur, neque Principem naturalis Justitiae vinculis absolvit, nec parum ei tribuetur, si solemnitatibus legum, et Juris Civilis vitiis eximatur, quod a gravioribus traditur interpretibus, quoniam nemo fuit ut Princeps quia solutus est legibus, tam posset voluntati suae subjicere, ac publicam eripere pacem cui mederi fuit assumptus. Imperatores imperium accipientes, maxime jurabant in leges, ideo cum novam personam induerent, eamque legibus obligarent, soluti legibus dicebantur; sed ita soluti erant ut nequaquam legibus antecellerent: Ideo verba illa maxime celebrantur. Majus imperio est submittere legibus Principatum l. digna vox, cod. de leg.

Hinc ea quae inter Principem, et privatum gerebantur, nisi legibus congruerent irrita ducebantur. Inde nihil ad Principem ex imperfecto testamento transibat; legum [illegible] venia Principum persona nam egrediebatur; nihil a privato transferri poterat in [illegible] principem neglectis solennitatibus Juris, quam libertas Principis alteri prodesse non poterat. Sed jam rationes explicemus quibus acceptam vitae potestatem Principes ad communem usum adducebant, ut ostendamus etiam, quid fuerint constitutiones, et pragmaticae sanctiones [illegible]

Cap: 115. De orationibus Principum

Principes potestatem suam praecipue orationibus in Senatu habitis evolvebant, quibus aut hortabantur, aut admonebant, aut interrogabant Senatum, aut suam sententiam [illegible] ad senatus consultum condendum, quod nunquam a sententia Principis discrepabat. Has orationes eruditiores Principes, quales [illegible] fere usque ad Vitellium [illegible] per se recitabant, rudiores vero per Quaestores. Mull. Tiitor: in Vitel.

Cap: 116. De Quaestoribus

Quaestores dicti a quaerendo [illegible] publicam, et [illegible] rationes [illegible] quod munus [illegible] Quaestoris [illegible] ad quos [illegible] custodia pertinebat. [illegible] Imperatores fuerunt Quaestores, quos candidatos appellabant, quod is primus esset aditus ad honores, indeque ad praeturam ascenderent; Hi loco Principis in Senatu aderant, cum Princeps vel refugeret laborem, vel adesse nequiret: iidemque epistolas, et Orationes Principis in Senatu [illegible]

Cap: 117. De Magistro Officiorum

[illegible] erat et magister officiorum [illegible] erat nomine [illegible] Principes, regebatur unde ad mandabatur nisi Philosopho, vel Juris [illegible].

Cap: 118. De Majori, et minori Laterculo

Majus laterculum codex erat, qui majora officia [illegible] dignitates continebat. Quaestor autem [illegible] gerebat [illegible] minor [illegible] [illegible] et Praefecturas omnes, quas Quaestor auctoritate Principis [illegible]. Laterculi [illegible] dimittebat. [illegible] Quaestoribus [illegible] etiam Consulibus orationes suas recitandas mandabat. His orationibus Principes viam potestati suae adeo patefecerunt, ut [illegible] voluntas [illegible] in legem [illegible] necessitatem [illegible] constitutionum [illegible]
[illegible]

De [illegible]

De Edictis Mandatis [illegible] [illegible]
rescriptis et Epistolis Principum.

Pragmaticae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
vel societate, urbe, et Provincia de consilii [illegible] [illegible] [illegible]
jubeverent, Jussiones, si quid vetaverent, sanctiones dicebantur.
[illegible] Principis voluntas nudo rogatu, vel [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], vel [illegible] [illegible] gratia promulgata. [illegible] [illegible] [illegible]
Principis [illegible] [illegible] [illegible], ad [illegible] mandabant. Quae [illegible] si quid
eo pretenderent, quod ad omnes [illegible] [illegible] in legis, leges, edictalis vocabantur.
Mandata Principum sunt monita, et praecepta, quae Rectoribus Provinciarum et
Magistratibus, [illegible] [illegible] regendae [illegible], vel [illegible] [illegible] dabant. [illegible]
nulla vires erant sine scripto, nisi de mandatis [illegible] [illegible].
Praecipuum universae Philosophiae fundamentum est Dei cognitio, qua sublata, non solum, ut inquit Cicero nulla potest esse Religio ac pietas, verum ne ceterae quidem virtutes atque officia ullo modo constare possunt quarum vero tota vis a summa illa omnis honestatis norma proficiscitur. Itaque nihil illa Davidis sententia verius: Dixit insipiens in corde suo non est Deus: quid postea? corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. quem quidem locum si animadvertere voluisset Baylius, qui nescio libentius an auctoritati se quoque excen propitatur, non iis laudibus affecisset Atheos, quorum plures magna cum prosperitate et commendatione virtutis vixisse passim scribere non dubitavit: non enim solum [illegible] eos qui Deum esse negant summa virtutis perfectione carere dixit quod unum sit definire alibi patet ita homo Pyrrhonius (Cicer. nisi ment sunt iis Atheis) quorum etiam disertis ac amicabilibus, ut aiunt, litteris, eosdem corruptos abominabiles Deum esse testatur. Ac profecto si ademptis magistratibus ac iudiciis omnes civitates evertantur necesse est, quanto magis si eveniat oportet ubi etiam summi illius Domini atque imperatoris Dei metus omnis evellatur ex animis, neque quemquam esse putemus qui non modo facta, verum etiam tacitas cogitationes intus noctuque intueatur? Quo etiam studiosius, majorique contentione haec nobis pervagenda est disputatio, quae, si unquam, nostris certe temporibus maxime necessaria est, in quibus, postquam per summam ingeniorum libidinem et per levitatem iudiciorum tam multa alia errorum portenta extitere, hoc denique extitit ut religionem totam, quos Athei, nunc vocant quidque in Transalpinis regionibus orti paulatim se expere ac propagari coepit, ut ne Italia quidem nostra penitus ab ea peste immunis esse existimatur. Itaque nonnullis rerum gravibus existimatoribus appropinquare videntur ea tempora quibus Christus Dominus tanto ante praedixit fore ut ita abundaret iniquitas, ut vix usquam religionis vestigium inveniatur.

Ceterum erat haec res facilis erit, si cum ingenuis ageremus ad aliquam credulitatem proclivibus; ita plurimum habitura est laboris et operae propter genus adversariorum qui ita pertinaces, impudentesque sunt ut omnia commovere, ac perturbare malint, quam illud unum admitti, quo natura vehimur, esse Deum. Quid enim absurdius, quam rerum summa cum pulchritudine effectarum auctorem ponere casum vanum quam ac temeritatem atomorum, nulla certa lege vagantium? quid ab omni ratione physica tam alienum, quod rerum causas nullas causa agnoscere, quae sibi causa esse non possit? quid a sensu communis atque ab omni existimatione

cum ... tione tam adhaerere quam unam in universitate substantiam ponere, eamque nullis partibus, sed simplicem et individuam et propterea omnes homines idem homo sit, hic autem cumque terra, haec caelum caelum denique universitas, et quaedam rerum infinitas? Atqui in hos ineptias Athei praecipitarunt, nihilque tam falsum, tamque contra perspicuitatem fuit, quod non eidem credibile visum, perquamque videretur, modo ne illud unum agnoscere fateri, quod quia semper a maxima hominum parte creditum est, etiam nunc omnium maxime credibile existimatur. Quid multa? ne defuere quidem qui sese omni errarint non solum ratione, sed sensu quoque, cum se se nimis premi sentirent iis rationibus, quae a mundi artificio sumi communiter, eo processerunt insaniae ut mundum ullum ulla corpora esse negarint. quod deliramentum non ita pridem in Britannia toto volumine defensitatum et a Baronio [illegible] (ut librorum formula habet) obiurgatum est correctum, ut neque ea videant quae vident, neque se putent sentire quae sentiunt. Quae cum ita sint unusquisque facile intelligit quantopere nobis sit in hac quaestione laborandum. Primum enim ne quid optimae causae praejudicii afferatur ea nobis omnia omittenda sunt, de quibus aut jure dubitari potest, aut inter nostros certo non constat. Deinde ea ipsa quae afferri debent nunquam pro certis ponenda sunt, nisi aut ab adversariis concessa fuerint, aut certe omni exceptione [illegible] communita [illegible] ea quae ab illis contra dici solent aut possunt nihil et praetereundum ne non tam eorum argumenta contempsisse quam pertimuisse videamur. In quo quidem video me non posse eorum imitari exemplum, qui profitentur se in docendo esse breves. non enim tam breves sunt quam praefracti atque mutili cum ea praetermittunt, quae ad absolutam perfectamque persuasionem requiruntur atque ita se gerunt in rebus gravissimis, ut magis dubitationem commovere, quam removere videantur. Atque hic etiam a nobis commodius praestari potest quod semper et ubique in rebus longe minoris momenti collocatum, nos qui minime ceterorum hominum curiosi sumus, lucro id appositum in re ponamus omnium maxima gravissimaque consumere. Ceterum non solum hinc gregariis philosophis, verum etiam illis, qui horum generis principes existimantur longe nobis antiquior esse debet Pauli Apostoli auctoritas, primae ad Corinth. X praecipientis et machinas [illegible] scientiam Dei comparatas non aliquas solum, sed omnes; neque ut modo [illegible] destruamus [illegible] omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Quae quidem cura cum, [illegible] dignitatem religionis, atque hominum salutem cum nos admonitos esse deceamus, tum etiam propter quandam communem in credendo infirmitatem futura est utilissima. Scio enim quam fragilia sint haec in re hominum studia, quas [illegible] quam vehementes cupiditates quibus quasi fluctibus hoc religionis fundamentum pulsatur et oppugnatur. Itaque divina ope implorata id omnino [illegible] omnium est, ut cum credimus esse Deum, non beneficium quasi quoddam ipsi dare, sed iustissimam rem et necessariam [illegible] credamus.

Est Deus

Prima hujus rei probatio ex ipsa naturae voce atque ex omnium fere gentium populorumque consensione ducitur. quae quidem quam firma sit non solum tot gravissimorum hominum, qui ea ratione perpetuo usi sunt, auctoritas ostendit. verum etiam ipsorum pene adversariorum confessio. Primum enim Epicurus qui de religionibus pessime sensit, quique proxime accessit ad Atheos, ac caetera alia argumenta quibus planum fit esse Deum oppugnare non dubitavit tamen vel hoc uno quod ex communi hominum sensu assumitur perstitit ut ne omnino fieret Atheus. Quare sic de eodem loquitur ejus sectator Velleius apud Tullium pr. de Nat. Deor. Solus Epicurus vidit primum esse Deos, quod in omnibus animis eorum notionem expressisset ipsa natura. quae est enim gens aut quod genus hominum quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum? Ubi non solum fatetur Epicurum docuisse esse Deum verum etiam eidem tribuit hujus argumenti inventionem. An vero homo certe dissolutus, ac minime omnium laborans de religionibus, qui Mundum a Deo negavit aedificatum, qui omnem sustulit providentiam, qui naturam numinis, qui honorem ei reddendum, qui sacrificia qui caeremonias, qui templa qui omnem denique pietatem in Deum oppugnavit, ac nimium etiam aliquem Deum omnino tollere dubitasset, si non haec ratio magnam quandam vim habuisset? Quid ipse Cicero, qui ut Academicus, quemadmodum in caeteris rebus maxime perspicuis, ita in hac nihil non commovit, tamen in primo Tusculanarum quaestionum perscripsit tamen hoc argumentum appellat firmissimum: firmissimum hoc afferri videtur, cur Deos esse credamus quod nulla gens tam fera nemo omnium tam immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio. Universe id semper ratum ratumque fuit apud omnes qui non insaniunt, quod idem Velleius loco citato affert: de quo omnium natura consentit id verum esse necesse est. quod rursus ipse Cic. inculcat in prima Tusculana: omni in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est. quid enim stabile, quid firmum in philosophia relinquatur, si ne ipsa quidem natura, ubi [illegible] veritatis magistra habeatur? quoniam autem porro aut reliqui philosophi rerum evidentia tueri potuerunt contra Academicos, aut hi rursus contra Stoicos probabilitatem retinere aut hi quoque appetitionum vim, quas ponunt actionum normam, et regulam, si ne id quidem valeat quod non aliquibus aut multis verum videatur sed prope omnibus? Jam haec naturae vox hic instinctus cognoscitur intelligitur ex [illegible] [illegible] aut [illegible] aut sensu. Cum enim naturae impulsibus obsequentes quippiam affirmant, accedunt [illegible], [illegible] et [illegible]. [illegible] autem ex ipsa naturae impressione oritur atque consistit, [illegible] nonnulli qui [illegible] [illegible] attendentes contra eandem vocem et quasi imperium [illegible].

Porro ut

Porro ut a priore parte incipiam: quo argumentum ex hominum iudicio ductum certa sit veri nota minime necesse est, ut omnes ad unum quique ita iudicent, sed satis est ita si maxima mortalium pars aliquid verum esse fateatur. Saeculum nullum autem est in quo hominum inventionem aspicere liceret cum vel in rebus maxime perspicui plures reperti sint qui vel obscuras aut etiam falsas dicere affirmarent cuiusmodi fuere academici Pyrrhonii sceptici Acataleptici. nec profecto neque semper omnes naturae vocem intelligunt, praesertim ubi aliqua argumentatione est opus; et si iidem aut stupidi sunt aut cupiditatibus obcaecati: neque omnes quaecumque verum vident illud etiam conantur fateri a natura: haec enim mentem movet impellit, caeterum linguae atque voci in homine potestas sunt. Praeclara Aristoteles Metaph. lib. II cap. III de Heraclito verba faciens qui affirmabat idem posse simul esse et non esse; non necesse est, inquit aliquem quaecumque dicat ea etiam putare vera. quonam autem modo ostendere poterimus quempiam in affirmando aut negando vel conscium esse vel falli? ita ducentur si maxime hominum partis testimonium iudiciumque opponatur. Et haec licet aut inscitiae aut pravae cupiditati hominis plura falsa huiusmodi iudicio admiscentur pro vario singulorum ingenio et indole; tamen non est dubitandum in ea parte iudicium esse dubium in qua parte conveniunt omnes. Quid enim? Nonne inter omnes constat Philosophos aliquem esse finem homini propositum a natura aliquod summum bonum cuius in possessione consistit vita beata, quod hoc inventum nemo caret ut finem aliquem assequatur? Atqui quam multi sint hac in re singulorum errores et placita nemo ignorat: alii enim scientiam virtutem alii alii voluptates denique alii alia esse putant summum bonum, quo natura nos vocat. Aliud est igitur naturae vox, aliud singulorum opinio. alterum commune et constans, alterum mutabile est, et discrepans; itaque aliud certum, aliud dubium. Quae cum ita sint facile ostendero maximam hominum partem tum appellatione tum sacrificiis, ac caeremoniis aut aliqua specie religionis aut aliis signis ostendisse se existimare aliquam etiam esse divinam vitae conditricem fuerit, aliquem esse Deum. Quis igitur hac in re dubitare potest nisi qui non solum in litterarum monumentis, ac memoria temporum, verum etiam in vita sunt prope hospites ac peregrini? Pleni sunt libri, plenae sapientum voces, plena exemplorum vetustas. Afferam nonnulla ex innumerabilibus afferantur magis eruditionis gratia quam necessitatis. Aristoteles in L. 1 de Caelo cap. 3° omnes homines deorum habent notitiam. Jamblicus de Mysteriis sectione pr.a cap. 3° nostrae essentiae inest simul de Diis innata cognitio. Dio Chrysostomus Orat. XI. haec est opinio et notio communis omnino generis humani. Quid plura? omnia scriptorum hac in re testimonia consonant divino illi [illegible] oraculo quo ignorant, quod haec omnia [illegible] homini fuerit?

fuerit? Cum igitur non multorum sed prope omnium hac in re suffragia habeamus, quid praeterea expectabimus ut eam naturae vocem existimemus? Deinde ac si non eodem modo innotescat nobis ac in tot aliis rebus, quarum veritatem ne impudentissimi quidem oppugnare ausi sunt, ut in vita beata quam omnes appetunt, in iure naturali, in virtutis pulchritudine, quibus de rebus si quis etiam moveat, statim humani generis consensu [illegible].

Caeterum si in omni re ejusmodi consensio tantum momenti habet quantum omnes fatentur Philosophi, in hac quidem causa duobus nominibus gravissima debet esse quae non in hominibus humani generis judiciis [illegible] nuntur. Primum quod cum in iis quae maxime necessaria sunt vitae, nunquam desit natura cum certis animi impulsibus atque appetentiis significata; nihil autem tam interest nostra quam scire, quam exploratum habere, sitne Deus, an nullum Dominum colere, nulli servire debeamus, nisi natura haec impelleret nunquam in eo tantam mortalium multitudinem consentire oporteret. Itaque nihil unquam efficient Athei afferendo exemplis errorum communium. Ut enim res ita se habere possit in iis, quorum cognitio supervacanea est, aut certe non maxime necessaria, nunquam vel unum memorare poterunt ubi cum omnium hominum [illegible] iis in rebus, quibus vivendi ratio continetur. Deinde tametsi omnes decipi possent ubi aut cupiditates in errorem impellunt, aut certe non adversantur, nec tamen omnino et universos conspirare posse in ea re, quae depravatis moribus, ac perversis studiis et cupiditatibus inprimis sit incommoda atque molesta. Quid autem vitiis hominum tam infestum esse potest quam religio, quam Dei metus? qui stimulus, quae [illegible] acutior et acrior in animis nostris, quam cogitando nihil nos clam agere aut moliri posse, semperque omnium et facinorum et cogitationum terribilem censorem et vindicem imminere cum? Itaque Cotta apud Ciceronem lib. 3 de Nat. Deor. fatetur se magno timore liberatum iri, si evulsa et sublata fuerit Dei opinio. Hinc illa Epicureorum flagitia qui quo homines tranquillos efficerent, pollicebantur e cervicibus nullo [illegible] habere [illegible] privationem Deos. Etenim hoc illud est quod diu naturque requiescere non sinit Impios, quod illos perpetuo pungit ac stimulat cogitantes ne verum omnium quas agunt, quasque cogitant reddenda sit supremo Imperatori Deo aliquando ratio. Qui igitur fieri potuit, ut mortales adeo ad vitia proni ac proclives judicem sibi aeternum constituerent, nisi hunc natura ipsa impulisset. Si enim, ut in veteri proverbio est: facile credunt miseri quod optant; illud etiam necessario contra est tenendum, difficile credi id a quo abhorremus.

Age nunc veniamus ad alterum naturae caput. Cur in omnium animis hunc sensum atque hanc vocem [illegible], quae ad Deum aliquem agnoscendum colendumque excitamur, in quo non est mihi necessarium statuere quod cum magna opinionum varietate disceptatur inter philosophos utrum notio et idea Dei initio

fuerit animis

animi nostri innata ac congenita; an usu quodam et ratione nobis comparata. satis enim quid sentiendum videatur vidimus ubi de ideis generatim et singillatim de phantasmatibus et puris intelligentiis egimus. Illud tantum hic ostendam quod huic causae satis est, hanc notitiam non minus certae divinitatis testem esse, quam reliquas earum rerum quas exhibent referunt. In quo uno utar exemplo, eoque perspicuo et indubitato. Notio finis ac summi boni sive innata sit sive acquisita firmissimum argumentum suppeditat omnibus aliquem esse finem bonorum aliquod extremum quo omnes vitae actiones et consilia referantur: similis autem est notio Dei. Quamquam enim haec non aeque clara et explicata sit in animis omnium, tamen quantacumque est talis certe est, ut numinis imago haberi possit. multi ea indicante eamque penitus excutientes statuerunt aliquem esse [illegible] rerum effectorem ac moderatorem cui obtemperemus, quem diligamus cui honores habeamus, quod indicii fuit. Nonnulli vero aut hebetiore ingenio aut mala consuetudine [illegible] nihil eiusmodi cogitarunt. at profecto etiamsi naturam secuti non fuerint non eius tamen vocem non audierunt. Itaque neminem omnium reperias in quo non quaedam signa extent divinitatis impressa quique si minus certa certe aliqua Dei attributa non videatur quamquam imprudens cognoscere. Quis enim est adeo barbarus atque immanis qui in atrocissimis sceleribus non repentino quodam terrore percellatur non illius confodiatur conscientiae stimulis. aut si etiam diuturna consuetudine eos vel oppresserit vel extinxerit tamen [illegible] aetati minime senserit. Quas gentes ita efferatas existimabimus quae in gravissimis calamitatibus acerbissimisque doloribus non quodam interno monitore et [illegible] hominum incitatae ad summi cuiusdam adiutoris opem implorandam. quid? non illud ipsum certum est huius rei argumentum quod animi nostri nullis divitiis honoribus voluptatibus impleri et exsaturari possunt. atque ita sunt ampli et capaces ut semper aliquid immensum infinitumque desiderent? quid igitur? ex reliquis naturae impulsibus certissime colligamus ea extare ad quae impellimur, neque solum finem aliquem bonorum esse indicamus animorum motibus respondentem sed ne in iis quidem levioribus appetitibus ullum reperiemus cui non fuerit aliquid a natura paratum. itaque et fami cibus et siti poculum, tum colores oculis, tum soni auribus praesto sunt ac ne ipsae quidem volucres illis carent rebus, quas appetunt quibusque indigent. tanto autem animorum motui, tantaeque amplitudini et capacitati nihil constitutum erit, id omnia inania esse suspicabimur?

Sive quae ad hanc argumentationem respondent Athei cognoscamus. Primum negat Cotta quod Cicer. lib. III de Nat. Deor. res tantas iudicio multitudinis aestimari placere. Quasi vero multitudinis iudicio non naturae consentiunt cum summis modis infimi, docti atque indocti omnium temporum omnium locorum ac populares leges admirantur. Quod si dices multitudinis etiam imperitae consensum quod in aliis rebus leve est, hoc in re gravissimum esse oportere, etiamne nobis neglegi liceat isto nomine? Quid enim est

Quid enim est cur contemnant multitudinem? illud scilicet quia tardiore ingenio est et rudiore et propterea errat facillime. atqui id ipsum in causa est cur hoc in re multitudinis iudicium maximi momenti habeatur. Enim propter istam ipsam ingeniorum tarditatem nec fere habet vulgus ut de causarum perceptione exquirat, neque illam minime calleat: quae ante pedes sunt nec videt cetera negligat cum perceptum nullum ex philosophando veram nullum percipit emolumentum. Itaque non solum indocti a reconditis quaestionibus causarum qui abhorrent nimis abundare obiciunt, rident physicos qui in iis explorandis tamdiu immorentur quod si ad aliquam causam attingere velint et minime perspicaces ipsos effectus pro causis ponunt ex quibus quaeras cur aut corpora deorsum ferantur aut a magnete ferrum attrahatur. Illud unum afferunt hanc rerum esse vim hanc naturam, nihil amplius quaeri oportere. Proh Deum immortalem. in tanta ingeniorum hebetudine ac tarditate atque in tanta philosophandi quae in vulgo est incuria et fastidio vulgus tamen ipsum de Deo cogitavit: quique homines ne proximiores quidem causas sive rerum ad omnium altissimam et principem ascenderunt, neque quod rerum imperitia erat maxime consentaneum, contenti sunt ut fato temperarentur aut casu mundum sua natura constare atque id ad summa quadam virtute et providentia effici videmus intellexerunt et unde hoc insolens philosophandi studium, hic subitus et insuetus causarum inquirendarum amor in iis ipsis extiterit non videbimus? Num quod dicunt nihil tam credulum esse quam multitudinem, et propterea eidem posse imponi facillime? mihi vero numquam id dicerent si paulo magis hominum naturam attenderent. Etenim praeter causam religionis aut alias res in quibus ad credendum aliqua cupiditas flectat, nihil est tam indocile, nihil quam tam incredulum quam indoles popularis. Nam si quid ex historiis gesta aliqua vera quidem, sed admirabilia afferantur statim id comperies evenire apud vulgus, quod acerrimus naturae notator Ariostus cecinit

Che narrandole poi non se gli crede
E stimato bugiardo ne rimane,
Che 'l volgo sciocco non gli vuol dar fede
Se non le vede e tocca chiare e piane.

Quid de his physicis dicam? quam multa sunt in eo genere a doctissimis viris partim inventa, partim etiam summa existimata, quae vulgus arrigit quae irridet quae incredulus odit: velut terram moveri non solem; minimam stellam multo hoc globo esse maiorem, atque alia eiusmodi! una res est, in qua nimirum etiam sit credula multitudo, religio, cuius quidem nomen tantum apud eam habet ponderis ut simul ac iniectum fuerit, nihil non ipsi persuaderi posse videatur. Unde autem tanta haec in re docilitas? an quod disciplina religionum nihil admirabile habeat, nihil abhorrens a sensibus, et nihil ex

obscuris

[illegible] nihil magis imperium. An igitur cupiditati ... et quaedam ipsa voluptati aut [illegible] sane aberit ad [illegible]? quid tam cupiditatibus infensius infensiumque quam religio? [illegible] naturam mihi [illegible] opera mollivit ingenia et flexit illaque effecit et efficit ut ubi de Deo agitur plena etiamnum [illegible] quamquam hac [illegible] temere naturae impulsibus [illegible] ipse etiam in falsa iudicia praecipitat.

Quoniam Quibus rebus quamquam satis explosum sit quod Athei dictitant hanc opinionem calliditate quorundam inventam quo homines facilius in officio continerentur tanto iudicio exposito, tamen aliis etiam argumentis id convellamus. Igitur Critias unus ex triginta Tyrannis, qui Athenas oppressere, ut refert Sextus Empiricus id populo persuadere conatus omnem opinionem de Diis [illegible] esse figmentum [illegible], et [illegible] iampridem [illegible] sum in quo primum [illegible] evenerit. Si nesciunt quo ex commento [illegible], cur compertum habent cur aetatem non designant? cur non ostendunt aliqua tum tempora quibus omnes mortales erant Athei? Ego autem contra planum faciam innumerabilibus omnis aetatis testimoniis, hanc persuasionem omnibus institutis et legibus antiquiorem fuisse, eamque naturalem existimatam. Ceterum ne longior sim paucos seligam. Iamblichus de mysteriis sect. pr. cap. 2. Dio Chrysostomus orat. XII. [illegible] Diss. VII graeca scripta. In Latinis Gellius id confirmat et Cicero, quorum alter Epicuri auctoritatem allegans [illegible] negat hanc opinionem instituto aliquo aut more, aut lege esse constitutam. Alter in Tusculana Pr.ª idem scribit. nec vero id collocutio hominum aut consensus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus. Quid multa? ii ipsi qui de rebus omnibus dubitant hanc unam mirabiliter concessere de quibus [illegible] Bayleus in Spinozam « Les plus grans sceptiques de l'antiquité ont dit que tous les hommes ont une
» idée de Dieu selon laquelle il est une nature vivante heureuse incorruptible, parfaite
» dans la felicité » [illegible] Pyrrhoniorum principem Sextum Empiricum adversus Mathematicos lib. VIII sect. II ita loquentem: communem anticipationem omnes homines habent de Deo notionem ex qua est beatum animal et interitu [illegible] in felicitate perfectum in quo nullum possit malum cadere. Iam quod ad Critiam attinet vincat tanta [illegible] Tyranni auctoritas, ut eam consentientibus tot [illegible] testimoniis anteponamus qui tamen [illegible] ex historia aliqua aut sana coniectura [illegible] ceteros? Quid enim tam inverisimile quam si aliquo tempore nulla fuisset in orbe terrarum religio aut eius rei memoria intercidisse, aut si adhuc extiterit neminem [illegible] id commemorasse ne eorum quidem qui ab omni religione abhorrebant! At enim intererat ad metu continere in officio mortales. Quid enim dicunt illud dicunt. Rempublicam recte constitutam esse non posse sine religione qui conantur tollere. Quid si veteres fere omnes [illegible] contrarium dicuntur [illegible]? [illegible] tam [illegible] Deos populis colendos proponuissent unusmodi sunt ii qui

sunt ii qui tum Graecorum tum Romanorum tum aliarum gentium leges continentur, religione homines ad virtu-
tem potius quam ad vitia incitare voluerint. Quare tantum abest ut numina ~~ad~~ ~~[illegible]~~ inhibita Deum metum
auxerint quin potius sustulere. et illud ipsum, quod in tanta religionum perversitate integrum incorruptumque
permansit non mortalium studiis, sed naturae unius vi magnae est accepti referre debeamus. Caeterum si haec tota
res a calliditate quorundam ortum traxisset procul dubio neque tam cito constitui neque tam late propagari neque
a doctis aeque atque indoctis approbari, neque tam longo temporum spatio conservari potuisset praesertim tam
variis hominum studiis cupiditatibusque repugnantibus.

Tertio huc confugiunt ut negent hanc universorum hominum vel antea fuisse, vel nunc esse sententiam; itaque non
paucos recensent, et philosophos et populos tum veteres tum recentiores quos volunt omnino esse Atheos: in quo etiam
partim eorum imperitia partim aliorum scriptorum malignitate iis suffragatur, et Baylii ingenium. Cui ut sim-
pliciter respondeo primum enim plerumque faciam plerosque eorum quos illi asserunt minime fuisse Atheos, tum
qui etiam tales fuerant nihilo magis naturae argumentum in consensione religionis positum. Quod igitur ad
antiquos spectat primum satis constat non paucos atheismi nota inustos eo uno nomine quod persuasi quibus
Deos repudiarent. Quod vidit ipse historiae auctor Gallus historiae Ethnicorum ~~Philosophicae~~ parte pr. cap. 3.
cujus locum ita latine reddidi: fatendum est saepe antiquitatis Atheismi insimulatos, qui quod caeteris ingenio
et doctrina praestarent vulgi superstitiones constanti ira contempserunt quam calumniam incurrit tum Anaxago-
ras teste Diodoro Siculo lib. XII. cum tamen perspicue docuisset mundum esse fabricatum a Deo; tum Hippo-
crates, qui tamen strenue defensus est a Cudworthio; tum Aristoteles qui Deum esse tam multis in locis
scripsit. Testatur ille. Quae res vel ex Cicerone ipso constat a quo quaedam pr. de Nat. Deorum recensentur
a Cotta inter Atheos tum Theodorus tum Diagoras [illegible]. Evemerum: quia ille docuerat ho-
mines fortes et claros post mortem inter Deos relatos: itaque ex eorum [illegible] pronunciat: utrum igitur hic
confirmasse religionem videtur an penitus totam sustulisse? De altero autem ita addit: Quid Prodicus Cius, qui ea
quae prodessent hominum vitae Deorum in numero habita esse dixit quam religionem reliquit. Quo modo nomi-
nat etiam cognomento [illegible] vulgo Diagoram Atheum Socrates Aristophanes, quod Sophocem quod is Deos
populares tolleret nova daemonia induceret. quod quale sit ex libris Xenophontis intelligimus, ubi legitur. Apo-
stoli ab ethnicis existimati novorum Daemoniorum auctores, h. e. novae religionis. Quid multa? ex Ecclesiastica
historia, quot etiam Christiano Atheismi accusati, ob nimium neque id [illegible]. Cum enim Ethnici immani Deo-
rum multitudine mentem refertam haberent qui reliquos tenerent relinquerent unum ita non videbatur nomi-
nare et prope ad nihilum redigeret. Cujus etiam te fiat difficile et ex uno quidem veterum testimonio affirmare
quempiam esse (?) Atheum, quorum opera in manibus non habemus, aut quorum apud alios [illegible] non
legimus.

legimus. At enim de aliquibus ne constat quidem communibus Dii sublatis, unum quendam relictum. Ideo: ve-
rum non quid senserint credendum arbitror sed quid dixerint. Cum fieri potuerit, ut consilio quodam, aut metu id
nollent evulgare [illegible] multitudinem praejudicatis opinionibus ductae aut si quid etiam significarunt de vero Deo,
id notescere [illegible] vel nostra vel negligentia. Praeterea ut aliqui proprie appelletur Atheus, non satis est
eundem male de divina natura sentire. Isto enim modo omnes Idololatrae fuerunt Athei; ... oportet ab
eo judicari nullum esse Deum, aut nullum erga eam rem, quam nominat, exhiberi signum religionis [illegible]
ec duntaxat consilio hominum judicium requiritur ut naturali vero internus sit. Jam quemadmodum non mi-
nus qui maria divina consectantur, quae etiam ipsi metipsi manus afferunt, plagas imponunt necemque conscis-
sunt communem appetitionem vitae beatae significant, quam qui solida bona appetunt; similiter eque a quovis
vota Dei et eo qui [illegible] divinam vim attribuit divinosque honores habet, atque ex illis qui de illa praestan-
tissima natura recte judicant. Itaque non video cur Atheum habeamus Democritum quamquam et imagines in
... referret numerum, et negaret quidquam esse sempiternum. Etsi enim hi errores cum recta Dei notione con-
stare non possunt tamen reipsa non solum verbo aliquid admittit quod diceretur divinum scilicet naturam [illegible], quae
has imagines fundat et mittat teste Cicerone in pr. de Nat. Deor. At Chrysippum [illegible] Deo. Quid? non-
ne et praedicatam Cicero dicit in libro de Fato in quo tamen fatetur esse Deum? Num igitur magis Deo illa
quam haec convenit! Quid? nonne Epicurus qui Deum esse non concedit modo sed confirmat aliud tamen
omni potentia [illegible] sic enim illum appellat Seneca lib. IV de Beneficiis. Tu Epicure Deum inermem facis; om-
nem illi [illegible] potentiam: quod idem facit [illegible] initio primi libri de Nat. Deorum. Quemadmodum
igitur hi ... tracta [illegible] non sunt Athei, ita nec Democritus ..., hac ratione ab Atheismo ~~ab Atheismo~~ praeter
alios multos tum [illegible] tum Sinenses vindicari possunt, de quibus praecipue agam, quod hi populi religio-
num gentium maxime eruditi existimantur. Japonenses a nostra aetate Auctore Jullo [illegible] Chrysij memo-
rantur inter Atheos ex Patr. Francisci Xaverii testimonio [illegible] lib. IV. [illegible] perhibeant. Quod
... unum esse omnium principium, profecto Sinas a quibus ipsi religiones acceperunt non fuisse ignoratos,
quam responsionem assentit refert Xaverius ubi ex Bonzio sive Dat. Doctoribus Japoniensium ex quo ita con-
cludit nome [illegible]. Saint François Xavier rapporte que les Bonzes du Jappon ne vou-
loient point croire qu'il vient de Dieu parceque s'il vient ici, si en avoit un les Chinois ne
l'auroient pas ignoré. Ut hactenum hominum qui ex quo testimonio [illegible] concluditur Japo-
nenses aliquem Deum agnovisse, ex eo confici potest eos esse Atheos. Duo enim dicit te [illegible]
Xaverius primum Japonenses unum Deum nescire credere propter auctoritatem Sinarum quod cum
universis Athaeis habent commune, alterum fatetur eos quoque fuisse religione cum a Sinensibus
accepissent

acceperit. Nunc ad eos veniamus, qui a multis censentur vere Athei, quod quam solide dicatur ex ipso liquet Xaverii loco. Caeterum priusquam de ipsa parte dicere incipio videamus quid de duobus celeberrimis Sinarum Philosophis indicandum sit Confucio dico, et Fochio ... nobilium sectarum utrique principe, ambobus Atheismi insimulatis credere oporteat. Et Confucius quidem ut in libro legitur qui inscribitur Scientia Sinica lib. II. ... numera ... et ... tradere, perfectissimam gubernandi rationem assecutus est dicit, ipse qui caelo in patri ac suis progenitoribus suis debitum pietatis officium persolverit, cum omni felicitate imperium sit administraturus. Non disputo quid caeli nomine voluerit significare illud unum Confucium, pietatem erga caelum praecipere. Caelum ipsum corporeum crediderit ac sana Dei notionem habuerit licet, hoc illi cum omnibus fere doctoribus commune est cum Stoicis inprimis, qui quamquam docerent Deum sentire et intelligere, ignem tamen existimabant corporeum. de quibus hoc narrat Augustinus lib. VIII de Civitate Dei cap. V Stoici corpus unum ex his quatuor elementis quibus visibilis mundus hic constat et viventem et sapientem et ipsius mundi fabricatorem atque omnium quae in eo sunt eumque omnino ignem putaverunt. quid tamen Athei Stoici, ideoque nec Confucius quidem eo nomine. At enim caelum cogitatione vocavit et censuit. Tamen non enim pietatis officia caelo decrevisset si nihil ab eo putasset sentiri aut intelligi. Praeterea lib. III ... de caelo loquitur quisquis peccaverit in caelum non habet aliud numen superius a quo peccati veniam petendam. Qui habent in caelum peccari, eorum enim placari posse crediderit precibus, si cum rationis et sensu expertem arbitraretur? caeterum si eam philosophiae ... infinitae eminentiam perfectionis atque et divinitatis. Ipsius enim Confucii verba affert auctor ... in Tinarrarie ... Tomo I quamvis magna virtute praeditus homo sit, semper aliquid supererit quod ... adspirare non possit quamobrem recte summae virtutis magnitudo attenditur neque universitate contineri potest, neque hominum ingenio penitus comprehendi. Si Sinae quidem hanc perfectionis infinitatem eminens caeli, quem alii posuit Deum sive aut eo nomine verum numen designare voluit quemadmodum et in libris Filius Prodigus caelum pro Deo ponebat exclamans pater peccavi in caelum et coram te. quomodo etiam vulgo apud nos usitatur, ut cum Tassus cecinit. Alma favorelle il cielo, accipiendo continentis pro re contenta; sin vero caelum proprie accipit pro eo quod videmus. aut si caeli ipsum corporeum fecit Deum, neque tamen convicit eo nomine atheismi praedictum, sicut non efficitur a Confucio negatum Deum esse sed eius naturam male intellectam et explicatam. quam errorem tum in Epicureis, tum in Stoicis, tum in aliis multis reperimus. Alter est Sinarum quasi Plato Fochius cuius mentionem Baylius faciens

faciens in Spinozae articulo [illegible] negant hominem, quae in tota vita in verum crediit, moneas autem reperte fuisse aut Atheos [illegible] timeret, ne quis [illegible] in ea opinione immineret mali. verum [illegible] animadvertisset nimis tu-tam doctrinam, vel, ut melius dicam, quae idem ipse postea scripsit. ea animadversione, quamquam [illegible] quod eum hominem esse Atheum. Is duarum nobilium scitorum Auctor fuit, quarum alteram, quae externa dicitur, quae enunciatur populo, agnoscit aliam vitam post hanc, in qua pro hominum meritis praemia sint aut supplicia constituta, alteram vero quae appellatur interna, quamque doctis tantum prodidit, talia quidem professus, ut pene tenus Atheismum praeseferat. illam in tota vita, hanc iam moriturus indicavisse fertur Foechio. Ut etiam in Jesuitarum prolegomenis de Confucio legitur. Is convocatis auditoribus suis, antequam animam efflaret, dicitur professus esse, se per annos quadraginta non declarasse unquam veritatem, sed ambiguitate et metaphorica doctrina contentum, figuris, similibus et parabolis [illegible] occultasse veritatem: at nunc tamen quando esset morti proximus, arcanum sensum animi sui significare velle. extra vacuum igitur, et inane, primum scilicet rerum omnium principium nihil esse quod quaeramus, nihil in quo collocentur spes nostrae. Quid ibi velit, ille ubi voluerit, ex Philosophis sectam internam profitentibus facilius intelligemus, de quibus ita refert Bibliotheca universalis Tom VII. quem locum latine do [illegible] ex gallico. Eius sectae ratio in eo sita est, ut pro rerum omnium principio ac fine, quoddam constituant inane ac reale nihil. hinc progenitores nostros extitisse, huc reversos ipsos, huc reliquos omnes post interitum reversuros: nos, elementa, quidquid rerum creatarum est eius vacui esse partem, atque unicam eandemque esse substantiam quae in rebus singulis tantum figuris, ac qualitatibus, aut interna configuratione differat, velut aquam, quae semper aqua est, sive nivis formam habeat, sive grandinis, pluviae, aut glaciei informem, profecto quale illud vacuum sit illud nihil, quod causa sit rerum omnium, quas velut oceano res omnes post interitum absorbeantur. Verum si attentius consideraris singula eius doctrinae capita, tandem reperies illud vacuum ac nihil in illorum sententia esse Deum in coelis designatum, quo ab omni re, ab omni re corporea eum [illegible]. mus [illegible] Cognoscite enim quod in libro Auditorum [illegible] anno 1688 de eadem secta memoraverunt principium. Hoc autem principium scilicet inane nihil non cessant esse prorsus admirandum, quod, purum, limpidum, subtilissimum, infinitum, quod nec generari possit nec corrumpi, quod perfectio sit rerum omnium, summeque immane perfectum, et quietum, negent tamen corde [illegible] mente potentia ulla instructum esse, imo hoc esse maxime proprium essentiae ipsius ut nihil agitet, nihil intelligat, appetat nihil." En aenigma, en mysterium, nihil est, inane est, rerum omnium principium, idem infinitum simul et maxime perfectum

est, et potentia

ut et potentia omni careat, quietum est beatumque, neque tamen aut intelligit, aut sentit. Verum mihi credite non opus est Sphinge interprete. scimus enim eam esse communem orientalium nationum [illegible] etiam philosophis perfamiliarem, ut res ad philosophiam pertinentes ne in vulgus exeant, involvant etiam involucris verborum. Itaque quod negant Deum aut quidquam posse, aut sentire nihil aliud volunt, nisi in eo nihil esse simile sensibus et intellectionibus nostris, nam eum non solum intelligere verum etiam infinita intellectione esse praeditum, cum ex superioribus colligitur tum etiam illa aperte indicant, quae in iisdem actis adduntur: quicumque quisquis bene beateque vivendi sit cupidus hunc assidua meditatione, [illegible] victoria sibi oportere, ut principio suo quam simillimus affectus omnes humanos penitus ac prorsus extinguat, neque iam urgeatur aut turbetur re ulla, sed extatici prorsus instar absorptus altissima contemplatione, sine ullo prorsus usu vel ratiocinio intellectus, divina illa quiete, qua nihil sit beatius perfruatur. Quam ubi natus fuerit communem vivendi modum et doctrinam tradet aliis, ipse vero sibi vacat ac veritati et arcana illa parte vitaeque caelestis instituto inserviat. Si igitur eam viam [illegible] philosophi praecipiunt bene beateque vivendi rationem, ut principio illi quod nihil, sive inane vocant quam simillimus efficiatur sapiens, existimant profecto idem principium esse beatum quod sine intellectione [illegible] non potest percipi quale sit. Quod autem volunt ab eodem Sapiente affectus omnes ac perturbationes animi extingui, ea re significant quod superius dixi, non alium re atque nomine [illegible] et humanos. Ceterum iidem cunctis affectibus extinctis, volunt sapientem absorptum fore altissima contemplatione, qua ad divinam illam quietem proxime accedat, ex quo fit ut eam quoque contemplari velint. Ita Phocchiao, qui Baylio nostro visus est Atheus in morte, melius quam multi philosophi de Deo sensit, uti ex ejus institutis cernimus. Quod si in ejus doctrina nonnulla occurrunt expressa durius, aut mitiore interpretatione indigent aut eo nomine argumento erunt [illegible] in multis errasse non autem Deum penitus sustulisse, dum principium rerum appellavit inane nihil; quo modo etiam populus saepe loquitur dum ad significandum animos nostros non esse quidquam corporeum, eos dicit veluti nihil esse, quod ego hisce auribus audivi.

Sed iam ad Sinenses reliquos veniamus qui contendunt esse Atheos quia substantiam spiritualem ignorent: atqui non enim vocant haec omnia ignorare, attamen habent suas religiones, caeremonias, sacrificia coelo, terrae etc. et incorporeo hos honores tribuunt. non pugno meo concedo [illegible] sacrificare: ergo adhuc non magis Athei Sinenses, quam Idololatrae. hi autem non sunt Athei, igitur nec illi quidem. nam si coelum nihil sentire crederent, nunquam illi haec pietatis officia persolverent. At enim secta quae dicitur literatorum,

ob auctoritatem

ab auctoribus proditur athea esse societas de qua ita Pater [illegible] Gaslonius: Litteratorum secta, quæ cultum condemnat idolorum nihil aliud est, si vere loqui volumus, quam Atheorum societas, atque hæc et imperii legibus approbata. [illegible] si re antiqua nomine est, ea certe religionis coluit, teste Patre Sharre qui totius Christianæ missionis nomine sic de eadem loquitur apud [illegible].

§ I. Maiores [illegible] sectæ litteratorum totam institutam in naturalis legis observantia esse positam, quæ est prima eius ratio atque apud antiquos unus hujusmodi perpetuo fuit, varie etatum flumine ita corrupta est ut nunc quidem partem Atheismum complectatur, cui quidem nonnulli idololatriam admiscent. Invenies etiam qui negant de hac recentiore, ita propter distantiam locorum nihil certi hac de re potest statui, quod notat etiam Pater Tournemine Reflection sur l'Athéisme.

Verum utut se res habeat unde erit quam mox afferam, proin qui vere Athei sint respondeo. Ceterum illos homines in hunc errorem induxit, ut hos Atheos aliquos putarent, quod nonnulli scriptores minus recte locuti, propter cultum civilia gente rebus corporeis exhibitum eandem passim nominant Atheam, hoc est veri Dei cognitione carentem quo modo etiam Paulus Apostolus ad Christianos illos qui ethnica superstitione inquinati fuerant scribit... Eratis aliquando sine Deo in hoc Mundo. Itaque Maigrottus Episcopus Cononensis in Epistola ad Carmelitam in qua reprehendit [illegible] Confucianum [illegible] ab eoque [illegible] in [illegible], simul addit illius Atheismum in eo situm fuisse, ut res creatas coleret. Athée sont ceux qui n'adorent que le ciel et la terre le Soleil et la Lune.

[illegible] ut hominem aut populum [illegible] atheum non est [illegible] nullam Religionem colat, ac ne nomen quidem habet ullum, quo Deum significet. [illegible] ut omnes fere [illegible] qui in eas regiones profecti sunt Madagascarenses norunt Deum, quem tamen nullo cultu et honore prosequuntur: nec templa habent nec sacerdotes teste Flacourtius tomo I pag 62. quare hos quidem nomine immerito inter Atheos annumerantur Caaiguæ, quamquam Nicolaus de Techo in relatione triplici de rebus Indicis Caaiguarum [illegible] tradident, [illegible] eam gentem nullum Numen habere quod Deum et hominem [illegible] significet, nullo [illegible] habent nulla Idola. Quod si hos idcirco Atheos [illegible] quod nomine careant Dei, similiter concluditur eos negare se animam habere, se sentire [illegible], ne vocabulum quidem habent, quo animam significent. At profecto aliud est naturæ vocem audire, aliud [illegible]. Quod si inter eos quos qui Deum esse credunt acerrimum [illegible] ultorem, tam multi inveniuntur, qui non [illegible] minime [illegible], si diligant, verum

etiam

etiam per summam impudentiam contemnunt, atque lacessunt, ut tandem mirum videatur, aliquas gentes extitisse tam multas et barbaras, quæ quanquam naturæ admonitæ, nunquam se religione liberarunt? Quod si etiam ejusmodi fuerint homines tam vecordes, qui nullum unquam agnoverint numen, a proinde nos eorum commoveat auctoritas? qui primum si fuere, ac sunt, certe cum reliqua multitudine collata sunt, perpauci. ego autem multo ostendi, naturæ sensum ac maxima certe esse numerosum, id constat exemplo universitatis aut etiam immortalitatis, quam tamen nullam esse quidam philosophi contendunt. Quod si magis nos movet opinio multitudinis, etiam nonnulli populi afferuntur ab Huetio, qui omnia profitentur esse dubia et incerta: audiamus hac de re Huetium lib. II. de imbecillitate mentis humanæ num. LIX Si decurramus ad exoticas gentes, pleraque comperiemus (impudentius id dictum quam verius, non enim duæ aut tres sunt pleræque) in hæresi fuisse, quæ acatalepsiam continere videtur. Scribit Diogenes Laertius Anaxarchum et Pyrrhonem cum Magis et Indis Gymnosophistis congressos ab his præclaram hanc philosophandi artem accepisse, quæ nihil dicit comprehendi posse. Bracmanum sententia fuit, ut Strabo ex Megasthene, nihil esse bonum vel malum, quippe hinc videri somnia quæ ibi malum.... Et apud Turcas philosophorum secta quædam, quos Haireti appellant, quasi dicas attonitos, qui de rebus omnibus dubitare se profitentur ... verum in eo Sceptici, quod in communes usus vitæ ... hunc dubitandi morem transferunt. ... Sceptici fuerunt, atque dubitandi artem tenuerunt: ... autem ... Essenos et Saraceos, tum perrexit etiam inter Arabes fuisse Scepticos, eos scilicet, quos ... appellant Mu... hoc est sequentes, quod ipsi quoque præferant se omnibus dubitare. Quemadmodum ... non ... nec Atheorum ... totius humani generis Deum confitentis auctoritatem et pondus potest deprimere. Ad hæc si consideremus ingenia et mores earum gentium quæ ... quarum plerique ita rudes atque immanes sunt ut nihil aliud hominis, ~~præter~~ præter formam habere videantur ... vitæ ... nulli legum nulli ... societate ... ut ... ac humanitate ut humana ... non tam miramur ... de contemplatione aut ignoratione aliquando ... esse quæ ... cito ac libenter eius ... admonitus suscipere. Præterea si qui etiam fuerint Athei, cujusmodi ... a Baylio ... probitate ... et non tam propter vivendi licentiam, quam judicio videantur negavisse esse Deum, jam de illis quoque in posterum et quid respondeam. Ac primum nemini mirum videri debet studium opinionis impiæ quam ... tantum ... voluisse et simulatione ... quandam hunc ... existimationem et famam aucupari conarentur: ... commoverent ... Athei, ... ~~...~~

istorum quasi tum fuerint cum nullus adesset aliter ac tali eundem ex Paulo Apostolo semper cognoscere in Epist.ª ad Rom. cap. I.º loquente: quod notum est Dei manifestum est in illis .... invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur .... ita ut sint inexcusabiles. Quia cum cognovissent Deum non sicut Deum glorificaverunt ... Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumeliis afficiant corpora sua [illegible] ... [illegible] tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.* et post pauca iterum: tradidit illos Deus in reprobum sensum ... repletos omni iniquitate, [illegible]

*nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum ... similiter autem et masculi exarserunt in desideriis suis in invicem

et [illegible] laudatio [illegible] dicta, quam Bayleanæ laudationi opponimus. Si enim tanta est cupiditatum vis ut ægre etiam religionis præsidio obtineamus quo tandem earum tyrannidem ac furorem superare potuerit ac [illegible] omni metu numinis exterminato. Etiam quod dicit Bayleus [illegible], aut infamiæ metum aut suppliciorum quæ legibus constituta sunt plus valere ad homines a sceleribus deterrendos quam religionem, primum ea re admonet quid de Atheis cogitare oporteat, ubi soli sint, ubi clanculum possint agere ubi neque gloriæ spes neque infamiæ aut mali timor sit propositus. Cæterum ne singulorum [illegible] veritatem noscemus [illegible] Spinoza etiam pro [illegible] conjecturam facere possemus [illegible] [illegible] postremo factus est Atheus [illegible] commendat Bayleus quæ [illegible] vel ex eo possemus intelligere quod cum religiones omnes contemneret apud eum tamen teste Baylaeo non solum cæteros [illegible] et templa crebro inviseret ad ipse etiam [illegible] concionibus frequens interesset. [illegible] et [illegible] fictus. [illegible] eo aliqui fuerint qui [illegible] religione mediocritatem tamen quandam officiorum tenerentur, ea sunt non Atheismo tribuenda est sed Religioni. Insperata enim honestati et virtuti [illegible], quod eos ex pluribus [illegible] viverent a [illegible] quorum [illegible] erat. Cæterum et intelligatur quantum, [illegible] disciplinæ atque morum [illegible] [illegible] [illegible] Deus omnem [illegible] maximam partem humani generis [illegible] atheam, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] admiratione [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] illa [illegible] est quam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Dei notione [illegible] [illegible] repentinus terror in occultissimis etiam sceleribus, cum in calamitate in maximis quidem malis atque in [illegible] animorum [illegible] aut capacitas [illegible] immensa [illegible] non minus [illegible] nostræ naturæ sint insita, quam ratio, quam veri studium, quam finis alicujus appetentia, ejusque præstantissimæ optimæ [illegible] certissima indicia sint. propterea etiamsi plures judicio et voluntate Athei fuerint, nullus tamen mortalium semper talis ac natura esse potest.

[illegible]

Sed iam his omissis ad eam argumentationem progrediamur, quae de rebus efficientibus, quarum et ubi [illegible], vel in commemorant et prinicipium, et nullo ingenii vi [illegible] unquam retenit. Primum autem non magnopere per: tinere arbitror quemadmodum in [illegible] sic in hac quaestione an [illegible] ratio [illegible] [illegible] continuationem pariat, nisi quae illas unum [illegible] fuerit tam certe constare [illegible], ut [illegible] omnino [illegible] dissentire.

[illegible] constituenda esse ut principia quaedam ~~[illegible]~~, ex quibus quoniam omnes [illegible], atque ipsi [illegible] reliqua ut [illegible] conveniunt, quo eadem [illegible] de quo quaestiones explicentur.

Decretum primum. Ubi eadem ratio valet eadem debet esse conclusio. [illegible] [illegible] omnes illud constat [illegible] [illegible]: [illegible] est similiter se habere in omnibus. ~~[illegible]~~, item [illegible] [illegible] quod semper ut [illegible] reliqua humana corpora animata esse, [illegible] nostra [illegible]. [illegible] quid [illegible] esset eo, qui [illegible] motum [illegible] certis causis [illegible] affirmaret, negaret autem [illegible], et qui unum simulacrum [illegible] [illegible] vero nihilo nihilo minus [illegible] [illegible].

Decretum secundum. [illegible] causa externa [illegible] [illegible] est quod [illegible] causa esse non possit. Quod quoniam est perspicuum magis admonitione quam explicatione indiget.

Nunc ad Sinarum Atheismum veniamus, quem idcirco postremo loco reservavi, quod ejus refutationem putat Baelius difficilem. Is enim Spinozam putavit fuisse formidabiliorem, ... constitutione repugnaret ... ... , quae apud Sinas viget opinantes mundum animis esse plenum ... consilio ... et ... fuerit minores, eas autem mentes ... aeternas, ... quasi una principes quae regantur omnes, ne illa ... ... proposita mox ... ... est ... ... aeternis in ... generant

indépendans les uns des autres. Ob formidabilem disciplinam, quam qui pertimuerit absurdis fatetur [illegible] nihil [illegible] rem attentius consideravi, non solum nihil in ea reperio quod timeamus, verum multa etiam pene absurdiora quam in superioribus. Chi enim [illegible] vitat [illegible] qui hoc aut casu aut nulla causa effecta ... sunt neque [illegible] potentia, [illegible] quae vulgo [illegible] [illegible] qui vult vitare [illegible] [illegible] et isti et majores qui [illegible] veritate despiciunt. [illegible] enim illa omitto quae ceteris sunt communia, [illegible] mentium natura [illegible] sit, non minus easdem infinita causa egere [illegible] et [illegible] ut tam apte [illegible] atque ut [illegible] illud [illegible] quod Baileo [illegible] est [illegible] [illegible] aeterna [illegible] ab altero minime pen[illegible], imprimis [illegible] [illegible] quemadmodum materiam, quam [illegible] faciunt [illegible], mentium [illegible] quidem ut conformaretur non autem ut esset. [illegible] enim major [illegible] longa est [illegible] quid [illegible] inconstantius atque inepti, quam [illegible] formam mundi quae minus est, quam ... sine aliqua mente esse non posse; posse autem materiam quae est [illegible] ? [illegible] vero ex dispositione Universitatis, [illegible] causa intelligere possumus, an [illegible] autem [illegible] causa non [illegible] possumus. [illegible] quoque [illegible] intelligentias [illegible] esse [illegible], [illegible] esse potuit, aut si materiam [illegible] ex nihilo [illegible] eidem [illegible] necesse est infinitas [illegible] finitum est [illegible] constat nihil ex nihilo posse effici, quod [illegible] infinita potestate cogitare possumus quale sit. [illegible] ex nihilo [illegible] valeat efficere [illegible] est, [illegible] non egere quo id conformet atque [illegible]: isti autem volunt illas intelligentias [illegible] [illegible] ad [illegible] minime. Ad haec aut istae mentes simplices sunt aut concretae [illegible] aut individuae aut dividuae [illegible] quod [illegible] constat [illegible] potest [illegible] singulae partes [illegible] natura [illegible] in [illegible] potestate et dissociari ab alteris: [illegible] autem volunt [illegible] esse [illegible] [illegible] animi humani unde sunt orti? [illegible] dixeris, atque a se [illegible], primum [illegible] [illegible] quam quod a se [illegible] [illegible] aeternam atque [illegible] esse [illegible]. [illegible] ingeniti sunt [illegible] habent [illegible], quam [illegible] habent, proprium et nulla re carent quam [illegible]: animi autem nostri [illegible] sunt. non igitur ingeniti. [illegible] nunc ex [illegible] principiis intelligentiis [illegible] [illegible] ex nihilo [illegible] infinitae [illegible] [illegible] quidem, [illegible] ad [illegible] omnia ex nihilo efficere. [illegible] [illegible] animos nostros [illegible] [illegible] [illegible] nam [illegible] intelligentiae [illegible] composita, et [illegible] a quibus aliquid [illegible] [illegible] et [illegible] et mortales. Atque haec [illegible] Atheorum, quam [illegible] intentavit Baileus, quae non solum principiis omnibus oppugnatur, sed re ipsa etiam evertitur.

Sed aliquando nostra [illegible] dispute[illegible]

aliquando nostrę vela disputationi colligamus. Cum igitur, ut a me initio est propositum, ex iisdem deinde, ex quibus omnes ejusdem concludunt quę sunt certissima, atque eodem argumentandi ordine consequatur esse [necessario] Deum, cum id et communis naturę sensus, quem in hac vita ducem necessario sequimur, quique in hoc praecipue venimus vivere debet, non propter summam rei necessitatem, tum propter adversantium cupiditates, a quibus nunquam penitus evelli potuerit. Deinde cum ipsa et materię et dispositionis ratio ad inquisitionem ejus causę nos impellat, et stimulet, in qua tandem aliquando finem inquirendi faciamus. Cumque constitutiones omnes ab hominum malitia contra Deum excogitatę, et in hanc argumentationem impingant, quę in medio posita, ac in quibusque rebus ab ipsis adversariis usurpata est, qui rerum imperfectarum causam aliquam esse oportere fatentur, ut propterea in materia ac natura quę per se limitata, imperfecta, inersque et iners non sinitur quin et praecipue rationi et communi consuetudini, et simetipsis adversentur, simulque commenta propriis ut ita dicam telis conficiantur. Concluserim aliquando, Illustrissime, non quidem esse Deum, quę res multo ante unicuique nostrum certissima fuit, verum illud quod non omnes ejusque cogitant, eundem summo cum studio pietate ac religione esse colendum, metuendum, diligendum, ut auctorem et dominum et parentem omnium.

Cęterum recte existimare nihil esse praestantius eorum quę pro hac causa dici solent ac possent. Ego enim est denuo viam mihi constitueram quę cum certissima tum humanę etiam imbecillitati esset accomodata, quamque et divina oracula nobis praecipue indigitaverunt, neque ab ullo negari posset cum ea communis et argumentandi et ... recte reputaretur, quę iisdem fere principiis nititur. Hęc argumenta illa quidem quę ex ipsis abstrusissimis ... naturę visceribus, atque ex abditissimis disciplinarum fontibus peti consueverunt, cum habeant fere aliquid ... ut prius fateri cogant quam assentiri; tum nunquam interveniunt e fuga victoriam et profuerunt propter magnam subtilitatem nostrę conditioni, saepe plus periculosa esse, quam utilia. Contra ubi Athenam his rationes momenta ac gradum, quę in communi quodam sensu insitę sunt, ac deficiunt unumque tunc perducas ut aut etiam cętera invic... efficiat quę ipsi quoque necesse est convictum aut stare suo ... fateri debeat quod similiter consequitur; disputatio ... minus calumniis objecta est, eo est et brevior et efficacior. Cęterum illa ex recondita Metaphysica ... vel hanc unum habere possunt, ut si quę ejusdem generis opponantur obscura, et difficilia, hę contra similem ... generis ac par pari referas, ut ... eo loco gerenda res sit, e quo saltem magis certare videamur. Nunc ... nostrę quęstionis dispensionem nonnullos eosque ... actiones, proponendos arbitror. Primum ... hoc cogitare debemus quotquot Deum esse credimus, cum ejus cognitio omnibus insita atque ... necessaria sit, ... libri hubitus, qui eam ignorant accusatione omni carebant non minus facilem esse debere ratione huiusce ... quae inveniendę. — Etenim si nullam viam Deus ipse suppeditaret imperitis, qua contraria argumenta diluerent, inhaererent iisdem imprudenter assentiri, aut certe rem difficillimam putaverant, absque metaphysicę studio neminem ... dubitationem abjicere. Quare nunquam quidem adduci possim tanto speculationum abstractionumque apparatu, tantaque ingenii contentione opus esse, quo totius vitę fundamentum in Dei cognitione ... natura duce vel rudes

vel rudes apta dependere possint esse mundi, quam cum necesse sit Pirrhonicorum schismata diluere, quod ne fieri quidem possunt; ita cum divinae litterae testentur Dei nihil usquam esse perviam nec tam perspicuam facile etiam defensio esse valeat. Secundo magna fiducia Deum precari oportet, ut quod in Evangelio est pollicitus, nobis in re tanta praestet, scilicet eam rationem, cui non possint adversarii omnino resistere inquit enim. Dabo vobis verbum cui non poterunt resistere omnes adversarii vestri. — Tertio cavere sedulo oportet ne studio quodam inhaerendi, eam animi naturalem rectitudinem amittamus, qua perturbata, non plus in hac, quam in aliis quidem quaestionibus minime evidentibus verum unquam inveniri potest. Quamquam enim, ut dixi, defensio in promptu debeat esse omnibus; tamen quemadmodum aliquo humore aut alia re offusis, oculis visus imminuitur, ita ne mentis quidem acies ad cernenda ea quae obversantur ullo modo est apta simul ac aliquo offusa fuerit. Itaque eandem aequitatem animi hic tenere oportet quam in rebus ceteris admonemus, de quibus vel Atheus nihil dubitare [illegible].

Nunc ad ipsum argumenta veniamus quae perspicuitatis gratia iterum divido alia enim contra argumentationem nostram afferri possunt alia sunt ex divinae naturae obscuritate deprompta. Primum autem, ne refutatione quidem digna solitos sophismata illa paene puerilia, quibus contendunt, ii Deus maxime sit, tamen propter summam rerum naturalium eiusque dissimilitudinem ex his quidem nullo pacto eundem intelligi posse. Qui enim ignorat ad aliud ex alio colligendum nullam naturae proportione ac similitudine requiri sed connexionem habere rationis. Quid tam dispares quam verba, et cogitationes, atque ex illis hae perspiciuntur. Quis autem non simile domus cum architecti idea! et tamen ipse qualis sit argumentamur ex opere. Quod enim dicunt utraque eo nomine convenire quod ficta sint, ne quid dicam quidem attendunt. neque enim ideam, aut cogitationem quamvis, ut fictae sunt ex iis ignis intelligimus, et effectis, sed illud quod ipsis est omnino dissimile. quocirca haec nec animo [illegible] proponamus. [illegible]

Dicunt igitur totam argumentationem nostram nihil valere; propterea quod nimium ex ea efficiatur. Si enim ex rebus effectis infinita causa adstruenda sit, cum in universitate mala ac bona reperiantur non minus ex malis summam quandam eius causae malitiam colligendam esse quam ex bonis bonitatem. Itaque aut cum Spinoza Deus quidam admittendus erit idem optimus ac pessimus, aut cum Manichaeis aliisque philosophis antiquioribus duo principia inter se contraria alterum bonum alterum malum; itaque reperiuntur porta contra argumentationem nostram claudiere, neque constare sibi. In quo nimium magnopere admonendos mihi adversarios existimo, argumentationem nostram quam oppugnant, aliis principiis innixam esse quae possunt nequeant commovere non enim nos in una argumentandi forma rationem assentiendi constituimus, sed in ipsa naturae voce, atque sensu quo quasi [illegible] quodam [illegible] conclusionem [illegible], aut [illegible] diiudicatur quod ne ipsi quidem aut Pirrhonii ullo modo recusare possunt. Quam multa enim sunt quae non minus recte concluduntur in speciem, quamquam falsa sint, ac ne per Sorites, quidem apparentia! quomodo autem recte intelligemus ea esse captiosa et fallacia, cum Dialecticae regulis? vide ne isto modo tot multitudinem omnem inopiis occasionem [illegible] Pirrhonio, cum argumenta [illegible] crederant nunquam invenisse agrestes, si quidem ad Dialecticam debeant confugere. Ita ne poterant quidem affirmari

esse mundi

esse Stoicorum. Procul dubio enim multa afferri possunt contra [illegible] tam delicata et contorta, ut indocto alteram nihilo a bonis syllogismis videantur differre. Quid Philosophi, qui quam multi in rebus haesitare et cespitare coguntur, [illegible] ac erroribus [illegible] ex omnium rerum explicatione [illegible]. [illegible] cum alia multa tum hoc [illegible] [illegible] sapientissime a natura comparatum est, ut quemadmodum pueri adducuntur pedagogis et magistri comitibus, qui quae illi propter aetatis infirmitatem discernere non possunt illi admoneant, [illegible], non ratione afferenda, cui percipiendae illi non sint idonei, sed simplici voce atque nutu, sic quasi a lateribus nostris nunquam discederent, atque in plurimis rebus [illegible] ac difficilibus, in quibus omnes nihilo praestamus pueris, vereque pueri sumus, non expectarent dum nos omnes [illegible] [illegible] [illegible], expediremus quod nimis imbecillitatem communem superat, sed quasi praesto essent, et impulsu atque instinctu quodam ad alia approbanda, alia vero aspernenda moveret, ac flecteret. Et quamvis duarum similium [illegible] videantur, ipsa alteram commonefaceret alterum esse verum, alterum falsum, neque tamen, quod ad usum vitae minime necessarium erat, ac ne facultati quidem hominum [illegible] doceret cur, et quonam modo utrumque [illegible].

Hoc principio constituto nihil tam inane esse ostenditur quam ista Atheorum ratio dicentium, si ex bonis, quae videmus summa arguenda sit causae bonitas, ex malis quoque summam quandam eiusdem malitiam consectarium. Nihil minus. Illud enim, ut in prima praelectione copiosissime disputatum et recte conclusum, natura ipsa docet, quae non ideo a privato, sed ex communi hominum sensu intelligitur, et quique Deum esse optimum, in quem nullum possit malum cadere, ne Sceptici quidem negare potuerunt, ut ex Sexto Empirico antea [illegible], quare [illegible] quidem [illegible] quae in naturae persuasione posita est [illegible] nullo modo potest; tametsi altera esset obvium quae non contra Atheos sed contra Manichaeos [illegible] esset nobiscum, ac cum reliquis hominibus consentientes esse [illegible] [illegible] licet qui alterum malum [illegible].

[illegible] nihil [illegible] potest, quam illa Atheorum calumnia. [illegible] enim ex bonitate [illegible] summam Dei bonitatem arguamus, non solum naturae sensus, verum etiam ipsa ratio [illegible]. [illegible] autem unum Deum et optimum faciamus et pessimum, aut alterum, communis notio mali prohibet. Sive enim hoc aliquid revera sit, sive quaedam tantum boni carentia, neminem mortalium latet, malum semper [illegible] ea carentia boni [illegible]; neque enim dolor est [illegible] [illegible] et naturalis corporis constitutio perturbatur, ex quo perspicuum fit, neque qui omni bonorum copia affluat eundem dolere posse, quod non minus stulte quam impie affirmaverit Spinoza. Deum autem omnino malum esse non posse; si enim esset eiusmodi natura sua tali esset necessariis [illegible], itaque eius natura nihil boni exigeret, imo ab hoc abhorreret quammaxime; quippe ut [illegible] contrario, quare nec dolere possit maxime, [illegible] [illegible]. Quod si nuper quaerant, quemadmodum Deus qui [illegible] omni caret [illegible] potuerit efficere; iam [illegible] [illegible], ut et alia similes [illegible] refutabitur.

[illegible] [illegible] nos [illegible] agere, quod quaedam in nostro instituto obscura atque incredibilia occurrant [illegible] nobis quoque, postquam statuimus esse Deum tam multa affirmanda sint, quae penitus nequeunt explicari, aut intelligi. Primum enim si Mundus per se non fuerit ex nihilo igitur effectus est a Deo quod et [illegible] communi sensu

antiquorum

antiquorum, et cum Physico illo principio pugnat ex nihilo nihil fieri. Quis autem intelligere aut cogitare possit, quemadmodum uno imperio, vel omnipotenti etiam ea parere potuerint quae essent nusquam? Pergunt etiam commemorando quae absurda videantur in ista natura aliquid creari quod eo tandem [illegible] continuerit, ut materiam et dolores, quarum rerum nulla cadit in Deo, ne possit quidem esse notio? Ad haec adjungunt mysteria illa atque imperscrutabilia de scientia Dei, de Trinitate aliaque ejusmodi quae Theologorum ingenia defatigant, quaeque defenduntur, ut ipsi existimant, nulla alia re quam involucris ac portentis verborum. Quae cum ita sint, iniquum esse eos qui [illegible] et [illegible] constitutioni [illegible] explicationem afferant cum ne nos quidem id assequamur in nostra.

Ego autem in primis interrogandos mihi arbitror adversarios, aequo sitne in tota ista argumentatione id propositum. Utrum enim volunt quaecumque obscura sint et recondita ea esse falsa aut dubia, an aliquid fatentur certum esse et exploratum quod tamen quale sit comprehendi non possit? Si illud dicerent, non non modo sacra verum omnem prope humanam cognitionem tollant e medio. Quid enim est in philosophia tam perspicuum quod simul ac [illegible] caperis non aliquid obscuri invenias? Quid difficilius explicatu quam naturam corporum extremaque principia, quae sive dividua, sive individua dicaris, undique tibi occurrunt pugnantia, quae nulla vi penitus extricare unquam valeas? Quid dicas de motu quo quamquam nihil certius constat tamen ut intelligas quale sit omnino non intelliges, velut ei Berkeley [illegible] sicut in Zenonis articulo. Quamquam quid opus est aliena inquirere, cum nos, qui intellectione utimur neque ipsam quidem sit intellectio ullo pacto intelligimus. Si enim animum ullam ideam esse speciem per se res intelligendi ac videre statueris quae tendens expedies quemadmodum in sua tibi [illegible], possit cernendo agere. Dicis quo is quod intuetur, cum clausis oculis rursum sibi plurimarum imagines exhibeat, aut cum eas cogitat quae tibi non adsunt amplius? Sin ideas rerum vice fungi dicere nequeas, nonne quae nuper a te contra creationem afferebantur, eadem argumenta contra illas valent? Sicut neque has rerum exhibitas, persimiles potes dicere, ne easdem tam diversas alias tam quadratas aut rotundas, tam tantas quantus est Mundus, quem in iis contemplamur. Infinita sunt his similia quae afferri possent, mihi autem satis est vos primis principio hoc constituisse, nullum esse tam parvum argumentationis genus, quo cum in summa etiam rerum obscuritate argumentari [illegible] ista, inquies et [illegible] ex utraque parte magna occurrit obscuritas utram tandem viam sibi dicas retinemus? Id si vero et certa regula est, neque enim si ea careremus ulla amplius erit perspicuitas, ullus assensus, approbatio ulla, quando, ut dixi, nihil est quod non quodammodo pertinet incertum videatur. Dicam igitur (quoniam hic non agimus contra Academicos et hi quoque videndum est quemadmodum suam probabilitatem retineant) res quae ex iisdem principiis manant ex quibus aliae concluduntur ac omnino certae et immutabiles, eas res quamvis ceteroqui implicatae sint atque obscurae, tamen eas pro certis habere oportet. Contra quae neque intelligi possunt, simul ex hoc modo concluduntur, ut falsae repudiandae sunt. Quemadmodum possint esse vere Antipodes, qui adversa nobis figant vestigia, neque ambulent capite deorsum verso vix cogitare esse qui possumus, id cum ex hominum narratione id accepimus, et cum tam multa alia fluxerit, quae verissima credimus, dicere esse Antipodes tam constanter affirmamus ut insanum esse

verum

[illegible] qui ex ea intelligendi difficultate rem ducant in controversiam adducere. Quod si fingatur, eandem hominum multitudinem alia testari, esse ista, quae magis etiam videantur incredibilia, tamen ea consensio adeo valeret, ut nihil fieri efficere posset obviantes. Num ergo dubium est utris in hac causa principia certa faveant, utris adversentur? Certissima argumentandi norma est analogia; ea una ducimus alios homines constare animo quem non videmus, atque innumera alia per eam statuimus. Utrum igitur ex analogia concludit, qui, postquam vidit res imperfectas alias causis egere, ita progreditur, ut etiam illas, quarum causam non potest cernere, tamen a causa effectas esse videat, atque aeternam et nulla alia indigeat, an qui in media via consistit, et rationes manus sibi, ut ita dicam, pungentem repente deserit? Non intelligo quemadmodum ea causa ex nihilo efficere potuerit ea omnia; atqui ex eodem principio, ex quo ceteri concludit, omnino sequitur, ex nihilo ea effecta esse debere. Aliud est quod certe assumptum ex arbitrio: nam ex ratione et prudentia, quae in domo aut in poemate elucet quisque colligit horum operum causam mente et ratione esse praeditam. nec tum quaeri, quemadmodum artifex tam [illegible] [illegible] [illegible] et illa efficeret, quae tu nunquam posses: cur ergo non idem facies, ut ex summa prudentia et consilio quod in mundi ordine admiraris eius opificem sapientissimum fuisse affirmes et ea conclusione conquiescas! quod si haec vel casui, quo nihil imprudentius est, vel necessitati cuidam naturali quae nihilo [illegible] est casu tribuere malueris, non illud testimonium conspicuitatem, verum etiam contra ea principia [illegible], quae in rebus similibus perpetuo [illegible] [illegible] - sic multa [illegible] in tota superiore oratione ostenderimus ex omnium communibus argumentandi regulis abhorrere qui tollunt Deum. ex [illegible] autem consequentes [illegible] qui defendunt, quid aliud est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quam omnem rem naturam, omnes assertiones evertere atque delere! Quod enim quemadmodum statuunt, fieri nec ne aliquid possit, antequam ascendamus esse factum, quid ex ea re consequatur non vident. quamquam enim rem esse, sive quam nevera esse natura prius est, cognitione tamen et usu est posterius. Si enim ex eo quod fieri possit quaestiones initia essent sumenda, nihil esset in quo finem faceremus philosophandi. Etenim in omni scientia ex cuius cognitione statuendum est an possit fieri, summa quaestio [illegible] [illegible] reperitur: ac ridiculus quidem sit popularis [illegible], [illegible] non [illegible] affirmet esse materiam [illegible] [illegible] quae [illegible] [illegible] naturam comprehenderit, et propterea in iis non contineantur repugnantia. Una igitur in proposito est via, ut quemadmodum [illegible] [illegible], quo intellecto statim etiam agnoscimus esse posse. nihil enim evidentius, quam illud [illegible]: a facto ad potentiam valet illatio. ad eamque rem eadem principii [illegible], ex quibus alia certe colligimus. velut in hac quaestione [illegible] Deus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] necessario concluseris aut esse [illegible] omnia esse facta, quisquis [illegible] ea [illegible] [illegible] id est vestri philosophi officium est et supra hominis facultatem. Nam quod opponunt, ex nihilo nihil fieri est illud quidem principium physicum sed non eiusmodi ut illa a nobis posita nulla sint; [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nequeat, illud ita est limitandum, ut in eam tantum valeat quas secundas vocant: nam ne ad summam illam et primam [illegible] extenderetur ratio prohiberet quae quidquid initium cepit, imperfectum sit summa [illegible] infinita perfectaque causa omni carere. Ut enim idem quoque principium veritatis [illegible]. quasi vero non multa sint quae quamquam in medio posita tamen [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

tamen multi animadversionem effugiunt, quam incidebant esse Antipodes, plurimi ne cogitarunt quidem tan... ...tum ut soli motus et motio terrae, quod plane comprobarant. Quid vero multi e veterum Philosophis, iisque illustres creationis notitiam habuere? Quid enim nulli ne ii sunt, quos refellerat Empedocles teste Plutarcho in Adversus Coloten, quippe propugnarent effectionem rerum a nihilo? Quid nonne Aristoteles de Zenone Xenophane et Gorgia agens ...ap. I perhibet eos Philosophos credidisse quidquid usque sit, id ex nihilo divinitus fuisse conditum? nisi vero nullo ac non etiam multorum instar existimemus Platonem de quo egregie quid scribat Hierocles in libro de Providentia et Fato, cujus epilogum nobis reliquit Photius. Inquit enim: ex Platonis sententia supponit haec disputatio Deum esse velut universi simul visibilis et invisibilis hujus molitionis opificem, quem ex nulla re subjecta vult a suo Artifice inductum, ut ex illa sufficeret voluntas, quo rerum natura subsisteret. Quod tradit ipse Plato in Timaeo docens, mundum idcirco genitum quia corporeum, quae ratio cum in omni materia valeat, illam etiam necessario genitam existimavit. Accedit antiquus auctor operis de secretiore parte divinae sapientiae secundum Egyptios, olim Aristoteli attributi, cujus haec sunt verba: Deus causarum omnium Auctor est, utpote qui eas ex nihilo procreaverit.... Deus igitur omnibus causis hoc praestat ut et sint etiam ne alios procreent, tantumque in procreando hoc differunt quod ipse divinus causae Auctor est sine ulla materia interjecta. Quid de Proclo dicam, qui in institutionibus Theologicis cap LXXII ita scribit: materia cum sit subjectum omnium ex omnium causa prodiit quod in mysteriis confirmat Jamblicus. nam quantopere de hac re disputaretur in Scholis Philosophorum ostendit Seneca — — —

Puta utile existimas ista cognoscere ..... quantum Deus possit; materiam ipse sibi formet, an data utatur. utrum idea prior sit, an materia idea. Sed ex nullo melius id intelligere possumus quam ex Lucretio. .. lib. I de Rerum Natura plurimis, sed plane puerilibus argumentis conatur docere, ne Deum quidem posse quidquam efficere ex nihilo, in cujus maxime consensit opinionem; cujus autem ... ... ex eadem ...: ‡

Principium hinc, cujus nobis exordia sumet
Nullam rem e nihilo fieri divinitus unquam
Quippe ita formido mortales continet omnes,
Quod multa in terris fieri caeloq. tuentur,
Quorum operum causas nulla ratione videre
Possunt, ac fieri divino numine rentur
Quas ob res ubi viderimus nil posse creari
De nihilo, tum quod sequimur iam rectius inde
Perspiciemus.

Qui bene si paululum consideratur, nemo non intelliget creationis notitiam ad plures iam tum pertinuisse, quam vulgus existimat. Lucretius enim praemonet ea opinione esse formidinem omnium mortalium comprimendam aggredi. quaenam autem? quod operum causas non videant, ac fieri divino numine rentur. quonam autem pacto? nempe ex nihilo. Quae hujusmodi enim effectione sit, ... propterea profitetur, patefacturum causas, ex quibus cuncta fiant

quarum generatione homines putarent fieri ex nihilo. At eo rei tam obscurae cognitio semper fuit in omnium animis impressa a natura. Quod si Philosophi non pauci eam everterint, idcirco evenit, quod hanc rem quemadmodum alias exquisiverunt praepostere. Cum enim ex quibus principiis concluserant esse Deum, quod res imperfectae tam praeclare disponi non potuerint sponte, simul oportebat colligere etiam earum materiam, multoque magis quam formam omnipotenti causae tribuisse. Illi summa rei obscuritate commoti coeperunt indagare num id fieri potuerit neque viderunt, si ista via erat ingrediendum, non solum effectiones e nihilo verum omnia prope, quae certa sunt, esse neganda, quod comprehendi non possint. Omnino ad absolutam tantae rei definitionem bina mihi postremo notanda sunt, quae si prae oculis semper habuerint, captiosas Atheorum rationes evitabunt facillime. Primum autem cum duplex genus sit principiorum ex quibus argumentamur, unum alterum quia ad persuadendas existentias pertinent moralia appellamus, alterum vero quae ad mentem, ut loquuntur, possibilitatem spectant, quaeque idcirco metaphysica haec et transnaturalia dicuntur, priora ea esse quibus nos in hac demonstratione usi sumus. Secundo ubi utrumque genus in contentionem veniat, moralia Metaphysicis esse anteponenda. Quamquam enim haec, si per se spectantur, videantur firmiora, tamen cum ex rerum essentia, quae humanae menti inexplorata est, ducantur, ex moralibus in quibus natura maxime valet, interpretanda sunt. Sic, ut superiori exemplo utar, cum ex principio morali, videlicet ex constanti hominum testimonio compertum sit esse Antipodas, quaecumque ex Metaphysica afferuntur ad docendas eas esse non posse, falsa ducenda sunt, tametsi etiam viderentur inextricabilia, atque una adhibenda erat defensio, Antipodas, quoniam sunt, et esse posse. Si autem metaphysica conveniunt ultro cum moralibus, tum negligenda non sunt, quippe a natura esse confirmata, quod et nos in Atheis confutandis praestitimus, ut utraque coniungeremus. Tertio ubi plura moralia principia inter se contraria videantur, ita demum concilianda sunt invicem, ut singularia et vi severius et ordo, quae singulis facile ad rem praesentem applicare possumus. Quoniam omnia imperfecta a suis causis oriuntur, ostendi etiam materiam ab alia causa non debuisse neque regressum in infinitum in illa re ab hominibus approbari, ita necessario esse causam perfectam, in qua tandem argumentatio desinat. Hae rationes ex more communi haustae sunt, neque tam declarant quid fieri possit quam quid factum sit. Tu mihi quid contra obiicis? scilicet non potuisse res fieri ex nihilo, male agi et praepostere, neque quicquam animus certi retinquis, si quid fieri possit quam quid factum sit mens quaerere. Non intelligo, inquis, quemadmodum Deus effecerit aut corpus aut dolorem quibus rerum nihil eius naturae habet simile: atqui illud intelligis, ita esse factum; cetera non modo tibi incredibilia videri non debent, verum ex ratione ipsa, quae te ad omnipotentem causam adducit, hoc addiscis quoniam omnipotens et infinita sit, plurima debere posse efficere quae finita mens atque imbecilla non possit capere. Ceterum eo minus tibi id fidem abnuere ignoscendum est, quod multa vicissim quotidie fieri cernis ac tute experiris, quae non minus illis sunt in speciem repugnantia. Etenim quid habet idea rerum simile, per quam tamen eas ipsas intuemur? quid in mente Architecti est simile quod artifici adsimile? atqui cum idea quae neque generata est, nec rotunda atque universo centro, spatio vel ut melius dicam puncto circumscribitur eadem et rerum quadratarum, rotundarum et immanium exemplar.

Sed de iis hactenus

Cap. II

Qualis sit Deus

Sicut est in Philosophia utilius, nihil periculosius nihil quod ad divinas leges quae Ethica continentur exequendos incendat animos vehementius nihil simul quod eosdem in majus discrimen adducat, quam haec quaestio; neque ad ullam rem divinae litterae crebrius excitant, neque ab ulla deterrent gravius: etenim modo in divinae naturae cognitione collocant vitam beatam: haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum: modo fatalis cujusdam injectae caliginem minitantur iis, qui divinam majestatem propius speculari ausi fuerint: scrutator majestatis opprimetur a gloria. Ex quo intelligendum est medium quoddam iter esse tenendum, ut neque praestantissimae illius naturae cognitionem, quae mortalibus proposita est, per turpissimam negligentiam praetereamus, neque nostrae imbecillitatis obliti, ita ad lucem illam immensam appropinquemus, ut visum amittentes ac velut vestigio abrupti in gravissimos errores haereticorum, quod plerisque accidit, corruamus. Quorum utrumque vel Ethnicus homo Plutarchus vidit. Nam initio libri de Iside, et Osiride. maxime, inquit, cognitionem Deorum pro facultate humani ingenii consectantes, ab ipsis petamus nobis eam concedi, qua neque majus homo accipere, neque dignius dare munus homini potest Deus. Quanta vero hac in re temperantia ac pudore opus sit ostendit in tractatione de his qui sero a Numine puniuntur, ubi ostendit hoc fuisse praeceptum veterum Academicorum, ut in disserendo de divinis rebus maxima cautio et modestia adhiberetur: quorum utrumque ita praestabimus si cogitemus Deum et maxime notum esse, et maxime ignotum, quorum alterum comprobant testimonia librorum Paulli praesertim ad Rom. I docentis non modo Deum, sed sempiternam etiam ejus virtutem ac divinitatem ex rebus effectis intelligi, ac conspici: alterum vero confirmant reliqua loca, quibus Deum nec videri, nec percipi significatur. hinc idem propheta de se apud Isaiam: ego sum Deus absconditus. Licet autem multa impervia per Christianam fidem patefacta sint, nos tamen hanc mysteriorum partem ceteris Theologis permittentes, in his tantum versabimur, quae humana ratione deprehenduntur, hoc est, quae idem Deus afflatu quodam naturali universos mortales docet, Apostolo attestante de Philosophis naturalibus iisdem. quod notum est Dei manifestum est illis. Deus enim illis manifestavit. Cum autem hic communis afflatus, per quem Deus et se et ceteras manifestat, sit illa naturae vox, sensusque ille congenitus, quem omnium consensionem ducem certissimum habemus, quique non tam arduis speculationibus neque iis quibus a nostra facultate abhorrentibus quam simplicissima quadam veri notatione excitatur; quoque non minus propter rerum intelligendarum difficultatem, ingeniorumque communem imbecillitatem ad naturales assensiones necessarius est, quam propterea illa divina motio ad Christianam fidem; in hoc instinctu tamquam in arce, quemadmodum ante fecimus, doctrinam nostram constituemus; hinc denique incredulos, hinc pertinaces revocabimus, ut, juxta testimonium Apostoli, voce testimonium perhibente conscientiae illorum intelligant

intelligant se non posse a rebus tam compertis dissidere, quin una stare ipsi, et ab omni humanitate dissentiant. Primum autem universim statuam, quam perfecta sit Dei natura; quod quamquam ex superiori capite satis concludi posset, tamen hic nobis est pertractandum uberius: tum quænam præcipue ex hac infinita perfectione attributa consequantur ostendam.

Primo loco Deus est Optimus.

Ne autem repetam argumenta illa, quibus ita effectum est esse Deum, et simul consequenter eumdem esse perfectum, hic unum addam ea de re consensum tum Philosophorum, ac plane totius generis humani. Clarissime est ac rectissime dixit apud Tullium Stoicus Balbus II de Nat. Deorum: talem esse Deum certa ratione animi præsentimus, primum ut sit animans, deinde ut in omni natura nihil eo sit præstantius. ubi affert etiam Epicurum, qui etsi multa de Deo absurda et nefaria effutierit, tamen ultro sensit: esse Deum, quia necesse sit præstantem esse naturam, qua nihil sit melius. Neque minus recte ea de re senserunt Academici et Sceptici, quos supra allegavimus ex Empirico; atque eadem fuit perpetua existimatio generis humani, de qua infra commodiori loco agemus. Unde autem amabo hæc notitia, quæ præjudicata opinio, quod institutum eiusmodi esse potuit, ut homines rebus imperfectis videndis assueti, de Deo tantum hoc judicium haberent, ut nihil eo posset cogitari præstantius; atque ea res in omni quæstione poneretur, quasi principium, et anticipata notio, quæ probatione minime egeret? Quid autem fecit, quod qui nihil in Philosophia non commovere, quibus solemne erat contra omnia disputare, hoc tamen ultro semper confessi fuerint? nonne id ea natura, quæ nihil est, tot res, omnium et dociuri necesse est? Neque vero inficior a nonnullis pessime de Dei natura esse existimatum, cum diserte aut detraherent ea, quæ bonitati infinitæ essent propria, aut quæ cum ea repugnarent eidem attribuerent. Verum si ate eum quoque erroris causam perpenderimus, non modo hic naturæ sensus non labefactatur ea re, verum etiam confirmatur. Propterea enim isti illi opinati sunt, quod ea divinæ perfectioni convenire arbitrarentur, ut error quidem fuerit in indicando de attributis peculiaribus, semper autem inter omnes constiterit quæcumque essent præclara assignanda esse Deo. Negabat Epicurus Deum humana curare, propterea quod neque tantas occupationes eius majestate dignas crederet, neque cum eiusdem beatitate cohærere. Sic si legimus eius sectatoris Velleii disputationem apud Tullium primo de Nat. Deor. quæ sunt vera dicit aut falsa effutiat reperiemus ea omnia ex firma divinæ excellentiæ notione ab eo auctore esse ducta: negat a Deo Mundum ædificatum, id est ideirco negat, quod id a recta ratione commentique abhorrere censeat. crasse istud quidem ita agit, ut nunquam hanc laudem Deo ademptum, nisi existimaret absurdam: item negat, ne mentis Mundum esse Deum, quod tenebant Stoici, quia cum iuxta eorum, incredibili celeritate torqueatur mundus, in ea inquit, non video ubi nam mens constans, et vita beata possit insistere tum enumerat Mundi vitia, quodque eius partes aliæ habitabiles sint aliæ inhabitabiles quod aut rigeant nivibus, aut calore flagrant, hinc concludit, quæ si mundus est Deus, quoniam partes Mundi sunt, Dei membra partim ardentia, partim refrigerata dicenda sunt

Idem

dem repellens Maximinum, qui aerem fecerat Deum. quasi, inquit, aer sine ulla forma Deus esse possit, cum praesertim Deum non modo aliqua sed pulcherrima specie esse deceat. Quod si Tullius reprehendit Anaxagoram recte docentem Deum esse mentem infinitam, simul ratus est cum Dei simplicitate et natura pugnare infinitatem. ait enim: in quo non vidit neque motum sensui conjunctum et continentem in infinito ullum esse posse, neque sensum omnino, quo non ipsa natura pulsa sentiret. Quod si Stoicorum aliud considerentur placita, eorum reperiemus errorum fontem, quod quamquam Deum statuerent esse optimum non recte intelligebant omnis perfectionis aut imperfectionis naturam. Volebant enim v.c. Deum esse rotundum, quod ea forma nulla esset pulchrior; eundem esse mundum quo nihil cogitari possit mundo melius, alia [illegible] similia errorum [illegible], que tamen documento sint semper illud mansisse firmum, etiam inconcussum, de quo litigaret nemo, Deum esse optimum, et vix quemquam alicujus nominis reperias, qui sciens imperfectionem aut vitiorum quid attribueret Deo. nisi vero aliquem putare volumus Sinensem literatorem, neque quem cuius Trigaltius De Christiana expeditione lib. I cap. X refert eam fuisse amentiam et furorem, ut cum fateretur ultro esse Deum Universi opificem, eundem nihilo se majorem faceret homo superbissimus. cum enim P. Matthaeus Riccius in disputatione ex eo quaesivisset, crederetne aliquid esse rerum principium et causam, annuisse illum, atque addidisse, hominem illi vi et magnitudine parem esse, se ne tantillo quidem concedere. cum autem rursus ex eo percunctatus esset an crederet ne se idem posse facere, quod ille fecisset, tum inverecunde respondisse, ut illi, si placeat, alium coelum terramque efficiam. Cum autem retorsisset Riccius, sibi satis futurum si vel ignem similem ad quem sedebant exemplo faceret, illum id se non expedivisse et dixisse, rem nimis exiguam a se postulari. Atque hi sunt primi literati, hi Philosophi, e quorum sententiis [illegible] quaerere, novorum [illegible] fabricatores. Neque minus contungendum fratribus est etiam [illegible] Alphonsum illum Neapolitanum Regem qui affirmare non dubitavit, si secum fuisse ut Deus melius Mundum efficeret si suo consilio usus esset [illegible] in Astronomia [illegible], nam [illegible] quidem [illegible]. Ceterum nulla re melius natura sentit de summa Dei perfectione [illegible] quod si ad quaedam eius praecipua attributa veniamus, multasque de ceteris praesertim Ethnicis falsas [illegible] opiniones refutemus. Prima autem de unitate Dei quaestio erit, nec tam ut rem comprobemus, [illegible] ab omnibus confirmatam qui Deum esse crediderunt, quam ut humani generis auctoritatem vindicemus quae prorsus Polytheismum [illegible] nos pervulgatum [illegible] videatur ...

Prop. II Deum proprie dictum unum esse, nec esse plures, plena hominum multitudo consensit semper.

Deum proprie dictum intelligo ex omnium antiquorum et recentiorum definitione ens [illegible] omnino perfectum, cui nihil neque detrahi possit neque addi, qui causa sit rerum omnium. In hac autem argumentatione eo utar ordine, ut primum communem Ethnicorum doctrinam afferam pro [illegible], deinde ut explicem quid fuerit Polytheismus, seu numerus Deorum, quo Idololatria continetur; postremo sigillatim dicam de iis qui duo principia rerum inter se contraria posuerunt. Quae ubi exposuero, tum demum duo ab adversariis [illegible] erunt

ut et ipsi

ut et ipsi testes contrarios adducant, singuli doceant si qui fuerint, qui plures proprie crediderint Deos huiusmodi tot fuisse, ut vere dici nequeat, maximam mortalium partem unum agnovisse.

Ordiamur a Philosophis, iisque senioribus. Pitagoras apud Justinum Martyrem in cohortatione ad graecos allegatus ita docuit: Deus quidem unus . . . principium omnium, unus in quo omnia, et omnium Pater, mens et animatio omnium. Xenophanes citatus a Clemente Alexandrino lib. V. Stromatum, eandem rem multis complexus est versibus, quorum paucos brevitatis gratia afferam e graeco conversos apud Cotvortium

Magne Pater Divum, cui nomina multa, sed unum
Omnipotens semper virtus; tu Jupiter auctor
Naturae, certa qui singula lege gubernas

Etiam Plato tam perspicue sententiam suam explicavit ut dubitare nemo possit. Nam et Deum Patrem et opificem omnium appellat, ut notat Plutarchus in quaestionibus Platonicis; tum unum dicit aeternum Deum, qui et caetera fecerit, et illos quos ipse appellat Deos. Atque in Epistola ad Dionysium monet, se cum unum dicit Deum serio agere, secus cum plures. Neque sui mentem dissimiles extitere Platonici, quorum constans sententia fuit unum esse Deum ut in mysteriis ostendit Jamblicus. Sic Alcinous de doctrina Platonica cap. IX: Principem Deum appellat, aeternum, infallibilem, perfectum, bonorum omnium auctorem. cap. XIII Deus qui universum condidit fecit deinde Deos et daemonia. Hierocles in carminibus Pitagoricis scribit Deos inferiores ab uno ortos, qui dici possit Deus Deorum. Plotinus quoque et caeteri negarunt nonnisi unum esse Deum. cap. autem noni libri Enneadis unum demonstrat principium infinita perfectione praeditum esse posse. Jamblicus de myst. Sect. VIII. cap. II unum ponit principium, qui sit Deus Deorum; Quibus accedit Porphirius apud Cyrillum lib. I in Julianum; nec non Proclus in Theologia Platonis, ubi Archidas summam statuit esse naturam quam omnes mentes colere debent, quaeque Deus omnium vim ac perfectionem una continet. Nam Aristoteles de Mundo lib. VII dicitur confirmat unum tantum esse Deum qui pluribus significatur nominibus. Eiusque in ea sententia fuerunt omnes antiqui Peripatetici ab Aristotele et Platone orti. Simplicius in Epictetum declarat unum esse summum Deum, qui causarum causa sit, et Deorum Deus. Antisthenes apud Tullium I de Nat. deor. Populares Deos multos, naturalem unum esse dixit. Neque aliter censere Pitagorei, quorum duos afferam Onatum et Philolaum. Ille lib. de Mundi opificio ita scribit: Deus est rerum omnium caput et fons immutabilis, nulli rei praeterquam sibi uni similis. Alter autem apud Stobaeum lib. I Neque unus mihi videtur esse Deus, verum unus quidem maximus ac summus et universum gubernans, alii etiam multi diversis praediti viribus. imperat autem omnibus, qui robore magnitudine ac virtute praestat. Plutarchus autem de Oraculorum defectu contra Stoicos agens qui plures negabant esse mundos; Quod si essent plures, ponendi essent Joves, inquit. Quae necessitas cogit multos esse Joves, si plures sint Mundi, quando singulis praeesse potest princeps Universi cum mente ac ratione, ejusmodi qualis est qui a nobis Dominus omnium ac Pater cognominatur? Caeterum vel ex hoc loco satis liquet nec longiore mora, qualis etiam fuerit toties nobilis Stoicorum Secta hoc decore per marmo, qui ita absurdum putarent plures esse Joves h.e. Deos opt. max. et eo principio

tanquam

... certo et indubitato averterentur, quo asseverent plures non esse mundos: hi enim, te teste, antea scripserant quaerunt quonam modo unus ubi una prove enim maneat, ac non plures Joves fiant, si plures sint Mundi. Ad Latinos vero laudare sufficiat Marcum Tullium qui in somnio Scipionis Coelorum Principem nominat, qui universum hunc Mundum regit. In Disput. autem Tusculanis Lib. I. eius naturam praeclare ita exponit: nec vero Deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quaedam et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens, ipsaque praedita motu sempiterno. Ex quibus testimoniis antequam ad sacra populorum veniamus quid principio efficiatur videndum est. Cum enim in superiore Libro ex communi Philosophorum Ethnicorum auctoritate planum fecerim Deum esse naturam quandam praestantissimam, qua nihil esse aut cogitari possit melius, eamque notionem ut anticipatam et a natura insitam, ut firmam et perspicuam a certis maxime contrariis in omni disputatione habitam fuisse, statim liquet, hos, qui nuper allati sunt, cum unum affirmaverint esse principium omnium, unum fabrum et hominum et deorum, illumque ceteros condidisse qui dii nominarentur, eosdem Minores in eius ditione positos, eique obtemperantes, ac veluti quosdam vicarios et administros in Mundi gubernatione, hinc inquam, constat numquam proprie, ac iuxta definitionem Dei quam tradebant, reliquos potuisse nominari Deos, cum quia Princeps Deus ceteris erat major et melior. Ac cum Cicero doceat Deum qui hoc tempore intelligeretur non alio modo intelligi posse, nisi mentem omnia sentientem et moventem, hinc fit, ut quoniam ceteri ab uno moveri solerent movente omnia, ne intelligi quidem poterint Dii.

Age dum cognoscamus etiam opinionem gentium imperitarum ac inprimis Graecorum et Romanorum, quarum nationum cultus ceteris videtur antecellere. Nullo autem modo id planius cognoscemus, quam si Poetarum testimonia afferemus, qui tum popularem sensum in carmina transferebant, tum ipsi populorum magistri habebantur. Quorum primus erit Orpheus ab Aristotele allegatus in lib. de Mundo Cap. VII, cuius versus e Graeco converso ante attulimus, ceteros nunc addo.

Jupiter est Terrae, Caeli et stellantis Olympi,
Jupiter et mas est, atque idem Nympha perennis,
Spiritus est cunctis, validusque est Jupiter ignis,
Jupiter est pelagi radix, est Luna Solque
Cunctorum rex est, princeps, et originis auctor
Namque sinu occultans dulces in luminis auras
Cuncta tulit, sacro versans sub pectore curas.

In quo miror Auctorem Historiae Philosophiae Ethnicae scripsisse horum versuum sententiam ita esse ambiguam, ut vel a Spinoza afferri possint, quod videantur significare Deum unum esse omnia, ac totum esse, quod numquam effudisset imprudens scriptor, si quo deinde habet Orpheus versus consideravisset, resolute enim eum regem esse cunctorum, et auctorem omnis originis, diserte canat Orpheus, qui non videt non alio modo eum scripsisse Jovem esse Lunam, Solem ac reliqua, nisi quod omnium efficiendorum ideam et vim in se contineat,

quemadmodum

quemadmodum artifex apte dicitur mente complecti opus quod molitur; quod esse Poetæ sententiam extremi ostendunt versus, quibus prædicat Deum auctorem inter omnia postquam molitus fuerit in lucem cuncta tulisse, et edidisse

Ceterum, ne plura adducam, duobus contentus ero Principibus Poetarum: Græcorum quidem Homero, Latinorum autem Virgilio. Ille Iliad. V. facit Deos ita alloquentes Iovem.

Alii enim omnes, quotquot Dii sunt in Olympo
Tibi obediunt et tibi subiecti sumus unusquisque.

Tum in VIII

Cognoscet deinde quanto sum Deorum potentissimus omnium

Neptunus in eodem

Non ego velim cum Jove Saturnio pugnare
Quandoquidem nobis aliis longe potentior est.

In XII eiusdem Iliadis

Nos vero magni Dei pareamus voluntati,
Qui omnibus mortalibus et immortalibus imperat.

Sic ibidem appellatur rector Deorum omnium, ut omittam Aeschilum, Euripidem, Theogniden eandem doctrinam tuentium. Ex Latinis, Virgilius sæpe Iovem sæpe patrem omnipotentem hominum ac divum, Patrem ac regem utrique tremendum nominat velut Æneidos, I.

O qui res hominumque deumque
Æternis regis imperiis et fulmine terres

Lib. X O Pater o hominumque divumque æterna potestas

Neque secus Latini ceteri. Nam Plautus iuxta Populi consuetudinem loquens maxime: Qui est Imperator Divum atque hominum Jupiter. Et Horat. Odarum Lib. I. Od. XII

Quid prius dicam solitis Parentis
Laudibus, qui res hominum ac Deorum,
Qui mare et terras variisque Mundum
Temperat horis?
Unde nil majus generatur ipso
Nec viget quidquam simile aut secundum

Tum lib. III Ode IV

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum et Urbes, regnaque tristia
Divosque mortalesque turmas
Imperio regit unus æquo.

Ovid. autem in Metamorphosis

Ille Pater rectorque Deum, cui dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem.

Ceterum

Caeterum vel ex ipso Romanorum Religionis institutore Numa liquido apparet quam sinceram numinis notionem Rex ille pro inspexit. Nam ut Plutarchus in ejus vita testatur, et Varro apud Augustinum de Civit. Dei notaverat, nulla Dei simulacra fierent, quod negaret principium rerum sub sensus posse cadere: quod si adhuc mansisset inquit Varro castius Dii colerentur. Ac quam familiare esset Rom. Populo Deum appellare Opt. Maximum, ex orationibus [illegible] constat praesertim ex Tullio.

Caeterae Gentes cultu et humanitate caeterarum facile principes tum ex Philosophis, quorum doctrina imbuebantur tum ex Poetis, qui communes notiones secuti sunt, sententia de unius Dei principatu externa quae propter ipsam communem divinae naturae intelligentiam locum non relinquent opinioni [illegible] minorum; ac alias veniamus nationes. Primum autem Judaeos, Samaritanos, aliasque gentes finitimas, quarum ex sacris litteris cognoscitur pura religio, veluti carum in quibus [illegible] eius amici vixere, quod ea res constat omnibus praetermittam. De Aegyptiis narrat Plutarchus in Iside et Osiride fuisse apud eos Fanum, in quo ea inscriptio legeretur Ego sum quidquid fuit est et erit meumque peplum nemo adhuc mortalium detexit. Quo nihil magnificentius dici potest ad summam Dei naturam exprimendam quae verba illi Exodi loco respondent cum Deus se Mosi indicans ait: Ego sum qui sum; quem etiam iubet ita Aegypti Regem, cum sua mandata exponeret, affari qui est misit me ad te. Nam quod in ea descriptione addit, esse quidquid est aut fuerit, non Deum cum mundo confundebant, neque non eundem ignotum, occultumque dixissent. (Quid enim apertius mundo, atque notius omnibus?) sed significabant Deum res omnis vim mirabili quadam ratione continere quod simile est illi Joannis verbis in Evangelii initio: quod factum est, in ipso vita erat. Hunc Deum Aegyptii appellabant Amun, quod Graeci, Jovem productiori vocabulo Ammonem dicunt ex eodem Plutarcho, Amun autem Manethos Sebennyta dialectus eam vocem interpretabatur occultationem. Itaque de se ipso dicit apud [illegible] ego sum Deus absconditus.

[illegible] Auctores iidem Ethnici qui dicuntur agnovisse plures Deos; [illegible] [illegible] Stoicos et Pirrhonios [illegible] [illegible] minime sentiunt, ut idcirco in rebus [illegible] non [illegible] [illegible] dicat, [illegible] dicere [illegible] ostendendum sit: Deinde in communi more loquendi [illegible] [illegible] judicium [illegible] [illegible] [illegible] sic [illegible] dicimus Avarum judicare pecuniam Deo [illegible] [illegible], nihil [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnis [illegible], que ad agendum [illegible] [illegible] [illegible] partem animi spectat, [illegible] est a [illegible] [illegible] discernere verum ad illam que appetit et vult, itaque [illegible] in [illegible] [illegible] judicium speculativum [illegible] [illegible]. Quam [illegible] autem [illegible] [illegible] inter [illegible] [illegible] quotidianae [illegible] est compertum juxta illud Poetae — — *Video meliora proboque, deteriora sequor.*

[illegible] omnia Ethnicorum [illegible] commode explicabitis dicentes, eos non de judicio speculativo [illegible] [illegible] practico significasse cum [illegible] plures [illegible]. Nam postquam constitit apud omnes gentes Deos [illegible] [illegible] esse [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] fuit communis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] qui Dii nuncupabantur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Ethnici [illegible] Dei [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] ac [illegible], proprie [illegible] [illegible] Daemones; ne [illegible] quidem Auctores [illegible] [illegible] [illegible] vera, et proprie Deos [illegible] [illegible]. [illegible] enim [illegible] mentem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] intelligimus. Hac sententia

nos committimus periculo dubitandi de iis rebus, de quibus nefas sit dubitare, ergo non in omnibus rebus, quae ad argumentationem pertinent retinenda est assensio. Directo nego antec. ad vim probationis distinguo. Potest latere falsum cui sensus intimus idem facit non latere nego, sensus conc. ant. et nego consequentiam. Potestne latere [illegible], ubi quis primum audit Romam Bruxellis esse, aliq. ejusmodi [illegible] id est nisi in tota vita [illegible]?

Inst. Hic sensus intimus, ex quo vim rationum uno temporis momento dijudicamus potest esse quaedam vis praejudicatae opinioni, aut ignorantiae; ergo non huic uni [illegible] et fidendum. Probo Antec. Multa, immo [illegible] vera videntur, quae postea deprehenduntur falsa; ergo hic sensus intimus [illegible]

Resp. nego antec. Etenim sensus intimus non minus a vi praejudicatae opinionis dignoscitur quam vigilia a somno. Habet enim illa quandam formam et speciem, quae nunquam falso est communis. Quemadmodum igitur qui experrectus fuerit nullo examine indiget quo percipiat se non dormire, ita qui sensu intimo afficitur, nulla ei consideratione opus est ut discernat sitne ille sensus intimus. Nam quod nunc deprehenduntur falsa quae prius vera visa sunt, etiam post longas animadversiones plura existimantur evidentia, quae deinde aut vana aut incerta cognoscuntur; an propterea sit ut etiam post attentam rei cognitionem semper animis pendere debeamus. Qui id approbant non propositionem nostram, sed et religionem et philosophiam omnem evellunt funditus.

Inst. 2o Saltem quaedam attentio est perfecte necessaria, ut certiores fiamus de hoc sensu intimo, ergo saltem tantisper expectandum est, atq. assensio sustinenda donec eam attentionem adhibuerimus.

Resp. Conc. necessariam esse attentionem ad sensum intimum agnoscendum, sed hanc ab ipso sensu intimo statim ac [illegible] animus est continuo afferri quemadmodum licet necessaria sit aliqua attentio ad vigiliam a somno distinguendam, tamen eadem vigilia hanc attentionem semper habet adjunctam.

De regulis ad Essentiarum cognitionem pertinentibus

Essentia quandoque pro substantia accipitur, veluti cum dicitur essentiam corporis esse materiam extensam, tanquam [illegible] in ea velut [illegible] consideratur, et in posita altera; ceterum nos hoc loco essentiae nomine [illegible] quidquid esse concipitur.

Idea autem essentiae est multiplex, rem aut sic ita esse concipimus quemadmodum eam nos revera extant, aut tantum quemadmodum esse possunt: rursus alia est essentia rerum simplicium, et indivisibilium et spiritus, alia compositarum et corporum.

Jam e. g. essentiis, hæc primum regula tradi solet: quidquid in idea clara et distincta alicujus rei elucet id de eadem potest certissime affirmari: cujus principii veritatem facile percipies si memineris quid sibi velit idea clara et distincta. Hæc enim nihil aliud demum est, quam idea, in qua mens intelligit se idem bis concipere, quod dupliciter evenit. Primum cum idem prorsus bis percipitur, aut iisdem verbis, ut Petrus est Petrus, aut sub uniformi plane conceptione, ut cum dico: triangulus est figura constans tribus angulis: dum enim triangulum cogito idem concipio quod cum cogito figuram ex tribus angulis constantem. Altero modo idem bis concipio cum in secunda conceptionis parte comprehenso vel explicitum quod in prima tanquam implicite ~~comprehendebatur~~ includebatur, ita ut mens identitatem non animadverteret ut si dicas Deus est justus; prima enim conceptione evoluta atque enucleanda, idem in ea invenio quod in secunda. Porro primum idearum genus a Lockio nugatorium dicitur, quippe quod nihil novæ cognitionis menti afferat: alterum vero est utillimum: in eo enim sita est omnis progressio cognitionum, quæ argumentatione comparantur. Ut autem sint ejusmodi ideæ claræ et distinctæ, in quibus non idem prorsus repetitur, prima debet semper magis late patere, quam secunda; quæ enim magis extenduntur continent quidem alias minores, sed mens non ita clare eas in tali latitudine percipiens novas conceptiones addit, quæ ad comprehendendas eas [illegible] contineri excitatur. Hinc autem constat quod verum sit regula dicta: affirmare enim de re quod in ejus idea distincta percipitur, nihil aliud est quam affirmare idem esse idem, quo nihil verius dici potest.

Jam nunc autem alia res magni momenti quæstio occurrit, videlicet an, quemadmodum diximus posse de aliqua essentia affirmari, quod in ejus clara et distincta idea intuemur, ita e converso non possit affirmari aut negari de essentia, quod in ejus clara et distincta idea non elucet. Ab hujus controversiæ cognitione pendere potest plurimarum rerum decisio, quæ in philosophia sunt gravissimæ. Exinde et oppugnatores Dei Providentiæ, considerant Philosophi essentiam corporis, in cujus idea cum nullum eluceat principium internum motus, propterea naturam corpoream in supremam omnium causam necessario esse conferendam. Respondent Providentiæ oppugnatores, licet id in idea corporis non eluceat, non eo tamen fieri ut fortasse non insit; neque enim a nobis rerum essentiæ penitus comprehendi. Quod autem in idea rei non percipitur id de eadem certo nec affirmari posse nec negari. Similis est locus de essentia animorum, quorum spiritualitatem demonstrare conantur, propterea quod in re corporea nulla cogitandi facultas intelligatur, quæ tamen in animo reperitur, itaque eum non esse corpo-

ream

rem. Adversarii contra ideam referunt: quamquam nos in corpore vim non percipiamus, tamen forte inesse; itaque rem in dubio relinquendam. Neque me latet quemadmodum nostri se se defendant contendentes ita claram et distinctam ideam utriusque rei haberi ut simul clare comprehendatur neque vim sese movendi repraesentandi posse esse corpori [Verum de his suo loco ubi de Anima et de Deo agemus, fusius pertractabimus] Ista quamquam non aspernor, quis tamen non intelligit multum ad utramque rem addita iri praesidii si illud ipsum ex adversariorum maxime extra [illegible] principia: Sit igitur [illegible]

Propositio. [illegible]

Per unum sensum intimum potest de aliis singularibus prudenter affirmari, de aliis vero negari, etiam id quod in eorum clara et distincta idea non exstat.

Sic ostendo. Sine claritate et distinctione idearum potest per unum sensum intimum recte affirmari aut negari rerum existentia; ergo sine claritate et distinctione idearum poterit etiam eodem intimo sensu duce aliquid de earum essentia affirmari aut negari. Pr. Ant. Clara et distincta idea, ut vulgo definiunt ea est, in qua attributi cum subjecto identitas deprehenditur; at potest rerum existentia affirmari, quin existentiae identitatem cum ipsa rei notione aut imagine unquam reperiamus. Nonne enim affirmandum in ceteris corporibus humanis, quae videmus, naturae animum, et principium cogitandi simile nostro? procul dubio. Ubinam vero invenies connexionem necessariam inter existentiam corporis et animi? nusquam plane. Analogia ducimur, ut cum videas eadem motione incitari humani corporis quae in meo, a simili causa utrumque proficisci concludas. Optima vero argumentandi ratio, si quidem sensu intimo nititur sine clara et distincta idea prorsus futilis. Quis enim Deum nonne potuit ita comparare, ut in te animus esset causa horum omnium motionum in ceteris autem corporibus quamquam similibus ex mera organorum dispositione orti existerent, id quod in brutis fieri existimant Cartesiani? Potuit equidem vere tamen nulla ratio occurrit cur Deum ita fecisse putem, plurima vero [illegible] eadem nam si omnes eas rationes non efficiunt, ut Deus animam quoque ceteris indere corporibus fuerit, nusquam connexionem in qua clara et distincta idea posita est reperire poteris, nusquam necessariam coexistentiam corporis humani atque animi. Atqui id Deus pro certissimo affirmare ceteros quoque non minus animo constare quam corpore ergo quarundam rerum existentia prudenter affirmari potest, et debet, sine claritate et distinctione idearum.

idearum, cur non igitur et essentia? nisi vero graviora argumenta sapienter potuerit
ubi de essentiis iudicandum est quam ubi de existentiis. Age nunc videamus etiam alte-
rum: quemadmodum rerum existentia negari potest etiam sine claris et distinctis ideis, ergo
et essentia. Quaero enim negari ne sapienter potest v. c. plures animos in aliis huma-
nis corporibus reperiri? sine controversia neque minus insaniat qui contra animos in re-
liquis hominibus fortasse esse suspicatur, quam qui nullos. At quamnam habes rei claram et distinctam
ideam? nonne similiter potuit naturae auctor plures caeteris impertiri animos, et potuit nullos?
quis dubitat: nam quod ad coniecturas attinet illas ex congenito sensu, ex naturae impul-
sione et instinctu vis, expendere gravissimae quidem sunt, sin cum idearum ratione et vi
comparare omnino fluxae. Quae cum ita sint quid prohibet quominus eadem assentiendi
necessitas nos adducat ad aliquid attribuendum de quadam essentia negandum, v. g. de materia
cogitationem et motum? Hoc enimvero inquies semper negari potest ad id indicandum rationem
a natura moveri: proinde ac si eodem modo ab homine imprudenti et pertinaci non illa
quoque negari possint quae [illegible] commemoravimus de existentiis. Caeterum non huius loci
est ostendere [illegible] in rebus instinctu reperiri, quo duce affirmemus aut negemus vim
se se movendi aut cogitandi ad essentiam corporum pertinere. Illud nobis erat quod proposi-
tum erat planum fecimus: tametsi in idea corporis nulla ratio necessaria affulgeret cur has
facultates ab eius natura rescinderemus tamen ex alio fonte argumentum duci posse,
quibus id efficiatur, ex eodem, inquam, intimo sensu qui etiam idearum claritate, et distincti-
one sublata, nos tamen ad quasdam existentias modo affirmandas modo negandas impellit.
Obiic. p.o sine clara et distincta idea non potest rerum essentia demonstrari ergo nec affirmari.
Resp.o Concesso ant. nego consequentiam. Demonstratio enim, ut a Philosophis, accipitur
ea est in qua idearum rerum, sive idearum connexio, et identitas ex identitate quam habent
cum una tertia idea distincte et aperte distingui ostenditur: quae profecto locum non
habet ubi idea essentiae et substantiae [illegible] demonstratio minime necessaria est ad fir-
mam et constantem assensionem, atq. adeo ad certitudinem quae vita regitur, aliter ne af-
firmandum quidem esset corpora exstare, quandoquidem id more Geometrico demonstrari
non potest. Hoc autem nimium est, in quo plerique falluntur cum de rerum evidentia,
quae in demonstratione ita et tantopere laborant, ut interim cum Mathematicam ad caelum
efferant, quae tanta perspicuitate gloriatur, quasi ea ubi illa desit, animus acquiescere
non possit, ne docente quidem ipsa voce naturae. Ita inde quaesita est demonstratio im-
mortalitatis

immortalitati animorum amplissimis etiam propositis praemiis, neque tamen adhuc quidquam afferri potuit in ea re, quod omnibus satisfaceret. Nec mirum. Etenim cum ipsa creationis obscuritas efficit tum illud potissimum quod in Dei potestate est animos in nihilum redigere quod non esse facturum non per ullam ideam nobis necessario innotescit. Verum non hac via mihi incedendum videtur, sed illud potius semper videndum, an quae in hac obscuritas reperitur eadem inveniatur in rebus aliis, quae tamen ab omnibus pro certis habendae sunt; tum attendendum eodem intimo sensu, quo ad cetera quae obscura sunt affirmanda ducimur, etiam inducamur numquam fore ut animi destruantur. Tum enim adversarii aut illa etiam negare debebunt, quae semper sunt certissima existimata, aut hoc etiam quod illis iuncta est ultro concedere.

Obiic. 2°. Ita sensu intimo abutendum fiet, ut aut nemo unquam de ulla assertione convinci possit, quippe negabit se cogi ad id quod volumus affirmandum, aut etiam unique quidlibet comminiscenti ea defensio in promptu sit sibi ita per sensum intimum persuaderi, quo modo invehitur privatus ille spiritus Protestantium ab Ecclesia condemnatus.

Respondeo nullum incommodum ex nostra sententia consequi, aut etiam ubicunque ex adversariorum. Aut enim homines quibuscum disputabitur ex animo loqui volent, aut simulatione uti. Si ex animo: quemadmodum in multis rebus, quarum demonstratio fieri nequit, fatentur se quodam instinctu duci ad firmam assertionem, velut in iis exemplis, quae in probatione attulimus, ita facient etiam in reliquis: sin in impudentissima simulatione perstare, non minus negare poterunt demonstrationem atque ideas quamvis perspicuas, quam sensum intimum: praesertim cum per eum unum dicamus, quasnam ideae clarae et distinctae sint, quaenam secus. Similiter quidquid negari placuerit, somniari, delirare, repugnare poterunt, ac testari id sibi esse evidens ac perspicuum, quod Stoici, teste Cicerone, faciebant, sua omnia placita atque commenta tam certa esse contendentes, quam ipsa principia cognitionum. Nam quod attinet ad spiritum illum privatum, haereticorum non minus condemnati sunt, quod per humanam rationem divinos libros explicari posse tanta cum evidentia contenderent ut nihil supremo Ecclesiae iudicio atque auctoritate opus sit: an propterea ne ratio quidem humana in philosophando est adhibenda? quis autem non intelligit istos turpissime errare quod cum ad dirimendas lites de religione, atque ad unitatem Fidei retinendam ea librorum interpretatio necessaria esset, quae nullum dubitationi locum relinqueret, quaeque in Ecclesia posita est, ipsi hanc repudiantes privatam rationem et ingenium suffecerunt.

[illegible] illa [illegible] in [illegible] rerum [illegible], quarum clara et distincta idea non ha-
betur nunquam potest, aut [illegible] potuit [illegible] natura nos aliquid de [illegible] affirmare coge-
ret, non tantopere de iisdem Philosophi dissiderent, velut in quaestione de essentia corporum
et spirituum, qua de re magnae semper dissensiones fuerunt.

Resp. [illegible], si quid valet, etiam contra ideas perspicuas [illegible] quas non pauci auctores
illas esse negarunt, Academici, Pyrrhonii, Sceptici [illegible] [illegible] [illegible] vel insania
[illegible] impudentia faciat, ut ne perspicuitas quidem pro certa regula [illegible] possit! Caeterum
[illegible] et negare certum, [illegible] ex animo, [illegible] in omnium [illegible] [illegible] [illegible] adest
in nullius potestate est. Quod autem aliquid [illegible] [illegible] dicunt in quaestione de [illegible]
aut alia ejusmodi re nonnihil reperiri obscuritatis [illegible] [illegible], causa non [illegible] et
[illegible] [illegible] non habent quare nec demonstratione possunt confici [illegible] [illegible] in existen-
tia corporum [illegible] neque tamen ea [illegible] [illegible], quo praedictam affirmet,
modo ostenditur [illegible] [illegible] [illegible] quia quoniam non semper quo fuerit intelligitur [illegible] [illegible] argu-
mentatione [illegible] est, tum [illegible] [illegible] explicationis. Quemadmodum [illegible] [illegible]
omnes homines natura duci ad affirmandum esse Deum, non tamen [illegible] est quod
omnes populi dicant nullum enim [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] negent, [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] motiones animorum atque affectiones [illegible] [illegible] necessario trahuntur ad
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quidam infinitae appetitioni atque
alia ejusmodi.

[illegible] [illegible] [illegible] in universum [illegible] [illegible] singulos [illegible] non [illegible] [illegible]
tempus est Logicam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], ~~[illegible] [illegible]~~ [illegible] [illegible] ~~[illegible] quaedam~~
~~[illegible]~~

Quarta [illegible] [illegible] Dialecticae.

De Methodo

Ut rem totam quam paucissimis expediam, utque quam planissimam meam [illegible]
[illegible] [illegible] ab metaphysica [illegible], opera [illegible] me [illegible] [illegible] [illegible] Fran-
cisci Jaquier [illegible] [illegible] nostrae Philosophi exemplum, cujus totam hanc de
methodo tractationem ex [illegible] [illegible] desumptam [illegible] nihil enim in eo
genere perfectius fieri posse [illegible]. Ea autem, in quatuor partes distribuitur: [illegible]
prima est de Methodo Analytica, altera de usu Hypotheseon, tertia de Methodo
Synthetica et postrema de methodo doctrinae. Atque ut singulas explicemus ani-

animadvertendum est quid Methodi nomine veniat. Methodus enim generatim definitur via et ratio inveniendi veri, quod adhuc latet, et aliis explicandi cum iam inventum est, seu est actus mentis ideas suas, iudicia, et ratiocinationes ordinandi, sive ad inveniendum quod ignotum est, sive ad id quod est compertum exponendum. Ratio ergo qua aliquam veritatem latentem proprio marte detegimus ea est quae graeca voce Methodus analytica dicitur, latine resolutio, hoc est, rei cuiuspiam in suas causas aut principia aut partes reductio: per hanc enim a compositis ad simplicia continua resolutione quasi per gradus descendimus. Methodo hac utimur tum in examinanda propositione aliqua ut determinemus an vera sit, tum in solvenda aliqua quaestione. In utroque casu eadem via tenenda est. Itaque debemus ab eo, quod proponitur per gradus descendere ad propositionem nobis planissime notam, ut pateat utrum illud quod examinamus, aut detegimus cum hac propositione perspicua cohaereat an non, etc. cum ex huius propositionis perspicuae evidentia colligi poterit an id quod proponitur admitti, aut reiici debeat. Maxima autem cura peragi debemus ratiocinatio, donec perveniatur ad propositionem planissime notam, ita ut de eius veritate nullum supersit dubium. Ubi eo pervenimus proposito satisfactum est. In omni vero examine debemus ordine procedere, quare iuxta certas regulas cogitationes dirigendae sunt: hoc autem praemonere debemus inutiliter tentari examen quaestionis cuiusvis, nisi plane de ipsis rebus, circa quas versatur quaestio nobis nota fuerint. Iam sit ...

Regula 1. Status quaestionis bene intelligendus et determinandus est.

Quod ut fiat necessarium est singulas voces quibus quaestio continetur probe intelligi eo sensu quo in proposita quaestione adhibentur. Ex. gr. quaeritur in Physicis causa soni: haec quaestio ut intelligatur sensus vocis expendendus, et accurate is determinandus est. Quaeritur quomodo ego percipiam sonum quem campana percussa emittit? nulla in voce reperitur difficultas si vocem hanc sonus definiamus, ita autem sensus determinari potest, vel agitur de sono quem campana emittit vel de sono quem ego audio; hic autem ultimus est perceptio mentis, et nihil simile in campana existit. non ergo eodem sensu vox haec in utroque casu adhibetur. Satis nunc notum est quid sit sonus, intelligamus quando de sensatione agitur, facile proinde istaec per sonum in campana intelligi illum quod in campana datur dum ego audio et quo mediante sonum [illegible] est: quod hoc sit in [illegible] proposita quaestione quaerendum erit. [illegible] video me [illegible]

examen huius quaestionis inutiliter incipere, nisi quaedam mihi sint perspecta, quae [illegible] pertinent, satis autem est novisse sensationem soni pendere a nervi audi: torii agitatione, et cum auris sit auditus organum, nervus hic in illo ipso organo [illegible] est: quaestione ita bene intellecta, ad secunda regula transeundum est.

Regula II Quaestio est [illegible] et [illegible] et quam simplicissime exprimenda.

Quod ut fiat a quaestione removendum est id omne quod a simplici et abstracta propo: sitionis consideratione abducere potest; et supplendum illud est, quod non satis clare exprimitur. V. G. in quaestione proposita de sono, negligere debemus ideam [illegible], quam in sa locum habere supra vidimus; removenda autem idea [illegible], qui in ipsa cam: pana concipitur et [illegible] ut ad eandem ipsius quod quaeritur [illegible], ita quaestionem exprimimus. Quaeritur quomodo in [illegible] campanae motus [illegible] in aure talis, qui sonus [illegible] possit?

Regula III Ideae diversae in quaestione [illegible], quantum fieri potest separandae sunt, et quaestio in plures partes [illegible]

[illegible] haec magnam habet utilitatem, huius ope difficultas semper minuitur et saepe omni: no tollitur, si modo talis adhibeatur resolutio quae ex natura subjecti quaestionis [illegible] tamen id necesse omnino esse, ut totam quaestionem propositam contineant quaestiones peculi: ares simul sumptae, in quas ipsa quaestio tota resolvitur. Divisio omnium maxime perfecta est quae fit in duo membra affirmando et negando: talis est divisio: omne quod est habet initium, aut non habet initium, quae quidem regula ad subdivisiones etiam transferri potest. [illegible] dubium nullum esse potest circa divisionem cuius membra conjuncta rem integram dividendam componunt. Haec tamen divisio a naturali divisione quae res ipsa indicat aliquando [illegible], ut statim in exemplo de sono videbimus. Cavendum in divisione ne membrum unum in alio contineatur, quod quidem id monuimus ubi explicatae sunt divisi: onis leges [illegible] cavendum quoque ne in subdivisionum multiplicatione oriatur confusio major quam si omnis partitio neglecta fuisset. In exemplo de sono quod examinare [illegible] quaestionem in tres partes resolvimus. 1 quid contingat campanae, et quid [illegible] 2 [illegible] et communicatio inter campanam et aurem, et quomodo 3 quid in ipsa aure contingat.

Regula IV Ideae mediae quaerendae sunt quibus peculiares quaestiones solvi possint, et singulae ad determinatam propositionem [illegible].

In hunc finem debemus in memoriam revocare quae scimus de argumento quod

tractatur, nota sunt, ne iis quidem praetermissis quae ad hoc relationem quamminimam habent, ut ex iis mutuemur ideas quae in praesenti examine occurrere possunt. ita in exemplo praecedenti primum examinavimus quae ad campanam pertinent, et detegimus corpora elastica, et quidem [illegible] sonum emittere, itaut semper necessarius sit tremulus partium motus.

In examine autem eiusdem quaestionis de communicatione inter campanam et aurem observandum est an hoc ipsum, cui communicatio quam quaerimus tribuenda est, sub sensus cadere possit, aut non: si non cadit sub sensus, a nobis detegi non potest, et quaestionis solutio frustra tentatur. examinandum igitur quomodo sub sensus cadat. [illegible] constat campanam nihil sensibile emittere, quare nihil praeter lumen et aerem superest examinandum: nihil enim inter campanam et aurem, praeter haec duo detegimus, quod sub sensus cadat. Sed sonus in tenebris non tollitur ne debilitatur quidem, ergo solus aer examinandus nunc est. Si autem in machina pneumatica tollatur aer, sonus evanescit [illegible] causa soli dictam communicationem esse tribuendam manifestum nunc est. Sed quomodo hoc fit, vel translato ipso aere, vel hoc non translato? primum falsum esse facile probatur, ergo per aerem, et quidem per hunc non translatum communicatio datur inter aurem et campanam.

Nunc de aure agendum est. in hac detegimus cavitatem externam apertam aere repletam, interne canaliculi cuius extremum interius clauditur membrana tympanum dicta, atque postea separat hanc anteriorem auris cavitatem ab interiori, quae erat aerem continet. Per hoc reperiuntur canales [illegible], modo peculiari dispositi ex materia elastica [illegible] [illegible] quoque [illegible] occurrunt quae agitantur ubi tympanum percussum motu tremulo afficitur. Tandem in interiori hoc cavo terminari et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] observe [illegible] ramos nervorum, cuius agitationi perceptionem soni tribuimus.

Regula V. Singularum propositionum facta collatione, debemus harum numerum minuere donec ad unicam perveniamus quae contineat id quod de quaestione proposita inquirere possumus.

Sic in quaestione de [illegible] agitur de motu nervi in prima propositione habemus motum tremulo partium corporis percussi [illegible] tribui debere. ergo in hoc motu requiritur motus nervi. in secunda propositione habemus communicationem inter corpus percussum et aurem dari mediante aere, id est motum per aerem transferri ad aurem et quidem non translato aere. Iste propositiones nunc coniungendae sunt determinando quomodo motus per aerem non translatum propagari possit. Aurem attentius considerando detegimus

huic per motum corporis sonori communicari motum analogum cum motu undulatorio qui in superficie fluidi injecto corpore generatur: hic aeris motus quaquaversum se se expandit per lineas rectas in quibus singulae particulae per breve spatium eunt, et ad pristinum locum redeunt ibique quiescunt; haec si conjungantur cum iis, quae de campana jam determinata sunt facile percipitur continuari per elasticitatem partium motum in aere produci repetitas undas, ita ut singulae particulae variis vicibus eant et redeant, motumque hunc propagari quaquaversum et sic ad aurem pervenire. Jam vero duae antea fuerant propositiones. 1. Quod cum auditur sonus semper adest tremulus partium motus, hoc motu sublato sonus non auditur. Secunda propositio fuit: per aerem, et quidem per hunc non translatum fit communicatio inter aurem et campanam: duas illas propositiones ad hanc unicam reductas nunc habemus. quando campana percutitur, eo ipso particulae aereae, quae in cavo interiori auris continentur, et quae ipsi tympano adjacent, agitantur, variisque vicibus eunt et redeunt, et tympanum percutiunt.

Ulterius progrediendum est et haec propositio cum tertia propositione de aure nunc conferri debet, ita ut propositiones omnes ad unicam reductas habeamus. Hoc igitur modo pergere debemus. Quando tympanum motu tremulo afficitur, minora quaedam ossa agitantur, ipsius aeris interiori auris cavo contentae particulae eunt, et redeunt, et motus aeris undulatorius, mediante agitatione tympani ulterius propagatur etiam in canales penetrat, ita ut superficies interna totius cavi, et omnium canalium in singulis punctis ab adjacente aere singulis vicibus percutiatur, et propter materiae osseae elasticitatem omnia in aure motu tremulo afficiantur, quem quidem motum ipsi nervo cohaerenti communicari necesse est. Ad illustrandas Methodi analyticae regulas accommodatissimum est exemplum illud, et ex hoc ipso manifestum est regulas inutiles esse, nisi materia ipsa probe nota sit. Illae enim indicant cui potissimum quaestionis parti animus sit applicandus, quid recte consideretur, et quo ordine ratiocinia sint dirigenda, ut quaestionem solvamus, aut determinemus quousque penetrare concedatur, ne inutilem operam impendamus tentando quae vires superant nostras. Ita quando ea quorum materia probe nota est, dicta sunt satis. Quum non desint ex plurimis quae dum eas examinare suscipimus nullam spem [illegible] viam, qua directe ad certitudinem pervenire possumus, nec etiam ad

probabilitatem

probabilitatem, nisi adhibeamus hypotheses, quae quidem ad talem deducunt probabilitatem, quae pro certitudine habenda sit, quomodo ergo hinc procedendum sit nunc dicemus, ne abusu hypotheseon pro ipso usu habeatur.

De usu Hypotheseon

Per hypothesin intelligimus figmentum aliquod quo quaestioni propositae respondetur. Deinde fictum illud responsum tractari debet quasi verum esset, et ratiocinia ita dirigenda sunt, ut occasio detur explorandi an hypothesis vera sit; nunquam enim huic assensum dare debemus, nisi plenissime de veritate constiterit. Magnum usum haec ratiocinandi methodus habere potest, sed, ut nunquam ea abutantur homines

Regula I. Accurate examinandum est argumentum, circa quod versatur Quaestio, cujusque cognitio satis ampla desideratur.

Omne quod per Hypothesin detegimus probabile tantum est. magnitudo autem probabilitatis pendet a numero circumstantiarum quae exponi possunt. ita ut, nisi plures dentur probabilitas nunquam magna sit. posito autem majori harum numero, omne dubium removeri potest

Regula II. Inter circumstantias debemus quasdam seligere principuas, quae nempe per se aliquid notabile habent et tales circumstantiae ante alias examinari debent. Ex his iterum una separatur, et quaerimus quasdam causas ex quibus haec circumstantia deduci queat. In seligendis autem quaestionis explicandae circumstantiis summa attentione opus est. Enim si quaestioni satisfaciant plures hypotheses, ita ut una magis quam altera vera non videatur, in dubio relinquimur. Hoc vero incommode magis est metuendum si considerentur circumstantiae, quae multas hypotheses admittunt, tum enim difficilius enumerantur hypotheses omnes, et explicatio vera facilius praetermittitur. Quamobrem ejusmodi circumstantias perspicere expedit, quae paucissimis modis se explicari patiantur ne in difficiles variarum hypotheseon ambages incurramus, certissima autem via ad veritatem perveniemus si tales circumstantias seligere contigerit, quae unico modo explicari possint. &c

Regula III. Examinandum an inter has causas quaedam detur, ex qua reliquae circumstantiae, ex praecepto regulae secundae, sequuntur si talis datur, operam afficit hypothesin explorandi

Exemplum.

Exemplum. Hugenius cum planetam Saturnum saepius observasset, et vidisset eum nunc aliquando rotundum, saepius ansis munitum apparere, latitudinemque ansarum variari, aliasque peculiares horum phenomenorum circumstantias notasset, horum omnium quaesivit causam, examinando modos quibus hae ansae explicari possint, detexit, globum in aliqua distantia circumdatum annulo, commune centrum habente cum globo ansis ornatum apparere, quarum latitudo major aut minor est pro diverso oculi situ, et inde reliquas perpendendo circumstantias percepit globum talem rotundum apparere, id est ansas evanescere, si planum annuli tenue sit, et ita positum ut continuatum per oculum transiret, aut si non illuminetur superficies supra quam oculus elevatur. Potuit tunc vir doctissimus hypothesim hanc explorandam, annulo tali Saturnum circumdari.

Saepe contingit inter causas quas perpendendas suscepimus nullam dari, quae reliquis circumstantiis separatim satisfaciat, tunc aliae causae quaerendae sunt, et quidem successive omnes causae, quas singulae circumstantiae suppeditare possunt considerandae sunt, donec una detegatur quae circumstantiis omnibus satisfaciat. Summa sagacitas hic desideratur quamvis aliquando felici casu sponte quasi nobis occurrat illud quod quaerimus.

Reg. IV Exploratur hypothesis, hanc transferendo ad omnes alias circumstantias cognitas, ut constet an omnibus satisfaciat.

Satis non est hypothesim aliis satisfacere circumstantiis separatis, si non quoque omnibus reliquis conveniat rejicienda est. Si vero et his satisfaciat a numero circumstantiarum pendebit judicium de ipsa hypothesi. Si enim minor sit hic numerus suspicio dari poterit aliam forte dari posse hypothesim, quae eodem modo phenomenis respondeat; crescente autem phenomenorum numero, suspicio omnis saepe evanescit. acquiescendum hinc erit, et quod nihil ut fides tantum considerari poterit nunc pro plenissima probato habendum erit. Si minor sit circumstantiarum numerus, indicata suspicio ope regulae sequentis saepe removetur.

Reg. V Ipsa hypothesis est examinanda et ex hac consequentiae deducendae sunt, ut nova phenomena detegantur, et explorandum an hae revera locum habeant.

Hypothesis de annulo Saturni non tantum explicavit phenomena jam observata, et cum minimis circumstantiis convenit, at et phenomena ex hacce hypothesi venientia in caelis postea fuere observata, ita ut Hugenius apparentias Saturni praedixerit, horum singularum tempora determinaverit quibus omnibus extra dubium posuit

quæ de annulo ipse primum finxerat. Si autem neque auxilio regulæ alterius numerus phenomenorum satis augeri possit, ut omnis scrupulus removeatur, hypothesis inter incerta, aut verisimilia relinqui debet, prout probabilitas eius minor aut maior est; quod ex ipsis phenomenis, et ab horum numero pendet. Ex his patet ratiocinium hypotheticum ad certitudinem deduci posse, et illos errare qui ea omnia ad probabilitatem referunt; magis autem errant qui ratiocinia ex observatis phænomenis immediate deducta ad hypotheses referunt, et probabilitatem tantum continere dicunt. — Ars ratiocinandi per hypotheses præcipue conducit ubi determinare incipimus, quid homines in mente habeant, et quid eos ad agendum impellat. Circa quod tamen observandum est, non tale quid tentare debere illum, qui ab hominum cœtu et conversatione remotus vivit, aut qui cum paucis tantum hominibus res gerendas habuit; licet enim de generum hominum factis quæ scripto consignata sunt, tota vitam consumpserit ad hoc quoque serio attendendum est, nunquam nisi ex circumstantiis notis esse ratiocinandum, minimasque circumstantias, quæ hisce ratiociniis maximum lumen afferunt, attendere.

De Methodo Synthetica

Synthetica methodus usu venit, quoties ea quæ in mente habemus aliis explicare incipimus; vulgo notum est quantum eiusdem rei explicationes varias auditores aut lectores diverse afficiant; cum clare unam perspiciant et aliam non intelligant, quamvis iisdem nominibus res eædem designentur, et nihil in una detur quod non in alia reperiatur; differentia in ipsa methodo quærenda est. Methodus autem synthetica in hoc ab Analytica differt, quod quamvis in utraque fiat semper a notioribus ad minus nota progressus, in analysi tamen res primo specialim expenditur, ut ad communes notiones fiat gradus, in synthesi vero generalim primum, deinde specialim res considerantur. Si enim de speciebus sermo haberetur priusquam esset de genere disputatum, cum speciei natura ultra generis notitiam intelligi nequeat, sæpius de eadem re nempe de genere foret dicendum, quod molestiam et confusionem pareret, et id quod ubique quærimus, ordinem, penitus adversaretur. Quamobrem a simplicioribus et communioribus initium semper ducendum est, tum ad specialia magisque composita veniendum.

Verum ut perfectum exemplar syntheticae methodi ob oculos ponatur, ea Geometris est repetendum: nam nullibi res majori ordine pertractantur, nec accuratioribus demonstrationibus muniuntur quam in Geometricis. — Tria vero praestare solent Geometrae, ut accurate obtineant. 1° nomina omnia quibus utuntur definiunt, ne ulla in iis ambiguitas relinquatur. 2° quaedam axiomata seu notiones communes, quas nemo in dubium revocare possit, adhibent. 3° propositiones omnes demonstrant, vel ope definitionum et axiomatum, quae illo lumine naturali percipiuntur; vel aliarum propositionum, quae per istas definitiones et axiomata fuerunt comprobatae, ex quibus ope consectaria, seu corollaria ut vocant, deducunt. His proinde tribus continetur perfectissima demonstrandi ratio. Demonstratio enim ut vulgo definiunt, est ratiocinatio vel ratiocinationum series constans ex praemissis necessario veris, hoc est vel per se evidentibus, vel per alias propositiones jam probatis, ex quibus necessario verum infertur conclusio. — Duplex autem praecipue assignari solet demonstrationis species altera a priori et per causam, altera a posteriori et per effectum. Demonstratio a priori est ea, qua effectus per causam, proprietas per essentiam seu naturam, denique consequens per antecedens clare ostenditur. Demonstratio a posteriori est ea, qua causa per effectus, natura per proprietates, aut functiones: antecedens demum probatur per id quod ex ipso consequitur. Ad hanc speciem demonstrationis revocari potest demonstratio per absurdum seu impossibile. Ut igitur argumentum aliquod, seu materia vel scientia accurate et secundum syntheticae methodi regulas aeque pertractetur, plures praescribuntur regulae, quarum cum aliquae ad definitiones, aliae ad axiomata, et aliae ad argumentationem aut methodum ita pertineant ut eaedem prope sint cum illis quas suis locis attulimus quum de illis ageremus, pateat eas denuo, ac id quod est quarti hujus, ad agendum scilicet

De Methodo discendi.

Si credi possit dari homines, qui exacte easdem ideas haberent, ut hic omne credibile est: ii utique de omnibus eodem modo sentirent. Nemo inter ideas, quas ipse habet, illas discernere potest, quas alii homines conspiciunt. Usus tamen indicare

-tionem debet, qui rem alii explicare suscipit. Non enim ille omnes ideas potest memorare, ad quas attendit; innumerae vulgares sunt quas ideo ponit aliis quoque praesentes, fieri ubi occasio datur. In facile viam hac error dari potest, quia frequenter homines sibi persuadent alios non ignorare, quae ipsis quotidiana sunt. Haec est causa quare illa quae exponuntur, quamvis hoc clare et distincte fiat, non semper eodem sensu, quo traduntur, recipiantur ab iis, quibus explicantur, qui hi non semper integram vim argumentorum percipiunt: et quis determinavit ubi defectus detur? Hac de causa saepius cognitionem nobis tradi acquirimus, repetitis examinibus, et inter se comparare variorum auctorum nec concurrentium, seu dissentientium opiniones. Singuli quidem quasdam ideas negligunt, quas notas ponunt; sed non easdem omnes negligunt, ita ut tali collatione, tandem acquiramus omnes ideas, quae ad perfectam subjecti intelligentiam necessariae sunt.

Non autem satis est, quae ab aliis nobis explicantur intelligimus; proposita argumenta meditatione nobis quasi propria fieri debent; et quas acquirimus cognitiones cum iis, quae nobis aliunde nota sunt, cohaereant. — Propositio mihi proponitur, argumenta mihi valida apparent, ipsam admitto; sed non percipio hanc cum alia pugnare, quam pro vera habeo. Novam tamen admittere non possum nisi antiquam cum omnibus consequentiis iterum examinaverim. error datur. sed ubi? hoc determinandum, aut in dubio haerendum est. Si ad haec homines attenderent, non tot opiniones inter se pugnantes admitterent. Multi memoriae tantum imprimunt quae audiunt, aut legunt. Argumentis saepius utuntur, quorum debilitatem in aliis occasionibus agnoscunt, dum argumenta omnino similia, sed alii subjecto applicata rejiciunt.

Sequentes autem regulae illum adjuvare possunt, qui veram rerum cognitionem acquirere serio sibi proponit.

Regula 1.a Ut scientiae alicui animum applicamus, laborare debemus, ut acquiramus ideas quae ad hanc pertinent, et quidem quo possumus meliori ordine dispositas, ita ut generalem quandam ideam totius scientiae habeamus.

Haec prima cognitio propria memoriae spectat, de ratiociniorum firmitate nondum agitur. Facillime hanc cognitionem acquirimus, dum audiendo Magistrum. Et tantum historica est; nullam autem veram possumus sperare scientiam, antequam tale generale systema memoriae impressum sit. Id serio curare debemus, ut mentem acquiramus illius, qui scientiam nobis explicat. Qui [illegible] antequam sibi proponit, in alterationem materiae paratam habere debet.

Reg. II Post inventis primis, secundis Scientiæ ineundum est examen, ipsius fundamenta perpendendo, et eius argumentorum examinando, etiamsi perquirere quid his opponi possit, et quo ipsis major vis communicetur; nullumque in hoc secundo examine admittendum argumentum, nisi quod non clare percipiatur.

Qui has adhibet cautelas, numquam argumentum in una causa admittit, quod simile in alio rejicit.

Reg. III. Ubi iam quis certas quæ ad propositam Scientiam pertinent, acquisivit ideas, ad rerum relationes, et ad Propositionum connexiones, peculiari modo attendere debet ut ordine hæc omnia disponat, et ibi, quasi perspicue sistat Scientiæ Systema. Ad hoc cum nos a ordinatione regulæ in capite præcedenti explicatæ magnum usum habent. Qui hanc tandem ingenii acquirit, facile determinabit, quid certum, quid incertum in Scientia detur, quod clarum est facile separabit ab obscuro. Qui ex rerum cum studio litterarum mentem habet facile diversarum scientiarum relationes percipit, et omnia quæ novit cohærent inter se.

Reg. IV Quando quis postea novas acquirit circa hanc scientiam ideas, has referre debet ad illas cum quibus relationem habent.

Non satis est novas acquirere ideas, quæ ad scientiam, cui animum applicavimus, pertinent; cavere debemus ne cum his confusio oriatur, dum iis quas ante acquisivimus iunguntur. Ad Systema, quod iam in mente habemus, novæ ideæ referri debent, et singulis proprius quasi locus est assignandus quod attente evidentissime fieri debet, quia ipsis frequenter alia nova deteguntur [illegible]

Reg. V. Paratus ad corrigendos errores animus servandus est

Quamcumque cum cura rerum examini animum applicemus, ubi agitur de integra Scientia vix possibile est omnia, eadem attentione perpendere, et errores omnino omnes effugere supra humanas est. Continua igitur idea, ad corrigendos errores, residentur attentio. Numquam examen illorum declinare debemus, quæ ad evertendas opiniones nostras, aut contrarias defendendas, proponuntur. Numquam quando contrariam sententiam reperimus, propositionem rejicere debemus hac sola de causa, quia cum nostro Systemate non congruit sed ipsius Systematis contrarii fundamenta examinanda sunt; si enim valida sint et nostri systematis debilitatem demonstrarent, hoc ipsum rejiciendum fuit

Ad Methaphysicam

Praefatio

[illegible] cogitandi tradita, iam cogitationes [illegible] ad eam disciplinam, quae [illegible]
inter ceteras principem locum tenet, nempe ad Methaphisicam convertamus ut qui perceptio-
nes, iudicione, ratiocinationes, atque methodo [illegible] sit quam primum appareat.
Methaphisica enim prima Philosophia a nonnullis, ab aliis Scientia generalis apella-
ta est atque ita communiter definitur: Sapientia vel scientia speculativa quae
circa ens generatim, illiusque affectiones per mentem abstractas; specialim vero circa
substantias spirituales, prout naturali ratione cognosci possunt occupatur. et merito
quidem Sapientiae nomine definitur. Nam illa Sapientia dici debet, quae superior quae-
dam scientia est et circa ultimas, hoc est generalissimas vel excellentissimas perfectissima
principia, aut ratione occupatur, ea est Methaphysica [illegible] tractatio
in ente generatim sumpto, quo nihil est [illegible] inter [illegible], et in omnis rebus
explicandis quibus nihil est excellentius versatur. Cum vero res eiusmodi immu-
tabiles sint et immutabilibus rationibus innixa, cognitio quoque earum certa et evi-
dens sit necesse est, adeoque vera et perfecta Scientia optime apellatur. Neque mi-
nus primae philosophiae, generalis scientiae, et ceterarum disciplinarum parenti-
nomen ei convenit, cum ea sit quae primas [illegible] mentis notiones ac prin-
cipia percipiat, quaeque primo ceteris omnibus principia [illegible] axiomata [illegible]
[illegible] sunt, unde suas petunt demonstrationes, suppeditat et [illegible] adeoque universis [illegible]
[illegible], [illegible] singulis [illegible] suppeditat. Cum his autem [illegible] est [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible] quanto [illegible] quamque [illegible] [illegible] connexio, [illegible] prima, [illegible] est
[illegible] prima [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] enim circa mentis [illegible], primasque
[illegible] notiones aut perceptiones est occupata [illegible] [illegible] a [illegible] [illegible]
institutum est, et Logicae statim Methaphisica [illegible] [illegible] quae natura con-
[illegible] Methodo [illegible]. Cum autem Metaphisica in [illegible]
[illegible] sunt, [illegible] distributa sit quarum altera Ontologia, hoc est de entibus altera
partes [illegible] de spiritibus tractatus, vocatur. [illegible] Ontologiam in
Pneumatica [illegible] [illegible] tum quia [illegible] [illegible] [illegible] a com-
munis [illegible] [illegible] tum quia [illegible] hanc [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] ad Pneumaticam quae [illegible] est [illegible], quanto [illegible] [illegible]

Metaphysica seu Prima, sive Ontologia.

Ontologia, quam philosophiae primam vel scientiam generalem, vel intelligentiam etiam apellamus, ea est quae prima principia, primasque humanae mentis notiones circa ens generatim tradit, quibus in omni ratiocinatione utimur, eaque [illegible] naturalis dici potest vel artificialis. Quemadmodum enim Dialectica illa quam a natura omnes accepere quaeque [illegible] humana industria atque labore [illegible] homini, naturalis vocatur; artificialis vero, illa in qua animae vario et diligentia quaedam adhibetur: ita Ontologia naturalis illa dici potest qua ontologicis vocabulis in sermone familiari et usu communi homines utuntur, quorum vocabulorum confusas tantum leges retinent, neque accuratam possunt definitionem afferre: contraria vero artificialis illa quae notiones confusas ad distinctas revocat et propositiones vagas ad determinatas reducit. Quae si notiones distinctas et propositiones determinatas quanta conferant ad omnem scientiam quam nihil [illegible] ~~[illegible]~~ Ontologiae artificialis nihil opus est quod pluribus demonstretur, cum plane constet utilitas, vel primoribus labris, ut aiunt, res philosophicas attingenti. Sit igitur

Caput I. De Ente generatim

Ens generatim spectatum illud definitur quod est res aliqua, vel substantia: sive id quod per se subsistit. Res enim omnes nec nobis cognitae fuerint, aut ignotae hoc commune habent quod ipsae sint. Hoc existentiam hoc ipsum esse existere vocant Philosophi; et entis nomine designant illud quod est. Qua ratione entis generatim sumpti ideam acquirimus per abstractionem iam in propositione II in qua de primis intelligentiis agitur satis est explicatum. Diximus enim nos alicuius rei ideam per abstractionem acquirere, quando non ad omnia quae necessario ad eam rem pertinent, de qua cogitamus attendimus, sed ad aliquid attentionem, quod a ceteris sejungimus et abstrahimus. Quemadmodum e. gr. ideas mihi comparo, non ad materiam aut magnitudinem, sed ad idem [illegible] figuram attendendo. Eoque pacto illud idem considerando quod commune est omnibus rebus quae sunt non ad singulas earum communes affectiones attendendo ideam comparo entis in genere. Ex hac entis generatim sumpti notione facile intelligitur quid valeat nomen essentiae. Cum enim res aliquas consideramus videmus has distinctas esse inter se, et unamquamque aliquid peculiare naturae quo ab aliis distinguitur: hoc illud est quod essentia vocabulo: illud nempe per quod res est id quod est. Circuli essentia v. g. est harum linearum circumferentiae punctorum aequaliter a centro distantia. Non si tollas hanc aequalem punctorum distantiam tolli naturam circuli et circulus ipse evanescit. Hae rerum essentiae

æternæ vocantur hoc est naturam suam immutabilem habent. Nam vero quando circulum considero hanc veram ejus essentiam video, et singula ejus peripheriæ puncta æqualiter a centro remota: si quæ hujus peripheriæ puncta inæqualiter ab eo, vel propius [illegible] circuli figuram atque adeo essentiam [illegible] appareant meæ claram habeo et distinctam ideam de qua intimus sensus testatur hoc quod est criterium veritatis. Ergo habere singula peripheriæ puncta æqualiter a centro remota et esse circulum est unum et idem. Quare ne Deus quidem potest efficere ut circulus sit et habeat minus puncta singula æquidistantia a centro, et simul habeat æquidistantia a centro et circulus — non sit. Esse enim et non esse eodem tempore repugnat in divinis naturis ut in humanis. Atque asserere divinam potentiam ad talia se extendere idem est ac dicere: omnia posse et nihil posse esse unum et idem.

Cap. II De Non Ente et vocabulo Nihil.

Congenitam porro mentibus nostris pulchritudinis esse notionem [illegible] est in Platonicorum scholis. Audiamus Ciceronem in Oratore. Sed ego sic, inquit, statuo nihil esse in ullo genere tam pulchrum, quo non pulchrius id sit, unde illud, ut ex ore aliquo quasi imago, exprimatur, quod neque oculis, neque auribus, neque ullo sensu percipi potest, cogitatione tantum et mente complectimur . . . Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solum sed etiam dicendi gravissimus auctor Plato, easque gigni negat, et ait semper esse ac ratione et intelligentia contineri; cetera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse uno et eodem statu. De ipsa pariter re sunt loquuti. [illegible] Cartesio, qui idea Dei existentiam probare conatus est. Verum quod de pulchro tot sint hominum sententiae non quot nationes sed quot capita qui putaverit unam [illegible] esse nullam apud omnes notionem? Profecto idea pulchri vel est forma quaedam animo inscripta tanquam in cera sigillum, vel est ipsa perceptio. Nequit hoc ultimum dici postquam constitit perceptiones pulchri varias esse et incontrarias; primum vero tam est absurdum quam illud, unde hoc consequitur, nimirum nostras animas [illegible] et natas, nec in corpora delatas [illegible] nescio quae in altera vita [illegible]

Psicologia seu tractatio de Anima humana

Postquam ea quae ad Ens generatim sumptum pertinent, [illegible] angustiis et disputationi [illegible], rectus ordo et iam recepta in scholis consuetudo postulant ut ad ea expendenda [illegible] quae Spiritus spectant, [illegible] Anima, quae altera [illegible] humana mente [illegible] est et Psicologia appellatur. Non uno [illegible] vox haec est a veteribus usurpata. [illegible] enim Psicologiae nomine tractationem de respiratione, alii de ipsa animi institutione, alii de humana mente disputationem significarunt. Hoc postremo sensu accipitur a nobis quoque. Et quoniam [illegible] nomine suam praestantiam demonstrat [illegible] utilitatem [illegible] nihil magis utile [illegible] Quis enim non videt [illegible] mortalibus [illegible] quam illius [illegible] Opera ergo ~~studia nostra~~ [illegible]

~~dum existere conamur~~ Jam ergo ad propositum veniamus, nec amplius nostra studia [illegible] moremur.

De Natura Mentis humanae

Tria in hac Tractatione quaerenda sunt. Primum utrum mens humana Spiritualis sit; [illegible] de utrum immortalis; denique utrum semper cogitet aut percipiat. Mentem Spiritualem esse negarunt ~~inter~~ cum veteribus philosophis Epicurei quorum deliramenta elegantissimis versibus ad nos transmisit Lucretius: ex recentioribus vero Spinosa et Tolandus, a quibus alii [illegible] non abhorrent; contra hos omnes semper pugnarunt et pugnant meliores nostri philosophi qui non ad veritatem sed ad [illegible] opere volunt. [illegible] vero [illegible] quantis viribus pugnant ex tota hac tractatione constabit.

§. 1.

Mens humana est principium cogitans, adeoque a materia vel corpore distinctum atque diversum.

Illud inprimis observo principium aliquod esse in nobis quo intelligimus, judicamus, ratiocinamur. Cum enim nos cogitare intimus clamet sensus, cogitatione vero in tribus illis actionibus, perceptione, judicio, ratiocinatione contineri manifestum sit, dearum actionum causam affirmare non possumus quia ideam alicujus [illegible] cogitantem [illegible] hoc agens [illegible] est [illegible] illa substantia quam nos mentem humanam appellamus. [illegible] itaque habemus existere mentem humanam seu principium illud quo homo percipit, judicat, ratiocinatur, neque aliud restat quam [illegible] quaestionem [illegible] nisi ut [illegible] ejus principii naturam. [illegible] ergo primo naturam ejus esse a materia vel corpore natura [illegible] distinctam atque diversam. Si enim non esset distincta [illegible], [illegible] [illegible] corpus est vel corporis propria [illegible] qualitas [illegible] [illegible] non potest esse corpus vel corporis propria qualitas; ergo natura est [illegible] natura penitus distincta atque diversa. Propositio major [illegible] per se patet. Tota ergo difficultas est in propositione minori [illegible] probatur. [illegible] cogitandi est corpus vel corporis propria qualitas [illegible] [illegible] [illegible] aut [illegible] corpus cogitare, aut naturam corporis [illegible] [illegible] hominis corpus cogitare [illegible] [illegible] Si enim [illegible] corpori proprium esset cogitare [illegible] vel [illegible], vel alia quavis corporis parte, cogitatio esset imperfecta [illegible] perfectione [illegible] signo [illegible]

[illegible]

cogitat pars corporis duntaxat. pars autem haec aut est composita et divisibilis aut simplex et indivisibilis. Simplex et indivisibilis esse non potest, nam corpus et corporis pars quaelibet stabilis natura sua et essentialiter composita et divisibilis. Deinde pars ista simplex et indivisibilis vel in corpore [illegible] vel non. Si primum nulla est ratio cur hanc potius cogitare dicamus quam aliam quam omnes. Si secundo [illegible] erit aliquid a corpore diversum, atque diversum quod volunt illa [illegible]. Erit ergo pars corporis, quae cogitat, composita et divisibilis. Si autem composita et divisibilis est, quaelibet integrantium ejus partium [illegible] sive partium divisibilium vel adaequata et totalis cogitationis [illegible] est, vel inadaequata et partialis, vel nulla. Si primum ergo plura cogitandi principia in nobis erunt, quod est contra experientiam et sensum intimum. [illegible] ergo [illegible] perceptio ex pluribus partialibus perceptionibus constat et una fiet adeo. nulla a nobis percipi poterit ratio simplex ex. ca. veri boni aut spiritus quod pariter rationi adversatur. Si denique tertium ergo tota pars illa quae dicitur cogitans cogitare [illegible] tota cum ex partibus non cogitantibus per neq[ue] erit totum cogitans. Cum igitur neque totum corpus, neque pars corporis cogitare possit, sequitur principium cogitandi neque corpus neque corporis proprietatem quantitatem motionem esse posse adeoque nec corporeum.

Probatur 2° principium cogitandi non esse corporeum. Si enim esset [illegible] est corporeum; primo eius actiones perceptio judicium, ratiocinatio non aliter fieri possunt quam motionibus partium corporis. Secundo principium esse debet mens [illegible] divisibile utrumque est falsum ergo [illegible] cogitandi non est corporeum. Probatio utriusque [illegible] debent [illegible] quorum alterum est contra Epicureos [illegible] omnes alterum contra [illegible]. Itaque, a prima ut incipiamus, convenit inter partes perceptionem judicium fieri non aliter posse quam motionibus, si mens principium corporeum statuatur, hae autem ratione non fieri perceptiones judicia ratiocinationes ut [illegible] duntaxat ratione instituo. Judicium est plurium idearum comparatio [illegible], sint ergo [illegible] contenti [illegible] singulae perceptiones et singulis motionibus fiant ut existant duae ideae, quae duo repraesentant distincta obiecta [illegible], has motiones voco B et C [illegible] requiritur nova motio [illegible] B et C diversa atque distincta. Duae enim [illegible] distinctae sint una altera [illegible] non potest [illegible] ut ergo conferantur inter se nova requiritur motio: hanc motionem voco A [illegible] duae priores, [illegible] motiones A. B. C. Jam motiones istae aut fiunt in eadem parte indivisibili [illegible] divisibili sive parte indivisibili, aut fiunt eodem tempore, aut [illegible] temporibus: non eodem tempore [illegible]

quod

quod vero fieri possit in indivisibili unus erit semper et singularis, ut patet; tres ergo distinctae motiones fieri nequeunt in parte indivisibili eodem tempore: dixi dato quod motus fieri possit in indivisibili: cum enim motus sit actio qua ens de loco in locum transfertur in indivisibili nullum fieri [illegible] motus videtur. Sed neque in eadem parte indivisibili fiunt tres illae motiones diversis temporibus, adeo ut motioni primae succedat secunda, secundae tertia: ut enim comparatio fiat, eidem tempori coexistere debent tres illae motiones quod ut intelligas, finge dari duo tempora quorum primo [illegible] mens B secundo percipiat C [illegible] est eo non esse percipere relationem, quae inter B et C intercedit; nam tempore primo obversatur menti idea B non [illegible] idea C tempore vero secundo menti obversatur idea C non [illegible] idea B, adeoque earum relationem non videt tempore primo, non secundo et multo minus tertio quo neutra idearum menti obversatur. [illegible] ergo comparatio fiat, coexistere debent eidem tempori tres illae motiones adeoque diversis temporibus non fiunt in parte indivisibili. quare cum hae motiones B C neque eodem tempore fieri possint, neque diversis temporibus fiant in eadem parte indivisibili, necessum est ut dicamus fieri in parte divisibili. In parte autem divisibili si fiunt, aut fiunt eodem tempore aut [illegible] non diversis temporibus ex dictis cum coexistere debeant eidem tempori: sed neque eodem tempore in parte enim divisibili tres motus eodem tempore fieri possunt duobus modis, [illegible] quatenus tres distinctae particulae [illegible] distinctis motibus [illegible] agitantur, secundo quatenus [illegible] compenetrantur, unumque efficiant motum. Si posterius, ergo nullae sunt ideae [illegible] conferri possint inter se ut enim ideae conferri possint inter se distincta obiecta debent repraesentare, adeoque una extra alteram existere; una autem extra alteram non existit, si motiones, ex quibus fieri supponuntur ideae compenetrantur, unumque efficiunt motionem. Si prius ergo ea motio, ex qua fit comparatio existit extra motiones ex quibus fiunt ideae [illegible] ergo hae non continet, [illegible] neque nec conferre potest inter se [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] relationem [illegible] consequitur [illegible] [illegible] particulam [illegible] principii quod corporeum [illegible].

[illegible] parte ad secundam transeamus, in qua probandum est [illegible] cogitandi non esse [illegible], divisibile, [illegible] non corporeum [illegible] enim corporeum est [illegible] [illegible] proprietates corpori essentiales quae quidem [illegible] inter et Lockium convenit. Itaque inertia est proprietas illa, qua corpus [illegible] sui status mutationi [illegible], sive status ille sit quietis sive motus. [illegible] corpus in quiete positum

[illegible] tatu quaer[illegible]

in statu quietis perseverant: in motu vero posita, eadem velocitate, eademque directione moveri pergunt, nisi vi aliqua mutationem status inducant. At principium, quod in nobis cogitat, inertiae [illegible] nemo dixerit. ex ipsa siquidem [illegible] sine ulla actione causae externae, ex infinitis rebus, de quibus antea non cogitavit, cogitare potest, ac potest cogitationem interrumpere, atque alia omnino diversa aggredi, ac [illegible] et [illegible] repetere, ac remittere [illegible] quidem intensius, aut remissius. Haec quae quisque in semetipso experitur aperte ostendunt, principium cogitandi [illegible] adeoque non iners. Secundo et [illegible] est enim soliditas ea corporis proprietas, qua fit, ut una corporis pars resistat, ne altera eundem locum occupet. Soliditas autem pugnat cum cogitatione; [illegible] est [illegible], si solidum esset, non cogitaret: atqui cogitat, non est igitur solidum. — Soliditatem porro cum cogitatione pugnare sic ostendo. Cogitatio est judicium, seu ea mentis humanae actio, qua plures ideae comparantur: vocetur haec actio A. ideae quae comparantur B. C. C. C. Quoniam ideae sunt motiones, aut ex motionibus efformata phantasmata, sint motiones, aut phantasmata subjecti G quod dicitur solidum. quatuor hujusmodi motiones, aut phantasmata conferri non possunt nisi in uno A conveniant quemadmodum est manifestum; [illegible] quae sunt subjecti quatuor motionem vel [illegible] aut actiones tantum, vel phantasmata sine nisi subjecti in unum conjungant. Posterius esse nequit, quia modificationes nequeunt [illegible]; superest prius: at id soliditatem evertit. pugnat ergo cum soliditate cogitatio seu judicium. — Reliquum est ut ostendam principium quod in nobis cogitat esse minime divisibile. Sint igitur principium [illegible] BC DC. sunt respon- [illegible] et cogitatio et judicium seu actio A [illegible] aut contenditur quantum [illegible], aut non: si non contenditur [illegible] non potest comparatio [illegible] aut contenditur ergo contentum [illegible] et divisibile, nempe divisibiles sunt partes quibus contenditur. dividatur ergo A in quatuor partes S, Q, R, S. quae respondeant partibus illis quibus contenditur. [illegible] non complectuntur partes omnes B C D E [illegible] adeoque actio A non est [illegible] quatuor ideam comparatio [illegible] fiat debet in uno impartibili [illegible] omnes quarum fit comparatio: cogitatio ergo, seu judicium pugnat cum divisibilitate, adeoque principium, de quo est sermo, [illegible] divisibile non cogitaret, atqui cogitat ergo non est divisibile.

Ex his quae dicta sunt deduci potest solutio omnium quae a materialistis afferri solent,
quod ut vero manifestum fiat breviter exponere juvabit rationes quibus conantur materialistae
corpori tribuere cogitationem. Omnes isti nihil in mundo agnoscunt praeter materiam, seu substantiam
corpoream: hinc substantiae corporeae seu materiae cogitationem propriam esse dicant necesse est.
Ut autem ostendant quomodo materia possit cogitare non una incedunt via.
Hobbesius cogitationem explicat actione et reactione partium certo modo. Organa quae [illegible]
sensoria objectis tanguntur, atque premuntur; agitur deinde pressio sive motus usque ad
partem cerebri intimam, quae sensus communis dicitur. pars haec intima a particula proxima premen-
tem sive moventem reagit ex qua reactione aliquamdiu durante existit phantasma. Hoc phan-
tasma est sensatio seu simplex perceptio quae [illegible] extra organum [illegible], quia pars intima re-
agit in proximam haec in sequentem et sic perpetuo donec veniat usque ad id a quo phantasma tan-
quam a primo fonte derivari judicamus. Affirmationem ad judicium et ratiocinium explicandum pergit
hac ratione. [illegible] [illegible] Id est quod generatim animi discursus. phan-
tasmata enim motus sunt interni nempe motuum in sensatione factorum reliquiae, motuum autem eo-
rum qui alii aliis immediate successerunt in sensatione remanet simul aliquid post sensationem. Hinc unus
motus unum phantasma seu cogitatio subsequitur seu alius copulatur alteri propter cohaesi-
onem materiae motae, quemadmodum aqua super planam [illegible] trahitur per viam quam
ducit digitus, ex quo oritur phantasmatum comparatio, seu judicium et ratiocinatio. Ita cogita-
tionem explicat Hobbius.
Tota haec Hobbii doctrina, seu potius explicatio [illegible] cogitationis in homine non aliud [illegible]
quam motione elementi corporeae ab externis objectis, circa quae [illegible] versatur, per [illegible]
na in cerebro excitatam. [illegible] nomine cogitationis [illegible] in [illegible] attentionem nostri
[illegible] sensus [illegible] [illegible] cogitationis intelligatur simplex perceptio [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] quid [illegible] [illegible] [illegible]
est, quae neque [illegible] afferi Augustinus lib: 2°. de libero arbitrio cap. 3°. Sensus et phantasia fal-
luntur. Hinc [illegible] [illegible] divisio per aquam [illegible] est curvum exhibent, ratio-
ratio autem perspicue detegit, et perpetuo contradicit etiam perdurante sensu et phantasia
errore. [illegible] [illegible] quae [illegible] errorem non [illegible]. si enim
corrigeret non idem referret phantasma, nec idem esset conflictus: atqui idem refert phantas-
ma et idem perstat conflictus, errorem tamen nunquam corrigeret. [illegible]
tinae [illegible] penitus [illegible] [illegible] quaedam experimur, nos
distincte percipere [illegible] rationem entis, possibilitatis, essentiae, existentiae, causae, effectus, aliis-
abstracti,

obstrahi sui notionibus, eiusmodi quas notiones, formaliter spectatae, nullimode sensus externo, commovent quia propterea nasci non possunt si nervi uno esset motio in fibrillis primis aut nervi, aut aliis nostri corporis partibus, ac in cerebro demum excitata. Res enim extra nos positae eatenus illos dictos motiones producere possunt, quatenus exteriores sensus afficere queunt, seu quatenus aut coloratae sunt, aut sapidae, aut odorae, aut solidae, aut sonorae. Haec adeo clara sunt, ut cum ipsa simulata sicuti res est ignara, impurus Lucretius ipse sui immemor systematis dicat: quis igitur sibi persuadeat motione externorum obiectorum, non tantum motus sed et perceptiones produci?

Epicurus putat a sanguine, aeris partibus et subtili flamma nasci quod in nobis cogitat; Hinc reliquum ei erat, ut ex varia particularum ad se invicem positione, aut motu, aut earum figura et magnitudine cogitationem oriri diceret.

Haec Epicuri sententia refelli pariter potest ex iis quae iam dicta sunt in praelectionibus. ibi enim ostendimus invictis argumentis, corpus cogitare non posse; nam corpus cuiuscunque figurae, cuiuscunque magnitudinis, quocunque motu donatum, aut quacunque dispositione est semper corpus ergo non potest cogitare. Accedant ergo iam dicta quae si placuerit claudi et adornari poterunt nonnullis versibus desumptis ex Antilucretio Eminentissimi cardinalis de Polignac. Postquam enim is docuerat ex varia particularum combinatione motu et figura posse explicari phaenomena quae in natura accidunt, ad mentem tandem mentisque operationes deveniens ita concludit

.... Ex variis quae motibus atque figuris
Consequitur corpus, mutatas saepe figuras
Mutatos et saepe situs intelligo, verum
Non video mentes, atque mentis opus.
Mens etenim haec si membrum est, ut caetera membra
Corporis humani proprium quoque suscipit escam.
Ergo particulas panis quem fecit vorantem
Digestumque suo suscepit sanguis in alveo,
Si petimus cessere his ratione carentes!
Partis at mediata regione sibi tulit ...
Quae nostrae placuit tibi mentis templa vocari
Tum disceptabunt de fluxu et origine rerum
At de sorte sua, sint corpora dedita letho,

nunc

Necne, quid ad vitam possit conferre beatam
Indica quam natura negat, nequiter dabit vim?
Proh pudor! haec autem est docta sapientia sectae!

Lucretius vir non omnino stupidus cum intelligeret sensus, motus, vim cogitationis et ratiocinii per quam minutis illis seminibus sanguinis, aeris atque ignis gigni non posse, cumque nihil aliud quod diceret reperisset, quartam quandam invexit substantiam corpoream, et ne dolus apertius intelligeretur innominatam esse voluit. De ea enim ita cecinit . . . . Ea est omnino nominis expers

Qua neque mobilius quicquam, neque tenuius extat

Haec autem substantia quam invexit Lucretius corporea dicitur, ergo erit ipsa etiam divisibilis; ergo eius actiones non aliter fieri possunt quam motione partium eiusdem substantiae, quod absurdum esse videri potest in propositione. Quod si Lucretius dicat substantiam de qua loquitur neque esse materiam neque extensam neque divisibilem; itemque si contendat eius substantiae actiones non fieri motione partium eiusdem, negabo eam substantiam esse corpoream, uti ex dictis patet, et ex dicendis infra constabit magis.

Superest ut de Lockio dicamus. Is non ausus est animam esse corpoream, contendit vero nulla naturali ratione ostendi posse eam non esse corpoream. Totus igitur in eo est, ut rationes, quibus animam non esse corpoream ostendi solet, vim ac pondus imminuat, atque infringat. Quod quo ordine vir auctor praestet videre est in eius libro IV de Intellectu humano. Nos in hac disputatione eum ordinem sequemur qui claritati magis inservire videbitur neque ea omittemus quae ab aliis item qui Lockio favent afferuntur.

Quod igitur primum contendit, est, quod esse possit in corpore seu in materiae parte aliqua vis a motrice distincta quae sit vis cogitandi.

Propositio explicanda est distinctione. Si per vim cogitandi intelligant eam quae materiae sociatur, sed ab ea distincta, et intrinsece independens non repugnamus: si per vim cogitandi intelligatur materiae quaedam proprietas attributum, negamus posse esse in corpore, seu in materiae parte aliqua vim cogitandi percipientem sentientem et ratiocinantem. Cur hanc distinctionem adhibeam, ea causa sunt locutiones quaedam implexae quibus innuere solent aliqui cogitandi vim quam corpori superaddi volunt. Ut igitur quaestio procedat clarius ita locutiones meas explico. Si per vim cogitandi

intelligatur.

intelligatur ens reale a corpore independens intrinsecus, atque distinctum non repugno ens hujusmodi corpori inesse posse, hoc est, esse corpori esse sociatum; ens enim hujusmodi sua natura erit essentia et existentia, sine corpore esse et conservari poterit, atq. ideo erit vera substantia quae substantia cum sit cogitans, neque iners erit, neq. composita, sed libera, simplex, uno verbo erit substantia penitus immaterialis, quam corpori sociatam esse non negamus: efficit quippe una cum corpore compositum illud quod vocatur homo.

Nego autem vim cogitandi in corpore, seu in materia parte aliqua esse posse, si per vim hujusmodi intelligatur materiae qualitas, proprietas, attributum: nam pars haec materiae quae proprietatem seu vim cogitandi habere dicitur, aliis proprietatibus inertia, soliditate, divisibilitate, vel simul donata est vel destituta: primum dici non potest: res enim nulla constare potest ex his, quae se mutuo destruunt. vis autem cogitandi destruit soliditatem inertiam divisibilitatem. Sed neque secundum dici potest: materia enim et ejus pars quaecumque illis carere non potest proprietatibus, quae ei sunt essentiales cujusmodi sunt inertia soliditas, divisibilitas: nam si proprietatibus illis destituta fingatur substantia ea non erit corpus, neq. materia, aut materiae pars.

Reponunt: intelligi utique non potest quomodo cogitare possit materia, quae sit iners solida et divisibilis: at velle inde concludere idem Deum efficere non posse est vel omnem potentiae tribuere extensionem quae aequalis sit capacitati mentis humanae. Quod si haec ratiocinandi regula vim ullam haberet concedendum esset, corpora a corporibus non attrahi; neq. substantiam quae sit incorporea cogitare posse, quod haec intelligi nequeant.

Resp.° Utique Dei potentia extenditur ad ea, quae nos intelligere non possumus: at ea quae intrinsecus repugnant efficere nullo modo potest: repugnat autem intrinsecus idem constare ex iis quae se mutuo destruunt; ergo Deus efficere nullo modo potest, ut idem constet ex his, quae se mutuo destruunt. Sed cogitatio destruit inertiam, soliditatem, et divisibilitatem; ergo Dei potentia efficere non potest, ut cogitet materia, quae est iners solida, divisibilis. Haec est ratiocinandi regula, qua si quis uti velit, ad concludendum corpora a corporibus non attrahi, neque substantiam quae sit incorporea cogitare posse, debet ostendere non solum haec intelligi non posse, sed etiam intrinsecus repugnare.

Atqui instant, intrinsecus non repugnat materiam cogitare: materiae enim essentia ignoratur, ac propterea fieri potest, ut inter ignotas ejus proprietates sit etiam haec, qua possit cogitare.

Resp.° [illegible]

respondeo ineptam prorsus esse argumentationem. Ut enim cognoscam, licet ignorem quod triangulus sit quaevis alia figura, non est necesse, ut utriusque proprietates omnes cognoscam, satis est scire in alia figura esse proprietatem aliquam quae destruat hanc trianguli, scilicet tres ejus angulos aequales esse duobus rectis: a pari, ut demonstrem materiae cogitationem repugnare, non est necesse, ut materiae proprietates omnes cognoscam, satis est scire cogitationem destruere notas materiae proprietates. Hanc argumentandi rationem repudiare non potest quisquis [illegible] sibi consentaneus esse velit; etsi enim Dei atque materiae essentiam ignoremus, tamen ex materiae notis proprietatibus materiam Deum esse non posse evidenter demonstrare [illegible].

Sed urgebunt: Hactenus non est probatum cogitationem destruere notas materiae proprietates. Rationes enim quae ad hoc probandum afferri solent supponunt actiones in corpore nullas esse nisi quae fiunt motionibus partium ejusdem idest mutationibus loci situs, figurae; verum cum ignota nobis sit intima corporis essentia, [illegible] nisi quam experientiam sequi nullas esse in corpore alias actiones quam quae motiones dicuntur. Sic tamen magnetismus, et universalis partium materiae attractio, quam tanta contentione Newtoniani tuentur, actiones sunt longe diversae ab iis motionibus, quas ita cogitamus. [illegible] sunt actiones quae consistunt in conatu ad mutandum locum, situs, figuram, ex quibus tamen nulla nascitur [illegible] mutatio, velut gravitationes ponderum in aequilibrio consistentium, atque ceterae virium quas mortuas vocant Philosophi.

Resp. Cum cognitio nostra ideis quas habemus connectatur requiritur ut ex iis quas habemus [illegible]: at actiones in corpore nullas esse nisi quae fiant motionibus partium ejusdem intelligunt omnes homines: hinc in natura corporea nihil per se nisi motum communi[illegible] est necessario. Si ergo hoc tamquam certum concedimus non possumus, id [illegible] primo quia hoc [illegible] consentientem [illegible], cum [illegible] contra quam institutum est [illegible]; secundo quia nullas actiones nisi quae fiant in corpore, ideam habemus. At inquiunt ignota nobis est intima et adaequata corporis essentia non igitur [illegible] esse potest in corpore actio a motione diversa. Nego consequentiam. Etenim ignota mihi sit adaequata corporis essentia intelligo tamen, et mecum una intelligunt omnes corpus agere nonnisi per motum. Ex quo concludo actionem a motione diversam nullam esse in corpore; neque haec ratio infirmatur ex eo quod res aliter esse possit. Si quis enim res certas et omnibus manifestas velit in dubium revocare hoc unico argumento ductus quia res aliter esse possit, is mihi videtur et scepticismum inducere, et omnes philosophandi regulas [illegible] evertere.

Neque pariter quidquam evincunt exempla attractionis aut magnetismi. nomine enim attractionis et magnetismi aut intelligitur causa aut effectus. quemadmodum et attractionis et magnetismi causa [illegible] [illegible] ignota est, adeo ut et obscura et incerta. Quo igitur iure ex re tam obscura, incerta in dubium verti possit res clara aperta manifesta plane non video. Sed ingenue fateamur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] attractionem et magnetismum esse vim corporibus insitam. Demus hoc quamvis id negent Cartesiani neque affirment Newtoniani qui attractionem non pro causa sed pro effectu accipiunt quid inde concludant? Vim attractionis et magnetismi eiusdem generis esse cum vi cogitandi? non sequitur profecto. Attractionis enim et magnetismi effectus sunt motiones, accessus nempe corporum ad se mutuo qui mutuus corporum accessus stat optime cum proprietatibus corporis essentialibus. cogitatio vero quae mentis humanae actio neque est motio, et si motio supponatur cum proprietatibus corporis essentialibus pugnat. Vis ergo attractionis et magnetismi diversi est generis a vi cogitandi.

[illegible] est denique ad [illegible] exemplum [illegible] quas motivas vocant philosophi. [illegible] [illegible] illarum actio vel aliquid producit effectum vel non. Si [illegible] ea non est actio vere et proprie dicta [illegible] [illegible] [illegible]: si primum ea actio cum motu coniuncta est: effectus enim quem producit nihil aliud esse potest [illegible] motus, qui motus ex continua obstaculi [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] quae in mentem [illegible] venire possunt, quaeque [illegible] nullam comparationem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] aut utrique actiones.

[illegible] allatae difficultati occurrendum negando actionem a motione diversam in corpore [illegible] [illegible]. [illegible] hoc etiam dato, solvi potest difficultas, et quidem [illegible] negando actionem quae in corpore fieri supponatur esse posse cogitationem. cuiuscumque generis sit enim ea actio, sicut [illegible] capax fieri debet in parte divisibili et solida: est quippe corpus natura sua solidum et divisibile. atqui in parte divisibili et solida fieri non potest cogitatio actio ergo quae in corpore fieri supponatur, cuiuscumque demum generis ea sit, esse nequit cogitatio. [illegible] propositionem probare non erit difficile ex dictis in probatione prima, et in secunda parte probationis eiusdem. Illi enim, quamvis actionis nomine motionem intelligant, argumentationem [illegible] [illegible] omnem [illegible], si actionem, per quam fit cogitatio, accipias generatim pro actione quacumque, uti rem perpendenti facile constabit.

Prop. II

Principium quod in nobis cogitat, est substantia spiritualis.

Prob. Principium quod in nobis cogitat, non est aut corpus, aut corporis proprietas, qualitas, attributum; est igitur aliquid reale quod sine corpore esse et concipi potest, adeoque substantia a substantia corporea distincta: hujus autem substantiae a corporea substantia distinctae essentia omnino diversa est a corporis essentia: ex enim attributa, quae sunt corpori essentialia, huic substantiae nullimodo competunt, quin imo repugnant. ergo substantia illa a substantia corporis distincta, quae in nobis cogitat est spiritualis. substantiae enim spiritualis nomine nihil aliud intelligitur quam substantia cogitans a substantia corporea numero et natura distincta atque diversa. quam quidem spiritualis substantiae notionem nemo repudiaverit qui sciat substantiam spiritualem duplici tantum modo a nobis concipi atque definiri posse; nimirum positive ex illius operationibus nobis notis, ut cogitationibus; et negative, ea scilicet omnia attributa ab ea removendo quae corporeae substantiae inesse cognoscimus. Tota haec probatio emergit ex dictis propositione superiori.

Hujus propositionis veritas confirmari posset ex iis quae ad mentis humanae spiritualitatem persuadendam in medio [illegible] adjecerunt tum veteres tum recentiores Philosophi: sed ne in re minime necessaria diutius immorer venio ad objectiones.

Opponitur Pr.º Lucretius. Animus corpus movet, corpus animum afficit, ita ut nihil animus percipere aut sentire possit nisi per excitatas in cerebro commotiones. Praeterea tanta est corpus inter et animum harmonia, ut quaecumque animo accidunt corpus etiam afficiant, et quae corpori animum. sive ex perceptione objecti pulcri aut inimici, ater excitatur qui rursum aut statim sanguinem confecit, aut effundit; unde irati dicuntur ardere et quo igne corripi amantes. Hinc mentis vires una cum corpore crescit in pueris, viget in juvenibus, languescit in senibus eademque infirmo corpore infirma fit et ebrium comam [illegible] convaluit: haec autem omnia esse non possent nisi anima et corpus similis constarent natura. Licebit igitur, corporea natura animum constare animamque ita concludit Lucretius in tertio de Natura rerum, cui complures et ea omnia, quae adversus mentis humanae spiritualitatem opponenda suppeditat ratio.

Respondeo, Lucretii objectiones omnes esse phaenomena quae ex unione mentis et corporis nascuntur. Scilicet cum Deus voluisset hominem constare corporea et corruptibili substantia ubi concedit [illegible] et item incorruptibili et incorporea, ubi nos evidenter [illegible] existimamus, efficere voluit ut inter utramque substantiam quoddam esset et unio ac commercium mutuum legibus efficeret.

circa modum

Circa modum unionis animae et corporis non conveniunt Philosophi. Alii enim unionem explicant per influxum physicum, alii per harmoniam praestabilitam, alii per causas occasionales. Rem hisce explicatimus inferius. [illegible] modo, quicumque is demum fuerit ea modo, [illegible] quo unio animae inter et corpus perficitur, certae requiruntur unionis leges, quas perpetua experientia veras esse dicimus. Has unionis leges decem constituit Silvanus Regis in suo opere de usu rationis, et [illegible] li. 2°. parte p.ª cap. 3. quas leges [illegible] capite revocare placeat haec duo ponunt. Primo ut mens operando dependeat a corpore cui unita est, secundo ut motibus corporis perceptiones mentis respondeant, et perceptionibus mentis motus corporis.

[illegible] pugnantis animam movere corpus, et a corpore [illegible] requirunt [illegible] quaestio qui unionem animae inter et corpus explicant aut per harmoniam praestabilitam, aut per causas occasionales. Qui vero per influxum physicum unionem explicant respondent, non repugnare animae substantiae nempe spiritualem movere corpus et a corpore [illegible] quacumque [illegible] ratione quae ignorari concedunt. [illegible] occurritur primae difficultati, cui [illegible] possumus respondere [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] animam esse spiritualem [illegible] argumentis demonstratum est [illegible] unitas esse corpori intimo sensu persentiscimus: quo modo [illegible] huiusmodi [illegible] adhuc nobis ignotum est. Sed tamen quia hoc persentimus obscurum et ignotum sit, negari non possunt [illegible] duo, quae clara sunt et manifesta. [illegible] nihil animam percipere aut cogitare posse nisi per [illegible] cerebro motiones omitto [illegible] mens facultate [illegible] plures ideas [illegible] potest. [illegible] nego inde concludi posse animam esse corpoream. [illegible] enim requiritur solum animam dependere a corpore in operando et quidem non intrinsece et necessitate absoluta, sed ex lege unionis, et necessitate hypothetica. Mens [illegible] dependet a corpore in operando ex lege unionis et necessitate hypothetica quia pro eo tempore [illegible] quo mens unita est corpori, [illegible], ut actiones corporis indigeant in operando. Non dependet vero intrinsece, et necessitate absoluta quia cum [illegible] probabis ut [illegible] a corpore [illegible] per se et absque corpore [illegible] et operari potest. [illegible] intrinsecus [illegible] natura sua indigeret corpore in operando, cur [illegible] melius ratiocinatur [illegible] [illegible] deserit corpus, nec [illegible] quod [illegible] communicat ut inquit Plato? [illegible] lege itaque unionis requiritur ut mens actione corporis [illegible], agat, et operetur, corporis autem actio non eadem [illegible] et [illegible] in pueris [illegible] in [illegible], in senibus infirmior. mens ergo crescente corpore crescere, vigente vigere, [illegible] videtur. [illegible] tamen mens intrinsece non dependet a corpore, cum sit [illegible] atque distincta [illegible] consequitur [illegible] naturam esse animam et corpus. [illegible] exemplo [illegible] in [illegible] Cardinali de Polignac.

. . . . ita quilibet arte
Strenuus Aonia citharam pulsare sonantem
Mobilibus digitis citharoedi [illegible] pendet ab ipso?
Nam si rupta fides, si qua [illegible] [illegible] est
Si chordae nimium [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
Aere manet citharoedus [illegible] frustraque [illegible].
Ergo a [illegible] [illegible] ipsa [illegible] pendet?
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et organorum? talis fit copula [illegible]
corporis et mentis.

Ea lege denique unionis fit ut motibus corporis mentis perceptiones, et perceptionibus mentis motus corporis respondeant. Hinc sequitur et ad [illegible] rei amabilis oculi et vultus rideant et in corporis aegritudine mens doleat et aegra sit. Ex hac non consequitur eiusdem naturae esse animam et corpus. neque enim eiusdem [illegible] actiones esse possunt perceptio laetitiae aut doloris et motus qui laetitiae coniunguntur aut doloris. [illegible] [illegible] et ex eo etiam liquet quod dum corpus aliqua aegritudine affligitur mens opposito affectu in se excitare queat, adeoque languente corpore iucunditate atque gaudio perfundatur.

Obj. 2a. Mens humana habet proprietates corporis [illegible], ergo non est spiritualis. prob. antec. Mens humana composita est, extensa, divisibilis [illegible] atqui sunt proprietates corporis [illegible], ergo etc. Prob. maior in singulis partibus. Illud est compositum quod ex rebus inter se distinctis componitur. Atqui mens componitur ex rebus inter se distinctis, intellectu nimirum memoria et voluntate, ergo est composita. Est etiam extensa. [illegible] enim concipit [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] denique [illegible]. Plures enim rerum ideas simul habere potest, [illegible] illae [illegible] una existat extra aliam, ergo et [illegible] [illegible] idearum una extra aliam existit, [illegible] [illegible], [illegible] mens plures habere debet partes, quarum una extra aliam [illegible] ergo est divisibilis.

Resp. nego antec. ad probationem [illegible] [illegible] [illegible] quam [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] est compositum quod [illegible] constat inter se distinctis a [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] formali aut [illegible] nego maiorem: [illegible] [illegible] minorem nego [illegible]. [illegible] distinctionem explicem [illegible] [illegible] [illegible] rebus naturae [illegible] et animi nostri [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]

distinctio

Distinctio realis est ea, quae datur inter rem et rem veluti inter corporis partes pedes, puta, et manus, sanguinem et ossa. Quidquid constat ex rebus distinctis inter se distinctione reali illud compositum proprie dicitur et est. Distinctio formalis est ea quae datur inter entis essentialia, quas formalitates vocant, veluti inter soliditatem et gravitatem duo corporis essentialia. Distinctio rationis est ea, quae datur inter distinctos mentis nostrae conceptus, cum ea ut distincta percipimus quae distincta non sunt. Quidquid constat ex rebus distinctis inter se distinctione formali aut rationis illud compositum nec est, nec dicitur, si compositionem non logice aut metaphysice intelligas sed physice, sicuti intelligi debet hoc loco. Jam vero distinctio quae datur inter mentis humanae voluntatem, memoriam, intellectum est distinctio rationis; vel si hoc minus placet est distinctio formalis; ergo in mente humana nullum habet locum compositio physica.

Ad secundum. Ex eo quod mens humana concipiat extensum, atque sequeretur eam extensam si eiusdem naturae necessario esse debeat id quod percipit cum eo quod percipitur. Sed hoc tribuere esse facile solvitur: eo enim semel posito sequeretur mentem humanam extensam esse simul et inextensam, quia extensum concipit et inextensum: sequeretur Deum esse corporeum quia corporea intelligit: sequeretur mentem duritie consistere et fluiditate (quaerere) quia in corporibus duritiem percipit et fluiditatem. quae quis serio affirmet?

Ad tertium. Idearum una extra alteram existere debere; atque ideo subiectum cuius sunt eas, partes habere debere, extra quarum una extra alteram existat, atque verum est si ideae sint motiones, aut ex motionibus exsurgentia phantasmata, juxta Lockii doctrinam. Cum vero actio, per quam mens cogitat, sit actio omnino diversa a motu, ideae motiones esse non possunt, aut ex motionibus exsurgentia phantasmata. Hinc idearum una extra alteram aut non existit, aut si existit subiectum cuius sunt ideae plures non habet partes quarum una extra aliam existat.

Neque dicas haec aut similia qua ratione fiant intelligi non posse. Hinc enim sequitur humanae mentis naturam a nobis adaequate non cognosci. at eam esse diversam ab eo quae corporea non sequitur profecto. Quod ut cuique manifestius fiat, scias cognitionem, quae non sit adaequata et perfecta, certam esse posse, sicut certe scimus [illegible], nosse nos de re aliqua plura certo cognoscere, licet non cognoscamus omnia. Sic ut exemplo utar ad rem nostram accommodatis, in corpus esse extensum et solidum certo scio, licet plures alias corporis proprietates nesciam sic Deum esse ens simplicissimum simul

sciere

habere rerum omnium ideas certo intelligo, licet non intelligam quomodo hae duo inter se componi queant. Sic mentem humanam cogitare clare scio; quia vero cogitatio esse non potest actio corporeae substantiae, ratiocinio certissimo deduco, mentem humanam quae cogitat esse substantiam spiritualem. Si quis importune quaerat, cujus naturae sit ea actio, per quam mens cogitat, fateor ingenue aequam mihi hoc esse ignotum: ex quo vero hoc atque omnia quae ad mentis humanae naturam spectant, ignorem, si quis inferre vellet falsa aut incerta esse etiam ea, quae certo a me cognosci probavi, eodem jure inferre possem et ego, corpus non esse iners, aut ipsum quia adaequatam ejus essentiam nescio, Deum aut simplicitate, aut rerum omnium cognitione carere, quia non intelligo qua ratione simplicitas componi possit cum cognitione rerum omnium. Quae argumentandi ratio quam fallax quamque inepta sit nemo non videt.

Opponens 3º mens humana est forma corporis ergo non est substantia spiritualis. Substantia enim sine quovis alio subjecto potest existere, forma vero sine suo subjecto existere nequit; ergo non est substantia: sed neque est spiritualis; siquidem formam inter et subjectum, animam nempe et corpus, debet dari proportio, nulla autem daretur proportio si mens humana esset spiritualis. non est igitur spiritualis

Resp. 1º Explicatis terminis, sane, si quae est, difficultatem solvi. Mens etenim humana corpus informare dicitur, quia ei praeest, ipsum movet, ac veluti moderatrix gubernat et regit; non quia corpori inhaereat, seque eo quasi commisceatur. Mens igitur humana est quidem forma corporis, sed non ea ratione, qua sunt reliquae formae. Ideoque licet formae reliquae quae non sunt substantiae sine suis subjectis existere nequeunt, existere tamen potest sine corpore humana mens, quae est vera et proprie dicta substantia. Neque reponas, nullam dari proportionem corpus inter et animam, si ea est spiritualis. Licet enim desit proportio identitatis, quae resultat ex similitudine in natura, datur tamen proportio habitudinis, quae oritur ex relatione causae ad effectum, formae ad subjectum. non datur prior proportio, neque enim corpus et [illegible] substantiae sunt naturae omnino diversae, datur autem posterior: quamvis enim spiritus sit naturae omnino diversae a natura corporis, attamen corpus perficere potest et unum cum illo componere.

Quaestio 2ª. Utrum humana mens sit immortalis, an vero in morte corporis pereat.

Quemadmodum non una est, uti superiore quaestione diximus, de spiritualitate mentis humanae opinio inter philosophos, ita neque una est de illius immortalitate sententia. Mentem humanam una cum corpore mori docent Epicurei; Lockius etsi mentis humanae immortalitatem non neget, eam tamen naturali ratione probari non posse contendit. Utrosque a veritate aberrare demonstrant saniores philosophi, quibuscum naturali ratione immortalitas animae a nobis est comprobanda. Quod ut rite fiat tria debent ostendi: primo mentem humanam natura sua post mortem corporis superesse, secundo eam a corpore separatam vivere ac cogitare, tertio eandem post mortem corporis a Deo conservari.

Prop. 1. Mens humana ipsa sua natura post mortem corporis superesse debet.

Prob. Mens humana ipsa sua natura primo incorruptibilis est, secundo actione agentis creati perire nequit, tertio a corpore non dependet ut existat; ergo ipsa sua natura post mortem corporis superesse debet. Patebunt autem quoad singulas partes. Illud sua natura incorruptibile est, quod nullas habet partes, in quas dissolvatur, atqui mens humana nullas habet partes, in quas dissolvatur: est enim simplex; ergo ipsa sua natura incorruptibilis est. Quod si incorruptibilis est ipsa sua natura actione agentis creati perire nequit: nam quod est incorruptibile natura sua, ut pereat debet in nihilum redigi; quae vis aliquid in nihilum redigendi creato agenti competere nequit quemadmodum competere nequit vis aliquid efficiendi ex nihilo; ergo actione agentis creati perire nequit mens humana. Denique a corpore non dependet, ut existat mens humana: est enim vera et proprie dicta substantia a corpore distincta, substantia vero est ens per se existens, a quovis alio subiecto independens, ut existat: mens ergo, ut existat non dependet a corpore. Nullum igitur dubium quin mens humana ipsa sua natura post mortem corporis superesse debeat.

Prop. 2a. Mens humana etiam a corpore separata vivere debet ac cogitare potest.

Prob. Mens humana post mortem corporis superesse debet, ergo a corpore separata vivere debet ac cogitare potest. Naturalis enim capacitas existendi sine corpore esset in humana mente prorsus frustranea, si a corpore seiuncta nec vivere nec cogitare posset.

Neque vero

Neque vero puto aliquem esse, qui dicat naturalem existendi capacitatem frustra menti inesse posse, cum Deus et natura nihil frustra operentur. Praeterea si humana mens post mortem corporis superest, superesse debet integra sua essentia; essentialis autem est menti vis cogitandi, ergo cum vi cogitandi superesse debet; adeoque potest a corpore separata cogitare: sed cogitare non posset nisi viveret, debet igitur vivere. Denique res est perspicua, animam non aliunde vitam habere quam a se ipsa: vivit anima, non quia appulsu agitatur externo, sed quia actione ciuitur interiore et sua, et ergo si pereat vi sua et natura perire debet, hoc est sibi ipsi adimere vitam, quam ei indidit et servavit naturae auctor Deus. Sed nulla res vi sua et natura perire potest, quia sibi adimere non potest id, quod a natura inditum habet. Necesse est igitur, ut anima a corpore separata vivat: quod si vivit potest cogitare: vita enim animae, aut in cogitatione est posita, aut saltem cum potentia ad cogitandum conjuncta.

Prop. 3a. Extincto et resoluto corpore mentem humanam debet Deus conservare.

Probatur ex desiderio beatitudinis nobis indito. Omnes homines innata velut propensione feruntur ad beatitudinem: Beati certe, inquit Augustinus, omnes vivere volumus, nec quisquam est in humano genere, qui huic sententiae, antequam plane sit emissa, non consentiat. Jam hoc beatitudinis desiderium debet expleri: nam enim frustra illud nobis indidisset Deus et eo animo et nobis illuxeret quoque nostra turpissime deciperet, quod repugnat. Desiderium autem hujusmodi, cum in hac vita non possit, in altera debet expleri; sed si Deus post mortem corporis mentem in nihilum redigat altera vita nulla est; ergo sit, debet Deus post mortem corporis mentem conservare. — Confirmatur Propositio ratione desumpta ex divina providentia. Constat plerosque viros bonos in praesenti vita perpetuo adversis affligi malis, contra prosperari et in deliciis esse; ergo nisi altera vita sit, in qua bona bonis, mala malis reddantur, videri posset res humanas a Deo negligi; sed res humanas a Deo negligi dici non potest; necesse est igitur ut altera vita sit. Sed, si mortuo et resoluto corpore mentem Deus in nihilum redigeret, altera vita nulla esset; ergo sit debet Deus mortuo et resoluto corpore, mentem humanam conservare.

Corollarium 3um. Mens humana post mortem corporis superesse dicitur, quia est substantia

spiritualis

spiritualis, atqui etiam anima brutorum est substantia spiritualis; ergo post mortem corporis superesse debet: sed non superest: falsa igitur argumentatio. Deinde anima cum corpore nascitur, ergo cum corpore perit. Si enim cum corpore nascitur per generationem existit, sicuti per generationem existit corpus. quidquid autem per generationem existit corrumpitur et perit. si igitur anima cum corpore nascitur perit etiam cum corpore. Denique finis propter quem Deus condidit animam, fuit ut esset forma corporis; qui finis cum cesset quando anima a corpore separatur, videtur etiam ipsam animam deficere debere, juxta axioma illud: <u>cessante fine cessant media</u>.

Resp.º Haec omnia opinioni nostrae nihil omnino refragari: non refragatur primum. brutorum enim anima est substantia spiritualis, atque post mortem corporis superesse debet ipsa sua natura, sed non proinde sequitur eam esse vere, et proprie immortalem, sicuti immortalis, et est, vere et proprie dicitur humana mens. etenim humana immortalis a nobis dicitur non solum quia est substantia spiritualis, sed insuper quia est beatitudinis, ac meriti capax. nam quia est substantia spiritualis ipsa sua natura post mortem corporis superesse debet: quia est beatitudinis, ac meriti capax debet a Deo conservari. Quare cum brutorum anima nec meriti, nec beatitudinis, sit capax, quippe quae a Deo facta est duntaxat propter corpus et vitae functiones, non videtur amplius cur eam debeat Deus conservare? Paucis: Brutorum anima est intrinsece immortalis non extrinsece: humana vero mens est immortalis tum intrinsece, tum extrinsece. Est utraque intrinsece immortalis, quia est substantia spiritualis; non est autem extrinsece immortalis utraque, quia hanc non illam conservare Deus debet.

Non refragatur secundum: animam cum corpore nasci omitto, sed nego hinc deduci posse animam cum eo esse perituram. corpus enim quia ex partibus coalescit gignitur per naturalem generationem, et per corruptionem perit: anima vero quia spiritualis est, et simplex produci nisi potest per creationem et per corruptionem perire non potest. Dixi animam una cum corpore nasci, quia valde probabile est animam a Deo creari eo duntaxat tempore, quo ejus materia ita disposita corpore una cum ipso vitae functiones exercere valet.

Non refragatur denique tertium. Axioma illud: cessante fine cessant media valet cessare media quando cessat finis totalis et adaequatus, finis autem propter quem Deus animam creavit, non fuit solum ut esset forma corporis, sed etiam et praecipue, ut Deum in aeternum

cognosceret

colent, atque ita eam, quam desiderant, beatitudinem obtinerent. Qui finis, praecipuus et nobilior ~~adeo longe~~ esset tantum abest ut in morte corporis cesset, ut videatur, potius tunc illud vere ac proprie posse obtineri.

Opponi hic possent iterum argumenta Lucretii desumpta ex animi curis atq. doloribus. Quoniam vero ea superiori quaestione exposita, atque soluta fuerunt, eadem repetere supervacaneum puto. Satis igitur erit advertere, primo cogitationem esse actionem omnino diversam a motu, qui fit in corpore: secundo, corpus, in quo fit motus partibus constare non constare vero mentem, cuius est cogitatio. Hinc inordinatis motibus in partes dissolvi atq. corrumpi potest corpus. corrumpi vero atque in partes dissolvi non potest mens ingratis cogitationibus. sunt autem animi curae atque dolores nihil aliud, quam ingratae cogitationes; corporis vero aegritudines et mutationes nihil aliud quam motus inordinati. Aegritudines ergo et mutationes ostendunt, corpus esse corruptibile atque mortale: mortalem vero et corruptibilem esse mentem non ostendunt curae, atque dolores.

Opp. 2°. Naturali ratione probari non potest, animam a Deo conservari debere. ergo etc. Prob. antec. Naturali ratione cognoscimus Deum posse id omne, quod intrinsecus non repugnat; atqui intrinsecus non repugnat, animam a Deo in nihilum redigi; ergo potest Deus animam in nihilum redigere: sed si Deus potest animam in nihilum redigere, eam a Deo conservari debere, nobis constare non potest, nisi divina revelatione: non igitur naturali ratione, sed sola revelatione divina, animam a Deo conservari debere probari potest.

Resp. Nego antec. Ad probationem distinguo majorem. potentia absoluta concedo: potentia morali nego; et concessa minore distinguo consequens eodem modo. Duplex itaq. in Deo distingui debet potentia, alia nimirum absoluta, alia moralis. Potentia absoluta Deus potest id omne, quod intrinsecus non repugnat, potentia vero morali potest id omne quod non repugnat eius attributis. Repugnat autem Dei attributis bonitati nempe et providentiae, animam in nihilum redigere. ergo animam in nihilum redigere non potest potentia morali. Quod si Deus animam non potest in nihilum redigere, eam conservare debet necessitate hypothetica, non absoluta. Necessitate inquam absoluta non debet animam conservare, quia eandem efformare potest ut eius conditionis, ut potentia tum absoluta tum morali in nihilum redigi possit: debet vero animam conservare necessitate hypothetica, quia eam meriti capacem esse voluit, eidemque indidit beatitudinis desiderium. Animam igitur a Deo conservari debere, non solum divina revelatione, sed etiam naturali ratione probari potest. Sunt enim revelatio et ratio naturalis duo quasi

radii

radii ejusdem Dei luminis ęterni. unde vulgatum est apud philosophos omnes, et naturę vim, et vim prophetię Deum nos alloqui; et Augustinus elegantissime Philosophos appellat vates naturę.

Atqui inquies, non repugnat divinę bonitati, animam in nihilum redigi: quod ita probo. Ideo divinę bonitati repugnare dicitur animam in nihilum redigi, quia Deus nobis indidit beatitudinis desiderium: hęc autem ratio nihil probat, quia desideria nobis naturalia non necessario debent adimpleri. et sane desiderium sanitatis, divitiarum, voluptatum nonne omnibus est naturale? attamen cum desiderium ejusmodi non adimpleatur, quis inde argumentum deduxerit contra divinam bonitatem? a pari ergo in casu nostro.

Sed contra. Alia sunt desideria quę Deus nobis indidit, alia quę ortum habent ex naturę humanę defectu; illa necessario debent adimpleri; hęc si Deus minime adimpleat, ejus bonitati nihil repugnans sequitur. Jam vero desiderium beatitudinis a Deo inditum habemus. Unde enim, pręterquam a Deo provido, esse potest desiderium illud quod homines a vitiis retrahit, ad virtutem impellit, quo Dei cultus augetur, societas conservatur, quo vita nostra dirigitur, et ad suum finem tendit? Debet ergo beatitudinis desiderium necessario adimpleri. Desiderium autem sanitatis, voluptatum, divitiarum ortum habet ex naturę nostrę defectu. Id ut manifestius fiat observandum est hominis naturam esse finitam, ac propterea leges a Deo pręscriptas violare posse ac potuisse. Hinc fit ut intellectus hebetatus vana sub boni specie concipiamus, ac per consequens sequamur et appetamus, itaque appetimus et sequimur divitias et voluptates, quę noxię ut plurimum nobis sunt. Hinc fit ut pręsentia prę futuris diligamus, et ut leges Dei violando beatitudinis spem amittamus, et supplicii metum concipiamus: qua de causa fit ut anima a corpore separari formidet, ideoque sanitatem etiam perpetuam exoptamus. Desiderium igitur sanitatis, voluptatum, divitiarum, si Deus non adimpleat, nihil ejus bonitati repugnans sequitur; quin imo ejus bonitas, providentia et justitia mirifice ostenditur.

Instabis. Desiderium beatitudinis expleri potest etiamsi animam in perpetuum Deus non conservet, quia desiderium beatitudinis nobis inditum, non est beatitudinis ęternę: quod quidem probari potest duplici ratione. Prima desumitur ex eo quod hominum mentis nullam habeat proportionem cum ęterna beatitudine: adeoque nos eam desiderare non possumus. Ratio altera desumitur ex eo quod plures nullam habent notionem beatitudinis ęternę, sed nemo ignorare potest quod desiderat; ergo desiderium nobis inditum non est beatitudinis ęternę.

Sed contra: nego

Sed contra. Ergo beatitudinis desiderium expleri non posse si beatitudo debeat aliquando desinere; Beatitudo enim cujus Deus desiderium nobis indidit est beatitudo plena atque perfecta. talis autem non esset si aliquando desinere deberet. nam ut inquit Tullius lib 2 de Finibus. Si amitti vita beata potest beata esse non potest; quis enim diffidit perpetuitati eorum timeat necesse est ne aliquando amissis illis sit miser. in maximarum autem rerum timore beatus esse nemo potest. Praeterea fingere Beatitudinem desinere qui omni mox essent haberent certe ulterioris beatitudinis desiderium. ergo beatitudinis exceptione inane reddidit Deus desiderium quod eis indidit imo eos decepit et crudelissime vexavit, velut fame cruciatum desperet et exercuisset ille qui cibum ore degustatum inhumaniter ori subtraheret: sed haec divinae bonitati repugnant, ergo beatitudo nunquam desinere debet

Ratio primo loco adducta nihil probat. Deus enim ex summa sua liberalitate hominum mentes creadens perfectae felicitatis appetitum nobis concessit. cum igitur acceptam possumus ex divinitus acceptam inclinationem, eandemque nobis Deus elargiri debet. Ad Deum enim, ut generalem provisorem spectat naturas dirigere ad eum finem, in quem naturaliter tendunt: naturaliter autem tendit homo ad beatam vitam tanquam ad finem et vita beata esse non potest nisi perennis sit, perennem ergo beatitudinem elargiri nobis Deus debet.

Ratio altera pariter nullius momenti est. Qui enim aliquid ratione probandum assumunt non curant inquirere, utrum ea ratio aliis nota an ignota, sed duntaxat debent videre an ea ratio valida sit, et probet id ad quod probandum assumitur. nos autem ut probemus beatitudinem quam appetimus esse debere aeternam, ratione utimur, igitur sive ea nota, sive ignota fuerit aliis, parum solliciti esse debemus: ex quo autem ea ratio vel ex mentis brevitate vel attentionis defectu non sit nota omnibus, fit ut plures beatitudinis aeternae nullam habeant notionem. hoc igitur transmittimus. At inquis, ergo beatitudinis desiderium nobis inditum non est beatitudinis aeternae quia nemo ignorare potest quod desiderat. Distinguo. nemo totaliter ignorare potest quod desiderat, concedo; nemo ex parte ignorare potest quod desiderat nego. Explico distinctionem. Utique id cujus nullam ideam habemus desiderare non possumus, ut patet: sed desiderare possumus id quod ex parte ignoramus. Ut enim aliquid appetamus, sufficit, quod sub specie boni animae exhibeatur. itaque beatitudinem ut bonum plenum atque perfectum desiderare omnes possunt, immo debent licet ignorent beatitudinem esse non posse bonum plenum atque perfectum nisi sit aeterna. Dixi omnes non posse solum sed debere beatitudinem desiderare. est enim inclinatio versus beatitudinem naturae hominis insita, et naturalis quae perenni ac perpetuo conatu in nos agit omnemque volitionis motum praevertit. Ex quo denique datur apparet cur beatitudinem aeternam omnes appetant, licet id quod appetunt aeternum esse debere non omnes cognoscant. Appetunt enim

inconsulta

inconsulta ratione, et voluntas impetu et vi naturæ, non consilio determinatur. Hæc dicta intelligantur posito quod plures beatitudinis æternæ nullam habeant notionem; quod quidem in dubium revocant illi, qui immortalitatem animæ ex perpetuo ac communi omnium sensu probant. Hos inter sunt Cicero, Seneca, Plutarcus, Strabo, Macrobius, Cælius Rodiginus, Tonius, Grotius, Cudworthus, [illegible], atque alii. Sed si rem fusius prosequi vellem longior quam par est evaderet quæstio. Hoc igitur brevitati consulens id libenter omitto.

[illegible] 3.° Desiderium beatitudinis expleri non debet ergo etc. prob. ante. Si debet expleri omnes qui beatitudinem appetunt eam consequi deberent, id est omnes qui eam appetunt consequuntur ergo etc. [illegible] Deus non solum bonus est sed etiam justus et providus; justus autem et providus non esset si in bonis æque ac malis beatitudinis desiderium expleret: et ergo bonitas cum providentia et justitia componenda [illegible] ut [illegible] esset præmium et merces laboris [illegible] non omnes in eo [illegible] est ut Deo placeamus; sed Deo placere non possunt illi qui leges [illegible] contemnunt et violant, ergo [illegible] beatitudinem consequi non possunt; nec ea [illegible] in illis beatitudinis desiderium explere Deus aut potest aut vellet.

[illegible] At homines [illegible] quotquot virtutes morales colunt et diligenter naturæ leges observant Deo placere [illegible] atque [illegible] debet [illegible] et [illegible] beatitudine æterna [illegible], ergo non omnes qui Deo placent æternam consequuntur beatitudinem.

[illegible] Respondeo primo, hanc instantiam [illegible] immortalitate ex [illegible] [illegible] ad divinæ revelationem nos provocat, [illegible] de immortalitate animæ nullam [illegible] [illegible]. Respondeo [illegible] naturali ratione [illegible], eam virtutem quæ ad [illegible] homines perducat a solo Deo expectandam. [illegible] enim humana [illegible] quisque [illegible] et [illegible] est [illegible], ergo naturæ viribus mores conformare non possumus [illegible], nisi [illegible] et [illegible] intellectus et robur voluntati accedat; sed virtus vera atque perfecta [illegible] nemo [illegible] [illegible] perducat [illegible] non est, qui mores conformare non potest [illegible] [illegible] virtutem quæ ad [illegible] [illegible] [illegible], ne [illegible] [illegible] nisi a Deo [illegible] quod [illegible] est [illegible] dogma [illegible] philosophi intellexerunt [illegible] [illegible] [illegible] inter [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] nec virtutem a natura esse, nec [illegible], [illegible] a Deo [illegible] [illegible] etiam plures [illegible], [illegible] virtutem a Deo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

[illegible] 4.° ratione [illegible] [illegible] [illegible] non posse animam [illegible] [illegible]. [illegible] Justa enim et [illegible] divina Providentia si dicamus in hac vita esse [illegible] virtutem ipsius præmio, [illegible] malis vitii pœna juxta illud: virtus sibi ipsi præmium est, vitiumque supplicium.

Respondeo, atque in primis moneo me in dubium non revocare ea quæ de vitio et virtute tradunt ab Ethnicis, docent illi nominem virtute beatum esse, nomines posse in hac vita, vitio esse non posse nisi miserum, quam doctrinam ut veram atque utilem agnosco et commendo. Præsentis enim vitæ felicitas in alio esse sita non potest, nisi in eo, ut corpus sine dolore sit animus sine perturbatione: sed in hac vita perfecta beatitudo, idest animus sine perturbatione, corpus sine dolore haberi non potest maxima ergo in hac vita beatitudo est, minimis intensitate, et duratione malis urgeri, idest minima miseria. sed ad hanc beatitudinem comparandam, et conservandam facultates rationales perficit virtus moralis vitium impeditiones reddit, virtus ergo moralis beatos in hac vita homines efficit, vitium miseros. Alii nihilominus positis contendo non satis rationibus bonis virtutis præmio nequaquam malis vitii pœna. Virtus enim ideo sufficiens præmium in hac vita dicitur quia ad præsentis vitæ beatitudinem comparandam et conservandam inservit. atqui præsentis vitæ beatitudo non est sufficiens bonis præmium. Præsentis siquidem vitæ beatitudo est minima miseria; sufficiens vero bonis præmium est vera et perfecta beatitudo, quam ea divinitus accepta inclinatione appetunt ergo virtus non est sufficiens boni præmium. Deinde si virtus esset sufficiens boni præmium, virtutes illæ essent inutiles, aut noxiæ, quæ ad præsentis vitæ felicitatem non inserviunt aut terrenæ felicitatis contemptum redderent: et si qui has virtutes alterius vitæ spe coluerunt, adeo decepti dicendi essent quod an divinæ providentiæ consona sint ejusdem iudicium esto. Item pariter vitium non est sufficiens malis pœna enim esset mali non essent a vitiis cohercendi; inani esset futuri supplicii metus et divini iudicii timor. quæ divinæ providentiæ adeo repugnant, ut nihil magis. De hoc culpa impiorum, si enim ex obiecto, cui iniuria fit, metiri volumus, est malum divinis supernaturale cui nulla, physica pœna correspondet sed physica est impiorum pœna ergo pœna non correspondet impiorum culpæ. Eorum igitur culpa nunquam expiari poterit atque eorum pœna erit æterna

Quæstio III

An humana mens semper aliquid cogitet, aut percipiat

Quæstio hæc de perenni mentis cogitatione inter philosophos nostræ ætatis magna animorum contentione agitatur alii, negativam sententiam, affirmativam alii, propugnantibus: nos quantum de humanæ mentis natura conjectare licet probabiliorem iudicamus affirmativam sententiam: quæ docet mentem humanam dum vivit, semper aliquid cogitare aut percipere. Cogitare, inquam, aut percipere quia perceptionem distinguimus a cogitatione: et perceptionem vocamus eam, quæ cum conscientia non est conjuncta: eam vero quæ conjuncta est

appellamus

appellamus cogitationem: atque hanc distinctionem a Wolfio traditam arbitrariam non esse quisque in se potest experiri. accidit enim persaepe cuique, ut se aliquid percepisse sentiat nec tamen postea attentione adhibita cognoscere possit quid perceperit, non alia certe de causa, nisi quia perceptio illa non erat cum conscientia coniuncta; seu, uti nos dicimus, quia non erat cogitatio. Mentem igitur aliquid semper cogitare, hoc est semper percipere, ~~non semper~~ aut cogitare sequente demonstrabimus Propositione.

Mentem humanam dum vivit semper aliquid cogitare, aut percipere si minus evidens, probabile saltem nobis videtur.

Prob: Mentem humanam inter viventes substantias esse collocandam, probare supervacaneum puto, cum rem per se manifestam fateantur etiam nostrae opinionis adversarii. Vita autem omnis, posita est in actione aliqua quae dum vita durat, perennis esse debet. Quamvis enim plura statui possint vitae genera quae gradibus distinguuntur; cum plantarum vita distet a vita brutorum, et brutorum vitae praestet vita hominum, uti ab hominum vita diversa et generis eminentissimi est vita Dei tamen in eo vitae harum rerum omnium conveniunt, quod esse non possint sine actione aliqua, et quidem perenni. nec si ea actio interrumpatur vivere continuo desinant. Sic plantas, ignem, atque alia hujusmodi solum vivere dicimus, quamdiu actione aliqua vitali agitantur. Haec est vitae notio, quam nos damus, cum aliam non habeant homines notionem, nec meliori innixae possint argumento, quae in scholis traduntur opiniones probabiles quam communibus hominum notionibus. Quod si vita posita est in actione aliqua perenni, actio per quam mens vivit, perennis esse debet: actio autem hujusmodi quae perenniter durat cum vita mentis, non alia a nobis cognoscitur nisi cogitatio. cogitationem igitur esse putamus, ex iis quas habemus ideis philosophantes: quod philosophandi genus optimum esse negabit nemo qui sciat scientiam nostram ideis nostris contineri. Quae cum ita sint opinamur mentem humanam dum vivit semper aliquid cogitare aut percipere: a qua opinione dimoveri nos non sinemus, nisi ostendatur nobis, quomodo mens substantia vivens cum sit, vivere possit sine actione, aut actio, qua vivat, significetur aliqua quae cogitatio non sit aut perceptio. Quod praestari non posse patet ex dictis, et constabit adhuc magis ex solutione objectionum.

Dices pr.° Etiamsi sit mens substantia vivens, satis tamen est ut possit semper agere, quin semper agat actu: sicuti etiam corpus licet sit necessario impenetrabiliter extensum, satis tamen est, ut

est ut naturaliter exigat semper impenetrabilitatem quam semper [illegible] donetur impenetrabilitate.

Sed contra; Nego mentem substantiam viventem simul esse posse, et simul cessare ab actione. Ratio per se est manifesta. Si enim viventes non agerent, neque esse possent affirmari, cum entia simplicia nequeant esse et non agere, nec propterea in illis agere et esse distingui valeant, quod Peripatetici nunc nostrae opinioni impugnatores non ignorarunt. Sicuti igitur repugnat mentem modo esse actu modo non esse, ita pariter repugnat eam modo actu agere modo non agere. Praeterea si mens ab actione cessaret, esset substantia vivens et non esset: esset ut supponitur, non esset autem quia destitueretur actione ac propterea etiam vita, quae, ut diximus, in actione posita est. Nec valet reponere corpus licet sit substantia extensa impenetrabiliter, tamen actuali impenetrabilitate posse destitui; si corpus enim [illegible] corpus actuali [illegible] destitueretur, hoc certe non esset [illegible], ergo si non esset mens actuali actione, moveretur, non esset vivens, ac propterea vivere modo posset modo non vivere. Deinde qui corpus actuali impenetrabilitate carere posse volunt, illud sine ea esse posse contendunt; mens vero, cum simplex sit, sine actione actuali esse non potest et sine actuali actione nulla est vita. Atque haec dicta intelligantur in hypothesi qua actualis impenetrabilitas corpori essentialis non statuatur, quod tamen demonstratum non est, imo a pluribus non infimae notae philosophis tamquam omnino [illegible] habetur; secundum opinionem quam qui vellet omnino vertere, expediret dicere mentem ab actuali actione cessare non posse, sicut corpus actuali impenetrabilitate destitui non potest.

Hic locus est adnotandi, Cartesium cum mentis humanae essentiam in actuali cogitatione posuisset, coactum fuisse mentem perenni cogitatione exercitam [illegible], quippe qua sublata, mentis essentia auferretur ex eius doctrina. Respondent propterea recentiores philosophi Cartesio temere illud asseruisse, mentis essentiam in cogitatione esse positam, sicuti ab eorum essentia corporis temere collocatur in actuali extensione, ex quo consequuntur considerare totum illud Renati argumentum. Verum cum idem omnino conficiatur ex eo quod vita mentis ponenda sit in actione perenni, praesertim cum in entibus simplicibus agere et esse semper conjungi debeant. Ideo ex hoc idem dicemus mentem perenniter cogitare, sive actualis cogitatio sit mentis essentia, sive sit duntaxat attributum essentiale, qua in re nostra in praesens disputamus.

Dices 2°. Nulla ratio assignari potest per quam mens vivat praeter cogitationem: ergo ex quo

mens semper

mea semper agere [illegible] non sequitur semper cogitare. Prob. Antec. quia agere potest vel corpus movendo, vel volendo: velle autem et corpus movere non est cogitare.

Sed contra: Mentem movere corpus si omnes audias philosophos, non omnes profecto concedent. Verum hoc etiam dato non difficile est demonstrare, actionem qua mens corpus movet, eam esse non posse, per quam vivit. Actio enim illa cessat mortuo et resoluto corpore: ergo etiam mentis vita cessaret. Cui igitur quo tendit objectio, eo nimirum ut ostendat mentem non semper agere [illegible]; quod cum ex dictis solutum sit, solutum est etiam actionem, qua mens vivit, eam esse, qua corpus movet, si cerebrum movet. Actio pariter, qua mens vult, vel ab actione cogitationis distincta est, vel non. Si posterius, ergo ex eo quod mens volendo agat probari non potest actionem qua mens vivit non esse cogitationem. Si prius ergo in actione illa vita mentis non est posita cum perennis non sit. Ea enim actione prior est cogitatio juxta illud: nihil volitum quin praecognitum. Ex his igitur omnibus nihil infirmatur propositio nostra.

Objicies. Si mens humana semper aliquid cogitat, aut percipit, a cogitatione vel perceptione nullo unquam tempore cessaret ac propterea etiam in matris utero, in infantia, in somno, in ebrietate etc. cogitaret aut perciperet atqui hoc ratione [illegible], quod si [illegible] Mens ita a Deo creatur, ut nullam omnino ideam seu cognitionem congenitam habeat ac propterea ab actione corporis, cum corporeo phantasmate pendere debeat in acquisitione omnium idearum ac cognitionum [illegible] pro ideo etiam in quacumque cogitatione ac perceptione. Qui ergo fiet ut mens primo suae creationis momento cogitet aut percipiat? ut cogitet aut percipiat dum unitur corpori quando nimium adeo tenellum est corpus et maxime cerebrum, et nullius motioni [illegible] excipiendae ac proinde phantasmata menti exhibendo [illegible]: [illegible] autem dicitur de statu animae a suae creationis et unionis cum corpore initio, idem servata proportione valet etiam de co[illegible] in quo [illegible] ut dormit, aut ebrius est. Debet in hominibus [illegible] ut spiritus animales adeo languescere et torpere queunt ut nec [illegible] ab extrinseco percipiant motus, nec motus illos cerebro communicent, atque omne tum phantasma extinguatur, omnisque propterea cesset cogitatio ac perceptio: ergo etc.

Resp. 1° in omnium generatim, eum qui perennem cogitationem mentis, ut eius vitam sequi demonstravit non teneri etiam scire unde illi materies suppetat cogitandi, quasi hoc si ignoretur illud quoque ignorari credendum sit. Resp. 2° secundo cum Silvano Regis. Etsi mens humana cum primum corpori unitur nulla omnino idea seu cognitione informata esset, quod tamen non adeo certum est ut velut axiomate de eo sentiant philosophi omnes, nihilominus, haud difficulter

ostendi posset

[illegible] possit [illegible] percipere tamen [illegible] [illegible] siquidem cum anima primum corpori unitur statim [illegible] functiones in eodem corpore [illegible] [illegible] aut [illegible] hujusmodi haberi nequeunt quin motio aliqua in nervulis aut in spiritibus [illegible] [illegible] [illegible] cognoscatur ergo cum motione in [illegible] [illegible] cogitationes [illegible] perceptione in mente [illegible] [illegible] inde fit mentem humanam statim [illegible] [illegible] [illegible] cogitare vel percipere. Praeterea [illegible] cum [illegible] animae unitur unionem illico sentit, et [illegible] ad agendum determinatur; cur non eandem unionem animadvertere non potuit, et perceptiones [illegible]? Nulla igitur dubium [illegible] [illegible] [illegible] a primo [illegible] [illegible] cum corpore [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] vel in infantia [illegible] [illegible] et [illegible] percipiat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vivacitate [illegible] et [illegible] percipiat. Neque video qua ratione probari queat [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] opponitur hunc illa languere [illegible] [illegible] posse spiritus animales aut [illegible], et nullum aliquod phantasma in cerebro excitetur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] functiones in corpore absolvuntur; ac corpus ipsum a circumpositis corporibus aliqua ratione afficitur, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] et non est [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] motione in cerebro [illegible] [illegible] ut aliqua in ipso [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] facultate easdem illas perceptiones iterum excitare et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] distincte, obscure tantum et confuse. Quod satis est ut dicamus mentem humanam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] infantia [illegible] [illegible] et [illegible] semper aliquid cogitare, aut percipere

Dices: si Anima etiam in matris sinu et in infantia, semper aliquid percipit cur earundem perceptionum nemo deinceps recordatur:

[illegible] infantiam [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible]

non vero

non vero claræ et distinctæ. Nam cum mens melioribus ideis semper rapiatur: dum a statu idearum confusarum ad claras transit nullam iis attentionem præbuit quocirca earum recordari nequit. Illas etiam adiungere possumus, id repetitionem fortasse ex eo quod perceptiones illæ coniunctæ non erant cum conscientia, uti iam observavimus. [illegible] aliquando [illegible] recordamur quod [illegible] est quam [illegible] perceptionum quas satis distinctas habuimus et cum conscientia; quæque maiorem impressionem in cerebro fecerunt. Cæterum si conscientiæ defectus defectum probabat præteritæ cogitationis; cur non dicimus nos vigiles minime cogitare de iis, quorum non raro penitus obliviscimur, ac [illegible] [illegible].

[illegible] [illegible], [illegible] dormientes cogitant aut percipiunt cogitationes illæ aut perceptiones tamen vel [illegible] esse [illegible], neque [illegible] aut pene capaces, quod est falsum.

Sed [illegible] [illegible] cogitationes illas in mente [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tantum [illegible] ac [illegible] ac propterea capaces non esse, [illegible] vel pene uti vocant

Theoph.

Philal. [illegible] [illegible]. Status cogitationis [illegible] status vigiliæ. Experimur enim nos dormire non posse [illegible] [illegible] quædam cogitatio animum [illegible]. [illegible] [illegible] cogitationes semper vigiles [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] mens nostra [illegible] [illegible] personæ, altera dum dormimus altera dum vigilamus: personæ enim identitas iuxta Lockium posita est in identitate conscientiæ cogitationum. At quoniam vigilantibus nobis mens non habet conscientiam earundem cogitationum quas habuit nobis dormientibus, [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] quod illud intolerabile patet absurdum.

[illegible] [illegible] esse quod [illegible] [illegible] Lockius nos non [illegible] cogitare et dormire quippe [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], non raro [illegible] [illegible] nec [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] demonstrationes [illegible] [illegible] [illegible] Metaphysicus: qua [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] Philosophum qui nostra [illegible] [illegible], [illegible] adanime [illegible] persuadeam quam [illegible] mare in [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] et omnium [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] nos dormimus non quando nihil cogitamus, sed quando quasi [illegible] [illegible] [illegible] motus fit tardior. Quod [illegible] cogitationes quædam, omnes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] agitant. [illegible] Lockii argumentum si nihil aliud [illegible] [illegible] [illegible] conscientiæ [illegible] [illegible] [illegible] animam [illegible] [illegible] altera dum dormimus [illegible] [illegible] vigilamus, quod tamen [illegible] [illegible] non video. Quod si persona [illegible] [illegible] individuum rationale, quemadmodum

ostri

cæteri omnes philosophi docent anima dum vigilamus et dormimus semper eadem est persona ipsisque semper idem individuum rationale. Ex neutro ergo ex allatis argumentis perennis animi cogitatio everti potest.

Obiicies 3º cum Divo Thoma: Esse semper in actu est proprietas solius intellectus divini; ergo humanus intellectus non semper agit seu cogitat.

Resp. 1º Divum Thomam in Metaphysicis rebus exercitatissimum, asserere quidem esse semper in actu solius intellectus divini proprium esse, sed tamen mitius esse exponendum, ne principiis suis minus consentanea ratiocinatum fuisse dicamus. Cum enim ex [illegible] deduci nequit de potentia in actum nisi per aliquod ens actu, ut ostendat quomodo anima deducatur de non actu in actum confugit ad intellectum agentem: at nisi hic intellectus sit semper in actu necesse est alterum admittere atque in infinitum. Intellectus ergo agens est semper in actu. Si ex Thomæ doctrina intellectus agens non est ab anima distinctus, ergo anima semper erit in actu iuxta Divum Thomam, si ex suis principiis velimus ratiocinari. Exponendus itaque est perinde ac si dicere voluerit esse intellectus divini esse proprium semper in actu perfectissimo esse quo [illegible] excluditur siquidem mens humana a perenni actu perfectissimo et solius Dei proprio; non excluditur vero a perenni quocumque actu etiam minus perfecto: a quo certe excludi non potest, ex eo præcise quia divina mens est semper in actu. Si enim non arguitur quod mens divina infinita sit, et perfectissima, finita vero et imperfecta humana, sequitur inde humanam mentem non semper posse vivere, quod nemo dixerit. Itaque ex quo divina mens sit semper in actu, non inde colligitur repugnare mentem humanam esse semper in actu cum infinitum adhuc discrimen sit inter utramque mentem.

[illegible] dissertationi de natura Animæ [illegible] non erit [illegible] superius naturali ratione contra Epicureos et Materialistas animæ spiritualitatem et immortalitatem, aliquibus etiam scripturæ testimoniis comprobare contra Socinianos qui a naturali ratione ad scripturam sacram nos provocant. Statuitur igitur

Prop. [illegible]

Contra Socinianos utramque [illegible] de spiritualitate et immortalitate mentis humanæ ex pluribus sacræ scripturæ [illegible] contendimus.

Prob. Christus Dominus Matthæi 10. v. 28 [illegible] exhortans [illegible] et martyrium subeundos inquit: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timete eum qui potest ~~corpus [illegible] corpus~~ et animam et corpus perdere in gehennam. Et Joannis 12 qui odit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit eam. [illegible] vero homines corpus tantum occidere possunt, non animam, nisi quia Anima substantia est a Corpore diversa seu spiritualis. Quomodo

enim seu

posset Deus nostro corpore animam mittere in gehennam ignis nisi extincto corpore illa superesset et viveret?

Cur hodem qui odit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit, nisi quia eadem anima in æter- nitate … Christo Domino univit Paulus ad Philippenses ubi ait cupio dissolvi et esse cum Christo

Quod quidem nisi anima a corpore vere dissolvi posset et post mortem corporis superesse ac vivere, quod exigit ut anima sit substantia a corpore distincta et immortalis, nec cupiret a corpore dissolvi, nec esse cum Christo, … … ad catholicam veritatem … omnia alia … testimonia quæ hac de re in divinis litteris occurrunt passim, et quorum textus sunt luculentissimi. Christiani omnes Theologi, et … interpretes, fideliumque cœtus, … … semper fuit unanimis

Dogma de spiritualitate et immortalitate mentis humanæ ex sacra Scriptura manifeste comprobari.

Oppones Pº. contra Spiritualitatem Animæ: Moyses in toto Pentateuco ne verbum quidem habet de animæ spiritualitate, imo vero variis in locis de eadem anima ita dixerit, ut videatur innuere eam esse cor- poream: Primo enim dicit, Deum inspirasse in faciem hominis spiraculum vitæ, id est Animam. Spiraculum autem nihil aliud significare quam halitum, respirationem seu nihil a corpore diversum, patet tum ex quo illud … vertunt … interpretes, tum ex quo … adhibeatur … … quoque animas significandas, quas certe Scriptura Sacra corporeas dicit. Deinde loquens Moyses de formatione hominis inquit formavit Deus hominem ex limo terræ. ergo juxta Mosen homo nonnisi limus et terra est. … autem secundo … … limum et terra non ex limo terræ ut … … tur, demonstrat præpositio hebraica … quæ … terræ non limo. Tandem, … … … animam omnis carnis in sanguine esse positam; ergo hominis anima ut et cæterorum animantium corporea est

Resp. … … quæ … … spiritualitatem … … … … … … argumentum negativum nullam vim habeat … opposita pro- … argumenta … … … … Deinde … Moyses … … … nimæ aperte non … … … anima non … … … … … … … … … … natura … … … … … … … … … … veteres Scriptores … origine, … … Sacri Scripturas; … Spiraculum … vitæ, quod in faciem hominis … corpus humanum e terra formatum … … … … … … substantiam … … … … … … … … … … … … … … … … … … imaginem Dei. cum ergo ad imaginem Dei … … … … … … … … … … intelligentem, spiraculum vitæ, de quo … est sermo … … … … … … … …

incorporeum etiam

[illegible] patet etiam cum agitur de [illegible] animae [illegible] nos movet. Principio enim, si ne-
cesse foret, non difficili negotio ostendi posset, animas etiam [illegible] non esse corpoream,
[illegible] sacris scripturis non adversari: verum necessitas hujusmodi nulla est. Dato enim quod sensu
et litterali [illegible] accipi debeat [illegible] spiraculi [illegible], hoc tamen sensu
accipi non potest cum agitur de homine [illegible] [illegible] — Ad secundum
[illegible] [illegible] ex [illegible] [illegible] non vero ex [illegible] [illegible]
nihil tamen inde deducere possunt adversarii pro sua opinione. [illegible] enim ibi nomine [illegible], [illegible]
[illegible] utraque substantia corporea et spiritualis; [illegible] est de sola substantia corporea,
omnia spiritualis de qua agitur [illegible] [illegible] et inspiravit in faciem ejus spiraculum
vitae. ——— Ad postremum ex Levitici decimo septimo desumptum cum ibi loqua-
tur Deus de [illegible] animalibus quorum [illegible] permittebat et [illegible], videtur testimonium
illud respicere solas brutorum animas. Quod si ad hominum etiam animas extendatur non
ita intelligendum est perinde ac si hominum anima nihil aliud sit quam sanguis; [illegible] est
accipiendum, quasi per illud innuatur hominum animam [illegible] a sanguine [illegible]
[illegible] quo in sensu illud accipiunt interpretes, [illegible] cum S. Augustino. ———
Ceterum nemini mirum videri debet veteres sacrae scripturae [illegible] [illegible]
et nonnulli [illegible] [illegible] animam esse spiritualem. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] qui [illegible] [illegible] quod corpoream non [illegible] [illegible] intelligere.
— Opponés 2.° non unum [illegible] ex [illegible] [illegible] Patrum qui humanae mentis [illegible]
[illegible] naturae [illegible], et Augustinus non [illegible] [illegible]
libro de [illegible]. S. [illegible] [illegible] et quod non in [illegible]
[illegible] et creatione corporeum est . . . . . [illegible] et animarum [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible] tamen naturae [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] 8 [illegible]: nihil [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] Hieronymus [illegible] [illegible]
et etiam S. Ambrosius non [illegible] de natura mentis humanae [illegible] [illegible] . . .
Respondeo atque in primis [illegible] a [illegible] Tertulliani esse omnino [illegible]
cum nimis [illegible] et cum hac in parte [illegible] enim dicit animam substantiam
[illegible] [illegible] substantia ab eo [illegible] [illegible] in [illegible], [illegible] [illegible] substantia
[illegible] [illegible] et indivisibilis uti notat ex S. Augustino. [illegible] autem excepto Tertulliano
alium nemo est qui animam [illegible], [illegible] Atque in hac [illegible] —
nia necessitate

auctoritates proferre vellem, de eorum mente dubium, si quod est, prorsus evanesceret. Verum ne nimius evadam, contentus ero ea testimonia explicare, de quibus adversarii gloriantur. Itaque si Patrum laudatorum mens non ex nudo aliquorum verborum cortice, sed ex eorum philosophia aut doctrina investigetur, facile erit cognoscere eos nunquam in ea fuisse opinione, ut crederent animam esse corpoream, non spiritualem. Et quod spectat ad Philosophiam observandum est Patres veteres, Graecorum maxime philosophorum morem sequentes, duo in anima humana distinguere solitos, Animam et Spiritum: uti inter caeteros notant Tatianus et Irenaeus in objectione laudati: Animam autem corpoream aliquam substantiam licet tenuissimam revera putabant, eam esse Spiritus quasi vehiculum quoddam, et sensorium esse dicebant. At Spiritum arbitrati sunt semper esse substantiam simplicem, incorpoream, spiritualem. Quod vero attinet ad eorum doctrinam notandum est, eos cum humanam mentem corpoream esse dicunt naturam materialem substantiam nomine... tenus, pro eo quod temporis, locorumque limitibus circumscribitur, non autem pro ea re, quae natura sua solida est et proprie corporea. Ne vero quis credat hanc interpretationem ad arbitrium esse confictam, audiatur Auctor libri de Spiritu et Anima eodem objecto cap.º 18: Ex eo, inquit intellectuales naturas corporeas esse dicimus, quia loco circumscribuntur sicut et Anima humana. non habet tamen corporalem dimensionem, nec circumscriptionem. Idem eruitur ex S.º Hilario: rationem enim reddens cur dixerit animarum species corpoream substantiam sortiri, inquit: quia omne quod creatum est in aliquo sit necesse est. Neque aliter exponi potest S. Hilarius, nisi dicere velimus eum sibimet contradicere. In Psalmum enim 129 num. 6. docet animam humanam ad imaginem Dei esse factam, adeoque nihil in se habere corporale, nihil grave, nihil caducum.

Hoc loco proferet fortasse quis verba ejusdem Concilii, ni fallor septimi generalis, quorum sententia sensus est, Angelos ac propterea etiam Animas celo corporeo circumvestiri. Verum illius Concilii Patres ea loquendi formula non definiunt angelos corporeae constare natura, dicebat definiunt licere in picturis angelos Fidelibus exhibere corporeo velo circumvestitos, quod alias licere an ne ab ipsis fuerat quaesitum.

Ajunt 3.º contra Animae immortalitatem. Sapientiae 2º Solomon inquit: ex nihilo nati sumus et post erimus tanquam non fuerimus. Ecclesiastes vero cap. 3 haec habet: Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus et ostenderet similes esse bestiis; idcirco unus interitus est hominis et jumentorum, et aequa utriusque conditio, sicut moritur homo, sic et illa moriuntur, et nihil habet jumento homo amplius: cuncta subjacent vanitati: et omnia pergunt ad unum locum: de terra facta sunt et in terram pariter revertuntur. Quis novit si spiritus filiorum Adam

ascendat

ascendat sursum, et si spiritus iumentorum descendat deorsum? Denique cap.° 9 ita concludit:
viventes sciunt se morituros, mortui vero nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem quia
oblivioni tradita est memoria eorum.

Ita [illegible] Salomonem non adversari, sed potius favere animae immortalitati quod clarioribus
verbis adstruit tum aliis in libris tum etiam Ecclesiaste, ex quo potissima communiter objectio.
Cap. enim 9. v. 16. et 17 [illegible] clare monet post hanc vitam alteram superesse, in qua Deus et iustis prae-
mium elargitur et iniustis poenam infligit neque dissimilia docet cap. 12. En eius verba: ibit homo
in domum aeternitatis suae et, paulo post: revertatur pulvis in terram suam unde erat et spiritus
redeat ad illum qui dedit illum, quibus verbis quid clarius proferri posset ad animae immortalitatem
persuadendam? Sed ne difficultatem declinare videar venio ad solvendas auctoritates propositas.
Ad textum ex sapientia desumptum dico Salomonem ibi non loqui ex propria doctrina sed ex
impiorum hominum falsa opinione, arbitraria haec interpretatio non est sed ex ipso contextu de-
ducta. Scopus enim erat propositus impiorum falsam opinionem [illegible] quam sive in-
cipit his verbis: dixerunt cogitantes apud se non recte et alibi consequenter [illegible]
[illegible] cogitaverunt et erraverunt. Sapientia [illegible] eosdem impios de immortalitate
animae tandem convictos ita loquentes inducit: nos insensati vitam illorum aestimabamus insaniam et
finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.
Testimonium ex Ecclesiaste tertio non id est sensus in nullo praestare hominem a iumentis [illegible], sed
simillimum esse illis in omnibus [illegible] Salomon alibi [illegible] aperte docet.
verum [illegible] vita [illegible] et interitus [illegible] et quod ad corpus pertinet eandem [illegible]
[illegible] in eandem redire. [illegible] quis novit utrum spiritus filiorum Adam ascen-
dat sursum et spiritus iumentorum descendat deorsum? vel [illegible] qui naturali ratione
non possunt animam immortalem cognoscere vel pervicaces qui nolunt intelligere, vel denique
[illegible] mentis [illegible] in Scripturibus [illegible] quam nequeunt homines
clare et distincte cognoscere discrimen quod intercedit inter animas hominum et [illegible]
expositioni sunt qui alias addunt. Gregorius Magnus et B. Thomas censent Salomonem in
hoc etiam loco loqui ex persona impiorum: aliis placet hic narrare Salomonem [illegible]
se cogitata cum invenit erat verum cum hos expositiones [illegible] non [illegible]
[illegible] ulterius.
[illegible] aliquis paulus explicatur. Dicitur enim mortuos nihil novisse amplius [illegible]
dio corpore [illegible] non habere mercedem amplius, quia oblivioni tradita est memo-
ria eorum; quia scilicet homines mortuorum [illegible] oblivisci

Expon. 4°. [illegible]

Ysyon 4° Mose de immortalit.e animae nullibi legitur, immo pluribus in locis videtur innuere eam esse mortalem etenim explicatur nullo animi facta mentione, in Dei minatione: pulvis es et in pulverem reverteris. Gen. 4°. Pactum Deus percutit ne dum cum homine, sed cum omni anima vivente creaturarum: requirit etiam rationem vitae homini de manu hominum et de manu bestiarum. Gen. 37 de Joseph dicitur: ne interficiatis animam eius. Confirmatur haec doctrina ex hoc sententia: lignum habet spem, si praecisum fuerit rursum virescit....... homo vero cum mortuus fuerit atque consumptus ubi quaeso est

Resp. quod Moses non ita aperte de altera vita monuerit Hebraeos in suis legibus, habetur hoc esse ex arcanis Providentiae divinae quae magnum hoc dogma clare explicandum Christo reservaverat ut ratiocinatur Beatus Augustinus. Sane Deus non omnia omnibus hominibus dixit, sed quaedam in certis temporibus explicanda distulit, ubi ex arcani dispensationem oeconomia patet. caeterum non aperte aliqua altera ratione hoc dogma Mosen Hebraeis confirmasse argumento ubi primo est ex historia, quae extat in Levitico contra eos, qui animas mortuorum consulunt: ex qua lege patet communem fuisse Hebraeis eo tempori animas corporibus superesse. Atque huic persuasioni adversatur Moses ad tantum praecipit non licere superstites animas consulere.

Quae autem opposita si attentius examinentur, et cum aliis conferantur ne minimum quidem nobis repugnantur. Cum enim Deus Adae minatur: pulvis es et in pulverem reverteris, corpus respicit non animam. Cum pactum percutit cum homine et cum omni anima vivente etiam diximus non percutere pacto de immortalitate vel mortalitate, sed de non mittendo amplius aquis diluvii. Cum requirit rationem vitae hominis de manu bestiarum respicit legem latam de non comedenda carne bestiarum cum sanguine: cum vero requirit rationem de manu hominum respicit praeceptum de homine non interficiendo. Et tum rationem reddit caput nonum Genesis, in quo [illegible] hominem ad imaginem Dei esse factum, quod de bestiis nullibi dicitur.

Cap. 37 ubi de Joseph legitur ne interficiatis animam eius non intelligitur totus homo anima et corpus sed corpus [illegible] Scripturae [illegible] vivide. Denique locis citata ita accipienda est cum anima a corpore fuerit separata, est [illegible] consumptum, ubi est quaeso corpus? cum nisi per Dei potentiam iterum animae coniungetur? Cum ergo locis [illegible] piciat, cum de altera animae vita non semel dixerat apertissime.

Resp. primo. Paulus pr. ad Corint. cap. 15 ait: in hac tantum vita [illegible] miserrimi omnium hominum sumus. Non est resurrectio [illegible] Sicut dicit Apostolus [illegible] deberemus. Iam si animae superessent, et esse possent beatae sine corpore [illegible]

corpora

corpora, non tamen vanę erant nostrę afflictiones ergo, si Paulo recte vanę erant mortuo, et resoluto corpore non superessent animę nec beatę viverent. Hanc doctrinam confirmat idem Apostolus 1ª ad Timotheum 6 ubi dicit: Deus solus habet immortalitatem.

Resp. 1° Aliquot primos Christianos ita Pauli verba ad Corinth. intellexisse, ut animas separatas usque ad corporum resurrectionem dormirent, seu in statu quodam dormitionis a quo tamen essent excitandę in die extremi iudicii. cum etiam de non [illegible] [illegible] somnum et requiem expectabant. Hęc opinio immortalitati animę non adversatur; sed cum adversetur Scripturę et traditioni relinquenda est et alia responsio afferenda. Hanc itaque responsionem post Chrysostomum afferunt Theologi. Paulus dicit insuper inanes esse labores nostros nisi corporum futura esset resurrectio, quod nullam plenam beatitudinem nemini contingere ante corporum resurrectionem. Quare allata Apostoli verba de plena et completa beatitudine exponi debent hoc modo: si in hac tantum vita sperantes sumus in Christo; id est si corpus affligimus sine ulla spe alicuius premii ad corpus etiam spectantis, miserrimi omnium hominum sumus, id est respectu corporis quod affligimus et cui alii blandiuntur: si non est resurrectio, edamus et bibamus, cras moriemur. Id est nullum est corporis premium. Huic responsioni etiam addo quę est hujusmodi: Si non est resurrectio corporum Deus est mendax qui nobis corporum resurrectionem promisit; aut etiam is qui non credit resurrectionem Deo non credit et est infidelis, sed si Deus esset mendax inanes essent spes nostrę etsi qui Deo non credit nullam post mortem corporis superesset felicitas. Atque ita Paulus persuadet corporum resurrectionem non negat animę immortalitatem quam quidem immortalitatem non unico in loco probat ex verbis ad Philippenses ubi ait: cupio dissolvi et esse cum Christo et 2ª ad Corint. cap. 5 ubi ait: Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod ędificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ęternam in cęlis.

Ex nostris verbis testimonii ad Timotheum res explicatur. Deus solus habet immortalitatem a se ipso et ita ut nec absolute loquendo possit non esse ac mori; sic enim nulla creatura est immortalis.

Eadem ratione explicari debent Patres qui simili modo non semel locuti sunt atque eadem pariter debent explicari verba Sophronii in concilio sexto approbata in quibus dicitur intellectualia et invisibilia immortalia esse non natura sed gratia. Explicari nempe debent de natura improducta non producta et de immortalitate non intrinseca sed extrinseca. Nam licet enim anima ex natura sua [illegible], sed illa tamen et venit a Deo tali natura non producta

Pariter

Pariter intrinsece est immortalis natura sua, sed extrinsece est immortalis ex gratia, quia nimirum a Deo conservatur: uti ergo spiritualitas, ita animae immortalitas a dissimiliori [illegible] [illegible] est vindicata

De Animae Sede.

[illegible] de natura Animae tractatione, ita ratiocinati sumus, quasi pro certo haberemus Animam in corpore [illegible]. restat nunc ut id explicemus clarius et videamus utrum pro: certo habendum est. Sed [illegible] animadvertendum est [illegible] quaestioni [illegible] quaerit. Qui igitur de animae sede quaestionem instituerunt in duas classes diviti [illegible], alii putant Animam esse formam corporis, [illegible], quae toti permeat corpus, totam in toto corpore totam in qualibet corporis parte. [illegible] Peripatetici [illegible] Anima videt [illegible] in oculo non in aure, nec audit [illegible] animis [illegible] ea ratione qua idem [illegible] [illegible] [illegible] in flore [illegible] in fronde [illegible] in pomo. Alii volunt Animam [illegible] illo cerebro [illegible], seu in co: nario Cartesii, seu in aliquo cerebri ventriculo quod probabilius putarunt alii [illegible] in toto cerebro quod parvi refert. Rem autem explicant hoc modo. Ex intima cerebri substantia [illegible] origi- nem nervi, quibus veluti tela contextum est corpus humanum. [illegible] cerebri parte unde prodierunt nervi est Animae. Hinc si pulsetur aliqua nervorum pars quae extra cerebrum est posita, tunc vel tremore nervorum vel ope spirituum animalium nervos irradiantium [illegible] [illegible] propagatur ad aliam extremitatem nempe ad cerebrum atque inde nascitur Animae perceptio, seu sensatio. [illegible] actione Animae afficiatur vel animae voluntate determinetur ad motum ea nervorum extremitas, quae in cerebro est posita tunc vel tremore nervorum, vel ope spirituum animalium mota illa ad alias corporis partes [illegible] atque inde nascuntur [illegible] motiones variae. Haec est doctrina quae apud omnes hoc tempore viget. non igitur [illegible] [illegible] nec inu- tilem nec [illegible]...

Quaestio Unica

An sensatio in ipso cerebro perficiatur, ope spirituum animalium nervos irradiantium, qui passionem [illegible] immutationem ad cerebrum deferunt.

[illegible] quaestio, quae duplicem partem continet, solvenda est duabus propositionibus, in quarum una probabimus sensationem perfici in ipso cerebro. in altera [illegible] sensationem ad cerebrum deferri ope spirituum animalium. Sit itaque

Prop. Ia

Sensatio perficitur in ipso cerebro.

Sint quamvis ad

Antequam ad probationem venio, duorum sensationem duplicem distingui oportet, aliam formalem, aliam materialem seu causalem. Formalis est mentis perceptio, ad quam ab immutatione sensorii organi determinatur; materialis seu causalis est immutatio sensorii organi in cerebrum usque propagata. In sensatione igitur materiali seu causali tria sunt distinguenda. Primum est actio corporum externorum, quae impelluntur, vellicantur, vel alio quocumque modo moventur partes nervorum externa sensuum constituentes; alterum est actionis propagatio usque ad cerebrum, in quo solum sensationem perfici volumus, et ita nominamus.

Si nisi passiva sensorii immutatio cerebro communicetur nulla in nobis excitatur sensatio; ergo etc.

Prob. antec. Narrat Boerhaavius hominem Parisiis fuisse qui in propriam calvariam stipem vicatim petebat, cum cerebrum sub calvaria dura meninge tectum haberet. Experimenta certis in ejus cerebro facta sunt, quibus nempe dura mater digito levissime comprimebatur, subito mille scintillae ante oculos hominis versabantur; et si fortior fieret compressio, jam caligo oculos occupabat; si demum validiori manu urgeretur, in somnum delabebatur, deinde stertebat donec sublata manus, vivi quam apoplectico fierent simillimus. Sed simul ac malum remota manu non fortius urgebant, omnino primum atque tenebris cessantibus, redita deinde sensuum potestate. Haec Boerhaavius, de cujus fide nemo unquam dubitavit. Allato experimento illud consonat ~~quod~~ experimentum quod in Actis Academiae Parisiensis legitur anno 1741, et alia plurima quibus constat cerebro laborante sensum omnem deleri. Sic si intra cranium alicui hominis arteria rupta fuerit atque extra effluxerit in cerebri medulla una vel altera sanguinis uncia, nemo ibi nullam ab actione vel sensu ... sentiat. Haec experimenta probant valentibus sensorii organis, iisque vehementer immutatis, sed cerebro laborante nullam in nobis sensationem excitari. Ergo nisi passiva sensorii immutatio cerebro communicetur nulla in nobis sensatio excitatur. Praeterea omnium anatomicorum consensione confirmatum est, in omnibus partibus quae humanum corpus constituunt ideo nervos esse ejus naturae, ut si laedantur vel aliquo modo ex sensu externae rei appulsu afficiantur, molestam aut jucundam sensationem in nobis excitent. Atqui nulla sensatio in nobis excitatur ex immutatione eorum nervorum quibus cum cerebro interrupta fuerit communicatio; sic disrupta spina dorsi compertum est animal nihil tactu sentire in iis partibus per quas nervorum filamenta ex inferiori medullae spinalis parte erumpentia disseminantur. Sic experimento a Galeno primum, deinde a ... aliisque tentato constat quod si nervum animalis vivi, v.g. cruralem nervum canis, tendiculo plano ligatum vinculo in nervum constringendo

stringendo

contingendo discindat) perit statim sensus in parte nervi infra ligaturam posita. passiva ergo sensorii immutatio nisi cerebro communicetur nulla in nobis excitatur sensatio. ea igitur in solo cerebro perficitur quod erat probandum.

Oppon. 1° Scholastici, hanc opinionem manifestae experientiae et intimo sensui adversari. nihil enim inquiunt, certius novimus et nihilque constat apertius quam nos videre oculis, audire auribus, dura et mollia tactu sentire: uno verbo, dolere animam cum corpore eo in loco, ubi aliquid contingit ut doleat: ergo etc.

Resp.° intimum sensum non semper esse certam veritatis regulam. ab eo enim pluribus decipimur modis: sic frigus et calorem, aliasque sensibiles qualitates corporibus inesse putamus: attamen in corporibus sunt tantum potentiae in nobis excitandi sensationes frigoris, caloris, atque aliarum qualitatum: sic etiam videmur nobis videre oculis, audire auribus, tactu manuum et pedum sentire, attamen in oculis, in aure, in manu, in pede nihil est aliud quam partium externa illorum sensuum constituentium impulsus, vellicatio, affectio sine sensatione. neque enim nulla fit nobis sensatio, si impulsus vellicatio, affectio sensorum externorum ad cerebrum usque non propagatur, aut cum propagatur si cerebrum morbo aliquo laborat. Sed cur videmur nobis in oculo aut in aure coloris aut soni sensationem experiri? quia nimirum ab oculo vel aure actio ad cerebrum propagatur, seu quia sensatio coloris aut soni immediate pendet ab immutatione cerebri, mediate vero ab immutatione oculi aut auris. sicut eadem ex causa fit, ut sensibiles qualitates inesse corporibus putemus, ut res visa eo loco appareat unde aliis species seu radius rectus ultimo advenit tametsi res illa non sit eo loci veluti dum aliquid intuemur in speculo.

Oppon. 2° Evenit plerumque ut eodem tempore odorem, sonum, saporem, colorem, calorem, frigus, dolorem, laetitiam et voluptatem sentiamus; ergo si sensatio perficitur in solo cerebro, nimirum in conario Cartesii, aut in suo cerebri ventriculo ut aliis placet, in uno conario aut ventriculo componi deberent eodem tempore multiplices variae contrariaeque distinctae affectiones quod repugnare videtur.

Resp.° in qua cerebri parte anima resideat, et perficiatur sensatio incertum est. Cartesius animam collocavit in pineali cerebri glandula conarium dicta. sed minus recte id factum fuisse opinatur Boerhavius, et Soldus medicus et anatomicus Amstelodamensis observavit in glandula pineali lapillos, et aliquando tam multos, ut tota ex lapillis quasi glandula constaret cum tamen in vita mens sana et constans fuisset, sensus et motus integri. Hoc refert Plempius apud clarissimum Lucam Tozzi Tom. 2. Medicinae Artis de Sensibus

alii

Aliis proprius placuit sensationis, sedem et animae collocare in aliis cerebri partibus, id res adhuc incerta, in qua quid affirmare debeamus non habemus. Dicimus ergo generatim in eo cerebri loco sensationis et animae sedem sitam esse ex quo omnes nervi suum principium suum ducunt. Sed quomodo, inquis, in tenuissima cerebri parte tot distinctae affectiones eodem tempore componi possunt, quot requiruntur, ut eodem tempore odorem, sonum et sentiamus? ea nimirum aut simili ratione, qua milleni nervi alii aliis diversis sensationibus et motibus destinati ab exilissima cerebri parte originem ducunt, eo aut simili modo, quo in foetu, exilissima nempe, et diffluenti materiae parte, continentur omnia vasa corporis humani, eo aut simili pacto quo in fundo oculi depingitur imago omnium objectorum, quae uno intuitu conspiciuntur: [illegible] natura in suis operibus utitur tam parvis machinulis, ut nec visu, nec mente possimus illa attingere.

Objicies 3°. Si in solo cerebro perficitur sensatio nullum animal vivere posset sine cerebro aut cerebro vitiato integrum sensuum usum habere: atqui oppositum docet experientia ergo etc. prob. min. In Historia academiae scientiarum narrat Bonius natos esse [illegible] qui ad debitum tempus gestati, et legitimum incrementum nacti sunt, cum tamen in eorum calvaria nullum cerebrum repertum sit: aliquando vero etiam medulla spinalis defuerit, aut ejus partis [illegible] repertae fuerint: addit morbosum [illegible] non semel inventa fuisse cerebra puerorum qui lento morbo extenuati integrum sensuum usum ad mortem usque conservaverint: similia habent alii medici et Anatomici. Sic post magna vulnera cerebri usque ad ventriculos, usque homines non convaluisse solum, sed integris sensibus [illegible] testatur Galenus. Sic ex Historiis quas refert [illegible] constat nonnullorum animalium cerebrum lapidefactum fuisse observatum.

Resp. cum clarissimis viris Galli nostro et Italiae. Primo [illegible] in multis earum historiarum quae narrari solent pro demonstranda absentia cerebri fuisse utique cerebrum et loco tantum mutatum fuisse. tales sunt historiae Pauli Tulpii Bartolini Boneti atque aliorum. addit secundo vices cerebri supplere potuisse spinalem medullam, quae nervis ad cor et pulmones, et vitalia viscera euntibus sufficeret; hinc spinalis medulla in infantibus cerebro major fuisse legitur apud Ritlefum aliosque. Suspicatur tertio [illegible] loco cerebri aut etiam spinalis medullae organum aliud illi analogum [illegible] a natura, in quo

sensatio

sensatio reficeretur: ita Mengelus in fetu a se dimoto loco cerebri observavit carneam massam, que vesiculis et filamentis constabat; his vesiculis ac filamentis licet cerebrum a cerebro figuram alo. item sortitis tantum spirituum vitiori sat. tum modo secerni potuit quantum sufficeret ad nervos irrorandos, et ad tornicam sensationes recaptandas. finimode estit quanto, ...

pene omnes casus ... cerebri cum hydrocephali coniunctos fuisse. in cuius rei confirmationem plures Ana. tomicorum rerunt narrationes. sed ...idem auctor, in hydrocephali, cerebrum ... et ... meningum aque instar vessica exitit. ... fieri potuisse, ut cerebrum aut in humores abiret externos aut re... meatus, ... atque loco observatori ... effugeret. Denique ... concedendo fetus esse ... in quorum calvaria cerebrum aut etiam medulla spinalis defuerat; sed ex hoc nihil aliud ... nisi cerebrum et medullae spinalem morbo aliquo, paulatim contabescere fetus, e proinde tandem ... cerebro vita omnis in fetu perierit. Huic argumento non mediocre pondus accedit ex eo quod cerebri defectus in fetu fuerit observatus (fetus autem vita pene aliqua ... est) ...que motuum auctor sanguis a Matre fetui accedit, nempe sanguis ex Matris placenta per venam umbilicalem ad illius cor defertur atque hinc per universum corpus propellitur, neque ulla in fetu pulmonum ... et respiratio. Denique fetus in matris utero crescit et vivit ... quae quidem ... vivere, atque ... posse fetum ... cerebro paulatim contabescat, ...que ... nuatur ac tandem pereat.

... fetus, in quorum calvaria, nullum cerebrum ... narratur. ... nunc ad eos cerebri morbos ... atque ... nego autem integram ... eos, quorum cerebrum morbo laborant, ... negari ... qui ... tum veteres tum recentiores anatomicos observasse animalia fatua esse, et vertiginosa, quae mali ... generis ... hoc morbo ... et ... constanti ... observationes profert Haller ... laudatus in notis ad insti. tutiones medicas Boerhavii tom. 2º. ubi addit ... cerebri vitio vitae ... quandoque datur cum maximis pulmonum morbis aut cordis vulneribus.

Quam adeo

Cum addo de cerebri concretione in massam lapideam, scilicet aut verum sub massi lapideu, cere-
brum latuisse, aut cerebri concretionem in cranio factam fuisse non statim, sed id paulatim:
profecto in istorii lapidefacti cerebri quos memorat Vallisnerius, constat omnes in quibus hoc
hae sensim vires ac vitam amisisse
vitium repertum est ceteris fuisse stupidiores, pendulo ac quasi semper nutante capite incessisse, ma-
nifesto sane indicio eodem pene gradu in illis vitam defecisse quo cerebri concretio augebatur.

Quaeres primo quid dicendum sit de viperis, aliisque id genus animalibus, quae si in plures partes
secundum longitudinem secas, singula illorum frustula moventur adhuc, et si pungantur, contrahunt
sese veluti in orbes signum, imo uno extremo in caput, altero in caudam mutato, in perfec-
tum completumque animal abeunt. Haec portentosa phaenomena in vermiculis observarunt
Templeius, Reaumurius, aliique sicuti testatur Marchio Scipio Maffeius scribens ad Iose-
phum Tisaninum comitem Ravennatem.

Resp. triplex genus motionis in corpore animalium distingui posse, animales, vitales, naturales.
Animales sunt corporis agitationes variae quae cum sensu sunt coniunctae, vitales quae fiunt sine sensu
et ad vitam sunt necessariae, naturales quae fiunt sine sensu et sine vita. Iam vero motus illi,
qui in dissectis vermiculis observantur esse possunt primo naturales, quatenus nimirum fluidum
elasticum in vasculis nervisque contineatur easque agitet. ita etiam cor hominis a pectore recens
avulsum sibi tactum visum est quandoque trepidare moveri sese contrahere. Sed possunt secundo
esse vitales. in omnibus enim animalibus eadem non est partium corpus componentium structura
neque eisdem legibus eodemque modo vitales motus peragunt: hac de causa factum est, ut ani-
malia in imperfecta et perfecta distingui soleant. Dicuntur autem ergo imperfecta ea
animalia, de quibus quaestio instituitur: fieri ergo potest, ut in dissectis eorum partibus vita-
les motus ad aliquod tempus perfici possint, quod non contingit in animalibus perfectis.
Hinc extracto corde et pulmone perfecta animalia vivere non possunt, sicuti vivunt ranae
quae innatant aquae si in illas proiiciantur. In his ergo casibus animalium partibus anima-
les motus haberi posse negamus, hoc enim semel posito sequeretur eorum animam in plures
partes dividi posse. Sed quomodo explicanda erunt phaenomena, quae teste Maffeio in dissectis
vermiculis observarunt Templeius, Reaumurius, aliique? Si coniecturis consectari licet,
hoc modo ea explicamus: scilicet dissecta animalcula quorum recentia iam maturitatem obti-
nentium magnum numerum habeant in tenui corpusculo una cum corporis partibus ova etiam
a se invicem disiuncta sunt. (in ovis futuri animalium stamina latent) hae tenues quandoque
motu paulatim evoluta novi animalculi speciem aliquorum dierum spatio observatorum oculis exhibuerunt.

Ceterum

Cæterum quoque sit in imperfectis animalibus sedes sensationum, seu in qua omnis ante sensatio perficiatur, determinare non possumus, neque debemus hoc loco, in quo sermonem instituimus duntaxat de perfectis animalibus, ac potissimum de homine.

Quæres 2º qua ratione sensorii passiva immutatio cerebro communicetur.

Resp.º Hujus quæstionis solutionem difficilem esse. Alii enim volunt nervos tensione sua chordarum musicarum instar tremores efficere, sicque sensorii immutationem ad cerebrum deferre. alii fluidum subtilissimum, quod nervos irradiare dicunt, unicum causam esse necessarii sunt. Posteriorum hæc opinio nobis probabilior videtur, sicque constabit ex sequenti Propositione. Sed ad illam antequam veniamus sciendum est nervos esse cerebri veluti propagines quæ in oblongata et spinali medulla tanquam in trunco primum collectæ, tum in plures quasi ramulos divisæ per totum hominis corpus naffanili [?] penitus divinoque artificio dispergantur ac propagantur. Sunt autem nervi chordæ quædam albicantes ex pluribus quamminimis fibrillis cordulis contextæ, quas sibi canum fistularum instar inter cavos esse supponimus, ut spiritus animales in se recipiant et in singulas quasvis corporis partes traducant. Sunt vero spiritus animales fluidum quoddam summe mobile, subtile tenue, clarum, et lucis radiis affine in cerebro separatum, atque inde velut ex fonte suo in omnes nervulos et nervos influens diffusum. Ut quæ ex anatomicis fusius tractari solent breviter adnotabimus.

Prop. 2ª – Passiva sensorii immutatio ad cerebrum deferri non potest per tremorem nervorum, unde ea ad cerebrum propagari putamus ope spirituum animalium nervos irradiantium.

Pro. prima Prop. pars. Experimentis et observationibus constat primo nervos in origine sua molles esse, et flaccidos et similes in fine. origo enim nervorum est tenerrima cerebri substantia, finis vero est nihilominus molli et tenui substantia: ideo in progressu etiam medullosi et deliquescentes sunt nervi. quamvis enim in aliqua a cerebro distantia videantur nervi fieri callosi et valentes, attamen callosum illud ... oritur ex membranis, quæ in cerebri egressu nervos tanquam vaginulæ quædam circumvestiunt et comitantur. Atque res ita esse, tum ex eo pluribus tum ex eo satis manifestum, quod exteriorem et densiorem vaginam nervum unquam deponit quando in proprium munus sui idem se recepit. Id quod in nervis optico, et auditorio se observasse fatentur omni exceptione majores, sicuti testatur Aucteur, ... qui ad majorem rei confirmationem addit nervum resectum longiorem fieri, quam cum integer erat, cum tamen restringi deberet, si tensus et elasticus esset, uti

sin autem

in arteria aut musculo contingit. His positis hoc inclitus argumentum. ut tremor a tremis in corde musice imprimatur, et absque sensibili temporis intervallo ad oppositum cordae finem perambulet, necesse est ut corda tensa sit et elastica. nervi autem a molli initio pinnt, molles progrediuntur in mollis desinunt, ergo sensorii passiva immutatio ad cerebrum deferri non potest per tremorem nervorum, uti in cordis musicis observatur. constat secundo observationibus multos et insignes nervos, ita ad partes alias validiores colligari ut brachione nulla moveri possint nisi totum illud pathon distrahant cui diviaduntur evidenter in pari ... Nervi cordis valide adhaerent membran[ae] arteriarum principum, et nervi alii magis arteriae in plexum pariter inclitas tenent. Adde nervorum varios inter se plexus; sed corda musica difficillime oscillat musice si alii fuerit implicata tremorem deperdit si circumligato gravi pondere interrupta fuerit. ergo sensorii immutatio, quae fit ex levi etiam ictu, cerebro communicari non potest per tremorem nervorum quin quidem quasi cordae musicae supponantur. Observationibus constat tertio nervorum i ... as frequentes inflexione etiam ubi progrediuntur per molles corporis partes sed corda elastica, et in utraque extremitate firmata non potest tremere musice nisi in puncto inflexionis firmata sit ad corpus immobile. ergo nervi haberi non possunt tamquam ... quae sensorii immutationem tremore ad cerebrum deferant.

Prob. ... propositionis pars. Evidens est prius sensorii immutationem ad cerebrum deferri debere per nervos. Sunt enim nervi qui a cerebro per totum corpus dispergantur certum et secundo sensorii immutationem ad cerebrum deferri non posse per tremorem nervorum consequitur ergo tertio in nervis fluidum aliquod contineri cujus ope sensorii immutatio ad cerebrum deferatur. Celeberrima haec opinio est a recentioribus si pauca excipias acceptata. tum enim clarissimo ... ab antiquissimis temporibus perpetua traditione constitit, esse nostrae per nervorum ministerium nervo vero agens per principium fluidissimum quod per nervo ferat et animae cum corpore quoddam quasi vinculum constituat.

Opp. 1. Clarus in arte medica viri ... qui p... animalium existentiam negarunt. primo quia nulli possunt oculis percipere hujusmodi ... secundo ... non ... ... inter cerebrum et ... ligantur. tertio quia nulla in nervis ... distinguitur cavitas, quae fluido ... quarto quia nervi ... non explentur ... etiam maxime.

Resp.o ad pr.m spirituum animalium particulas adeo subtiles esse ut ope sensuum distingui non possint. Sed ex quo oculis exhiberi nequeant non proinde eorum existentia negari potest quae necessaria quasi illatione consequitur ex iam dictis. Exemplis aliquot utemur. Quamquam [illegible] ultra [illegible] inventae fuerint nemo potuit oculis exhibere communicationem arteriae venae cum vena venam; quis tamen inde communicationem arteriae cum venis negavit? Penitus sanguis ex secta vena [illegible] in loco [illegible]; diminuitur perpetuo massa quamquam [illegible] sanguis. Nec microscopio quidem ullam exhalantem particulam vidimus [illegible] ne per totam exhalare dicas! a nari ergo Spiritus animales non videmus utique, sed de eorum existentia audacter [illegible]

Ad secundum resp.o nervorum vascula exigua esse, adeoque non intumescere inter cerebrum et partem si ligentur. hac de causa arteria lymphatica si ligatur non intumescit. Adde nervos a vinculo quandoque destrui non semper in [illegible] integra sua experimenta [illegible] contigisse refert [illegible]. Praeterea tanta est tenuitas liquidi in nervo contenti ut superare non possit resistentiam membranae quae nervum circumvestit dicimus.

Ad tertium eadem est responsio quae ad primum addita ex valde fistulas nerveas [illegible] [illegible] modo a collapsis membranis comprimi posse [illegible] obstrui posse, ut nulla appareat cavitas [illegible] fluido irroratur

Ad quartum respondeo cavitates in [illegible] nervi adeo tenues esse, ut [illegible] oculi distingui nequeant, ita nulla possint injectione repleri quod si replentur alia vasa etiam minima, hoc ideo est quia haec vasa quae minima dicuntur comparata cum vasis grandioribus maxima sunt si cum nervis conferantur. omnis enim magnitudo relativa est, et possunt esse corpora, quae sint ad granum sabuli, ut granum sabuli ad orbem magnum universi.

Sunt qui spirituum animalium existentiam [illegible] ostendere conati sunt quam solent impugnari. Malpighius et Bellinus narrant ex dissectis nervis exstillare fluidum. Anatomici [illegible] injecto per arterias carotides [illegible] atramento [illegible], dissecto deinde nervo auditorio, optico aut alio observarunt in nervis dissecti puncta nigra quo cavitates tubulorum nervearum demonstrari [illegible]erunt. [illegible] nervorum [illegible] diametro, et per longitudinem porrectas fistulas se vidisse persuasus fuit. [illegible] ligato nervo animalis recens nati [illegible] [illegible] intumescere inter cerebrum et vinculum dum. [illegible] observationes et experimenta in dubium revocant Boerhavius, ejusque discipulus Haller. Quare aliis speculationibus res in[illegible] duximus rationes [illegible] appositas.

Quaeres ubi ex quo, et quomodo Spiritus animales [illegible]

Resp.° ibi fabricari Spiritus animales ubi defluere per nervos possunt eosque irrigare - cum ergo nervi omnes ex cerebro tanquam ex radice prodeant, in cerebro fabricantur spiritus animales necesse est. Materia ex qua fabricantur est sanguis vividior, qui per arterias magna in copia a corde ascendit ad cerebrum. Spirituosae itaque sanguinis particulae sicuti in alia corporis fluida secernuntur ita in spiritus animales (perfectiori tamen modo) puro putrique evadunt. Huius secretioni modum assignare difficile nimium est; neque id mirum cuiquam videri debet. natura enim in quo [illegible] nobis ostendit nostrae cognitioni [illegible] effectus produxit.

Opp. 2°. Ex sanguine per arterias ad cerebrum a corde ascendente continua fit spirituum animalium secretio; hoc autem repugnat. Ex continuo siquidem fluxu spirituum deberent nervi paulatim distendi, in unum [illegible] congeri, ac demum effringi, cum [illegible] molles progrediantur, in molli desinant.

Resp.° Spiritus animales qui a cerebro in nervos fluunt triplicem a nervis [illegible] primo spiritus cum ad ultimos nervi ramulos perveniunt transit in vasculos omnium minimos ex vasculo reducem spiritus ineunt ad vasculum proxime maiorem, inde in tertium et sic successive in venas lymphaticas, ipsumque sanguinem et cum eo sanguini convectus nempe cor dextrum. Ita Boerhavius. Secundo ex apertis nervorum poris exhalant spiritus qui vapori similium [illegible] partes contiguas quo deficiente [illegible] ne condensentur revertuntur per minimos venulas et ordine opposito ad sanguinem atque in circulationem redeunt. Ita Haller in Hippocrate. tertio nervi ultimi [illegible] ramuli aperti ex cute exhalare videntur spiritus aliquo. Triplicem [illegible] spirituum animalium ex nervi exitum confirmat triplex arteriae exitus qui a nos quos modo nominavimus [illegible] dividitur.

Opp. si spiritus animales e nervo continuo exeunt, novi semper spiritus a cerebro descendunt ad nervos irrigandos: hoc posito sensorii immutatio ad cerebrum [illegible] deferatur [illegible] celeritate [illegible] non potest ut eodem momento quo sensorii immutatio fit sensatio etiam habeatur. Si enim sensorii immutatio ad cerebrum deferatur necesse est ut spiritus animales versus cerebrum moveantur. at si spiritus continuo fluunt a cerebro [illegible] non possunt versus cerebrum [illegible] moveri [illegible] motus [illegible] a motu contrario.

Resp. contra concesso, motum quo spiritus animales fluunt ex cerebro ad irrigandos nervos esse motum translationis in totam [illegible] quo [illegible] sensorii defertur ad cerebrum esse motum vibrationis [illegible] particulis. Exemplum proferamus. motus quo aer vento agitatur est motus translationis in tota aerea massa motus vero, quo sonus [illegible] aerem, est motus vibrationis in particulis aeris. Sicuti ergo potest aer ab oriente in occidentem agi [illegible] ventis eodem tempore [illegible] sonus [illegible] gatur ab occidente in orientem ita spiritus animales [illegible] a nervo fluere possunt [illegible]

tempore quo per ipsa [illegible] immutatio [illegible] ad cerebrum. Explicandum et modo qui fiat ut eodem tempore quo sensorii immutatio fit, sensatio etiam habeatur exemplis hic pariter est opus: Si globuli eburnei in serie ponantur absque sensibili successione videmus moveri ultimum dum primus impellitur. Si canalis utcut inflexus fuerit aqua plenus, [illegible] aqua [illegible] eodem momento quo urgetur embolus. Pulsationes enim arteriae quae per manum pergit sentimus eodem tempore quo cordis contractiones fiunt. Sed igitur ratione motus spirituum animalium, qua nervorum fistulae plenae sunt momento temporis a sensorio immutato ad cerebrum propagari potest. Atque motus hujusmodi debet [illegible] aut retardari sensibiliter a motu quo a cerebro in nervos fluunt spiritus animales. est enim motus hic translationi in toto, ille vero vibrationi in partibus uti vidimus. Alius motus quo in nervos fluunt spiritus animales maxime languidus [illegible], uti ex sequentibus constabit.

Atque unde et quantus sit motus quo spiritus animales in fistulas nerveas propelluntur.

Scimus omnem in corpore fluidorum partium motum pendere a cordis vi propellente et ab elastica indole membranarum. hinc ergo erit aliud motus quo spiritus animales in fistulas nerveas propelluntur: sed motus hujusmodi erit maxime languidus primo quia nervi sunt vasorum minima, adeoque impetum habent a corde remotissimo languidissimum. secundo quia membranae haurent eam renitentiam, qualem a pultacea cortice cerebri et a mollissima medulla accipiunt. molles quippe cum sint membranae languido certe impetu spiritus animales promoverunt.

[illegible] 3°. Cordis motus alternus est cum quiete perpetuis vicibus tempora dispertiens; ergo si spirituum animalium motus a corde pendet non erit eorum propulsio continua, sed alterna quiete intercipietur quoties cor dilatatur relaxatur hoc posito sensus non erit continuus; contra experientiam.

[illegible] paritate. Sicuti arteriarum sanguis a corde impellitur, et [illegible] tamen perpetuo ita quidem ut ex arteria directa sanguis absque intervallo profluat ita sensationes perpetuas esse existimo, licet spirituum animalium motus a motu cordis alterno pendeat.

[illegible] Sicuti sanguis ex arteria directa profluens accelleratur quoties cor contrahitur, ita sensatio major esse [illegible] quoties impetus sanguini in vasa corticalia cerebri major est adeoque nervis sunt [illegible] quod tamen est contra experientiam.

[illegible] contra. Concedo sensationem magis vividam esse debere quoties cor contrahitur, idque observavit [illegible] in [illegible] sensatione, quam magis vividam repetito experimento dixit in cordis contractione. Fateor tamen ejus viri auctoritatem tantam non esse ut omnes ei credere [illegible] quam [illegible] experi[illegible]. Investiganda est igitur causa, qua fiat, ut hanc sensationum inaequalitatem distinguere ipsi nequeamus [illegible] autem ita explico. Impulsiones a corde sanguinis ope in nervo continuas [illegible] sed subinde augeri ob eorum contractionem [illegible] tamen vices distinguere non possumus quia

velocitati accessio tum minima est tum consequitur alteri quae reddit deleta est.

Cap. 4°. Nervorum ramuli exiliores in grandiorem nervum desinunt, saepe; imo nervi omnes colliguntur veluti in trunco in medulla oblongata et spinali. Finge nunc in diversis corporis partibus ex. gr. in utraque manu immutationem fieri. immutatio usque ad cerebrum affertur per motus spirituum animalium; ad motus spirituum animalium ex diversis corporis partibus ex. gr. ex utraque manu advenientes, ubi nervi colliguntur vel sibi debent velim unum compositum motum edere: si primum nulla erit sensatio, si secundum ex distincta utriusque manus immutatione distincta non videtur sensatio; quorum utrumque experientiae adversatur

Resp.° cum Boeravio, nervorum structura comperari optime, posse arbori cujus truncus est medulla oblongata, radices cerebri et cerebelli medulla: nervi rami referunt. cum ergo in ramis arboris distincta fibra nulla extat quae non fuerit distincta in trunco neque ulla in trunco distincta est, quae non in radicibus distincta fuerit, ita nervorum ramuscula distincta semper remanent, etiam ubi in grandiorem nervum desinunt aut medulla oblongata et spinali colliguntur. Huic conjecturae vim addunt experimenta quibus constat in plures minores [illegible] fibrillas nervos si in aqua macerentur. quod si ita est, nulla est oblata difficultas. Spiritus enim animales ex utraque manu advenientes, distinctis fibrillis continentur etiam ubi nervi videntur colligi. Cum propterea motus neque sibi debent neque unum compositum motum edere.

Quaeres an motus vitales et contrarii in corpore fiant ope eorundem spirituum animalium quibus sensatio ad cerebrum defertur.

Resp.° motus vitales in corpore fieri ope spirituum quos vitales dicunt. vitales autem [illegible] spiritus ab iis, quos animales appellavimus, distingui debent. animales enim spiritus in cerebro, animales vero in cerebello secernuntur. nervi quidem continentur spiritus animales ex cerebro. [illegible] cerebello ortum habent nervi qui vehunt spiritus vitales. itaque spirituum vitalium ac animalium distinctio quibus [illegible] [illegible] non est [illegible] [illegible]. sufficit enim [illegible] in se communi conservari. sicut vero distincta sunt fibrillae quae spiritus tum animales tum vitales devehunt ita saepe fieri per fibrillas a motoriis diversas nonnumquam [illegible] videbitur. [illegible] neque desunt experimenta quibus haec conjectura potest confirmari. Docet enim experientia apoplectico morbo laborantes, ita [illegible] in aliis corporis partibus quandoque vitiari est [illegible] destituantur motu minime animo et vitali [illegible] aliquando dyscedent semper minime destitutae quod sane explicari non [illegible] spiritus tum motrici, tum [illegible] inservientes eadem fibrillae continerent [illegible] opinionem [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible] quod respondere debeat quaerenti quomodo [illegible]

quomodo immutatio facta in parte corporis ad cerebrum deferri queat eodem tempore, quo pars ipsa corporis movetur ex imperio voluntatis.

Antequam vero propositum finem sciamus pauca dicenda essent de illo quo elasticam naturam nervi in meningibus quae nervos comitantur ponunt. Etenim per tremorem meningum, ut ut elasticae sint, sensorii organi immutationem ad cerebrum deferri non posse, constat ex iis quae diximus in probatione. Ne igitur tempus in iis repetendis frustra teramus, transeamus ad alia.

De unione inter mentem humanam et corpus.

Quae de mentis et corporis unione hactenus excogitata fuerant ad tria systemata referuntur, nimirum Assistentiae seu causarum occasionalium, harmoniae praestabilitae, et physici influxus. Nam mens humana et corpus, duae nimirum substantiae, si ita uniantur, ut altera in alteram agat, id erit Systema influxus physici. Si ab eadem causa extrinseca utraque substantia agitur ac determinatur repetita et immediata semper actione, id erit Systema assistentiae seu causarum occasionalium. Si utraque substantia agit viribus sibi peculiariter insitis, sed tamen consonis, id erit Systema harmoniae praestabilitae. Rem simplici exemplo. Finge mentem ac corpus duo esse horologia quae consonent; obtineri id potest triplici modo; primo si fieri ut alterum agat in alterum, atque hanc viam influxus voco; secundo si opificem suum comitem fieri qui horologia sibi mutuo accomodans, alterum ex altero semper dirigat atque hanc viam assistentiae, seu causarum occasionalium appello. Tertio si horologia ita accurate efficeris ut [illegible] in motibus harmonice sibi respondeant, atque hanc viam voco harmoniae praestabilitae. Haec sunt Systemata, de quibus quid iudicandum sit modo investigamus.

Quaestio Prima. De Systemate Harmoniae praestabilitae.

Qui primus Harmoniam praestabilitam excogitavit fuit Leibnitius. Huic postea adhaeserunt [illegible] plures, inter quos celebriores enumerantur Wolffingerus, et [illegible] cuius [illegible] compendium accipite. [illegible] doctrina est omni substantiae tam corporeae quam incorporeae inesse vim quandam activam atque ab ea perenniter actiones suas quasi emanare. Hac vi sua sine ope externae cuiusvis causae omnes suas perceptiones et appetitiones contracta serie producit Anima, et corpus pariter combinata serie ex legibus motus, sine ulla animae ope vi sua producit omnes suos motiones; motionibus corporis harmonice consentiunt animae perceptiones et appetitiones quia nulla in anima datur perceptio vel appetitio, quin aliquis ipsi in serie motuum respondeat motus, et vicissim nullus in serie motuum datur motus quin eidem in serie perceptionum, et appetitionum aliqua respondeat perceptio et appetitio. In systemate igitur harmoniae praestabilitae commercium animae et corporis explicatur primo per seriem perceptionum, et appetitionum in anima, secundo per seriem motuum in corpore, ita ut tertio per naturam animae et corporis series istae harmonice inter se consentiant. Ista est hypothesis Leibnitiana

quae mihi

quæ mihi videtur ab eo admitti non posse qui humanam libertatem ... mei valet uti requiris demonstrabit

Prop.ª Systema harmoniæ præstabilitæ admitti non potest ab eo qui humanæ voluntati libertatem indifferentiæ concedat.

Antequam ad solutionem veniamus, præmittendum est, homini inesse libertatem tum a coactione, tum a ~~[illegible]~~ necessitate naturæ, ex qua ~~[illegible]~~ libertate consequitur ea quæ indifferentiæ solet appellari: libertas a coactione excludit omnem ~~vim~~ necessitatem extrinsecam: intrinsecam excludit libertas a necessitate naturæ. Porro qui ita liber est habet libertatem indifferentiæ quæ est contradictioni et contrarietati: libertas contrarietatis ea est, per quam agens potest contrarios actus producere: contradictioni vero libertas ea est, per quam agens potest agere et non agere. Hisce positis, quæ mihi hoc loco concedi postulo

Probo Propositionem. Inter actus voluntatis humanæ liberos, sunt actus imperati: atqui posito systemate harmoniæ præstabilitæ, humana voluntas in hisce actibus libera non est libertate indifferentiæ ergo etc. prob. min. Actus imperati vocantur illi qui ad nutum voluntatis sunt [illegible] [illegible] ... [illegible], recensentur quorum alii sunt interni cogitationes nempe et reminiscentiæ: alii externi, motiones nempe corporis variæ [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] systemate harmoniæ præstabilitæ, voluntatem humanam in hisce actibus liberam non esse libertate indifferentiæ sic ostendo. Co in systemate tum interna mentis actiones tum motus corporis [illegible] ... corporis et menti indita manant sic successiva quæro igitur potuerint ne ... voluntatis aut mens ab actione cessare, aut corpus a motu? potuerint necne aut mens aliam actionem producere aut aliud motu corpus creare? Si potuisse affirment [illegible]; ergo [illegible] [illegible] neque enim actiones quæ sive in mente sive in corpore fiunt, [illegible] [illegible] posita est in antecedentibus mentis et corporis actionibus Praeterea actione [illegible] non erat [illegible] [illegible], [illegible] non erat ex natura mentis et corporis: quippe quæ immutari nullo modo potuisset. Sin vero, potuisse negant: ergo in actibus illis nulla erat voluntatis humanæ libertas indifferentiæ neque enim ad nutum voluntatis mens et corpus poterant agere et non agere aut contrarios actus producere. Systema igitur Harmoniæ præstabilitæ etc.

Prop. ... humanam ~~[illegible]~~ voluntatem ... libertate ~~[illegible]~~ indifferentiæ in actus imperatos est vera et [illegible] potest [illegible] si actus possit imperare, et non imperare, aut in genere contrarios [illegible] [illegible] [illegible] respondeant motus corporis, et mentis perceptiones aut cessationes a motibus, et perceptionibus In systemate autem harmoniæ præstabilitæ [illegible] habentur. est enim voluntas [illegible] libera [illegible] [illegible] quam [illegible] imperandi, aut non imperandi et proinde indifferens: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

respondeat actus imperati, quia seriis perceptionum in mente et motuum in corpore praestabilita est, juxta id quod voluntatem esse vel non voliturum praevidit Deus. Rem exornant similitudine: Finge Deum efformasse machinam servi tui prorsus similem, quae famuli vices apud te obire debeat; atque ut haec machina suo munere fungi, et tui imperiis obsecundare possit, finge eam tali artificio fuisse constructam ut eius motus successiva serie futuri respondeant tuis imperiis iam a Deo praevisis. Hac in hypothesi nonne tu in famulum habere liberum imperium? Hominis voluntatem tibi omnino similem puta; famuli actionibus comparari actus imperatos.

Resp. allata objectio si rite examinetur vult actus imperatos liberos esse et dici posse per hoc praecise quia respondent actibus ab humana voluntate elicitis, volitionibus nempe et nolitionibus: per hoc autem praecise actus imperati, motus scilicet corporis et mentis perceptiones, humanae libertati nunquam nullo modo dici possunt. quot enim sunt, quae actibus a voluntate nostra elicitis respondent, quaeque nostrae libertati subesse nemo dixerit? quis unquam libertati nostrae tribuit motus lunae, fluxus, solis quae hanc planetas moveri vult? Ut igitur actus imperati liberi sint, et dici possint, non solum requiritur, ut respondeant actibus ab humana voluntate elicitis: sed insuper requiritur, ut ideo respondeant, quia eorum actuum causa determinans est humana voluntas. motiones autem aut perceptiones, quae in corpore aut mente fiunt humana voluntas nullo modo est causa determinans. Atque ut de motibus corporis primo sermonem instituamus, ea nullo modo est causa determinans quicunque, quae sublata res ipsa ponitur eodem modo, sed motus corporis eodem quo nunc modo adhuc consequerentur etiamsi anima non existeret nam si Wolffio audias Archimedes, tam insignia inventa quibus geometriam ditavit, in libris suis exposuisset, scribique, neque eadem quo conscripti sunt, modo susciperet etiamsi nulla ipsi inesset anima. ergo anima nullo modo est causa determinans motuum qui fiunt in corpore. Praeterea humana voluntas nullo modo est causa determinans eorum motuum qui invita, imo etiam invita anima fiunt in corpore; ergo neque eorum, qui liberi et voluntarii dicuntur utriusque enim generis motus sunt a Deo corpori indita ita ut posterioris motionis ratio sufficiens sit semper in antecedente. Hoc argumento ostenditur etiam voluntatem humanam non esse causam determinantem perceptionum quae fiunt in mente. inter perceptiones enim sunt aliquae quarum causa determinans non est voluntas. Hujus generis sunt illae, quas invita etiam voluntate in nobis excitari sentimus: ergo aliarum omnium perceptionum nullo modo est causa determinans voluntas. omnes enim mentis perceptiones sunt a Deo menti inditae, ita ut posterioris perceptionis ratio sufficiens sit semper in antecedente.

At dicat aliquis

At, dicet aliquis, volitionem animae non quidem ut reipsa existentem sed ut a Deo praevisam esse causam determinantem eorum actuum quos imperatos sive voluntarios dicimus, hoc est motus corporis et mentis perceptiones volitionibus nostris respondentes esse quidem necessarios, quatenus fluunt a vi menti et corpori indita serie praestabilita et immutabili, sed simul liberos dici posse quia series illa praestabilita et [illegible] est, quod nos liberam volituros praescivit Deus.

Huic instantiae in qua vis omnis difficultatis sita est triplici ratione [illegible] primo volitio animae non ut reipsa existens sed ut a Deo praevisa est ratio sufficiens cur actus imperatus ex causa motus linguae voluntarius et liber sit [illegible] voluntarius et liber dici [illegible] quidem actus necessarius [illegible] motus cordis. uterque enim motus fluit a vi corpori indita. Sicut motum linguae volo ita et cordis motum ne velim quid vetabit? [illegible] utrumque motum [illegible] liberum praescivit Deus utrumque igitur motus aut liber aut necessarius est. quod cum dici non possit, fateri debent harmonistae volitionem animae ut reipsa existentem esse causam determinantem motus liberi, hoc est corpus ex imperio voluntatis ita moveri, ut possit hic et nunc non moveri, vel moveri diversimode. sicuti voluntas hunc motum ita imperat, ut possit hic et nunc non imperare, vel imperare diversum.

Secundo ex divina praescientia rerum natura non immutatur atque ideo posita divina praescientia res tales sunt quales essent si divina praescientia minime [illegible]. Ergo sita disputatione rerum ex divina praescientia rerum naturas et proprietates debemus inferre uti inferunt harmonistae, sed ex rerum natura et proprietatibus divinam praescientiam. Tertio si menti perceptiones necessariae sunt quatenus fluunt a vi menti indita serie immutabili non video qua ratione libertatem mentis vindicare possint respectu ad actus etiam elicitos in humana voluntate [illegible] harmonistae quod si interior sunt actus eliciti volitio nempe et nolitio determinationes a perceptionibus promanantes, est enim volitio aut nolitio ultima mentis determinatio qua aliquod eligimus, aut aversamur: ratio autem sufficiens cur eligamus est ratio boni ratio vero mali cur aversamur. sed quoniam ratio omnis mentis perceptiones [illegible]; ideo volitiones et nolitiones seu determinationes a perceptionibus promanantes ergo si perceptiones fluunt immutabili serie [illegible] etiam erunt series volitionum et nolitionum [illegible] si enim series immutabilis est volitionum et nolitionum non est vere et proprie libera. est enim [illegible] voluptate et cum dolore nolit [illegible] et volit et [illegible] potentia ad oppositum, quae potentia ad oppositum nulla est statim ac volitionum et nolitionum series immutabilis statuitur.

Ea quae hactenus

Ex quae huc usque dicta sunt paucis colligo. Humanae voluntatis imperium exercetur supra actus imperatos, puta supra motus corporis voluntarios, ut motus huiusmodi subsint voluntatis imperio debent a voluntate pendere: iam a voluntate non pendent ut a causa immediata et efficiente; id enim esse non potest sine actione mutua animam inter et corpus, quam repugnare dicunt Harmonistae; pendent igitur motus corporis illi ab humana voluntate tamquam a causa determinante. Humana autem voluntas non est causa determinans motuum corporis. voluntas enim quia viget libertate indifferentiae, ita motus corporis determinat ut possit non determinare vel determinare contrarios: ergo motus corporis, si sunt effectus voluntatis humanae tamquam causae determinantis, ita debent produci, ut possint non produci, vel produci contrarii: sed motus corporis immediate fluunt a vi corpori indita quae cum sit causa necessaria, ita motus omnes producit, ut nequeat non producere, vel producere contrarios. Humana igitur voluntas non est causa determinans motuum corporis. Nec confugiant Harmonistae ad divinam praescientiam: nam motuum series talis non est ex vi divinae praescientiae. nam sicut Deo certus sit omnium ordo causarum, nostrae tamen voluntates in causarum ordine sunt; quae duo componi posse clare et breviter pariter explicat Augustinus lib. 3°. de libero arbitrio cap. 4°. quemadmodum memoria tua, inquit, non cogit facta esse, quae praeterierunt sic Deus praescientia sua non cogit facienda quae futura sunt. Quod si motuum series talis non est ex vi divinae praescientiae erit talis ex imperio voluntatis, redit igitur argumentum.

Quaestio 2a. Quid dicendum de systemate assistentiae, seu causarum occasionalium.

Systemati Harmoniae praestabilitae examinando succedit aliud Assistentiae, seu causarum occasionalium. Dicitur assistentiae, quia in eo commercium inter animam et corpus explicatur ope modificationum harmonicarum mentis et corporis, quae immediate a Deo producuntur: modo peculiari quodam homini assistit Deus: appellatur vero causarum occasionalium, quia in eo cogitationes et voluntates animae causae sunt occasionales motionum corporis, ut motiones corporis causae sunt occasionales cogitationum et voluntatum animae. scilicet Deus modificat corpus in gratiam animae, et animam in gratiam corporis, quatenus ex sua generali voluntate et ex suis aeternas et immutabiles leges, certis positis motionibus in corpore, certas excitat cogitationes, et appetitiones in anima; et vicissim positis quibusdam appetitionibus in anima, certi illico motus ab eo in corpore producuntur. Huiusmodi systema prout ab eius auctore Malebranchio exponitur libertati adversatur, quod sequens demonstrabit syllo-

[illegible]

Prop: 2a Systema causarum occasionalium prout ab ejus Auctore Malebranchio proponitur evertit humanam libertatem.

Prob. Humanam libertatem ille evertit, qui animam omni vi activa destitutam ponit. Minor propositionis certa, tum per se manifesta, tum etiam Concilii Tridentini Auctoritate confirmatur. En ejus verba: Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari, [illegible] animo quidem nihil omnino agere, mereque passive se habere anathema sit. Malebranchius autem causarum occasionalium systema proponens animam omni vi activa destitutam ponit; quod sic probo: Lib. 4o de inquirenda veritate parte 2a cap. 3o inquit: non solum corpora non possunt esse verae causae ullius rei, mentes etiam nobiliores imo in eadem versantur impotentia. [illegible] corpora non possunt esse verae causae ullius rei quia omni vi activa sunt destituta, cum enim Deus omnipotens [illegible] et non corpus movere, ergo mentes etiam nobiliores, quia in eadem qua corpora versantur impotentia, omni vi activa sunt destitutae. Eodem in loco docet [illegible] causas occasionales non agere nisi vi et efficacia voluntatis divinae; quae [illegible] illustrans contendit, [illegible] agere, nec aliquid dicant, qui activam facultatem in creata substantia admittunt. Hanc [illegible] facultatem appellat terminum [illegible] vagum et indeterminatum: ideoque anima hominis non secus ac corpus est causa occasionalis, cum anima non secus ac corpus non agit nisi vi et efficacia divinae voluntatis, hinc est facultate omni activa est destituta. Denique lib. 3o de inquirenda veritate parte 2a cap. 3o docet mentem humanam nullas sibi ideas novas producere quia earum productio est vera creatio, et homines praediti non sunt potentia creandi aliquid. Sed actio quaecumque mentis humanae actio eodem principio [illegible] potest vera creat[illegible]; ergo actio quaecumque menti repugnat. Systema igitur, etc.

Qui Malebranchii causas impugnare vellet ita posset exponere: concedi debet animae vis activa, primo qua sit corpus movere, secundo qua possit novas ideas cudere, tertio qua possit velle. Cum vero vis activa qua corpus moveat nullo modo animae concedi potest; repugnat enim spiritum agere in corpus; sed neque vis qua novas ideas cudat concedi animae potest; [illegible] ideam creare [illegible] mentem [illegible] adaequant. [illegible] Denique qua possit velle concedi animae debet, et conceditur a Malebranchio. Illustrans enim 3um partis 2ae lib. 4i de inquirenda veritate: inter mentes nostras, inquit [illegible] convenit [illegible] et discrimina, mens nostra recte agit, sese aliquo [illegible] determinat [illegible] sensu intimo, quem de nobis metipsis habemus, una conscientia convincimur.

Respondeo.

Cap. 1. [illegible] animæ [illegible], [illegible] vi, qua in corpus agat, et qua [illegible] ideas sibi comparet videlimus infra. hoc loco quæstio [illegible] erit de animæ vi qua vult, [illegible] sequitur. Vim hanc animæ concedere ubique videtur Malebranchius laudatis verbis, quibus mentem nostram velle, agere, atque sese se determinare fatetur. Is enim aperte docet, volitiones ab humana voluntate, tanquam ab activo principio produci: verum hic clarissimus vir asserit ea quæ alibi directe negavit, quæque eius systemati sunt contraria. Vide dicta in prævisione, quibus addi potest, eo hic sensu veritatis regulam quæ causarum occasionalium systema evertit penitus. sensus enim internus seu conscientia tanquam certa veritatis regula ponitur: intima autem animi persuasione, [illegible] sensu [illegible] non apparens, sed reale commercium animæ inter et corpus intercedere: quod si esset corruerit systema causarum occasionalium, neque nulla debet animæ actio in corpus neque corporis in animam. Quid igitur dicendum de Malebranchio? dicendum eum [illegible] neque doctrinæ contradixisse hoc loco, ubi non proponit sententiam suam, sed illustrat [illegible] et occurrit difficultatibus, quibus nec paucis, nec levibus systema suum impugnari videbat.

Perceptio, sive Apprehensio est mentis operatio, qua nos aliquid simpliciter apprehendimus, sive concipimus, nihil de illo affirmando, vel negando. Sic, quum Solem orientem instar disci per nubes transparentes intuemur, attentionemque nostram in eo defigimus, nihil tamen de eo affirmantes, vel negantes; Solem percipere, seu apprehendere dicimur. Quia vero, dum aliquid a mente nostra concipitur, pulcherrima quaedam illius imago in nobis formatur, ac fere depingitur, quam deinde vocibus exprimere solemus; Hujusmodi sive imago, sive notio, sive Idea a simplici perceptione est distinguenda. Nam quum Triangulum v. g. rectilineum concipimus, de triangulo simplicem apprehensionem habemus: Quum autem in mente nobis repraesentamus figuram tribus lineis rectis comprehensam, Trianguli rectilinei ideam producimus. Nihilominus tamen usus nostris temporibus invaluit, ut Perceptio, notio, idea, apprehensio idem omnino significent.

Judicium est mentis operatio, qua convenientes ideas affirmando conjungimus, vel repugnantes sejungimus negando. Hinc omne judicium duabus saltem constat ideis, idea scilicet rei, cui aliquid tribuitur, vel a qua aliquid removetur, et idea illius, quod eidem rei tribuitur, vel ab ea removetur. Si quis e. g. ait Triangulum habere tres angulos, is trium angulorum ideam jungit cum idea Trianguli, quod sibi repraesentat tanquam figuram planam tribus rectis lineis contentam; adeoque componitur illius judicium ex idea Trianguli, tanquam rei, de qua judicatur, et ex idea trium angulorum, qui eidem inesse intelliguntur.

Discursus, seu Ratiocinatio est operatio mentis, per quam aliquod judicium ex alio, vel pluribus aliis judiciis inferimus. Si quis e. g. postquam judicavit animos hominum esse spirituales, et incorporeos, inferat eosdem animos esse incorruptibiles, discurrere, seu ratiocinari dicetur.

Dispositio, seu Methodus est via brevis, seu ordinata ratio inveniendi veri, ipsiusque, quum inventum fuerit, exponendi. Nam ea de causa methodus instituta est, ut mens nostra varias ideas, plurima judicia, variasque argumentationes ita disponeret, ut earum ope, quibusdam veluti gradibus, ad veritatem ipsam facilius contenderet.

Maxima quæstio est inter Dialecticos: utrum methodus habenda sit quarta quædam a cæteris distincta cogitationis species, an potius methodus ipsa ad Perceptionem, atque Judicium, referri possit. Plurimi existimant eam esse quartam mentis operationem ab aliis operationibus omnino distinctam, dum methodus ipsa neque aliquid percipiat, neque judicet, neque unum ex alio inferat, sed perceptiones solum, judicia, discursus antea formatos, dirigat, ordinet, inter se conferat, eorumque vitia, si quæ fortasse fuerint, detegat. In hac sententia sunt Petrus Crousatius Logicæ Tom. 1 Cap. 1 Authores Artis cogitandi initio sui Libri: Petrus Gassendus Præfatione in Institutionem Logicam, et plures alii. Ita autem ratiocinantur: Judicium a Perceptione, et Discursus a Judicio distinguitur, quamvis in Discursu Judicium, atque in Judicio Perceptio contineatur; ergo Methodus quoque a cæteris mentis operationibus distinguetur, quamvis illa Perceptionem, Judicium, Discursum, supponat, ac quodammodo complectatur.

Christianus tamen Wolfius Logicæ Par. 1: Sect: 1. Cap. 1: Eduardus Corsinus Logicæ Parte 4 Cap. et alii non pauci in contrariam abiere sententiam, quod Methodus ad Judicium, et Perceptionem ipsam commode possit revocari. Nam animus, inquiunt, non tantum simplices rerum imagines intuetur, neque res ipsas solummodo contemplatur; verum etiam experitur, quod ordinem, seriem, nexum, aut repugnantiam, quæ inter ideas ipsas, judicia, atque discursus reperitur, apprehendere, et intueri potest; adeoque mens nostra Methodum adhibere dicitur, ubi varios rerum ordines, earum seriem, et nexum accurate tenendo, id sola Perceptione præstare poterit. Ad 2dam etiam mentis operationem, seu ad Judicium pertinet non solum ideam aliquam cum alia sibi conveniente conjungere, aut ab alia repugnante sejungere, verum etiam Judicium aliud cum alio conveniens conjungere, aut, si contrarium, vel repugnantia illa fuerint, sejungere. Ad Judicium quoque spectat ex pluribus ideis, judiciis, et argumentationibus opportuniores seligere, erroresque omnes, qui in vitiosa judiciorum, et argumentationum unione reperiuntur, ostendere: quæ tamen singula ad Methodum pertinere, atque ab illa præstanda esse dicuntur. Cum itaque Methodus ad Judicium, et Perceptionem revocari possit; non est recensenda Methodus inter diversas, atque distinctas mentis operationes.

Verum, ut in hac quæstione sententiam nostram fateamur ingenue; neque tres, neque quatuor esse operationes mentis putamus. Nam, ut recte philosophantur Viri Cl. Antonius Genuensis Elementorum Artis Logico-Criticæ Lib. 1. Cap. 1. et Aloysius Vernejus De re logica Lib. 2 Cap. 2 omnino certum est humanam mentem percipere, et judicare, nec aliud facere, quam duas hasce operationes elicere, si cognitionum naturam, et differentiam consideramus. Si vero investigamus curiosius varium perceptionum, judiciorumque usum; non tres tantum, aut quatuor, sed plures numerari poterunt mentis operationes. Nam animus noster interdum animadvertit se percipere, sibique hujusce perceptionis est conscius. Et tunc habetur Reflexio, seu, ut vocat Leibnitius, Appercepatio. Quandoque percipit mens ideam alias perceptam, cum reflexione, et sensu eam sibi alias notam fuisse: et tunc Reminiscentia, quæ alia est mentis operatio, habetur. Inter operationes quoque mentis numerari possunt Phantasia, et Ingenium. Phantasia est vis mentis, qua sibi corpora absentia in suis imaginibus repræsentat, et per quam imagines istas corporeas pro lubitu augere potest, minuere, varie associare, aut etiam res incorporeas, corporum instar imaginari. Phantasiam autem, seu imaginationem a simplici perceptione, seu intellectione esse diversam revocari in dubium non potest: simplex quippe intellectio, et perceptio nudis corporeis utitur imaginibus. Hinc quamlibet v.g. lineam in infinitum esse divisibilem clare intelligimus, quum id evidentes demonstrationes suadeant, neque tamen imaginamur. Ingenium dicitur acumen, et perspicacitas mentis in excogitando, et intelligendo. Tandem, ut alia mittam, dubitatio, qua mens se a judicando continet, alia est ejusdem mentis operatio.

Itaque si proprie, ac rigide loqui volumus, duæ tantum sunt mentis operationes, plures vero, si in sensu lato sermonem instituimus. Quare, cum nos in 4 classes dividimus mentis cogitationes, non quatuor esse illius operationes putamus; sed ad quatuor hæc cogitationum genera, methodi facilioris gratia, universam artem logicam reducere volumus in quatuor Libros distinctam.

Logicæ

Liber Primus

De Ideis, Idearumque Signis.

Caput 1.

De Natura, et Generibus idearum.

Idea, si græcam nominis significationem spectamus, imaginem, speciem, vel simulacrum latine significat. Hanc vocem primus usurpavit Plato ad exprimenda omnium rerum exemplaria, quæ Deorum, et hominum intellectibus obversari ajebat. Has rerum formas, inquit Tullius in Oratore,

appellat ideas rite, ñ intelligendi solū, sed etiā dicendi gravissimus author, et magister Plato: Et Lib. 1° Academ. Augst: Hanc illi ideā appellabant; jā a Platone ita nominatā: nos recte speciē possumus dicere. Illud ñ certū, atq. exploratū ē, qd omnia externa a nobis ita concipiūtr, ut sensibilis aliqua rei percepte species, sive corporea quędā imago in cerebro nostro efformetr, et veluti accuratissime depingatr. Hanc p corporeā imagines, seu p sensibiles ideas nostrarū productionē perceptionē satis familiari exemplo describit Eduardus Corsinus Logicę Parte 1., Cap. 1. Quemadmodū ñ cū flos ante speculū ponitr, pulcherrima, simillima, et perfectissima floris imago suis distincta coloribus in ipsa speculi superficie depingi videtr; ita cū obm aliqd sensib nostris obversatr, ejusdē obi species, et imago, quęcumq illa fuerit, p sensus ingressa in cerebro imprimitr, nobisq. percipientib perceptū objectū repręsentat. Omnes igitr res externas ope idearū percipimus. Nā res extra nos positas sine quibusdā earū imaginib mens nostra percipere ñ potē, quū neq. mens cū reb ipsis conjungi possit, exeundo de corpore, neq res ipsę intrare queant in mentē.

Quare, quidquid in sua Logica asserat Hobbesius; nāa idearū longe diversa ē a nāa perceptionū: perceptio quippe ē actio mentis contantis, idea vero ē imago quędā rerū ~~perceptarum~~ objectarū in cerebro depicta, cujus adminiculo res ipsas mens percipit. Ne itaq., quę propria sunt idearū, tribuamus cū Hobbesio perceptionib: cū Christiano Wolfio, et Antonio Genuensi distinguendę potius sunt ideę mãales ab ideis intellectualib.

Primo itaq. alię sunt ideę mãales, quę nihil aliud sunt, quā impressiones organorū sensoriorū, et cerebri: Alię ideę intellectuales, quę a perceptionibus ñ distinguuntr. Hę autē ideę sibi invicē respondent, ita ut precedant in corpore ideę mãales, deinde intellectuales ideę sequantr in mente. Ideę quoq. mãales dici possunt ideę objectivę: et ideę intellectuales ideę formales.

2do Idea ratione formę, seu originis alia ē Adventitia, alia Factitia. Ideę Adventitię sunt ea, quę sensuū ministerio nobis adveniunt, seu, quę sensuū externorū ope a mente nostra producuntr. Hujusmodi sunt ideę omnes rerū corporearū. Ideę Factitię sunt, quas mens a se ipsa deducit, quę sensib acquiruntr: ut si mens ideā hoīs cū ideā ensis, clypei, galeę, atq hasta aliqua ex parte conferat, eliciet factitiā ideā militis. Cartesiani sequuti sententiā Platonis, qui teste Tullio ideas omnes in nobis semp ēē, et nunquā gigni existimabat, docuerunt aliud ēē ratione originis genus idearū, quas ipsi innatas, vel congenitas, vel inditas nuncupant. Definiūt autē ab ipsis idea innata, quę menti nostrę statī ab ortu divinitus ē ingenita! Quare et innatas ideas nobis presto ēē contendunt a primo vitę momento ad extremā usq diē: et putant hujusmodi ideas a sola prima causa habere originē, sine corporis nostri organici, aut cujuscumq. alterius 2dę causę subsidio. Intr ideas innatas recensent Cartesiani ideas Entis generatī spectati, primorumq ejus attributorū, Essentię nimirū, existentię, unitatis, veritatis, bonitatis, perfectionis, aliorumq.: Innatas eā ēē volunt ideas substantię spiritualis, et corporeę, Dei, et creaturę, Entis perfecti, et imperfecti, cogitationis, et extensionis. Verū utrū hoc genus Idearū a Platonicis olim, et novissime a Cartesio immerito fuisse excogitatū, in sequenti Capite videbimus.

3tio dividitr Idea ratione obi in Simplicē, et Compositā. Simplex Idea ē illa, in qua nec mente quidē plura distinguere possumus, cujusmodi v.g. sunt ideę unitatis, et veritatis. Composita idea ē, quę plurib constat simplicib ideis: ut idea hoīs, in qua duę sunt distinctę notiones, corporis nimirū, et spiritus.

4to dividitr idea in adequatā, et inadequatā. Prima ē, quę omnes rei partes complectitr. 2da, quę aliquas tantū ejusdē rei partes menti exhibet.

5to Idea vel Universalis ēē potē, vel Particularis, vel Singularis. Universalis dicitr quę plura representat, seu, quę plurib convenire potē: ut idea Trianguli, quę omnib convenit Triangulis. Particularis vocatr, quę unū tantū nobis exhibet omnino vagū, et indeterminatū: ut idea hoīs. Idea autē Singularis ē illa, quę unū numero, certū, determinatumq subjectū menti representat; cujusmodi ē Idea Solis.

6to Ideę alię sunt Absolutę, alię Relativę. Absolutę sunt, quę nullā habent cū aliis relationē: ut Ideę Spiritus, Corporis. Relativę sunt, quę relationes continent: ut Ideę Patris et Filii, Creatoris, et Creaturę. Animadvertendū tñ ē Ideas Relativas cū Ideis Relationū ñ ēē confundendas. Idea ñ v.g. Creatoris ē idea relativa, quia continet relationē, Idea vero creationis ē idea relationis, quia representat relationē.

Caput 2

De origine Idearū.

Mentē humanā ita rerū omniū pręditi ideis, ut ipsa ñ sit idea, aut perceptio rerū, in controversiā revocari ñ potē. Nā si secus se res haberet, omnes semp, atq. eodē modo omnia in

telligeremus, nec ea ediscere cogerem, quæ nescimus. Utrum autem hujusmodi ideas ingenitas sibi mens habeat, vel ab externa causa accipiat: et quomodo vel inditas contineat; vel extrinsecus acquirat, maxima quæstio ē tum apud Veteres, cum apud Recentiores Philosophos.

Ex Veterib. Plato, qui animos humanos p sidera sparsos eē putavit, docuit æternas rerum omnium ideas singulis mentib. a Deo impressas fuisse, in quib. ipsæ omnia clarissime intuerent. Verum quum necessitate deinde quadam ad humana corpora animæ descenderint, factum ē, inquit, ut innatæ illæ ideæ contagione corporis pmixtæ fuerint, ita ut nonnisi diuturna meditaone, et sensuum adjumento, ordinem, claritatemq. recuperare, et sui notitiam excitare queant. Hinc illud Platonis Nihil aliud ē discere, nisi recordari.

Cum Aristotele Peripatetici putarunt rerum ideas ab intellectu immediate produci, dependenter tn̄ a phantasmate, seu a corporea quadam ipsarum rerum imagine. Hinc vulgatum illud Axioma: Nihil ē in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Quum tn̄ de modo agit, quo mens a phantasmate determinat, nec ipsi Peripatetici int. se conveniunt. Nonnulli n. contendunt mentem determinari immediate a phantasmate: Alii vero ajunt mentem immediate determinari a quadam forma spirituali, quam speciem impressam vocant, ab ipsa mente ad præsentiam phantasmatis in se productam.

A Peripateticorum opinione valde distat sententia Epicureorum. Hi n. n̄ solum a corporib. oriri ideas docuerunt, verum eam, ut tradit Lucretius Lib. 4. de rerum nāa, dixerunt ideas n̄ aliud eē, quam spectra, et simulacra quædam corporea p sensus intrantia.

Ex Recentiorib. Cartesius Meditaone 4. et Principiorum Philosophicorum Parte 1. Platonis sententiam suscitavit, emendavitq. Censuit n. animos, qui corporib. junguntur, a Deo creari, atq. eodem tempore Deum illis imprimere semina quædam idearum, quæ tn̄, nisi a sensuum motib. excitent, pcipi n̄ possunt. Censuit etiam mentes nostras vi producendi rerum ideas eē omnino destitutam; eam autem ideas informari a Deo, occasione motuum, qui ex sensibilium rerum appulsu in sensoriis corporis organis excitant. Cartesium sequuti sunt Author Artis cogitandi, Leibnitius, Purchotius, Malebranchius, Corsinus, cæteriq. quamplures; quamvis in explicandis innatis ideis, quid nimirum p innatas ideas intelligant, int. se parum conveniant. In hac re celebris ē sententia Malebranchii, qui vult mentem nostram Deo essentialit. uniri, et in Deo, aut Dei lumine omnia videre.

Sententiam Epicureorum emendatam restituit Petrus Gassendus. Inquit n. Institutionis Logicæ Parte 1. Canone 2do: omnis, quæ in mente habet, idea ortum ducit a sensib. Idcirco n̄ qui ē cæcus natus, nullam habet ideam coloris, quia sensu visus destituit, cujus interventu eam habet; qui surdus natus nullam soni, quia caret sensu auditus, cujus ope illam acquirat. Adeo proinde ut si ē posset, qui omni privatus sensu viveret, ... is nullius rei ideam haberet. Huc proinde spectat celebre effatum Nihil in intellectu ē, qd prius n̄ fuerit in sensu. Spectat et, qd dicunt intellectum, seu mentem eē tabulam rasam, in qua nihil celatum, depictumve sit. Quippe qui illi eē dicunt ideas a nāa impressas, neq. p sensus acquisitas, ii qd dicunt minime probant.

Post Gassendum Joannes Lokius in suo opere de Intellectu humano ideas omnes vel sensu, vel meditaone produci egregie demonstravit. Hujusce Viri philosophandi rao Recentissimis Philosophis adeo placuit, ut vix alia, hac ptate, nominari possit cum honore. Certe in hac re nulla videt nobis sententia verosimilior. Quoniam vero illud, veluti fundamentum, statuit a Cartesianis, mentem scilicet humanam destitutam eē vi producendi rerum ideas, sit

Ppõo 1. Mens humana, ingenita sibi vi, rerum in se producit Ideas.

Ppõo demonstrat. Quum ita in pcipiendo, seu intelligendo humana mens se habeat, ut se quaquam causam aliquam creatam, a qua determinet, agnoscat, nec veluti iners quædam substantia sit; inficiari merito nemo potē congenitam ipsimet inēe vim, qua rerum in se cudat ideas. Nam qui in contrariam abiere sententiam Cartesius potissimum, et P. Malebranchius hac de causa contendunt intellectum nostrum dici debere facultatem humanæ mentis passivam, qd putant eam fuisse ab Authore nāæ sancitam legem corpus int. et mentem, ut ex occasione quorumdam corporis motuum quædam animi pceptiones sequerent, et ab ipso Deo producerent. N̄ modo corpora, inquit Malebranchius Lib. 3 de inquisitione veritatis, Parte 2da Cap. 3, n̄ possunt eē vera causa ullius rei: mentes eām nobilissimæ in eadem versant impotentia. Nihil possunt cognoscere, nisi Deus ipsas illuminet. Falsum autem ē activa virtute eē mentem destitutam, propterea qd n̄ potē res pcipere, nisi prius illius tenebras Deus illuminet. Magna stultitia ē, inquit Tullius, earum rerum Deos facere effectores, causas rerum n̄ quærere. Quidquid n. orit, qualecumq. ē, causam habeat a nāa, necesse ē. Quem n. latet Deum eē, a quo, ut ait S. Augustinus, ē omnis modus, omnis species, omnis ordo, a quo ē mensura,

numerus, et pondus; a quo ē quidquid n̄ālis ē. Id omnes norunt, nec tñ extra Deum aliquod ēē verant, et proprias causas efficiant.

Verum, ut clarius pateat, quomodo mens nostra ad producendas rerum ideas determinet a Deo, sine tñ congenita, et activa vi eas producendi destituat, ipsorum Cartesianorum principia consulamus. Fatent ipsi eodem modo ē in mente nostra rerum ideas, quo sunt volitiones rerum, et nolitiones. Nas, ut ipsi tradunt, sicuti volitiones, et nolitiones a solo Deo menti communicant occasione idearum, quæ eidem impressæ a Deo sunt, vel occasione quorumdam motuum, qui ab eodem in corpore fiunt; ita rerum quarumcumque ideæ a solo Deo producunt in mente occasione motuum, qui in organis sensoriis fiunt. Sed volitiones, et nolitiones ita menti nostræ communicant a Deo, ut eas, vi sibi congenita, active simul producat mens nostra, secus n. nulla esset illius libertas. Eodem igit modo, licet occasione motuum corporis rerum ideis mens nostra informet a Deo, eas, vi sibi congenita, mens ipsa producit.

Confirmat propo nostra authoritate S. Augustini Lib 12 sup. Genesim scribentis. Putandum n̄ ē facere aliquid corpus in spiritu, tanquam spiritus corpori facienti, more vice, subdat. Omni n. modo præstantior ē qui facit, ea re, de qua aliquid facit. Nec ullo modo spiritu præstantius ē corpus, imo præcipuo modo spiritus corpore. Quamvis ergo prius videamus aliquod corpus, quod antea n̄ videramus; atque inde incipiat imago ejus ēē in spiritu nostro, qua illud, quum absens fuerit, recordemur, tñ eamdem ejus imaginem n̄ corpus in spiritu, sed ipse spiritus in se ipso facit celeritate mirabili, quæ ineffabiliter longe ē a corporis tarditate, cujus imago, mox ut oculis visum fuerit, in spiritu videntis, nullius puncti temporalis interpōne format.

Opponunt 1. Cartesiani. Nullus ē in nobis intellectus agens. Ergo mens nostra congenita sibi vi n̄ producit rerum ideas. Pro: ant: Mens nostra, dum percipit, n̄ agit, sed patit. Ergo nullus ē in nobis intellectus agens. Pro: ant: mens nostra, dum percipit, ideas suscipit, n̄ fabricat. Ergo mens nostra dum percipit, n̄ agit, sed patit. Pro: ant: Dum mens intelligit, rei idea producit in ipsa mente a Deo occasione mutaonis factæ in sensoriis organis a re sensibili. Sed, hoc posito, mens rei ideas suscipit, n̄ fabricat. Ergo mens nostra, dum percipit, ideas suscipit, n̄ fabricat. Majorem propōnem probare contendunt ipso Cartesii, et Malebranchii principio. Causæ n̄āles n̄ sunt veræ causæ. Nihil sunt, præter causæ occasionales, quæ n̄ agunt, nisi vi, et efficacia voluntatis divinæ. Præterea authoritate D. Augustini serm. 67. de verbis Domini, n. 8 Dic, quia tu tibi lumen n̄ es. Ut multum oculus es, lumen n̄ es. Quid prodest patens, et sanus oculus, si lumen desit. Ergo dic, a te tibi lumen n̄ ēē, et clama quod scriptum ē. Tu illuminabis lucernam meam, Domine: Lumine tuo, Domine, illuminabis tenebras meas. Meæ n. nihil, nisi tenebræ, tu autem lumen fugans tenebras, illuminans me; n̄ a me mihi lumen existens, sed lumen n̄ participans, nisi in te.

R. ne. ante ad prob. ne ante ad prob ne. ant. ad prob. dist. ma: Dum mens intelligit, rei idea producit in ipsa mente a Deo tanquam a prima, et generali causa, occasione mutaonis etc conc. Producit in ipsa mente a Deo, tanquam a proxima, et particulari causa, occasione etc ne. min. Dist min Sed, hoc posito, quod scilicet idea producat a Deo, tanquam a proxima, et particulari causa, mens rei ideas suscipit, n̄ fabricat conc. Sed, hoc posito, quod nimirum idea producat a Deo, tanquam a prima, generali, et remota causa, mens etc ne. min, et sub allata dist.e conseq.m et conseq.e probaonem. Nemo sane mentis dubitavit unquam omnes humanæ mentis operaones Deo, tanquam primæ, et universali causæ, acceptas ēē referendas. In ipso n. vivimus, movemur et sumus, et ipse omnia operat in omnibus. Verum ob generalem hunc Dei influxum censendum haud ita quam ē mentem nostram n̄ ēē donatam idonea, et sufficiente virtute ad operandum. Nam, si, ut docet S. Thomas 1 parte, Quæst. 105, Artic. 5. una actio n̄ procedit a duobus agentibus ejusdem ordinis, sed nihil prohibet, quin una et eadem actio procedat a primo, et 2do agente; licet occasione quorumdam corporis motuum, ideæ rerum a Deo producant in mente, eadem nihilominus mens, veluti 2da et particularis causa eas active potest producere. Profecto, fatentibus ipsis Cartesianis, n̄ solum Deus creatarum mentium tenebras illuminat, dum illis rerum exhibet ideas, verum eam ipsas met sive ad volendum, sive ad nolendum determinat. Mentes, inquit Malebranchius, nihil possunt velle, nisi Deus ipsas versus se moveat. Sed mens, ita, influente Deo, vel bonum vult, vel malum aversat, ut tamquam propria, et vera causa se se determinet vel ad amplectendum bonum, vel ad vitandum malum et nihilominus agat, veluti vera quædam substantia, sed proprie, et libere operet. Ergo eam mens ita, occasione quorumdam motuum corporis, influente, seu illas illuminante Deo, rerum producit ideas, ut n̄ passive tantum se habeat, sed eas, congenita sibi vi, vere, et proprie cudat.

Neq. ē, cur Malebranchius activam hanc virtutem menti neget, quod ut ille sibi induxit in animum, causæ n̄āles n̄ sunt veræ causæ. Fallit enim vir, quum putat extra Deum n̄ ēē nisi causas occasionales. Per sensum n. intimum, seu per conscientiam certi sumus suarum operaonum veram causam ēē mentem, quum n̄ minus per sensum intimum conscii simus nos percipere, judicare, raocinari, quam, quum percipimus, ju-

dicamus, aut raocinam, nos agere, hoc ē activam menti nostrę inēe vim, qua se ipsam excitat, atq. ad percipiendum, judicandum, et raocinandum impellit se se, et quodamodo determinat. Declarare ad rem nostram Tullius Lib. 1. Tusc. quæst. Sentit animus se moveri, qd quum sentit, illud una sentit, se vi sua, n̄ aliena moveri.

Qd attinet ad oppositam D. Augustini authoritatem, nihil inde infertur, qd nostram evertat sententiam. Nam, ut prætermittam a S. Doctore ibidem n̄ excludi mentem a raōne veræ, et propriæ causæ, sed tantum ostendi neārium influxum Dei; Vox illa luminis n̄ pro idea a supremo nostr authore in mente nostra producta sumitur, sed pro raōne, qua bonum a malo possumus discernere. Ita S. Thomas in versiculum illum Psalmi 4: Signatum ē sup nos lumen vultus tui Domine. Inquit n. Vultus Dei ē id p qd Deus cognoscitur: sicut hōo cognoscitur p vultum suum, hoc ē veritas Dei. Ab hac veritate Dei refulget similitudo lucis suæ in animab nostris. Et hoc ē quasi lumen, et ē signatum sup nos, quia ē superior in nobis, et ē quasi quoddam signum sup facies nostras, et hoc lumine cognoscere possumus bonum. De hoc ipso lumine loquitur S. Augustinus, quum ait nos nobimetipsis lumen n̄ ēe, et lumen n̄ ēe in nobismetipsis. Nos quippe raōnē n̄ a nobis, sed a Deo habuimus.

Instant 1. Fallim, quum cogitantes, aut judicantes existimamus nos agere. Ergo etc. Pro ant. Ideo putamus nos cogitantes, aut judicantes agere, quia nullam sentimus causam, à qua mens nostra agat. Sed causa hæc, licet a nobis n̄ sentiatur, revera tn̄ extra nos existit. Ergo etc.

R. ne. ant. ad prob: conc. mm. ne: mm. Quum cognitiones illæ, quas p conscientiam, seu p intimum sensum habemus sive de mente nostra, sive de ipsius mentis operaōnib, imperfectæ quidem sint, n̄ tn̄ falsæ, ut docent Cartesiani; nunquam fieri potest, ut in errorem inducam, quum p intimum sensum sentimus mentem nostram, dum percipit, judicat, aut raocinatur, se vi sua, n̄ aliena moveri. Nam, quemadmodum n̄ errat mens nostra, quum p conscientiam se vel percipere, vel judicare, vel raocinari cognoscit, ita neq errat, quum, dum percipit, vel appetit, vel aversatur, cognoscit se vi sua impelli ad percipiendum, volendum, aut nolendum. Aut ipsa n̄ fallim, quum p intimum sensum sentimus se propria virtute determinare animum ad operandum, vel decipiuntur Cartesiani, quum ajunt cognitiones, quas mentis nostræ p conscientiam habemus, imperfectas quidem ēe, n̄ tn̄ falsas.

Instant 2do. Ita se habent in mente nostra Ideæ; quemadmodum volitiones, et nolitiones. Sed volitiones, et nolitiones n̄ producuntur a mente. Ergo etc. mm certa ē. prob mm. Si volitiones, et nolitiones producuntur a mente, præsertim quia mens nostra debet libere velle, et nolle, sed potē libere velle, et nolle, licet volitiones, et nolitiones n̄ producantur ab ipsa mente. Ergo etc. mm certa ē. prob mm. Ea lege a Deo producuntur volitiones, et nolitiones in mente, qua producerentur ab ipsa mente, si agendi, et sese determinandi facultate polleret; sed, si mens agendi virtute polleret, libere vellet, et nollet. Ergo potē mens libere velle, et nolle, quamvis volitiones, et nolitiones n̄ producantur ab ipsa mente.

~~Hujusmodi~~

R. conc: mm ne. mm ad prob: conc mm, ne mm ad prob: ne: mm. Hujusmodi Cartesianorum effugium humanam libertatem minime tuetur. Ut n. mens nostra libere velit, aut nolit, n̄ debet se habere veluti iners quædam substantia omni agendi virtute destituta, sed sive ad volendum, sive ad nolendum debet se active determinare. Hæc autem activa virtus, si n̄ ē in mente, si a Deo tantum et ad volitiones, et ad nolitiones impellitur, cāmse exalicato a Cartesianis modo intelligeret. Nam si ad actionis libertatem sufficeret, ut eo modo actio ipsa producatur a Deo in sub.o, quo ab ipso, si libere operari posset, produceretur, omnes corporis motus libere essent appellandi, quum tn̄ certum sit nullam merito libertatem corporibus ēe tribuendam. Neq dicat aliquis Cartesianus, repugnare corporib, ut libere moveant, n̄ repugnare menti, ut libere operet. Nam, ut recte animadvertit Cl. Fortunatus, ita argumentari quis posset. Aut repugnat, ut mens humana determinare se ipsam valeat, aut n̄ repugnat. Si n̄ repugnat quæro, cur humanæ menti hanc vim reipsa Deus n̄ contulerit? Si autem repugnat Ergo mentis, atq. corporum par conditio ē, ideoq. vel eorum motus possunt a corporib libere produci, vel neq appetitiones, et volitiones libere ab humana mente eliciuntur. Hoc fortasse perpendens Maleoranchius, eodem Lib. 6 de Inquisitione veritatis, Parte 2da, Cap. 3tio fateri coactus ē: Int mentes nostras, et corpora, quæ nos ambiunt, multum ē discriminis. Mens nostra vult, agit, se se aliquo sensu determinat, fateor. Hujus veritatis sensu interno, quem de nobismetipsis habemus, sed conscientia convincim. Si nulla nobis esset libertas, nec præmia, nec pœnæ futuræ essent, nam sine libertate nec bonæ, nec malæ sunt actiones.

Opponunt 2do. Si mens humana prædita esset vi producendi ideas, aliquid esset in ipsa mente, qd creaturæ naām excederet, sed nihil in reb creatis admittendum ē, qd earum excedat naām. Ergo etc. Pro mr. Si mens humana et mens humana esset a Deo independens; sed hæc independentia excedit naām rei creatæ. Ergo etc. Pro mr. Vis producendi ideas ē participaō divinæ potentiæ; sed participaō divinæ potentiæ constituit rem creatam a Deo independentem. Ergo etc.

R. ne: mm. ad prob: ne: mm ad prob conc mm, ne: mm. Dat rerum ideæ, ut superius diximus quam rerum volitiones, nolitionesq. congenita sibi vi producuntur a mente, quum non sint nisi quidam ejusdem mentis modificationes. Qui ergo fieri potest, ut vis illa, qua mens producit ideas, participatio sit divinæ potentiæ, quæ mentem ipsam a Deo constituat independentem, facultas vero illa qua eadem mens producit appetitiones, et aversationes suas, hujusmodi independentiam non inducat. Vis cudendi ideas rerum, si Malebranchio credimus, est merum ignorantiæ, et vanitatis humanæ figmentum; vanitatis quoque, et ignorantiæ nostræ figmentum non erit vis illa, qua se mens nostra sive ad volendum, sive ad nolendum determinat. Eo profecto adducta res est, ut vel concedendum sit mentem nostram, dum appetit, vel aversatur, participare potentiam divinam, et constitui a Deo independentem, vel sit asserendum vim, quam nos menti percipienti tribuimus, non esse participationem divinæ potentiæ, quæ independentiam a Deo includat. Ceterum, hujusmodi vis potest esse participatio divinæ potentiæ, quin tamen independentia hæc, quam Cartesiani verentur, inferenda sit. Quemadmodum non cujuscumque creatæ rei essentia participatio est essentiæ divinæ, nec tamen quoad essentiam creatura dicitur a Deo independens; ita vis producendi rerum ideas participatio est divinæ potentiæ, quin propterea mens nostra vel minimam habeat a Deo independentiam.

Urgebunt. Si homines præditi essent virtute formandi ideas, possent entia formare realia, et spiritualia, sed non possunt homines formare entia realia, et spiritualia. Ergo etc. Mi certa est. Nemo non dubitat ideas, quarum proprietates reales sunt, esse entia realia, quumque a corporibus, quæ repræsentant, longe sint diversæ, esse entia spiritualia. Pro: Mr. Si homines possent formare entia realia, et spiritualia, formare possent entia nobiliora, et perfectiora mundo, quem Deus condidit; sed hoc absurdum est. Ergo etc. Pro: mm. Mundus intelligibilis perfectior est mundo materiali. Ergo etc.

R. per instantiam. Si homines præditi essent virtute eliciendi appetitiones, et aversationes suas, possent entia formare realia, et spiritualia; sed non possunt homines formare entia realia, et spiritualia. Ergo præditi non sunt homines virtute suas eliciendi appetitiones, et aversationes. In forma ne. Mi ideæ non rerum, si recte loqui volumus, entia dici non possunt. Nam licet duplex esse ens vulgo asseratur, alterum nempe, quo ens participium dicitur præsentis temporis, et quod præsens sive rei, sive modi existentia significat, quod idem est, ac existens: alterum vero, quod nominis tantum, non participii vim habet, et rem, sive substantiam, quæ aut existit, aut existere potest, denotat; communiter tamen posteriori tantum sensu ab eruditis usurpatur, apud quos ens, res, et substantia eandem prorsus habent significationem. Jamvero, quamvis rerum ideæ, prout existentes sunt, entia realia vulgo dicantur, quum tamen neque res sint, neque substantiæ, sed modi duntaxat, seu affectiones, quæ in mente, tamquam in subjecto inhærent, entia realia proprie non possunt appellari. Hinc haudquaquam pertimescendum nobis est, ne, quum mentem dicimus congenita sibi vi producere rerum ideas, tribuamus nobismetipsis facultatem producendi entia nobiliora, et perfectiora mundo a Deo condito. Si n. ideæ non sunt res, sed modi, non substantia, sed accidens, nullum condimus spiritualem mundum.

Quamquam, concedamus ideas esse revera entia realia, num propterea formare nos possumus entia nobiliora mundo? Certe appetitiones, et aversationes mentis, non secus ac rerum perceptiones, entia sunt realia, reales videlicet mentis aut appetentis, aut aversantis modificationes. Certum etiam est has appetitiones, et aversationes esse spirituales, adeoque a corporeis rebus quas appetit, et aversatur, longe diversas. Verum quis propterea inferat posse mentem humanam producere entia rebus sensibilibus, atque ipso mundo a Deo condito perfectiora, quod prædita sit facultate eliciendi appetitiones, nolitionesque rerum sensibilium? Vel igitur neganda est menti vis producendi volitiones, et nolitiones suas, ne eidem facultas adscribatur formandi entia rebus sensibilibus nobiliora, vel ita ipsa mens res quascumque percipit, ut suas sibimet cudat ideas.

Opponunt tertio. Quamvis idea non sit ens, vel substantia, est tamen aliquid spirituale, sed, si est aliquid spirituale, a mente produci non potest. Ergo etc. Pro: Mr. Hujusmodi productio esset creatio, sed menti humanæ repugnat facultas aliquid creandi. Ergo etc. Probant majorem cum Malebranchio. Licet n., inquiunt, productio idearum aliquid supponat, impressiones scilicet materiales, quas cerebrum accipit ab objectis, creatio vero nihil supponat: difficilius tamen non est rem e nihilo educere, quam ideam producere, supponendo aliquid aliud, ex quo confici nequit. Si igitur mens ideas suas producat ex impressionibus materialibus, quas cerebrum accipit ab objectis, idem semper efficit, ac si eas crearet. aut aliquid æque difficile, immo difficilius efficit; quum ideæ, utpote spirituales, non possint produci ex imaginibus materialibus, quæ sunt in cerebro, quæque nullam cum iis proportionem habent.

R. conc. mm, ne: mm ad prob: ne: mm. Ex ipsa creationis definitione, quam communiter afferunt philosophi, manifestum est productionem idearum, quam asserimus, non esse cum creatione confundendam. Definitur autem creatio productio rei ex nihilo sui, et subjecti. Dicitur productio rei ex nihilo sui quia, ut res aliqua creari dicatur, necesse est, ut nulla essentialis illius pars antea in rerum natura extiterit, ex qua intrinsecus componi possit; dicitur vero productio rei ex nihilo subjecti, quia

ut res creetur, nullum esse debet subjectum, a quo res ipsa, ut fiat, atque existat, dependere debeat. Quis autem asserat productionem idearum ita fieri a mente, ut definiri possit productio rei ex nihilo sui, et subjecti? Nonne Ideae, fatentibus omnibus celebrioribus Philosophis, mentis sunt modificationes, quae ita menti inhaerent, ut ab ipsamet mente, tanquam a subjecto dependeant, ut fiant, existantque conserventur? Productio igitur idearum, quum non fiat ex nihilo sui, et subjecti, non est creatio. Caeterum, si Adversariorum argumentum alicujus esset roboris, probaret etiam appetitiones, et nolitiones non posse a mente produci. Nam si productio idearum est creatio; cur productio quoque appetitionum, et nolitionum non erit vera creatio?

Quum autem ait P. Malebranchius, difficilius non esse rem ex nihilo educi, quam produci a mente nostra ideas, quae spirituales sunt, ex imaginibus materialibus, quae sunt in cerebro; illud nobis opponit verum, quod numquam excogitavimus. Nam quum dicimus mentem humanam intrinseca vi, occasione mutationis factae in sensorio organo a re sensibili, ejusdem sensibilis rei producere ideam, non putamus rei sensibilis corpoream imaginem in cerebro impressam ad ipsam ideam pertinere, ita ut idea vel ex phantasmate praeexistente fiat, vel in phantasmate, tamquam in subjecto recipiatur. Uberius loquamur, non asserimus aliquid a corpore in mentem transire, sed affirmamus mentem corpori unitam corporeis illis imaginibus indigere ad producendas rerum ideas; quia licet tali facultate a Deo donata sit, ut eas vi sibi congenita producat, eas tamen in praesentiarum non potest producere, nisi a re, quam percipit, vel potius ab aliquo, quod ipsius rei vices gerat, determinetur. Hinc non est, cur opponatur ex substantia materiali ideam spiritualem non posse formari, sicuti quadratum confici non potest ex spiritu. Nam si ideas rerum producere potest mens, et re ipsa producit, quin earum aliqua ex rebus corporeis, aut ex corporeis imaginibus fiat, jam quod spirituale est ex materiali substantia non conficitur. Neque repugnat mentem nostram dependenter a rebus sensibilibus, sive a corporeis imaginibus producere ideas, quin ipsaemet ideae ex rebus sensibilibus fiant. Nam si mentes a corporibus sejunctae plura sensibilia percipiunt, quin aliquid tamen corporeum in ipsasmet transeat, cur mens unita corpori non poterit dependenter a phantasmate rei sensibilis ideam formare, quin a phantasmate aliquid ipsi accedat sensibile?

Opponunt 4to. Frustra tribuitur menti facultas producendi rerum ideas. Ergo etc. Pro. ant: Ut mens possit producere rei alicujus ideam, debet rem ipsam antea cognoscere. Sed, hoc posito, frustra tribuitur etc. Ergo etc. Min. prob: Ignotae rei nulla formari potest idea. Ergo etc. Ant. probant exemplo Pictoris, qui, quantumvis peritus, repraesentare nequit illud, quod numquam vidit, et cujus nullam habet ideam. Inferunt n.: Vel mens, antequam rerum ideas cudat, res ipsas percipit, vel ignorat? Si ignorat; non itaque potest earum ideas formare. Si percipit, jam ipsa earum illeis est informata. Frustra ergo tribuitur menti hujusmodi facultas.

R. ne. ant. ad prob: ne. Min. ad prob ne ant. Ea n. est natura mentis humanae, ut statim ac res aliqua vel in se, vel in sua imagine satis illi praesens fuerit, ejusdem rei similitudinem, ideam scilicet propria virtute cudere in se possit, quamvis rem, quam percipit, numquam antea perceperit. Nam quemadmodum, dum bonum, vel malum aliquid sese obiicit menti, tanta est ipsa virtutis, ut et in bonum amore feratur, et malum prosequatur odio; ita quum aliqua res ipsi praesens fit, tanta est illius vis, ut confestim ejusdem rei producat ideam. Id, ut melius innotescat, adduci potest allatum superius speculi florem repraesentantis exemplum, vel aliud, quo utitur P. Fortunatus ex igne desumptum. Sicuti ignis, inquit ipse, nullo indiget principio externo impellente vel determinante, ut lignum sibi debite praesens comburat; quia ad lignum sibi assimilandum, posita debita approximatione, ipsa sua natura determinata est; ita mens extrinseco monitore non indiget, ut rei similitudinem, quamprimum res ipsa sibi debite praesens fuerit, in se producat. quia ejusmodi quoque est ipsius mentis natura, ut, posita praesentia obiecti, ei non assimulari, sive illius imaginem, in se ipsa, instar speculi, innata sua vi, nequaquam cudere, minime possit. Hinc latissimum intercedit discrimen inter Pictorem, qui nequit aliquid aliud repraesentare, cujus nullam habet ideam, et mentem humanam vi sibi congenita percipientem. Nam, ut Pictor rei imaginem coloribus exprimat, debet ipsamet rem prius cognoscere, quia tanta virtute donatum non est Pictoris corpus, ut illius manus possint exprimere imaginem, quin ab alio dirigantur; mens vero humana, ut rerum cudat ideas non debet easdem res antea percipere, quia sufficienti praedita est facultate, qua eas ita potest cudere, ut nulla indigeat extrinseca causa, a qua ad earum productionem moveatur. Paucis: Pictoris corpus dirigi debet a mente ut operetur; non dirigi debet ab alia mente mens, ut suas eliciat operationes. Frustra igitur non tribuimus menti congenitam illam vim in suarum productione idearum; quemadmodum Malebranchius, Purchotius, Corsinus caeterique quamplures nobis opponunt.

Corollarium 1.

Ex hactenus dictis inferendum ē primo mentem ita ut sibi congenita producere rerum ideas, ut ad nullam p suam essentiam sit determinata. Quum n. ; ut inquit Tullius Lib. 1. Tusc. Quæst. nām insit mentib nostris insatiabilis quædam cupiditas veri videndi; et omnia, quæ volumus, nota nobis eē possint; nihil ē n., de quo cogitare nequeamus; ita mens cujuscumq. rei notionem potē in se producere, ut n sit p suam essentiam determinata ad certam duntaxat idearum seriem.

Corollarium 2dum.

Quum mens ad nullam producendam ideam sit p suam essentiam determinata, aliqua debet eē res, quæ ipsamet determinet ad unius potius, quam alterius rei cudendam ideam.

Corollarium 3tium.

Inferendum ē 3tio mentem nostram ad hanc, vel illam formandam ideam n aliunde determinari, quam a reb, quæ p ipsas ideas exprimuntur. Nam si, ut tradunt Philosophi, omnis potentia determinatur ab obo. n solum ad generatim operandum, verum etiam ad ita operandum, ut hunc potius, quam alium in specie actum eliciat: Obiectum vero cognoscitivæ potentiæ n aliud ē, quam res, quæ p ideam exprimitur; n nisi a reb ipsis, quarum ideam producit mens, determinari potē ad hanc potius, quam illam ideam formandam.

Corollarium 4tum.

Colligendum ē 4to mentem corpori unitam determinari a phantasmate, scilicet a corporea quadam rerum imagine in cerebro depicta, ut unius potius, quam alterius rei sensibilis ideam producat. Quum n. menti nostræ corpori unitæ nulla earum rerum sensibilium, quæ extra nos sunt, ita præsens sit, ut in se ipsa percipi a mente possit, necesse ē, ut omnes attingantur in phantasmate, qd ex earum appulsu in cerebro efficitur, quodq. ipsius rei, sive obi vices gerit.

Corollarium 5.

Quum mens unita corpori habenda sit vera, et propria suarum actionum causa, ~~idem~~ pro certo habemus, dependenter a phantasmate congenita sibi vi producere rerum ideas. Sed quomodo id præstet, ~~aut~~ quā fieri possit, ut phantasma præsens sit menti, ~~[illegible]~~ quo tandem modo ad præsentiam phantasmatis mālis produci queat idea spiritualis, fatemur ingenue nos ignorare.

Ppōo 1da. Nullius rei idea congenita ē, seu nulla ē in nobis idea innata.

Probatur Ppōo. Ea ē, ut docent Cartesiani, idea innata, quæ nobiscum nata ē, seu quæ menti nostræ statim ab ortu divinitus ē impressa, nobisq. a primo vitæ momento ad extremum, quoties attendit animus, semp præsto ē, et a sola prima causa, sine corporis, aut cujuscumq. alterius causæ 2dæ subsidio suam habet originem; sed nulla ē in nobis hujusmodi idea: Nulla siquidem ē notio, quæ a primo vitæ momento ita impressa sit menti a supremo nām Authore, ut in ea continuo hæreret, et vigeat: Nulla igitur ē in nobis idea innata. Enimvero, ut de nostris ideis, deq earum origine apte, et candide loquamur, neq. Deum, neq. Ens, neq substantiam, neq. prima principia, neq, uno verbo, cæterarum rerum ideas, quas sibi innatas dicunt Cartesiani, nos ita nobis congenitas sentimus, aut aliquando sensimus, ut a primo vitæ nostræ momento de Deo, Ente, et substantia cogitaverimus, aut ita nunc cogitemus, ut sola mentis attentione ad hujusmodi impressas imagines inspiciamus. Experientia compertum ē nullam nos in mente, veluti in charta geographica, insculptam vero notionem aut aliquando invenisse, aut modo ita posse intueri, ut nullum sit nobis necesse causæ 2dæ subsidium. Sentimus omnes ~~[illegible]~~ nostras ideas propria vi, et virtute a mente fuisse productas, et continuo produci. Atq. hoc ē intimum sensum nimium: Quæ omnia, quum minime conveniant innatæ Cartesianorum ideæ, asserendum ē illam commento a Platonicis fuisse inventam, et a Cartesianis excitatam.

Confirmatur. Congenita idea sumpta pro actuali rei notione hujusmodi eē debet, ut continuo hæreret in mente, adeo nempe ut inditis rerum notionis, ne momento quidem temporis, nostra careat mens nec carere possit; secus profecto eadem e., et conditionis cum ideis adventitiis, quæ modo in mente sunt, modo n sunt. Sed nos ita de Deo, Ente, substantia, cæterisq., quorum, secundum Cartesianos, indita nobis sunt ideæ, cogitamus, ut de iis aliquando cogitemus, aliquando n cogitemus. Ergo nullam habemus ideam, quæ ab adventitia, et factitia distincta sit, nullam proinde habemus ideam innatam.

Opponunt 1. Ideæ innatæ ab adventitiis, et factitiis distinguuntur. Ergo sunt in nobis ideæ innatæ. Probant. Inter innatas ideas, et ideas adventitias, atq factitias hoc intercedit discrimen, qd innatæ a solo Deo imprimantur, adventitiæ vero, et factitiæ producantur a mente. Ergo etc.

R. ne. antē ad prob. ne. ant. Etenim, ut patet ex superiori Ppōone, tanta ē, secundum Cartesianos, in-

firmitas mentis humanæ, ut n. possit ẽe vera causa ullius rei, et nihil possit cognoscere, nisi Deus ipsam illuminet. Causæ, inquiunt, naturales n. sunt veræ causæ. Nihil sunt, quam causæ occasionales, quæ n. agunt, nisi vi, et efficacia voluntatis divinæ. Hæc autem si vera sunt, n. video qua ratione inter se distinguantur ideæ adventitiæ, et innatæ Cartesianorum. Nam si n. potest mens aliquam producere ideam, quin a Deo illuminetur, seu quin a Deo in ipsa mente producatur idea, tam innatæ, quam adventitiæ ideæ eandem habent originem. Ut igitur fateamur Cartesianis, n. omnem ideam innatam n. distingui ab adventitia, quod utroque modo in mente sint, modo n. sint; verum eam nullum inter eas debet ẽe discrimen, quod quidem prorsus sint conditionis æquæ spectatæ quoad originem. Sed concedamus innatas ideas a solo Deo produci, ideas vero adventitias produci a mente; Adhuc probandum ẽ a Cartesianis hujusmodi ideas inter se distingui. Nam vel Deus innatas ideas, posita aliqua conditione, producit in mente, vel independenter ab omni conditione? Si posita aliqua conditione, nullum ergo ẽ discrimen inter innatas, et adventitias ideas, quum etiam ideæ adventitiæ, ut ajunt Cartesiani, occasione quorumdam motuum corporis, a Deo imprimantur menti. Si independenter a quacumque conditione, cur igitur innatæ hujusmodi ideæ n. semper existunt in mente, ita ut semper cogitemus de rebus, quarum nobis Deus indidit ideas? Vel itaque talis ẽe debet innata idea, ut contra experientiam semper obversetur menti, vel nulla ẽ idea innata.

Opponunt 2do. Genus idearum, quæ sensuum ope producuntur, diversum omnino ẽ a genere idearum quæ nullam habent a sensibus dependentiam. Ergo etc. Pro consequentia. Ideæ adventitiæ sensuum ope habentur, ideæ vero innatæ nullo modo dependent a sensibus. Ergo si genus idearum etc., ideæ innatæ distinguuntur ab adventitiis. Prima pars antecedentis certa ẽ. Probatur 2da. Ideæ innatæ sunt veluti characteres quidam mentibus a Deo impressi. Ergo etc.

R. conc. ant. ne. conseq. ad prob. ne. ant. quoad 2dam partem. ad prob. ne. ant. Nullas ẽe in mente nostra ideas, quæ vel mediate, vel immediate n. habeantur per sensus, inferius videbimus. Nunc illud cum Lockio, et Vernejo animadvertimus, nullos scilicet fuisse nobis ab ortu impressos in animis characteres rerum, seu nullas fuisse nobis indita ideas. Nam, ut preclare Lockius in tractatu de intellectu humano cap. 2, n.° 5, si hujusmodi characteres impressi ~~[illegible]~~ sunt menti, explicari, atque intelligi n. potest, quo pacto sine ejusdem mentis perceptione aut initio imprimi a Deo potuerint, aut nunc impressi ẽe possint. Pugnantia quippe, et maxime inter se contraria asserere videntur Cartesiani, quum ajunt characteres, seu ideas in animis imprimi, quas nos haudquaquam percipimus, quum imprimere, si proprie loqui volumus, nihil aliud sit, quam efficere, ut rerum in animo characteres percipiantur. Si parvuli igitur prediti essent animis ita a nativitate signatis, necessario ideæ illæ ipsis innotescerent, atque assensionem ipsorum comprobarent. Et quoniam nequaquam illud fieri animadvertimus, patet ẽ, eas n. in illorum animis ẽe consignatas. Si n. notiones n. ita sunt impressæ, quomodo dici possunt ingenitæ? Et si sunt impressæ, unde ẽ, quod ignorentur? Qui notionem aliquam in animo imprimi fatetur, atque animum eodem tempore illius ẽe inscium affirmat, is inde facit, ac si diceret impressionem istam pro nihilo ẽe habendam. Quorsum itaque divisio illa idearum in innatas, et adventitias? Si ideæ menti imprimi possunt, quæ tamen minime percipiantur, n. video quomodo hujusmodi ideæ ratione originis, recte discerni possint ab iis, quas mens ipsa dependenter a sensibus propria vi assequitur. Accedit, rem nimis mysteriosam pronuntiari a Cartesianis, quum ajunt ideas innatas ẽe veluti characteres mentibus nostris impressos. Nam aliquid ẽe in mente, et nunquam percipi, aliquid ẽe in intellectu, et n. intelligi idem ẽ, ac si diceret aliquid simul ẽe, et n. ẽe in mente. Itaque vel innatæ ideæ n. sunt mentibus nostris a nativitate impressæ, proindeque n. distinguuntur ab adventitiis, vel parvuli hujusmodi idearum deberent sibi ẽe conscii, quod experientiæ repugnat.

Confirmant. Nam licet Cartesii sectatores, ut innatas ideas ab adventitiis distinguerent, asseruerint adventitias ex sensibus provenire, innatas vero ẽe notiones, seu characteres quosdam a Deo animis impressos, numquam tamen id docuisse videtur Cartesius. En quomodo summus ille Philosophus suam in hac re explicat sententiam. Resp.e ad art. 12 Program. Belgici, anni 1647. Nunquam scripsi vel judicavi mentem indigere ideis innatis, quæ sint aliquid diversum ab ejus facultate cogitandi. Sed cum adverterem, quasdam in me ẽe cogitationes, quæ n. ab objectis externis, nec a voluntatis meæ determinatione procedebant, sed a sola facultate cogitandi, quæ in me ẽ, ut ideas, quæ sunt istarum cogitationum formæ, ab aliis adventitiis, aut factitiis distinguerem, illas innatas vocavi. Hactenus Cartesius, ex quibus patet hujusmodi characteres, sive impressiones n. ẽe Cartesii, sed Cartesianorum nugas. Jamvero, ut notat ~~Genuensis Artis Logico-criticæ Lib. 2 Cap. 3. et ante eum~~ Lockius Cap. 2. si vis, et facultas percipiendi ẽ naturalis illa impressio, de qua tantopere digladiantur, omnes ideæ pro ingenitis habendæ erunt. Nemo n. negavit unquam innatam nobis ẽe, atque ab ipso ortu inditam cogitandi facultatem.

Opponunt 3tio. Ea lege impressæ fuerunt in animis rerum ideæ, ut tunc duntaxat innotescerent, cum ventum ē ad usum rationis. Sed parvuli n. habent usum rationis. Ergo etc. Pro. mi. Nisi nostrum rationis ad semetipsum attendit animus; sed ut impressæ ideæ innotescant, necessaria ē animi attentio. Ergo ea lege etc.

R. ne mm. ad prob. ne mm. Nulla evidenti ratione probare possunt Cartesiani eam fuisse a natura sancitam legem, ut insculptæ in animis rerum notiones nonnisi post rationis usum pueris innotescerent. Nam si a nativitate sunt insculptæ, cur necessarium erit ad eas percipiendas aliud adjumentum? Num ad eas intuendas necessaria erit mentis attentio? Sed hoc ipsum probat posse insculptas ideas ante rationis usum ab infantibus dignosci. Nam si ē aliquid in mente, et cognosci, seu attendi a mente res una, et eadem sunt; insculptas ideas necessario consequens mentis attentio, quin usus rationis sit desiderandus. Merito propterea ad hanc rem inquit Lockius dubios, et ancipites sermones, qui nihil ferme denotant, pro certis, et perspicuis rationibus sumi a Cartesianis, qui nullam in examinandis, ponderandisve adhibent operam.

bile, et inseparabile. Primum est, quod separari potest a subjecto; ut quadrata, vel circularis figura in corpore. 2dum est, quod non potest, nisi in mente, separari a subjecto; ut nigredo respectu corvi, vel Æthiopis, candor respectu nivis. Dividitur 2do accidens in extrinsecum, et intrinsecum. Extrinsecum illud est, quod extrinsecus subjectum denominat, ut quum paries dicitur visus a visione, quæ est ipsi extrinseca. Intrinsecum est illud, quod in ipsa re, seu subjecto recipit, ut amor, qui afficit mentem, motus, qui afficit corpus. Dividitur denique in absolutum, et relativum. Primum est, quod competit ad subjectum absolute spectatum, ut motus, vel situs respectu corporis. 2dum est, quod ad subjectum quoddam pertinet ad aliud comparatum, ut similitudo, æqualitas. Animadvertendum tamen est, quod licet modus seu accidens illud sit, quod naturaliter existere nequit, nisi in substantia, adeoque a substantia quammaxime differt, contingere tamen potest, ut substantia alteri circumposita respectu illius accidentaria sit, quamvis proprie modum, vel accidens dici nequeat. Sic e.g. vestis, tametsi substantia sit, quia ad essentiam hominis non pertineat, eidem accidentaria dicitur, non tamen aut modus, aut accidens hominis. Accidens igitur, seu modus est attributum aliquod universale, quod multis subjectis conjunctum convenire potest, non necessario.

Caput 4tum.

De veritate, falsitate, claritate, obscuritate, distinctione, et confusione Idearum.

Expendendæ nunc sunt præcipuæ idearum proprietates. Atque ut a veritate exordiamur, quum verum, ut ait D. Augustinus, sit illud, quod ita se habet, ut cognitori videtur, si velit, possitque cognoscere, et veritas nostræ cognitionis sit illius conformitas cum re cognita; vera erit idea, si ita se res habuerit, quemadmodum in idea nostra repræsentatur. Quum vero e contrario illud sit falso cognitum, quod non ita revera se habet, quemadmodum cognoscenti videtur; falsa erit idea, si res aliter fuerit in se, ac ipsamet idea exhibetur. Notandum tamen est cum Lockio Libro 2do, Cap. 32, n.o 19, quod licet, secundum communem loquendi modum, ideæ quandoque veræ, quandoque falsæ nuncupentur; re tamen accurate spectata, veritas, et falsitas judiciis tribuendæ sunt, non simplicibus rerum perceptionibus, seu ideis. Quum non tam veritatem, quam falsitatem semper contineat aut tacita, aut expressa aliqua affirmatio, sive negatio, proindeque aliquod judicium; nulla idea, sive sit cum suo objecto conformis, sive ab eo dissentiat, proprie in se dici potest aut vera, aut falsa.

Idea clara dicitur a Cartesio prima parte Principiorum, n.o 45, quæ luculenter, ac sola mentis attentione innotescit et ab Authore Artis Cogitandi Parte 1. Cap. 9, quæ vividum sui sensum nobis imprimit. Idea vero obscura appellatur, quæ menti attendenti non satis liquido apparet. Lockius Lib. 2. Cap. 29. n.o 2do exemplo visus explicat fortasse clarius, quid veniat nomine ideæ claræ, vel obscuræ. Ait n. Quum lux sit illud quod objecta visibilia nobis perspicua reddit, illud dicimus obscurum, quod in luce haud collocatum est clara satis ad res ita illustrandas ut colores, et figuræ ejus accuratissime cerni possint, quæque in meliori luce maxime perspicua forent. Similiter ideæ nostræ simplices claræ sunt, quum tales sunt, quales ab objectis ipsis, e quibus desumptæ erant in sensatione, aut perceptione rite ordinata repræsentant. Dum memoria eas hoc modo retinet, et menti, quandocumque opus fuerit, ita exhibere potuerit, claræ sunt ideæ. Quatenus vero primæ sui fulgoris aliquid amiserunt, aut earum venustas vetustate defloruit eatenus obscuræ sunt. Hactenus Lockius. Disputant hoc loco inter se Cartesiani, utrum aliqua esse possit idea clara, quæ tamen non sit distincta. Cartesius affirmat exemplo ideæ caloris, quam quisque habet de dolore. Hanc n. ait esse claram, et vividam, non tamen distinctam, quum sæpe confundatur calor, qui percipitur, cum eo, quod flammæ inest, confundatur, quum tamen uterque calor sit prorsus dissimilis. Verum ad hanc rem prolixe Author Artis Cogitandi loco supra laudato Dicere possumus, inquit, quod omnis idea sit distincta, quatenus est clara, ideo non aliter obscuræ sunt confusæ, quam quia sunt obscuræ. Sic doloris sensus, qui nos ferit, clarus est, atque etiam distinctus, id vero, quod in eo confusum, doloris nempe in manu inesse, non est clarum.

Distincta idea est quæ evidentiam ab omnibus aliis ita sejunctam exhibet, ut minime cum iis confundi possit. Sic distincta est idea, qua hominem percipimus sub ratione animalis rationalis. Per hanc siquidem convenientiam hominem a ceteris quibuscumque rebus sejunctum. Idea vero confusa dicitur ea, in qua plura diversa nobis occurrunt, seu quæ multa simul præcipit. Sic confusa est idea, qua hominem percipimus sub ratione animalis tantum. Occurrit n. menti nostræ homo, quatenus dumtaxat cum pluribus aliis convenit animalibus.

Plurimas esse in nobis ideas, quæ claræ, atque distinctæ sint omnes fatentur. Licet autem in iis recensendis, maxime inter se differant Philosophi, plerique tamen consentiunt, ideas, quas mens habet, sui ipsius, suarum perceptionum, cogitationum, ideas extensionis, motus, quietis, entis in genere existentiæque, numeri, temporis esse claras esse, atque distinctas.

Causæ obscuritatis in ideis simplicibus, ut recte tradit Lockius, sunt vel organa obtusa, vel species ab objectis levissime in animo impressæ, vel memoriæ debilitas, quæ rerum imagines non tam uti acceperit, retinere potest. Causas hasce auferre, nostrum non est. Sed alia sunt vitia, ex quibus obscuræ atque confusæ ideæ proficiscantur quæ, quum volumus, magna saltem ex parte, tollere possumus. Ea fusius explicat laudatus Lockius et ante Lockium Clericus in suis Tractatu suo Metaphysica Quæst. 3tia. Pro nostris impedimenta organorum omnis idearum confusio ex duplici potissimum capite oritur, nimirum ex conditione, et natura mentis nostræ. Tum ex plus sæpe in modis

Ea est mentis nostræ indoles, ut non progredi, sed evolare sentiat et recentes legit, et [illegible] attingere. Hinc [illegible] in ideis nostris oritur confusio, quod res ipsas inconsiderate, non defixis veluti oculis et attento animo intueamur. Plerumque etiam, quæ pura intellectione assequi tantum possumus, quæque nullum habent impressum in cerebro vestigium, hæc imaginari volumus, et tanquam res corporeas effingere. Ideæ quoque male a rebus abstractæ, nec satis definitæ, aut circumscriptæ, vocum ambiguitas, et alia quamplura magnam in ideis nostris pariunt obscuritatem.

Quare, ut clarius, quo fieri potest, atque distinctius percipiamus, animadvertendum est nobis primo, ut in rebus considerandis summo studio vitetur præcipitatio mentis. Omnes enim, inquit Tullius Lib. 1. de Officiis, Cap. 6. trahimur, et ducimur ad cognitionis, et scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus, labi autem, et errare, nescire, et decipi, malum, et turpe ducimus. In hoc genere hoc vitium notandum est, ne incognita pro cognitis supponamus, hisque temere assentiamur. Quod vitium effugere qui volet (omnes autem velle debent) adhibebit ad considerandas res et tempus, et diligentiam. Hæc autem mentis attentio omnibus quidem, potissimum vero adolescentibus est necessaria propter leves, vagasque plerumque eorum cogitationes. Secundo unum tantum objectum, non plura simul contemplari debemus. Quum enim percipiendi vis non infinita tota in nobis sit, verum etiam terrestris undique circumfusa, multisque obstaculis impedita, rerum multitudine adeo opprimitur, ut ad eas distincte percipiendas incapax prorsus sit, et quare [illegible]. Tertio, quum de iis agitur quæ sunt spiritualia, vel tametsi corporea, sensibus percipi non possunt, cavendum est, ne nos quandam sibi in cerebro efformet imaginem, in qua, non secus ac in speculo, res ipsas prodidit. Ita enim non solum rerum omnino dissimilium proprietates confunderentur, verum etiam id earum uni tribueretur, quod illi repugnat. Quarto cavendum est, ne res, quas contemplamur, ideis nostris ita accommodemus, ut certum nobis sit eas revera esse hujusmodi, cujusmodi in ipsis ideis esse videntur. Quia enim non res ab ideis nostris, sed ideæ a rebus ipsis descendunt, nihil fere est quod hac [illegible] licentia Philosopho [illegible]. Quinto ad claritatem, et distinctionem idearum plurimum confert rem, quam consideramus, cum aliis sibi cognitis conferre, easque comparare inter se mutuo, attente perpendendo quid illis omnibus commune sit, quidve singulis proprium. Tandem, ut confusio idearum aut ex abstractionibus, aut ex vocum ambiguitate orta auferatur, premittendæ sunt definitiones, quæ vocum æquivocationes tollunt, et rectæ divisiones adhibendæ sunt, quæ magnam rebus lucem afferre solent. Nam, ut ait Quintilianus Lib. 11 Cap. 2do Qui recte diviserit, nunquam poterit in rerum ordine errare.

Caput 5.

De Ideis Abstractis.

Ea est imperfectio mentis humanæ, ut nequeat ad plura simul unica cognitione diffundi, nec queat multa simul, nisi obscure, et confuse percipere. Quæ sunt in nobis cognitiones, gradatim sunt acquisitæ; nec possumus compositas res alio modo comprehendere, quam eas attente considerando, et per singulas partes contemplando. Hujusmodi autem cogitandi modus Abstractio nuncupatur, propterea quod ea, quæ conjuncta sunt, abstrahimus, seu unum sine altero percipimus. Ita quæ natura individuo nexu conjunxit, ob intellectus imbecillitatem divellere cogimur.

Tribus modis abstractio fieri potest. Primo enim cognoscimus per abstractionem quum partes aliquas, seu partes alicujus rei, quæ integrantes dicuntur, ita percipimus, ut unam sine altera percipiamus. Hoc modo cognoscimus corpus humanum. Illud enim in suas partes dividimus, et singulas partes, caput sine pedibus, manus sine brachiis seorsum consideramus. Vocamus autem hic cognoscendi modus formalis Abstractio a Scholasticis nuncupatur, quum tamen quæ seorsum ita cognoscuntur, realiter ad invicem distinguuntur, absque sola mentis consideratione, improprie abstractio appellatur.

Cognoscimus 2do per abstractionem, quum modum sine re vel rem sine modo consideramus. Quamvis enim fieri nequeat, ut modus sine re subsistat, possumus tamen ad rei modum attendere, quin rem ipsam, cui modus inhæret, spectemus. Sic a Geometris pro objecto Geometriæ statutum est corpus extensum in longitudine, latitudine, et profunditate. Ut enim illud accurate cognoscerent, primus unam tantum ejus dimensionem considerandam susceperunt, longitudinem scilicet, quam lineam nominarunt. Postea binas dimensiones, longitudinem nempe, et latitudinem, quas superficiem dixerunt. Demum considerantes omnes simul tres dimensiones longitudinem, latitudinem, et profunditatem illud corpus, seu solidum appellarunt. Hic autem cognoscendi modus vocatur a Scholasticis Abstractio mo[illegible]

3tio abstractionis ope percipimus, quum universales notiones sine singularibus, naturam humanam sine individuis consideramus. Atque hæc vera, et propria abstractio est, cujus usus non solum in Logica, verum etiam in tota Philosophia, scientiisque omnibus maxima est utilitas. Per hanc enim abstractionem singula rerum attributa clare, atque distincte percipimus, ex particularibus ideis universales ideas efformamus, atque ex universalibus universaliores, uti supra ostensum probatumque est.

Caput 6.

De Ideis rerum, et signorum.

Quum ita mens nostra objectum aliquod considerare possit, ut et illius duntaxat naturam spectare queat, et spectata ipsius natura, ad aliud etiam quodpiam sese possit convertere: hinc ideae rerum ab ideis signorum distinguendae sunt. Idea rei dicitur, quum objectum aliquod in se ipso, et in propria illius natura considerantes, non convertimus mentem ad aliud, quod ab ipsomet objecto possit repraesentari. Hujusmodi sunt ideae solis, Terrae, maris. Idea signi appellatur, quum istud objectum aliquod consideramus, ut propter ipsius objecti naturam, aliquid ab eo repraesentatum recipiamus. Sic idea Regis in tabula depicti idea signi dicitur, quia nos hujusmodi tabulam intuentes, et tabulam depictam concipimus, et Regem per ipsammet repraesentatum. Signum enim duas continet ideas, alteram ejus rei, quae repraesentat, alteram illius, quae ab ista repraesentatur, ipsiusque natura in hoc sita est, ut 2dam ideam per primam excitet.

Signorum divisiones multae fieri solent. Sed, ut praecipuas duntaxat attingamus, Dividitur primo signum in certum et probabile. Sic respiratio in animali est certum signum vitae, pallor autem vultus, probabile signum infirmitatis in homine. In [illegible] considerandae sunt. Utraque enim judicia temeraria [illegible] quod duas has signorum species confundant.

2do alia signa sunt rei juncta, alia a re sejuncta. Symptomata [illegible] signa sunt morborum ac morbis [illegible]

3tio alia signa, ut natura [illegible] illius, quod repraesentat; Alia sunt signa instituta vel remotam habentia cum re figurata relationem, vel nullam, quemadmodum verba signa sunt cogitationum, et characteres verborum.

Traditi hac posita signorum divisione, tria cum Authore artis cogitandi notanda sunt. Primo ex praesentia signi rei significatae praesentiam inferri non posse, quum absentium quoque rerum sint aliqua signa: Ita praesentia pariter signi [illegible] rei significatae [illegible]. Advertendum 2do quod licet res [illegible] repraesentatur; Fieri enim potest, ut res aliqua in quodam statu se ipsam referat in alio statu, quemadmodum fieri potest, ut homo aliquis in proprio cubiculo semetipsum repraesentet concionantem. Sola enim status distinctio sufficit [illegible]. 3tio [illegible] advertendum est, quod quum ea sit signi natura, ut excitet per ideam rei [illegible] rei figuratae, quamdiu [illegible] excitet [illegible] natura fuerit destructa. [illegible] colores in Iride, quos Deus elegit, ut [illegible] humanum genus Diluvio deleturum, reales esse, et veros, dummodo sensus nostri easdem semper [illegible] nobis, easdemque utantur ad Dei promissa concipienda.

Caput 7.

De Categoriis, sive entium Generibus.

Quia [illegible] res [illegible] modos [illegible] modos cum rebus, resque, earum modos, et res modificatas simul permisceamus, et indistincte concipiamus; Inde a fit, ut tanta sit in nobis obscuritas, et confusio idearum. Quare, ut [illegible] claritas, atque distinctio in [illegible] summa [illegible] reducenda sunt [illegible] veluti series rerum, et modorum.

Hujusmodi series, quae a Quintiliano Elementa vocantur, graeca voce dicuntur Categoriae, seu, ut interpretatur Capella, [illegible]cationes. A Boethio autem caeterisque Dialecticis appellantur Praedicamenta [illegible] Aristotele, communes fecit. [illegible]

Decem recensentur a [illegible] Substantia, Quantitas, Relatio, Qualitas, Actio, Passio, Locus, Tempus, Situs, Habitus.

Substantia [illegible] qualitates [illegible] substantiae sunt. Hinc substantia ratione substantiae, quatenus nimirum est Entitas per se subsistens, alteri substantiae contraria esse non potest, sed omnis substantiarum repugnantia, et oppositio oritur ab accidentibus. Ad substantiam, velut varias species referuntur substantia spiritualis, et corporea, vivens, et vita destituta [illegible]

Quantitas est extensio partium substantiae. Dividitur in continuam, et discretam. Continua est ea, quae partes habet inter se connexas: ut linea, tempus; Discreta vocatur, cujus partes sejunctae sunt: ut numerus. Quantitas continua [illegible] dividitur in permanentem, et successivam. Permanens dicitur, quae partes omnes simul existentes habet: ut superficies [illegible] est extensio [illegible] extensio [illegible] sio numerum in longum, latum, et profundum.

Relatio est ordo, sive respectus, sive habitudo unius ad aliud [illegible] ad servum, Principis ad subditum, solis ad Lunam.

Qualitas definitur a Peripateticis accidens modificativum substantiæ, sive accidens, per quod substantia dicitur qualis; ut per calorem calida, per albedinem alba. Dividitur autem qualitas ab Aristotele in Habitum, Potentiam, Patibilem qualitatem, et Figuram. Habitus est facilitas, et propensio firmata ad operandum, quæ frequentatis actibus, vel exercitatione acquiritur, et habetur [illegible]. Quod si habitus debilis adhuc sit, dispositio vocatur. Potentia est vis a natura rei indita ad aliquid agendum, ut potentia visiva; quæ si debilis, et infirma fuerit, impotentia nuncupatur. Patibilis qualitas est illud accidens [illegible], vel [illegible] afficere [illegible], ut calor, frigus; eadem vero affectio [illegible], passio dicitur. Figura denique est extrema corporis [illegible] ordine resultans: ut figura quadrata, vel rotunda.

Actio a Peripateticis concipitur ut accidens [illegible] causæ [illegible] agens. [illegible] calefactio [illegible]. Actio vero [illegible], ut [illegible], [illegible]tare, scire, amare; vel extra se: ut scribere, secare, frangere, manifestare.

Passio est illud, quo res aliqua constituitur patiens, seu effectum recipiens. Sic calefactio [illegible] hominis, vel alterius corporis calefacti dicitur passio.

Locus secundum Aristotelem est determinatio rei locatæ, et duplex distinguitur, definitivus [illegible], et circumscriptivus. Primus convenit substantiæ spirituali, quum ita spiritus sit in loco, ut totus eam sit in qualibet parte loci. 2dus proprius est corporis, quum ita corporea substantia sit in loco, ut ab ipsa loci superficie circumferatur, et contineatur, ita ut [illegible] corporis parte, quæ est in loco, [illegible] corpori.

Tempus dicitur accidens resultans in corpore, quo corpus in aliqua temporis differentia concipitur. Designari autem solet adverbiis heri, cras, et similibus.

Situs, sive Positura est dispositio partium corporis in ordine ad locum: ut situs Urbis, vel Ædificii. Situs [illegible] præcipue competit viventibus, et [illegible] pro dispositione partium [illegible].

Habitus tandem definitur corpus quoddam alteri corpori circumpositum, ut Toga. Ad habitum [illegible] tres requiri conditiones: Prima est, quod corpus adjacens corpori, cui inhæret, utile sit: 2da, quod a corpore circumferatur: [illegible]. Hinc defectu primæ conditionis, compedes ferrei, defectu 2dæ, stragula, defectu 3tiæ, plumæ, crines, ungues a prædicamento Habitus excluduntur.

Hæ sunt [illegible] Aristotelis Categoriæ, de quibus apud Peripateticos magna animorum contentione [illegible] cognitionem omnem verumque scientiam [illegible], vel [illegible] numero aut ordine [illegible]. [illegible] Aristoteles [illegible] gravidæ, parum utiles sunt, tantum abest, ad vitæ formandum, [illegible] tare animadvertit Eduardus Corsinus Logicæ Partis 1. Cap. 19, divisio, et distributio ista paulo liberius ab Aristotele [illegible] continet [illegible], cujusmodi sunt [illegible] Dominus appellatur: aut quæ nova realis entitas in locrate effingi potest, quod in Academia [illegible] vel carcere reperiatur. Si denominationes omnes, vel modi extrinseci admitti deberent, jam non decem, sed infinita propemodum entium genera [illegible]. Illud est a Philosophis Recentioribus observatum est, [illegible] Aristotelis [illegible] ad unum, aut certe ad pauciora numero reduci potuerant.

Recentiores [illegible] sex [illegible] enumerant [illegible] genera [illegible] mensura, motus, positura, quomodocumque ea definiatur. Mensura [illegible] quantitatem [illegible]. Motus est translatio, sive migratio corporis ex uno in alium locum. Positura est [illegible] illa proprietas, quæ intima est, quæque variari non potest, quin eadem substantia mutetur. [illegible] addunt Quietem. Verumtamen quum non sit nova realis entitas; aut realis [illegible] privatio motus, inter Categorias [illegible] collocanda est [illegible] exsurgendas esse [illegible].

Caput 8.

De Idearum signis, seu de natura vocabulorum.

[illegible] ea, [illegible], sola idearum [illegible], ceteris [illegible] sa neque tam nos juvarent, neque tam essent in nobis manifesta, nisi quæ concepissemus mente, promere eas loquendo nossemus. [illegible] cendo serva possumus; idcirco nunc de eis dicenda sunt, de signis idearum, seu de vocibus, quarum adminiculo ideas nostras manifestamus.

De vocabulorum natura, [illegible] Tezure natos [illegible]

[illegible] in quendam [illegible] commoda [illegible] expoliverint. Si homines non aliam habuissent originem, nihil in hac re dici probabilius posset. Alii cum Cratylo docuerunt primos homines sua sponte naturâ fuisse locutos, et [illegible] linguam quandam naturalem. Nec desunt qui putant infantes, si nullo hominum commercio educarentur, hanc linguam lo[quuturos] [illegible] al [illegible] propria naturâ significent.

Certe autem non aliud est vocabula [illegible] et arbitraria nostrarum idearum [illegible] non idem [illegible] hominum docuit multis argumentis [illegible] primo, licet quidam sint vocabula, quae [illegible] significata habere videntur, ut [illegible] murmur [illegible] stridor; haec tamen adeo pauca, et levia sunt, ut immerito inferatur singula vocabula ex ipsa rerum naturâ fuisse exorta [illegible] murmur [illegible] omnes [illegible] contraria [illegible] bus significent. 2do, si ipsamet naturâ naturalem quandam linguam nos edoceret, et qui sine societate educarentur, loquaces essent, et loquerentur surdi, quorum lingua non est impedita, et homines universi eodem sermone uterentur; [illegible] experientiae repugnent, dicendum est vocabula [illegible] articulato [illegible] aut [illegible] quibus animi conceptus, seu ideas pro libito significant.

Errant [illegible] naturâ [illegible] nullo modo linguam loquuti essent. Sed ea lingua [illegible] constabat, et simplicissimis vocabulis, quae duobus illis [illegible] certum est vocabula [illegible] et [illegible] arbitraria [illegible] autoritate.

[illegible] canones ac [illegible] vocum [illegible] vocabula sunt arbitraria [illegible] significare [illegible] vocabulum [illegible] vocabula [illegible] notiones [illegible] quicunque hunc canonem non [illegible] authores non intelligunt [illegible] quam author [illegible] ~~[illegible]~~ recipiunt.

2do propter arbitrarium vocabulorum [illegible] ut [illegible] vocabulis non [illegible] notiones [illegible] Quare cavendum est ne vocabula [illegible] ex propria notione [illegible] errores hoc canone [illegible] haurimus [illegible] secundum nostras ideas, et [illegible] opiniones [illegible] vera accipimus. [illegible] canones servanti [illegible] qui vel authores legunt, vel aliquem [illegible] audiunt, si [illegible] cipi nolunt.

[illegible] autem vel dicturi [illegible] sunt animadvertant [illegible] ideam [illegible] abutentur [illegible] ut homines [illegible] vocabula [illegible] in familiari sermone [illegible] interrogati quid significent, nesciunt explicare.

2do cavere debent, ne cogitationes suas [illegible] exprimant [illegible] curam duntaxat ideam.

3tio, uni vocabulo [illegible] non sunt [illegible] idea [illegible] dicta est, quot [illegible] in scholis [illegible] existere [illegible]

4to cavendum est a vocibus indeterminatis, [illegible] translatis.

Caput 9.

De Speciebus, et Proprietatibus vocum.

Grammatici, [illegible] octo orationis partes [illegible] octo enumerarunt [illegible] terminorum species [illegible] Pronomen, verbum, Participium, [illegible] Interjectionem, et Conjunctionem. Duae tamen ex illis praecipuae sunt, verbum nimirum, et nomen, tum quia [illegible] tum quia ad illas caeterae revocari possunt.

Nomen definitur ab Aristotele vox ex instituto significans sine tempore; significans nimirum simplicitur ideas ac idearum objecta: ut Deus, homo, sol. Idem etiam de Pronomine intelligendum est.

Verbum ab eodem Aristotele definitur, vox ex instituto significans cum tempore [illegible] vox significans affirmationem cum designatione personae, numeri, et temporis. [illegible] verbum ad judicia exprimenda institutum est, atque hujusmodi significandi vi a caeteris orationis partibus distinguitur; 2dario vero temporis etiam, numeri [illegible] ferentias complectitur.

Participium, ut ipsa vox sonat, nomen [illegible] temporis etiam differentias [illegible] significent, sed tempus etiam, in quo [illegible] exercet. Caeterae orationis partes: Praepositio, conjunctio, [illegible] verbum excipias, vel modum rei exprimunt [illegible] modos [illegible] et accidentia [illegible]

significant, quae cogitationes nostras, aut res exprimant. Verum [illegible] omnia clare, distincte [illegible] possunt [illegible] idearum conditio et natura, qua istas voces exprimunt [illegible]. Talis [illegible] natura vocis aut termini [illegible] rei, aut mode [illegible] vocis [illegible] significati. [illegible] plures oriuntur vocum seu terminorum [illegible] quae breviter indicare sufficiat.

Nam primo terminus alius est substantivus seu absolutus, alius connotativus, seu adjectivus. [illegible] substantivus est substantiam significat [illegible] ut homo, prudentia, adjectivus rem modificatam exprimit ut albus, prudens.

2do vel Categorematicus est, vel Syncategorematicus. Primus per se significat ut homo, [illegible] 2dus [illegible] significat quid alteri [illegible]: ut omnis, aliquis, nullus.

3tio dividitur in universalem, seu communem, et in particularem. Universalis dicitur qui aliquid significat commune pluribus ut [illegible]. Particularis, qui aliquid significat [illegible] [illegible] ut Petrus. Terminus universalis dividitur in univocum, aequivocum, et analogum. Univocus est, qui eandem significationem habet in multis, sic [illegible] in significatione animalis homo et brutum [illegible] conveniant. Vox animal univoce dicitur tam de homine, quam de bruto. Terminus aequivocus est, qui res significat omnino diversas, et in solo nomine convenientes: ut Canis, qui dicitur de pisce, de sidere, et de animali domestico. Analogus est qui res diversas significat, id est [illegible] attributionem [illegible], vel aliquam inter se proportionem, et [illegible] habentes. Sic vox sanum analogice dicitur de animali, medicina, et colore, quia animal gaudet sanitate, medicina illam [illegible], eamque color indicat.

4to dividitur terminus in divisivum, seu distributivum, et in collectivum, seu [illegible]. Distributivus est ille, qui pluribus convenit et simul acceptis et seorsum sumptis ut sidus [illegible] omnibus, et singulis convenit sideribus. Collectivus est, qui plura significat solum prout conjuncta sunt: ut Populus, Civitas, exercitus.

Dividitur 5 in simplicem, seu incomplexum et in compositum, seu complexum. Simplex una tantum voce rem unam significat ut Sol, Arbor; Compositus vero plures res vel plures voces complectitur. [illegible] terminus complexus voce, sed non re: e.g. Marcus Tullius Cicero; Alius est complexus re non voce: ut Geometra, quo homo simul, et Geometria comprehenduntur; Alius denique et re, et voce complexus: ut Tullius Orator, qui duas res duabus vocibus indicat.

Dividitur 6 terminus in impertinentem, et pertinentem. Impertinentes sunt, quorum unus [illegible] excludat [illegible] [illegible] non [illegible] ab altero. In hoc [illegible] termino, Philosophus Miles, neque Miles excludit Philosophum, neque Philosophus Militem. [illegible] non [illegible] Philosophus, ergo Miles. Vel [illegible] Miles, ergo Philosophus. [illegible] pertinentes sunt, quorum unus ex altero deducitur. Ut [illegible], et [illegible]. Termini [illegible] pertinentes sunt qui se se invicem excludunt ut album [illegible]. [illegible] termini dicuntur a [illegible] in Dialecticis pertinentes sequela [illegible] unus ex alio sequitur, et pertinentes repugnantia, [illegible] unus alium excludat.

7o dividitur terminus in terminum primae intentionis, et terminum 2dae intentionis. Primus est, qui res significat, prout in se ipsis sunt, quin ab intellectu nostro pendeant; ut homo, lapis: 2dus est, qui res significat a mente nostra pendentes: ut genus, species, modus.

8vo terminus vel concretus est, vel abstractus. Concretus formam, seu modum exprimit simul cum subjecto, cui inheret: ut album, dulce. Abstractus formam, seu modum ab omni subjecto separatum significat. Ut albedo, dulcedo.

9 vel absolutus est, vel relativus. Primus rem exprimit sine ulla ad aliam relatione: ut Circulus. 2dus rem indicat cum relatione ad aliam: ut [illegible], qui [illegible] [illegible] relatione ad patrem. [illegible] a Dialecticis [illegible] seu terminorum species, quas veluti inutiles praeterimus.

Quum plurimis aliis modis voces pro rebus, ipsis in oratione poni, atque adhiberi consueverint, factum est, ut plures distinguerent terminorum proprietates [illegible], [illegible], Restrictio, Alienatio, et Appellatio.

Suppositio nihil aliud est, quam termini pro re significata positio. Haec autem multiplex est. [illegible] terminus universalis pro omnibus [illegible] significatis ponatur, suppositio vocatur Distributiva completa [illegible] ad [illegible] procedat, [illegible] dicat omne animal [illegible]. Incompleta vero, [illegible] conficitur [illegible] diceret omne animal [illegible] ~~Collectiva [illegible]~~ [illegible] terminus ponatur pro [illegible] conjunctis [illegible] ut si quis diceret Partes Orbis sunt quatuor suppositio nuncupatur Collectiva. Si vero terminus [illegible] pro [illegible] duntaxat [illegible] suppositio erit disjunctiva. Ut si [illegible] aliquis homo est Geometra.

Ampliatio est extensio termini ad omnes temporis, loci, et [illegible] differentias, [illegible] jacent ut si diceres Deus pro omni, homo, mortuus est [illegible] non solum de futuris sed de praeteritis [illegible] [illegible], et [illegible], [illegible], atque [illegible] intelligitur.

Restrictio dicitur, quum amplior termini significatio ad pauciora contrahitur: ut quum vocabulum hoc Orator pro M. Tullio ponitur.

Alienatio est translatio termini a propria ad impropriam, seu metaphoricam significationem. Sic quum Scriptura dicit: [illegible] Leo de [illegible] Juda. Terminus Leo, qui proprie animal indicat [illegible] [illegible] [illegible] Christum, qui quum nostrae salutis hostes debellaverit, [illegible]

Appellatio denique, seu denominatio est usus termini tribuentis [illegible] denominationem alteri termino [illegible] Appellatio patebit ex hac Propositione: Mens humana est immortalis in qua [illegible] immortalis [illegible] denominationem menti humanae. [illegible] [illegible] Denominatio [illegible] et Formalis [illegible] [illegible] vox [illegible] homo [illegible] [illegible], [illegible] propositio est [illegible], quum in hac propositione [illegible] homine secundum formam, id est secundum veram, et propriam, quam importat, rationem.

Veteres Dialectici alia etiam plura de speciebus et proprietatibus terminorum fuse et operose tradiderant, quae nos ut investiganda relinquimus; praesertim cum pauca etiam ista, quae in hanc rem diximus, nullius ferme sint usus.

Logicae

Liber 2dus

De Judicio, et Propositionibus.

Caput 1.

De natura Judicii.

Judicium est actus, quo unum de alio vel affirmat mens, vel negat. Deum v. c. esse justum, animam rationalem non esse cum corpore perituram. Tria necessaria sunt, ut rectum de aliqua re judicium proferat. Primo enim necessum est, ut conspicimus duarum idearum, videlicet, ut nobis innotescat tum id, de quo aliquid affirmare volumus, vel negare, tum id, quod illi affirmando conjungimus, vel negando removemus. Sic recte judicare non possumus corpus esse extensum, nisi constet tum quid sit corpus, tum quid extensionis nomine intelligat. 2do ad rectum judicium necessaria est mutua duarum ipsarum idearum comparatio. Nisi enim ideae, quarum una de altera enuntianda est, invicem conferantur, cognoscere non potest mens quae sit earum habitudo, proindeque nec rectum ferre judicium. 3tio necesse est, ut ipsarum idearum habitudo menti reluceat. Nam ex cognitione duntaxat hujus habitudinis determinatur mens ad unam ideam de alia affirmandam, vel negandam.

Hinc judicium vel affirmativum est, vel negativum. Primum est, quum unam ideam alteri convenire affirmamus, ut quum judicamus Plantas esse vita donatas. 2dum est, quum unam ideam alteri non convenire asserimus, ut quum judicamus corpus humanum non esse immortalitate praeditum. Proprietates judicii sunt veritas, et falsitas. Verum erit judicium, si proprio objecto, rei nimirum, quam contemplat mens, dum judicat, consentaneum sit: Falsum erit judicium, si proprio objecto minime congruat. Sic vere judicamus Spiritus non esse extensum, quia substantiae spirituali juncta extensio repugnat. Falsum vero est judicium, quo affirmamus Mercurium, Venerem, caeterasque Planetas lucere lumine proprio, quum revera non proprio lumine luceant, sed reflexo lumine Solis. Judicium itaque a perceptione, seu idea longe diversum est, quum per ideam aliquid duntaxat percipiat mens, nihil affirmando, aut negando, per judicium vero plures ideas vel affirmando conjungat, vel separet negando. Quum autem judicium sit actio mentis duas ideas vel conjungentis, vel separantis, pro certo habendum est illud a mente propria, et congenita sibi vi, produci.

Caput 2dum.

De erroribus in judiciis nostris occurrentibus.

Docent Dialectici, nec immerito, falsa omnia judicia vel ex praejudicatis infantiae opinionibus, vel ex nimis properata, et praecipiti mentis festinatione produci. Ut ergo judiciorum falsitas quoad fieri potest evitemus, hujusmodi errorum fontes accurate examinandi sunt, et quaenam sint adhibenda remedia.

Infantiae praejudicia vocant falsas illas opiniones, quas, cum infantes essemus, ex sensuum praesertim impressionibus hausimus. Nam, ut ait Tullius [illegible] nos simul atque editi in lucem, et suscepti sumus, in omni continuo pravitate, et in summa opinionum perversitate versamur, ut pene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. Quum vero Parentibus redditi, deinde Magistris traditi sumus, tum [illegible] errorum et vanitati veritas, et opinioni confirmatae natura ipsa cedat. Falsis nos pueros opinionibus a teneris usque annis imbutos, experientia constat satis habemus. Nam praestante ad [illegible] ideas, quae ex rebus sensibilibus oriuntur in varios errores adducti fuimus, propterea quod tales esse res judicabamus, quales sensuum ope recipiebant. Hinc graviora, densioraque corpora, aurum scilicet, lapidem, lignum plus continere corporeae substantiae, quam aer, aqua, caeteraque leviora et rariora, putavimus. Hinc Antipodas inverso capite incedere, Solem non esse Tellure majorem, Stellas [illegible] aequales judicabamus. Hinc denum innumera falsa judicia orta sunt, quibus a pueritia praeoccupati falsa ea omnia arbitramur, quae illis consentanea non sunt, ea vero quae [illegible], velut certissima amplectimur, quae ex illis derivantur. Nam

Dedidicit animus sero, quod didicit diu.

Praejudicatis infantiae opinionibus accedit praecipitatio mentis, praecipue nimium, et inconsiderate de re ignota, vel non satis explorata, judicium. Quo certe mentis vitio nullum in nobis frequentius. Quum enim ad opinionis, et scientiae cupiditatem trahamur omnes, morae impatientes sumus res inordinate et confuse consideramus, et longe plura sunt, quae odio, amore, cupiditate, iracundia, dolore, laetitia, spe, timore, errore, aut alia emotione mentis, quam ex veritate judicamus. Apud viros, praeclare Auctor Artis cogitandi, in sinum admittimus promiscuam rationum, et Axiomatum farraginem. Haec malumus pro veris supponere, quam ad examen vocare. Si non cum ipsi, credere volumus ab aliis capi, et sic memoriam infinita rerum falsarum, obscurarum, et non intellectarum suppellectile oneramus, e quibus, tan[quam] indubitatis principiis, conclusiones postea deducimus, nequaquam ad ea attendentes, quae vel dicimus, vel cogitamus. Vanitas praeterea et Arrogantia vires addunt

huic malo. Pudet nos de quovis dubitare, quidvis ignorare. Malumus inconsulte garrire, et casu pronuntiare, quam nosmetipsos agnoscere non satis instructos ad sententiam ferendam. Tot scatemus ignorantiis, et erroribus, quum tamen nihil difficilius sit, quam hanc tam aequam, tam debitam humanae conditioni confessionem extorquere: Nescio, Fallor.

Ut autem duobus hisce errorum fontibus occurramus, Primo ab omnibus opinionibus expurganda est mens nostra, quas ante hac vitae consuetudine temere arripuimus; earumque nulla deinceps pro vera habeatur oportet, nisi maturo prius examini subjecta fuerit, attentoque animo considerata, et aequa rationis lance expensa. Hinc Cartesius meditatione 1. a dubitatione inchoandum esse Philosophiae studium docuit. Quamdiu enim anticipatae opiniones vigent, tamdiu judicia nostra libera esse nequeunt ab omni erroris periculo; Atque ubi omnia simul complexa sunt, discerni vera a falsis vix possunt, nisi singula in dubium revocentur, et rursus de expendantur. Cavendum tamen est summopere, ne per hanc dubitationis regulam in oppositum vitium incidamus: Nulli sunt qui dignoscentes plurima obscura esse, et incerta, gloriae ducunt asserere nihil certi omnino esse, ita ut veritates manifestissimas, atque ipsam adeo Religionem in dubium revocent. Cum his haudquaquam dubitandum est quum plura sint fere nobiscum nata, et absque ullo examine a teneris usque annis menti infixa, quae nobis, vel levi adhibita attentione, manifestissime constant. Terram, solem, lunam existere; totum esse majus sua parte; Impossibile esse idem simul esse et non esse, et alia sexcenta ita certa sunt, ita clara, ut nullus sanae mentis ea veluti dubia habuerit. Ea quoque, quae ad Fidem pertinent, ab omni prorsus dubitatione excipienda sunt. Quemadmodum enim in iis, quae a naturali ratione dependent, evidentia inquirenda est, ita haec ipsa evidentia nimis temere in iis desiderat, quae credenda quidem sunt, sciri autem minime possunt. Merito propterea Author Artis cogitandi quinque [illegible] peccare existimat, qui in judiciis ferendis praecipites sunt quam qui haesitant sunt, res omnes in dubium revocant. Non minus quippe vitium est tantam menti humanae tribuere vim, ut uno vel simplicissimo intuitu omnia possit clare, distincte percipere, quam mentem in tantum adeo dejicere, ut nihil unquam certi possit ab ipsa comprehendi.

Quoniam vero multa sunt praejudicia, quae non ita facile eradicari ex animo possunt, quaedam sunt quae nobiscum quodammodo nata, sensim quoque incrementa in animo cepere. Totis viribus in id incumbendum est, ut ab omni opinione, quam citra justam rationem hausimus, mens exsurgat, assensum nostrum circa eas res de quibus merito dubitari potest, tamdiu sustinendo donec illas recognoverimus, et accurate, ac sedulo ponderaverimus. Quare omnis in judiciis pertinacia vitanda est, ac nequaquam iis inhaerendi qui praejudicia sua acceptione fuerit, et se erudiri a junioribus potissimum, minime patiuntur. Nam ut recte Lactantius Lib. 2 divinarum Institutionum cap. 8. Quum sapere, idest veritatem quaerere, omnibus sit innatum, sapientiam sibi adimunt, qui sine ullo judicio inventa majorum probant, et ab aliis pecudum more ducuntur! Sed hoc eos fallit, quod majorum nomine posito, non putant fieri posse, ut aut ipsi plus sapiant, quia minores vocantur, aut illi desipuerint, quia majores nominantur.

2do, ut errores, qui oriri solent a mentis praecipitatione, excludantur, judicia nostra tamdiu cognitorum sustinere debemus, donec res, in qua versamur, sedulo examine discussa fuerit, satisque perspecta. Quum enim, ut ait Tullius, tam vitiosum est consentire ad assentiendum aut falsum aut incognitum, sustinenda est potius omnis assensio, ne praecipitet, si temere processerit. Quia tamen non omnia ejusdem ponderis sunt, nec omnia eodem modo incerta, pro diversa rerum judicandarum conditione, singula sunt expendenda. Quae igitur magni sunt ponderis, maximeque abstrusa, longa et diligenti mentis attentione sunt perpendenda; Quae vero sunt facilia, parvique momenti, attenta quidem, sed non tam morosa discussione consideremus oportet. Non minus quippe vitium est, in iis quae pro sua natura, ac difficultate longo, attentoque examine indigent praecipitanter versari, quam in iis perscrutandis, quae scitu faciliora sunt, et parum utilia longam operam impendere.

3tio, praemisso sufficienti rei examine, judicium ita ferendum est ut perceptioni communi respondeat, ita ut si perceptio fuerit clara, atque distincta, firmum sit, et stabile judicium, si obscura fuerit et confusa, aut nullum, aut non nisi timidum proferatur judicium! Itaque redarguendi ii sunt, qui de rebus certis, et evidentibus dubitanter et timide judicant, quam qui de rebus confuse tantum, et obscure cognitis absque ulla haesitatione judicium, veluti ex tripode, pronuntiant.

Cognitis falsorum judiciorum fontibus, et regulis statutis ad recte judicandum, inquirendum nunc est, utrum tradita a Cartesio methodus admitti possit. Diximus dubitandum nobis esse, ut quae in nobis sunt [illegible] opiniones auferantur, atque ut inposterum recte judicemus. Statuendum nunc est, utrum modo, quem docet ille, dubitandum sit initio Philosophiae. Inprimis autem notandum est vel late vel stricte sumi posse dubitationem. Late sumpta dubitatio est, quum intellectus ignorat rationes, quibus propositae quaestionis veritas, et certitudo nititur, Atque haec improprie dicitur dubitatio, quum potius ignorantia appellanda sit. Stricte vero sumpta dubitatio est, quum mens nostra accurate perpensa, et libratis utrinque rationum ponderibus, haeret quasi suspensa, et incerta, utrum ad hanc, vel illam partem sese determinet, hoc est, utrum propositam quaestionem affirmet vel neget. Atque haec illa est dubitatio, quam veluti Philosophiae fundamentum olim Sceptici, ex Recentioribus vero Cartesius invexit, quamvis in hoc a Scepticis differat Cartesius, quod illi de rebus omnibus dubitantes nihil assererent, sed semper in quaerendo, considerandoque, ut tradit Tullius toti essent, Cartesiani vero, ut ipsi praedicant, eo fine de rebus omnibus dubitent, ut praemisso diuturno per dubitationem examine, certo, evidenterque omnia cognoscant. Hinc Cartesius meditatione 1. Animadverti, inquit, jam ante aliquot annos, quam multa, ineunte aetate, falsa pro veris admiserim, et quam dubia sint quaecumque illis postea superstruxi, ac proinde funditus omnia semel in vita esse evertenda, atque a primis fundamentis denuo inchoandum, si quid aliquando firmum, et mansurum cupiam in scientiis stabilire. Hoc autem Cartesianae Philosophiae fundamentum quatuor potissimum innixum est argumentis. Primum est, quod sensus fallaces

ẽẽ sæpe experiam, 2dũ, qd plurima in somniis appareant, quæ nusquã sunt, quæq. internoscere ñ possumus ab iis, quæ vigilantes sentimus, 3tiũ, qd obscura sit, et lubrica humana rão, ac ñnullos aliquando in iis errare videamus, quæ pro certissimis, et per se notis admittunt, 4tũ, qd ignoremus, an tales nos voluerit creare Deus, ut semp fallam in iis etiã, quæ nobis videntur ẽẽ notissima. Hujusmodi generalis dubitaõnis fundamenta cum sibi proposuisset, subdit eadẽ meditaõne Vir cl. Quibus sane argumentis ñ habeo, qd respondeã, sed tandem cogor fateri nihil ẽẽ ex iis, quæ olim vera putabam, de quo ñ liceat dubitare, idq. ñ per inconsiderantiam, vel levitatem, sed propter validas, et meditatas raões, ideoq. etiã ab iisdem, ñ minus quam ab aptè falsis accurate deinceps assensionẽ ẽẽ cohibendam, si quid certi velim invenire. Hisce notatis, ut habeamus qd opponamus iis, qui putant Cartesium haudquaquam docuisse de rebus omnibus, semel in vita ẽẽ dubitandum, sit

Proõ Unica. Dubitaõ Cartesiana ad veritatem assequendam adeo inutilis ẽ, ut omnẽ potius eliminet veritatem.

Probaõ probatur. Quamvis multa præjudicia a teneris usq. annis sint menti infixa, adeo ut innumera, veluti certissima habeamus quæ vel falsa, vel ñ satis explorata sunt, manifestissima tñ, et certissimas ẽẽ in nobis quamplurium rerum cogniõnes, verti in dubium ñ potẽ. Enimvero et unum existere supremum rerum universarum conditorem certo scimus, et mundum universum nobis circumfusum pro figmento animi habere ñ possumus, et nosmetipsos cogitare revera et ẽẽ ita pro certo habemus, ut si vel levitr dubitaremus, ut essemus comparandi, quibus se aliquantum comparavit aliquando Cartesius, quibusdam scilicet insanis, quorum cerebella tam contumax vapor ex atra bile labefactat, ut constanter asseverent vel se ẽẽ Reges, quum sunt pauperrimi, vel purpura indutos, quum sunt nudi vel caput habere fictile vel se totos ẽẽ cucurbitas, vel ex vitro conflatos. Animus ad deponendos errores paratissimus, et ad argumenta ponderanda maxime intensus non ẽ, cur statim ab initio, omnibus receptis opinionibus depositis, omnia debeat veluti falsa, aut dubia rejicere. Si decepti fuimus, adhibito accurato examine, cognoscere possumus nos fuisse deceptos, et ne imposterum fallamur, satis nobis erit si successive proloco, tempore et opportunitate singula ad examen revocavimus. Quare qd jubet Cartesius semel in vita ẽẽ philosopho dubitandum, et ita dubitandum, ut universa ñ pro incertis tantum, sed omnino pro falsis habeam quod docet ñ solum quæcumq. antehac incerta, et verosimilia, sed et quæ certissima nobis visa sunt, ẽẽ rejicienda, ea tradit, quæ fingi quidem, fieri autem nullo modo possunt.

Quanquam, etiamsi ita omnes cogniões rejicere posset mens, ut omnia haberet pro falsis, vel pro incertis, quæ quæso, esset hujusce dubitaõnis utilitas pro recta acquisitione veritatis? Quid v. c. proderit dubitanti Circulum ẽẽ rotundum, totum ẽẽ majus sua parte, numerum binarium ẽẽ numerum parem, si hac dubitaõne pacta, eo semp deveniendum ẽ, ut et Circulum ẽẽ rotundum, et totum ẽẽ majus sua parte, et numerum binarium ẽẽ numerum parem pro certo habeat? Ut veritatem assequamur, distinguenda sunt certa ab incertis, vera a falsis, ñ autem ita veritas cum falsitate permiscenda, ut quæ sunt vera habenda sint cum Cartesio veluti falsa.

Verum qd magis evincit periculosam ẽẽ Cartesianam dubitaõnem sunt ipsamet fundamenta dubitaõnis. Profecto si sensus fallaces sunt, si distinguere ñ possumus ea quæ vigilantes sentimus, ab iis, quæ nobis somniantibus contingunt, si obscura, et imperfecta ẽ humana rão, si denique ẽ Deus deceptor: ñ semel in vita tantum, sed semper cum scepticis dubitandum esset de rebus omnibus. Id quum asserere nequeat Cartesius, quin Catholica pietate Fides fatendum ẽ hujusmodi dubitaõnem inutilem ẽẽ, imo et periculosam pro recta veritatis inquisitione.

Opponitur. 1 Quæcumq. hactenus percepimus, sensuum ministerio percepimus. Ergo quæcumq. hactenus percepimus in dubium revocanda sunt. Ant. certum ẽ. Pro conseq. Cognovimus aliquando a sensibus fuisse deceptos. Hoc posito, quæcumq. hactenus percepimus etc. Ergo etc. Min. certa ẽ. Pro: Mr. Summa imprudentia ẽ iis confidere, qui nos vel semel deceperunt. Ergo etc.

R. conc. ant. neg. conseq. ad prob. conc. mm neg. mm ad prob. neg. ant. et conseq. Quanquam fieri potẽ, ut aliquando occasionaliter per sensus decipiamur, ñ propterea de omnibus dubitandum ẽ, quæ sensuum ministerio percepimus. Quum ex iis, quæ novimus per sensus, multa sint, quæ semp ita se habuerunt, et nunc quoq. constanter ita se habent, ñ nisi imprudenter de iis etiam dubitaremus. Ñ nisi imprudenter, inquam. Nam si qd nos aliquando fefellit reviciendum ẽ, cur ñ etiam fidendum vel semp, atq. constanter verum deprehendimus? Num mala unquam rão nos suadet ẽẽ falsum quia Turrim a longe conspicientes saltem judicabimus rotundam, falsum quoq. censendum erit judicium illud, quo eam prope intuentes semp, atq. constanter judicamus quadratam? Parum igitur refert, qd sensus nos aliquando occasionaliter deceperint.

Neq. dicat Cartesius summam ẽẽ imprudentiam nostram iis fidere, qui nos vel semel deceperunt. Quis ñ existimet sibi a vino ẽẽ prorsus abstinendum, qd semel a vino passus sit incommodum? Quis a cibo abhorreat, qd ei illi aliquando nocuerit? Vel: in summa imprudentia ẽ vinum vibere ei, qui aliquando temulentus fuit, summa imprudentia ẽ sumere cibum, a quo aliquando infirmitas principium duxit: Vel prudentis ñ ẽ sensibus fidem habere, licet quandoq. a sensibus nos fuisse deceptos fateam. Sicuti ergo prudentis ẽ ñ omnino cibum, et vinum relinquere, quia aliquando nocuit, sed tantum relinquere qd nocuit, ita summa prudentia erit ñ omnes, quas per sensus habuimus, cogniões in dubium revocare; qd sensus aliquando in suis repræsentaõnibus nos deceperint, sed eas tantum evertere, quas falsas aliquando, aut dubias deprehendimus.

Opponunt 2do. Plura nobis in somniis contingunt, quæ contingere solent vigilantibus Ergo etc. Ant. certum. Pro conseq. nunquam certis indiciis distinguere possumus somnum a vigilia Ergo etc.

R. conc. ant. neg. conseq. ad prob. neg. ant. Libenter fateor cum Cartesio id et D. Augustinus Lib. 15 de Trinitate fatetur vitam scilicet somniantium ẽẽ simillimam vitæ vigilantium, negamus tñ de omnibus quæ nobis

occurrunt est dubitandum quod somnum a vigilia distinguere non possumus, ac certi quandoque sumus, ut semper somniemus. Falsum est eo nomine non posse utrum vigilemus, vel dormiamus. Quilibet experientia constat habet, saepissime evenire, ut statim ac somnia evanuere, considerationes, seu potius illusiones in somniis habitas mente revolvens, se somniasse clarissime sciat. In ipso somno aliquando contingit, ut tantam advertentiam idearum confusionem, deprehendamus vel saltem nos somniare suspicemur. Quae cum ita sint, asserendum proinde est, ex conscientia, seu ex intimo sensu nos saltem de nostra vigilia certos esse. Indignum autem Philosopho, imo a sana mentis homine alienum est de eo dubitare, quod ex intimo sensu evident cognoscit, et talis se in angustias conjicere, ut putet se continuo dormientem, hic iis, quae clare, atque distincte apparent, ac [illegible] Sit praejudicia dormientium sola evigilatione, et rerum evidentia discutiunt, ita digna res est ad dormientibus insomnia conducere, ut vigilantium praejudicia auferant.

Opponunt 2do. Mens nostra finita est, et limitata. Ergo etc. Pro. Conseq. si mens nostra finita est et limitata, non possumus nisi pluribus esse erroribus obnoxii. Hoc posito, de rebus omnibus licet dubitare. Ergo etc.

R. conc. ant. ne. conseq. ad prob. conc. tam ne. tam: vel ita distinguo: Hoc posito, de rebus omnibus falsis et incertis licet dubitare conc. de omnibus, veritatem, et certis ne. tam et conseq. Certum est mentem nostram finitam esse et limitatam, et tamen intellectui imbecille admodum esse, et infirmum: certum etiam est ab hac mentis limitatione et [illegible] se omnes illos errores proficisci, quibus nos quotidie obnoxii vivimus, immerito tamen propterea inter omnia quae hactenus cognovimus, esse in dubium revocanda. Nam si clara clare, atque distincte percipiant [illegible] ita ut capiant, quae non adversent lumini naturali, certa sunt, et evidentia; Haec saltem uti certissima admittenda sunt adeo ut, nobis etiam invitis, ad cogam assentiri. Hinc Cartesius ipse, postquam decrevit de rebus omnibus dubitare, [illegible] est, etiam de iis, quae per se lumine naturali nota sunt, ne exceptis quidem Theorematibus Mathematicis, nec iis principiis, quae [illegible]; Coactus denique est dubitationis suae fundamenta revocare, et nulla nasci veluti certa admittere, hac tantum ratione, quod lumine naturali nota sint. Sic certissime, et sine ulla dubitatione fatendum esse decrevit se esse, quia cogitat, quod repugnet, id quod cogitat, tum quod cogitat, non esse. Quid autem, inquit Huetius, aliud est repugnare, quam adversari [illegible] naturali, et salutari manifesto, ac [illegible] se notas explicare? Ergo quae adversant lumini naturali, et quorum falsitas per se nobis nota est, sine ulla dubitatione repudiari, uti Cartesius omnia ut falsa; quae vero consentiunt lumini naturali, et quorum veritas per se nobis nota est, sine ulla dubitatione admitti ut vera. Non igitur considerandum est ad mentis nostrae limitationes, considerandum non est ad luminis naturalis [illegible] ut omnia, quae a mente percepit, quae lumine naturali nota sunt evertamus.

Instabunt. Nunquam erramus ea certissima, et per se nota admittentes, quae non sunt nisi falsa. Ergo dubitandum de omnibus.

R. conc. ant. ne. conseq. [illegible] quando dicimus ea existimantes certissima quae sunt falsa, [illegible] admittendum est praecipite mentis festinatione in [illegible] de [illegible] ideas. Hinc si quando in hujusmodi vitium provocanti fuimus, [illegible] considerandas esse res et maturius [illegible] esse attendendas, ac de rebus [illegible] nobis, et [illegible] autem consequitur dubitandum esse de omnibus.

Opponunt 3tio. Ignoramus, utrum nos tales fecerit Deus, ut semper fallamur in iis etiam, quae nobis videntur notissima. Ergo etc. Pro. ant. Deus summe potens est; sed summe potens est, ignoramus etc. Ergo etc. Ita Cartesius in meditatione 1 inquiens: infixa quaedam est meae menti vetus opinio, Deum esse qui potest omnia, et a quo talis, qualis existo, sum creatus. Unde autem scio illum non fecisse, ut nulla plane sit terra, nullum coelum, nulla res extensa, nulla figura, nulla magnitudo, nullus locus. Et tamen haec omnia, non aliter, quam nunc mihi videantur, existere.

R. ne. ant. ad prob. conc. tam ne. tam. Non miror audemus Cartesium vedar vere quod [illegible] nisi auribus inauditam posuerit, quum opinatum est Deum posse nos semper fallere, sed hoc tantum [illegible] tenere existimat [illegible] simul [illegible], Deum scilicet, qui summe potens est, esse Deum [illegible] Deum bonum, Deum veracem. Quis si [illegible] intelliget profecto, quemadmodum alibi causale est, [illegible] tantum Christiano, sed Ethnico Philosopho hujusmodi excogitare. Quis non videt veracitati Dei repugnare, ut nos perpetuo, a tali bonitati Dei repugnare ut velit nos in perpetuo errore versari. Sapientiae Dei repugnare sui nullam prorsus nobis scientiam communicet? Num in eo collocanda est summa Dei potentia, ut nos et nobis decipere, et deceptos velit? Num talis est omnipotentia Dei ut repugnantia et impossibilia [illegible] possit efficere? Nemo unquam sentiens hoc ausus est dicere. Deus, inquit D. Augustinus lib. 2 contra Faustum, Deus non potest facere, ut quae facta sunt, facta non fuerint. Et libro de Symbolo haec habet: Multa non potest Deus, sed omnipotens est: et ideo omnipotens, quia ista non potest. Haec in causa fuere, ut Cartesius [illegible] se aliis in locis, et praesertim Principiorum parte 1. can. 29 scripserit Deum esse summe veracem, et dato [illegible] nos omnis luminis, ac proinde plane repugnare, ut nos fallat, sive ut proprie, et positive sit causa errorum. Si ergo, fatente Cartesio, repugnat, quod Deus sit causa errorum, suspicari merito non possumus utrum nos tales fecerit Deus, ut semper decipiamur, imo certi sumus, Deum nolle, ut perpetuo obnoxii simus erroribus.

Urgebit Cartesius. Quamvis suspicari non possimus Deum fontem veritatis nos semper fallere, supponere tamen possumus genium aliquem malignum, eundemque summe potentem, et callidum, qui omnem suam industriam in eo ponat, ut nos perpetuo decipiat. Ergo etc.

R. trans. ant. ne. conseq. Quemadmodum fingere non possumus Deum summe potentem velle nos in perpetuum

errore versari, quia id repugnat bonitati ac veracitati divinæ, ita non possumus suspicari a maligno quodam genio posse nos semper falli, quia repugnat Deum summe bonum atque veracem hujusmodi potentiâ et calliditate genium creasse, qui nos semper deciperet. Nihilominus secus id sibi fingeret Cartesius Cœlum, aerem, terram, colores, figuras, sonos, cunctaque externa nihil aliud esse, quam ludificationes somniorum ut fingeret se falso opinantem habere manus, pedes, oculos, Carnem, et sanguinem; id sibi persuadere voluit de maligno hoc genio, quod nemo antea somniavit.

Opponunt 5. Multa in nobis sunt præjudicia, quæ sunt errorum fontes; sed hujusmodi præjudicia deponere non possumus, nisi per generalem rerum omnium dubitationem. Ergo etc. Pro Minori. Quum multa præjudicia a teneris annis infixa sint menti, non possumus illa distinguere ab iis, quæ vera et certa sunt. Ergo etc.

R. conc. Majorem, neg. Minorem. ad prob: transeat Antecedens, neg. conseq. Innumera esse in nobis præjudicia a teneris usque unguiculis menti infixa; et ab hujusmodi præjudiciis quamplurimos errores proficisci norunt omnes. Summum studium in eo ponendum est, ut omnia, quo fieri potest, præjudicia auferantur, nosque putamus. Verum cavendum est, ne in majus præjudicium præcipites ruamus, dum ea, quæ certa sunt et indubitata cum iis, quæ incerta sunt, aut falsa, confundimus. Exuenda sunt præjudicia, non certæ, evidentesque cognitiones. Sicuti enim pravi humores, non laudabiles sunt evacuandi, Lolium, non frumentum ab agro est evellendum; ita inanes, et pravæ opiniones, non recta, et sana judicia sunt exterminanda. Quamquam, qui fieri potest, ut ea, quæ certa sunt, et evidentia, reputemus veluti falsa? An sibi in animum inducere poterit Geometra Quadratum non constare ex quatuor lateribus, et totidem rectis angulis? An persuadere sibi poterit Arithmeticus, quod bina, et bina non constituant numerum quaternarium? Ut ergo præjudicia auferantur, dubitare nemo potest modo a Cartesianis proposito.

Instabunt. Multa falsa in aliis scientiis supponuntur ad veritatem facilius assequendam. Ergo licet falsum esset, omnia, quæ hactenus percepimus, esse incerta; id tamen supponendum aliquando est, ut securius veritates omnes dignoscamus.

R. dist. Ant. Multa falsa in aliis scientiis supponuntur, quæ tamen falsa appellantur, et uti falsa supponuntur, conc. Multa falsa in aliis scientiis supponuntur, quæ uti vera admittuntur, et supponuntur, neg. Ant. et conseq.^m Quum in aliis scientiis nonnulla falsa supponuntur ad dilucidandas veritates, fatentur omnes ea esse falsa, et tantum supposita. Geometræ v.g. supponentes novas lineas, quæ revera non sunt, et ipsi optime noscunt hujusmodi lineas non esse, sed tantum supponi. At Cartesius, dum vult de rebus omnibus semel in vita esse dubitandum, hanc dubitationem non veluti falsam, sed tamquam veram dubitationem proponit, ut probant sive illius autoritates superius adductæ, sive argumenta, quibus demonstrare contendit universalem hanc dubitationem. Imo tantum abest, quod hæc dubitatio veluti falsa a Cartesio proponatur, ut, si res ita se haberet Cartesius sibimetipsi contradiceret. Doceret enim easdem res esse simul certas, et incertas, de iisdem rebus esse simul dubitandum, et non dubitandum. Præterea, si in aliis scientiis aliqua supponuntur, quæ falsa sunt, ex hac suppositione multa commoda, et utilitates oriuntur, multa explicantur, multa dignoscuntur. Hæc autem commoda, et utilitates ex Cartesiana dubitatione non consequuntur, ut patet ex iis, quæ superius diximus.

Urgebunt. Contraria Contrariis curantur. Ergo quia præcipites judicantes decepti fuimus, dubitandum est aliquando de omnibus.

R. conc. Ant: dist: conseq: Ergo quia præcipites judicantes decepti fuimus, dubitandum est aliquando de omnibus, in quibus decepti fuimus conc. Ergo quia aliquando est dubitandum est aliquando de omnibus omnino, neg. conseq. Quia contraria, ut Medici tradunt, contrariis curantur; recta ratio postulat, ut de iis tantum, quæ falso pro certis habuimus, dubitemus, et quum ob præcipitatem mentis determinationem quandoque decepti fuerimus, attentius consideramus in posterum, præsertim ubi de rebus agitur, quæ claræ, ac manifestæ non sunt. Non enim, quia aliquando erravimus, ea etiam, in quibus non erravimus, evertenda sunt. Quemadmodum enim, quia aliquando ab aliquo cibo sani fuimus incommodum, ab illo tantum cibo cavendum nobis esse præscribit Medicus, non ab omni prorsus, et quocumque cibo; ita, quia contrariis contraria curantur, proponendum nobis est, ut non omnibus statim assentiamur, non autem, ut ea, quæ certa sunt, revocemus.

Corollarium

[illegible] in [illegible] cum [illegible] innomi[illegible] [illegible] semel [illegible] vita [illegible] ut omnia auferat [illegible] non potest, ut omnia a nobis [illegible], quum [illegible] eo nos pervenire, ut omnia, [illegible] quæ mente nostræ [illegible] non [illegible] non omnia [illegible] [illegible] sunt [illegible], ut [illegible] ea [illegible] a mente concutere. Loco ergo, hac [illegible] dubitatione, ut [illegible] intellectum nostrum, quæ certa sunt, et evidentia, [illegible] [illegible] omnia præjudicia [illegible] [illegible], [illegible] mentis [illegible] aliquando [illegible], ut [illegible], et [illegible] [illegible]. Alia [illegible] Cartesii fundamentis [illegible] [illegible] dubitationis [illegible], et [illegible].

Conclusio 3ta

[illegible]
[illegible]

Q. IV.

Unus cum Aristotele Oratio affirmans, vel negans aliquid de alio. Hinc necessario [illegible] doctrinali tribus saltem constare debet omnis Propositio Subjecto scilicet, attributo, et forma, quam copulam vocant. Subjectum dicitur illud est, de quo affirmatur, aut negatur aliquid. Attributum, seu praedicatum est illud, quod de subjecto affirmatur, vel negatur, forma autem affirmatio, vel negatio, forma, seu copula dicitur.

Propositiones vel simplices sunt, vel composite, seu complexe. Simplices dicuntur illae, quae in nullas alias solvi possunt, seu quae nullas alias complectuntur Ut Virtus est nobilis [illegible] est grave. Homo est mortalis, Complexi, seu composite sunt, quae in alias solvi possunt. Ut Galileus Florentinus fuit verus Philosophicarum instaurator. [illegible]

Sed ut clarius appareat quae natura Propositionis, cum multiplex illius divisio, quatuor in Propositione consideranda et cum Dialecticis distinguenda perito sunt. Natura scilicet, Forma, Quantitas, Qualitas. Natura sunt voces seu termini, quibus Propositio, veluti partibus componitur, quae pluribus, diversisque modis inter se convenire, seu connecti possunt. Forma Propositionis est affirmatio, sive negatio unius de alio, quibus eadem Propositio continetur. Quantitas est extensio Propositionis ad plura, sive pauciora significanda, quando nempe idem attributum de pluribus, sive paucioribus subjectis praedicatur. Qualitas denique Propositionis est id, quod Propositionem ipsam jam formatam consequitur, atque in ipsa tanquam adarica quaedam proprietas, et affectio reperitur, aut certe inter consequitur, cujusmodi nimirum est veritas, et falsitas: unde eadem Propositio ab Aristotele definitur oratio susceptiva veri, vel falsi.

Atque ut a Propositionis natura, scilicet a vocibus exordiam, cum ipse voces, seu termini non uno, eodemque modo, sed diversis inter se connectantur, atque conveniant, necessario nempe, contingenter, possibiliter, et impossibiliter, totidem quoque Propositionum genera distingui possunt ratione naturae, ut alia proinde sit Propositio necessaria, alia contingens, alia possibilis, alia impossibilis. Necessaria Propositio dicitur illa, in qua attributum necessario convenit cum subjecto, hoc est ita convenit, ut ab illo sejungi non possit. Hinc necessariae appellantur sequentes Propositiones Deus est immortalis Homo est animal Circulus est rotundus. Contingens Propositio nuncupatur illa, cujus attributum accidentaliter, sive contingenter convenit cum subjecto, ita nimirum, ut possit etiam non convenire. Hujus generis sunt sequentes Propositiones Petrus est justus Lapis movetur. Possibilis est Propositio, quum attributum non quidem convenit subjecto, convenire tamen ei potest, ut quum dicimus omnes homines salvantur. Impossibilis est illa, in qua attributum nulla ratione convenit, aut convenire potest cum subjecto, sed potius illi repugnat Ut Homo est lapis. Spectatae denique quoad naturam Propositiones vel simplices sunt vel compositae, de quibus supra.

Quoniam vero simplices illae Propositiones, ex quibus altera composita Propositio debet constare, quibusdam uniuntur particulis, quae proinde particulae componentes, aut unientes merito vocari possunt. Hinc totidem distingui poterunt genera Propositionis compositae, quot sunt ipsae particulae componentes. Porro unientes hujusmodi particulae, licet modo plures, modo pauciores a variis Auctoribus afferantur, sex tamen communiter distingui solent, copulativa nimirum, disjunctiva, causalis, conditionalis, relativa, discretiva. Propositiones itaque compositae vel erunt copulativae vel disjunctivae, vel causales, vel conditionales, vel relativae, vel discretivae.

Propositio Copulativa, seu Conjunctiva dicitur illa in qua simplices propositiones particulis conjunctivis et atque ac nec necnon, neque, sive, quoque, etiam, quum tum, sive implicite, sive expresse positae fuerint, conjunguntur. Disjunctiva est illa, in qua Propositiones simplices particulis disjunctivis seu, sive, aut, vel uniuntur. Causalis est, quae particulas causales continet, cujusmodi sunt quia ut, quod, ergo, propterea, ideo, idcirco, quandoquidem, nam quoniam, enim, quare, quum. Conditionalis est, quae componitur ex simplicibus Propositionibus particulis conditionalibus si, nisi, [illegible], sin, modo, dum, quando simul unitis. Relativa dicitur illa quae consurgit ex simplicibus propositionibus conjunctis relativis particulis ibi, ubi, ante, prius, postea. Discretiva denique, vel adversativa Propositio vocatur, quae continet discretivas particulas sed, at, atqui, tamen, tametsi, autem, vero, verum, nihilominus.

Praeterea compositio Propositionum vel aperta est potius, vel latens. Propositiones apertam habentes compositionem ad sex illas classes referri solent, de quibus modo loquebamur; Propositionum vero latentem compositionem habentium [illegible] genera recensentur, exclusivae scilicet, exceptivae, comparativae, inceptivae, desitivae, continuativae, reduplicativae.

Exclusiva Propositio dicitur illa, in qua attributum ita cum subjecto conjungitur ut exprimatur inesse ope alicujus particulae exclusivae tantum, tantummodo, solum duntaxat et nulli alteri attributum illud subjecto convenire. Hujusmodi est sequens Propositio. Oculus cernit tantummodo colores. Exceptiva Propositio, quae solo verbo nomine ab exclusiva distinguitur, est, quum attributum de pluribus subjectis, vel de plurium quodam [illegible] praedicatur, exceptis tamen particulas exceptivas praeter, extra et quibusdam ex illis partibus, sive subjectis ut si dicerem. Omnes mundi partes fere sunt a nobis cognitae praeter Americam. Comparativa appellatur illa in qua attributum enuntiatur de aliquo subjecto, quod ordinatur, comparatur, sive refertur ad aliud. Componitur autem comparativis vocibus, vel saltem comparativis particulis quam, magis, quanto tanto etc. Hinc comparativa erit haec Propositio. Quanto ceteris Planetis major est Sol, tanto [illegible]: Philosophi [illegible] Inceptiva est, quae exprimit praedicatum ita convenire subjecto, ut antea non conveniret. Galileus primus detexit solares maculas. Desitiva est, quum aliquid subjecto convenire dicimus, quod amplius illi convenire non poterit: Ut si quis diceret. Joannes Lockius anno 1704. vita functus est. Continuativa est quum attributum non modo prius convenisse subjecto, sed adhuc etiam convenire affirmamus. Talis est [illegible] Copernicus vere Astronomiae fundamenta jecit. Reduplicativa denique est illa in qua non solum attributum [illegible] convenire dicimus, sed insuper particulis reduplicativis prout quatenus, et [illegible]

attributum ideo convenire sub.o, quia sub.m ē raće, n̄ aliud ut omnis proinde rão, cur attributum cui sub.o conveniat, ex indole, sive nāa sub.i oriat. Hujusmodi ē sequens Proōo. Medicus curat morbos, quatenus medicus ē.

In Propoōnib quoq. Compositis distinguendæ sunt propoōnes principales ab incidentib, et accessorias. Cum dicimus e.g. Alexander, qui fuit Rex fortissimus, vicit Darium duo affirmamus, primo scilicet Alexandrum fuisse Regem fortissimum, 2do Alexandrum vicisse Darium. Duarum autem istarum Propoōnum prior incidens ē, posterior principalis.

Spectata Propoō ratione formæ vel affirmativa ē, vel negativa. Affirmativa ē illa, in qua prædicatum cum sub.o conjungimus, et prædicatum ipsum subjecto convenire affirmamus. Negativa vero ē illa, in qua prædicatum a sub.o sejungimus, seu prædicatum ipsum sub.o repugnare dicimus.

Sumpta Propoō quoad Quantitatem vel universalis ē vel Particularis, vel Singularis, vel Indefinita. Universalis ē, quæ afficit signo aliquo universali ut. omnis homo ē mortalis: nemo ē omni ex parte beatus. Particularis ē, quando aliqua vox pro aliquo duntaxat sub.o indeterminate, et confuse ponitur ut si dicerem sunt lineæ quædam incommensurabiles. Singularis dicitur, quando terminus pro aliquo sub.o determinate, distincteque ponitur ut si quis diceret hic homo ē sapiens, vel quando singularis aliqua vox subjecti locum obtinet. ut in hac Propoōne Cicero Romanæ fuit Consul Reipublicæ. Indefinita demum ē illa, quæ nullo afficitur signo quantitatis: ut: Virtus ē vera nobilitas. Circulus ē figura plana.

Ratione qualitatis Propoō omnis aut vera ē, aut falsa. Vera dicitur, quæ aliquid ēē affirmat, quod ē, aut aliquid ēē negat, quod revera n̄ ē; falsa vero appellatur, quæ dicit aliquid ēē, quod n̄ ē, vel negat aliquid ēē, quod revera ē. Hæ sunt præcipuæ, et magis utiles Propoōnum divisiones.

Caput 4tum.

De Oppoōne, et Conversione Propoōnum

Oppoōo Propoōnum ē repugnantia duarum Propoōnum, quæ, idem sub.m idemque attributum habent, sed secundum formam, aut quantitatem, vel secundum utramque simul inter se differunt. Si duæ oppositæ Propoōnes conveniant in forma, ut scilicet utraque vel affirmativa sit, vel negativa, differant autem in quantitate, ut una sit universalis, altera particularis, tunc duæ istæ Propoōnes erunt subalternæ ut. omnis homo ē justus Aliquis homo ē justus. Si duæ oppositæ Propoōnes conveniant in quantitate, differant autem in forma videlicet si ambæ fuerint vel universales, vel particulares, sed una affirmativa, altera negativa, dicentur aut Contrariæ, aut Subcontrariæ. Contrariæ quidem si fuerint ambæ universales ut Omnis homo ē justus. Nullus homo ē justus; Subcontrariæ vero, si ambæ fuerint particulares ut Aliquis homo ē justus, Aliquis homo n̄ ē justus. Si denique duæ oppositæ Propoōnes differant in forma simul, et quantitate, erunt Contradictoriæ. ut omnis homo ē justus. Aliquis homo n̄ ē justus.

Conversio Propoōnum ē inversio, sive reciproca mutaō subjecti in prædicatum, et prædicati in sub.m quando nimirum prædicatum ponitur loco subjecti, et subjectum ipsum loco prædicati, remanente tn̄ ipsius Propoōnis veritate, quamvis aliquando Propoōnis extensio, vel quantitas varietur. Triplici modo Propoōnum conversio fieri potest. Primo. n. alia ē conversio simplex, in qua remanet eadem quantitas Propoōnis cujusmodi ē ista. Triangula æquilatera sunt æquiangula Triangula æquiangula sunt æquilatera. 2do alia ē conversio per accidens, in qua eadem remanet qualitas, veritas scilicet, vel falsitas, mutatur tn̄ quantitas, hoc ē Propoō ex universali fit particularis, vel ex particulari universalis. Hinc per accidens est et sequens Conversio Nullus secundarius Planeta lumine lucet proprio: Aliquis Planeta 2dar. us n̄ lucet lumine proprio. 3tio alia ē conversio per contrapoōnem, per quam termini extrema scilicet Propoōnis, adjecta particula negativa non, ex finitis dicuntur fieri indefiniti, vel potius, ut loquitur Judicus infiniti: ut si diceres Omne corpus ē solidum. Omne n̄ solidum ē n̄ corpus.

Caput 5.

De Definitione

Quanquam Propoōnes omnes, ipsarumque proprietates ad rectam veritatis inquisitionem plurimum conferant; nulla tn̄ fortasse uberiorem in Disciplinis omnibus acquirendis lucem affert, quam ea Propoōnum species, quæ Definitio nuncupatur. ē autem Definitio oratio, seu Propoō per quam exponitur, et explicatur id, quod ē obscurum sive in re, sive in nomine. Hinc duplex imprimis ē definitio, nominis nimirum, et rei. Definitio nominis, quæ etiam etymologia dicitur, ē illa, quæ nomen ipsum, ejusque originem clarius exponit ut si diceres Nuncius ē Nuntius. Definitio rei, sive naturæ ē illa, quæ per nomen ipsum exprimitur, cujusmodi ē ista. Quadratum ē figura quatuor lateribus contenta. Plurimum ēē porro Definitionis usum inde facile cognosci potest, quod neque de rebus disserere, neque errores ullos in disserendo corrigere unquam possemus nisi verborum vi. sensumque perciperemus. Hinc, ut recte monet Tullius Omnis quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione proficisci, ut intelligatur quid sit id, de quo disputatur.

Definitio rei, quæ optime definiri posset Propoō explicans rei naturam, duplex ē, Essentialis scilicet, ac Descriptiva. Definitio essentialis ē, quæ rem aliquam per suas partes, et attributa essentialia explicat et duplex pariter ē, physica nimirum, et metaphysica. Physica rerum essentiam exprimit per partes essentiales physicas, et realiter inter se distinctas; ut quando definimus hominem compositum quoddam ex mente, et corpore; Metaphysica vero per principia, vel partes metaphysicas, et abstractas rerum essentiam explicat. ut cum homo definitur communiter animal rationale.

Definitio descriptiva ē orāo rē aliquam exponens p. illius accidentia, sive propria, sive communia. Et triplex ē, Propria scilicet, Accidentalis, et Causalis. Propria essentias rerum p. proprietates explicat earundem rerum; ut quum dicit hoīnē eē scientiæ capacem. Accidentalis definit res p. plura accidentia, quæ seorsim sumpta aliis rebus possunt convenire. Hujusmodi ē Definitio illa hoīnis Platonica. Hoō ē aāl pulchrum, implume, bipes, habens caput erectum. Causalis deniq. exprimit res p. causas extrinsecas, efficientem scilicet, exemplarem, et finalem. Sic quum hoō dicit aāl a Deo factum, definit p. causam efficientem. Quum additur ad ejus imaginem, et similitudinem, p. causam definit exemplarem. Quum dicitur, ut eo frui possit, definit p. causam finalem.

Ut autem nihil recte Definitiones a nobis efformentur, animadvertendum ē primo, ut nostræ definitiones constent genere, et differentia, quibus res ipsæ, quas definimus, aut earum naturæ, veluti partibus componuntur. Hoc tñ discrimen servandum ē, ut in definitionibus, quæ essentiales dicunt, exprimat vera differentia, sive intrinsecum illud principium, quo res definita a quacumq. alia re distinguitur. In definitione descriptiva propria veræ differentiæ locum teneat aliqua proprietas, in accidentali accidentia, in causali deniq. causæ.

2do curandum ē, ut res definita a quacumq. alia re p.fecte distinguat. Quare, si definitio ē essentialis, vel propria, sufficit exprimere unicum duntaxat attributum essentiale, sive proprietatem aliquam, quæ inseparabiliter ipsi rei definitæ conveniat. Qd si ponantur accidentia, vel causæ, quum et eadem causa plures effectus producat, et idem accidens in pluribus aliquando subjectis reperiat, tot ex illis accidentibus, vel causis enumerari in definitione debent, quot simul sumpta uni tantummodo rei definitæ conveniant, eamq. a cæteris omnibus distinguant.

3tio advertendum ē, ut Definitio nec superflua sit, nec diminuta. Nam si diminuta erit, res definita a cæteris rebus haudquaquam distinguetur, si vero erit superflua, pariet ambiguitatem.

4to ita construendæ sunt Definitiones, ut sint rebus definitis clariores; secus n. mentis lumen n. juvarent, sed potius obruerent. Hinc plurima, quæ p. se nitida, ac perspicua sunt, definiri n. debent, quum hujusmodi definitiones sint semp. rebus definitis obscuriores.

Postremo reciproca debet eē definitio cum re definita, hoc ē ita se habere debet, ut cum re definita converti possit, ut quidquid nimirum de re definita verificat, verificari eād possit de definitione, et ex secundo vicissim definitioni convenit, conveniat eād rei definitæ. Ut in sequentibus exemplis Triangulum ē figura tribus lateribus circumscripta. Et Figura tribus lateribus circumscripta ē Triangulus. Vel Triangulum tres habet angulos, et Figura tres habens angulos ē Triangulum.

Caput 6.

De Divisione.

Int cæteras Propon.[l] species Divisio supremum obtinet locum. Definit autem orāo dividens totum in partes, sive explicans rē p. partes: et quum totum, qd resolvit in partes, duplici modo partes ipsas continere possit, duplex genus divisionis recensent a Dialecticis.

Itaq. vel partes illæ, quæ numerant, et distinguunt, continent actualiter in toto, ut partes proinde actuales vocari possint, vel tantummodo in potentia continent, hoc ē totum illas, quidem n. habet, habere tñ potest, ut potentiales idcirco dicant. Si partes illæ, quæ totum constituunt, fuerint actuales, divisio, quæ illas ab invicem separat, nuncupabit actualis, physica quidem si partes physicæ fuerint, metaphysica si metaphysicæ, integralis vero, si partes, ex quib. totum resultat, fuerint integrales, hoc ē n. ad essentiam totius, sed ad ejus duntaxat integritatem, et perfectionem p.tinentes. Hinc actuales physicæ divisiones sunt, quibus Domum in tectum, parietes, et fundamenta, Urbem in suas regiones, Regnum in Provincias, hoīnem in corpus, et animam, Corpus in membra dividimus. Hinc actualis metaphysica divisio ē, qua hoīnem dividimus in aālitatem, et rālitatem. Hinc deniq. actualis integralis divisio dicit, qua hoīnem ipsum dividimus in caput, brachia, ~~[illegible]~~, pedes.

Qd si totum dividat in suas potentiales partes, quæ scilicet actu quidem n. continent in toto, possunt tñ contineri, divisio erit potentialis. Triplex autem illa ē, univoca nimirum, æquivoca, et Analogica. Divisio potentialis univoca ē, quando universale dividit in particularia univoce convenientia. Talis ē divisio aālis in hoīnem, Leonem Ursum et. Divisio potentialis æquivoca appellat illa, p. quam totum divisum diverso modo partibus convenit. Ut si dividat Canis in Celestem, Terrestrem, et marinum. Divisio tandem potentialis analoga ē, quum universale dividit in particularia analogice tantum convenientia: ut quum Ens in Deum, et Creaturas distribuit.

Rectæ divisionis regulæ quatuor statui possunt. Prima ē, ut totum divisum majus quam sit qualibet sui parte separatim sumpta, sed omnes tñ partes simul sumptæ æquales sint ipsi toti. Divisio n. partes n. destruit, sed separat duntaxat, unde si partes iterum coalescant, et uniant, debent ipsum totum antea divisum restituere. Hinc n. recte divideret Orbis in Asiam, Africam, et Europam, Deesset n. America absq. qua tres illæ partes simul sumptæ Totum divisum n. æquarent.

2da regula ē, ut una pars n. includat in alia. Sic defectu hujus regulæ male divideret Europa in Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam, Aquitaniam et quum Aquitania sit una ex partibus Galliæ, pro

indeq. in Gallia comprehensa.

3tio necesse ē ut divisio, quantum fieri potē, brevis sit, ne ex nimio partium numero confusio, et obscuritas oriatr. Nam, ut praeclare inquit Seneca Epist. 89 idem vitii habet nimia, qd nulla divisio: simile confuso ē quidquid usq. in pulverem sectum ē.

4to Divisio fieri debet in membra proxima, et immediata, hoc ē in partes duas, quae proxime, et immediate, proindeq. clarius, atq. distinctius in toto continent. Hinc male divideret ãal in canem, leonem etc; ordinata n. divisio fieri deberet in rãale, et irrãale, deinde irrãale dividi posset in aereum, terrestre et marinum, ac singulae istae species in alias species, donec tandem ad ipsa individua descenderet.

Logicae

Liber 3tius.

De Discursu

Caput 1.

De nãa Discursus.

Intellectus humani imbecillitas, et limitãon necessitatem Discursus, seu Rãocinãonis invexit. Quum n. mens nostra peculiare hoc habeat, ut ideas, quas acquisivit, alias cum aliis comparet, intelligatq conveniant ne an n. conveniant, interdum tn. p obscuritatem idearum continuo hanc convenientiam n. percipiat; idcirco nãa ipsa nos admonet, ut duas obscuras ideas cum 3tia clariori idea ~~conferamus~~ conferamus, et si intelligimus eas cum illa congruere, colligamus eas aliud aliq convenire. Idea v.g. solis, et idea lucis tam perspicue sibi invicem conveniunt, ut, quum eas inter se conferimus, statim judicemus solem ē lucem. Idea tn. solis, et idea ignis n. adeo evidenter conveniunt, ut confestim nos ad judicandum inducant solem ē ignem. Itaq. hac arte nos expedimus. Inquirimus notissimam aliquam ignis proprietatem, comburendi v.g. facultatem, eamq. cum duabus illis solis, et ignis comparamus in hunc modum. Quidquid comburit lignum ē ignis. Solis radii vitrea lente excepti comburunt lignum. Sol itaq ē ignis. Atque haec judicandi rãon, seu procedendi ab uno ad aliud, vocatur rãocinãon, seu discursus. Recte itaq. definires Discursus 3tia quaedam cogitãonis species, qua judicium aliqd ex alio judicio, vel ex pluribus aliis judiciis sibi connexis inferimus.

Judicium illud, qd ē veluti fons, et origo alterius judicii, ex quo nimirum aliud infertr judicium, nuncupatur antecedens: Alterum vero judicium, qd ex primo veluti clarior infertr, vocatur consequens. Siquis v.g. judicaret bonum ē amandum, atq inde inferret amandum ē Deum, ex amabilitate boni, tanquam ex antecedente, deduceret amabilitatem Dei tanquam aliquid aliud illi connexum, ab illo dependens, aut ad illud consequens.

Caput 2dum

De variis Argumentãonis speciebus.

Quemadmodum ea, quae a nobis idearum ope concipiuntur, vocibus, seu terminis exprimere solemus. Et quid quid de re concepta vel affirmando vel negando judicamus variis propositionibus notum facimus; 3tia Discursus omnes a mente formatos variis argumentãonum generibus explicamus, adeoque argumentãon nihil aliud sit quam interna rãocinãon, seu discursus verbis expressus. Porro septem enumerantur Argumentãonis species Inductio nimirum, Exemplum, Dilemma, Sorites, Syllogismus, Enthimema, Epicherema, Prosyllogismus.

Inductio ē Argumentãon, qua ex pluribus particularibus enumeratis aliquid universale omnibus commune concluditr. ex. exemplum. Movetur Tellus nostra, movetur motu aliquo et ipse sol, moventur planetae omnes tam primarii, quam secundarii, moventur Cometae, ipsaeq. etiam, quae dicuntur fixae, sunt aliquo motu donatae. Ergo Orbis movetur universus. Hujusmodi argumentãonis genus in rebus potissimum physicis adhiberi consuevit. Verum curandum ē, ut partes omnes, sive omnia singularia enumerentur; Alioquin inductio nihil concluderet.

Exemplum ē Argumentãon, in qua ex uno singulari aliud singulare illi simile infertr v.g. Franciscus mediocri praeditus ingenio sex mensium spatio totam didicit Logicam. Sex ipse mensium spatio eam comparavit et Petrus eodem ingenio donatus. Hanc Argumentãonis speciem cautissime ē adhibendam demonstrant errores illi, in quos facile incurrimus, dum ex aliquo singulari quodlibet aliud singulare inferri volumus. Maxima tn. ē illius vis, et ipsissime usurpatr in iis, quae ad mores vitae componendos spectant, quum plerumq. mens nostra fortius aliorum exemplis, quam rãonibus moveatr.

Dilemma, qd etiam involutum, et cornutum disserendi genus vocatr, ē Argumentãon, in qua propositis duabus partibus, sive propositionibus, utraq adversarium urgemus, et id concludimus de toto, qd de singulis partibus fuerat conclusum; quando nimirum inter duas propositiones disjunctivam sic proponimus, ut utcumq. illius pars sive negata, sive concessa fuerit, semper qd concludi volumus concludatur. Probaturus v.g. omnes homines ē miseros sequenti utar Dilemmate. Quicumq hanc vitam vivit, vel cupiditati servit, vel obsistit. Si servit miser ē: nam eas explere numquam poterit. Si obsistit, miser quoq ē: nam sibi perpetuo repugnare cogitr. Quivis ergo mortalis hanc vitam vivit, miser ē

Sorites, quem Tullius Acervalem, alii Gradationem vocant, ē Argumentãon ex pluribus propositionibus ita coalescens, ut

attributum praecedentis propositionis sit sequentis subjectum, donec primum subjectum cum praedicato ultimo conjungatur. Si probare e.g. volumus ambitiosos misere vivere, ita per soritem argumentandum erit. Ambitiosi dignitates captant. Qui dignitates captant, ad ampliora contendunt semper. Qui ad ampliora contendunt semper, nunquam honoribus satiantur: Qui nunquam honoribus satiantur, continuis premuntur curis: Qui continuis premuntur curis, animi serenitate carent. Qui animi serenitate carent, miseram agunt vitam. Ergo Ambitiosi miseram agunt vitam.

Quatuor hactenus enumeratae Argumentationis species licet ad syllogismum facile revocari possint, ab illo tamen manifestissime distinguuntur: Quatuor autem, quae explicandae supersunt, syllogismus scilicet, Enthymema, Epicherema, Prosyllogismus unicam fere Argumentationis speciem efficiunt, quum in illis una, eademque syllogismi vis, atque natura reperiatur.

Syllogismus ab Aristotele Lib. 1. Priorum Analyticorum Cap. 1. definitur oratio, in qua quibusdam positis aliud quiddam diversum ab his, quae posita sunt, necessario consequitur, ex eo, quod haec sint; oratio scilicet, in qua positis duabus propositionibus, aliam propositionem ex illis deducimus, e.g. positis duabus hisce propositionibus. Corpora omnia sunt gravia. Sed plumae, atque crines sunt corpora, tertiam hanc propositionem inferimus. Ergo plumae, atque crines sunt graves. Tres igitur in syllogismo sunt propositiones, quarum prima major, 2da minor, ambae autem praemissae solent nuncupari; tertia vero, quae sequitur, quam vel concedit, vel negat, dicitur consequentia, quia distinguitur, consequens appellatur.

Enthymema est syllogismus truncatus, cujus aliqua propositio reticetur, et in mente retinetur. Quamvis enim syllogismus tribus constare debeat propositionibus, non omnes tamen propositiones exprimi solent, sed alterutra ex praemissis, quae clarior est, veluti vera, aut concessa supponitur, et quandoque reticetur. Hinc si ita argumentarem. Deus est justus. Ergo timendus, quia retineo in mente hanc propositionem: Qui est justus est timendus; syllogismo truncato, seu Enthymemate uterem.

Epicherema est syllogismus, cujus alterutri, vel utrique praemissarum probatio, vel confirmatio adjungitur. Hujusmodi est sequens Argumentatio. Omne bonum est amandum; Voluntas enim, et amor nostri ad bonum veluti ad objectum dirigitur. Sed Deus est bonus; Ab ipso siquidem veluti fonte omnia bona dimanant. Ergo Deus est amandus. Hanc argumentationis speciem ab Oratoribus fere semper usurpari conspicimus.

Prosyllogismus denique est, quum uni syllogismo jam formato syllogismus alter ita connectitur, ut prioris syllogismi conclusio fiat major syllogismi sequentis, ut in sequenti exemplo. Omnis spiritus carere debet partibus. Sed animus est spiritus. Ergo animus carere debet partibus; Sed id, quod partibus carere debet, est incorruptibile. Ergo animus est incorruptibilis. Quarta Prosyllogismi propositio vocatur lemma, sive subsumpta minor, sive subsumptum.

Caput 3tium.

De natura, figuris, et divisione syllogismi.

Omnis syllogismus tribus constare debet ideis, proindeque tribus terminis seu, non voce, qui majus extremum, minus extremum, et medius terminus appellantur. Majus extremum est illud, quod est praedicatum in conclusione, et connectitur cum medio termino in majori. Minus extremum est illud, quod est subjectum in conclusione et connectitur cum medio termino in minori. Medius terminus est ille, quocum connectuntur in praemissis illi termini, qui in conclusione sunt subjectum, et praedicatum. Rem exemplo declaremus. In hoc syllogismo Omnis homo est animal Petrus est homo Ergo Petrus est animal, terminus animal, qui connectitur in majori cum termino homo, et est praedicatum in conclusione, dicitur majus extremum. Terminus Petrus, qui connectitur in minori cum termino homo, et est subjectum in conclusione est minus extremum. Terminus homo, quocum connectuntur in praemissis Petrus, et animal est medius terminus, qui in utraque praemissa contineri debet, nunquam vero in conclusione. Praedicatum igitur conclusionis est majus extremum, subjectum conclusionis est minus extremum, terminus autem, quocum in praemissis illa conjunguntur, quasi veluti vinculum utriusque extremi, dicitur medius. Quare ad rectum conficiendum syllogismum omne in eo studium adhibendum est ut aliquod inveniat medium terminum, quocum extrema uniantur. Nam quae sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se.

Quia autem quatuor modis collocari potest medius terminus, quatuor a Dialecticis statutae sunt figurae syllogismorum. Prima figura est, quum medius terminus est subjectum in majori, et praedicatum in minori, ut in sequenti exemplo. Omnis homo est animal; sed Petrus est homo Ergo Petrus est animal. 2da Figura est quum medius terminus praedicati munus gerit tam in majori, quam in minori. e.g. Omnia gravia feruntur versus Telluris centrum. Sed ignis fertur versus Telluris centrum Ergo ignis est gravis. 3tia Figura est quum medius terminus est subjectum tam in majori, quam in minori ut in sequenti syllogismo. Nullum rationale est cogitans, sed omne rationale est substantia: Ergo aliqua substantia non est cogitans. 4ta denique figura est, quum medius terminus ponitur ut praedicatum in majori, ut subjectum vero in minori. e.g. Omne animal est corporeum; sed nullum corporeum est spiritus Ergo nullus spiritus est animal. Alia plura traduntur a Dialecticis quoad varios syllogismorum modos, qui a diversa propositionum dispositione oriuntur, quae nos veluti inutilia praetermittimus, praesertim quum in omnibus exercitiis tum possint ac ut, qui

se se delectant in hujusmodi ineptiis.

Syllogismi alii simplices sunt, alii conjunctivi. Simplices dicuntur illi, in quibus medius terminus utrique extremo seorsim est conjunctus in præmissis. Hinc simplex est hujusmodi syllogismus. Omnis virtus est amanda. Justitia est virtus. Ergo justitia amanda. Nam medius terminus, scilicet virtus separatim connectitur in majori propositione cum majori extremo, scilicet cum prædicato amanda, et separatim partim conjungitur in minori propositione cum minori extremo, nimirum cum subjecto justitia.

Syllogismi conjunctivi ii sunt in quibus medius terminus utrique simul extremo connectitur. Talis est sequens syllogismus. Si Regnum electivum factionibus obnoxium est non est diuturnum. Sed Regnum electivum factionibus obnoxium est. Ergo Regnum electivum non est diuturnum. Nam Regnum electivum quod est minus extremum, et diuturnum, quod est majus extremum in majori propositione simul reperiuntur, et cum medio termino factionibus obnoxium connectuntur.

Syllogismi simplices duplicis generis sunt, clari nimirum, seu incomplexi, et implicati, seu complexi. Incomplexi sunt illi, in quibus majus et minus extremum integre cum medio termino connectuntur; ut Omne animal est vivens. Omnis homo est animal. Ergo omnis homo est vivens. Syllogismi vero implicati seu complexi ii sunt in quibus propositionum complexarum, idest ex terminis complexis compositarum subjectum, vel prædicatum secundum partem tantum in altera præmissarum medio termino connectitur, in altera vero quod reliquum est, quod que unius solum termini vices gerit eidem medio termino jungitur ut in hoc syllogismo. Lex divina jubet, ut Principes honoremus; Benedictus XIV est Princeps. Ergo Lex divina jubet, ut honoremus Benedictum XIV.

Caput Lxxm.

De Regulis perfecti syllogismi.

Decem enumerant præcipuas Regulas, quæ si serventur in syllogismorum constructione, iidem syllogismi recte erunt instructi. Ex his duæ pertinent ad extrema, tres ad medium terminum, tres ad præmissas, ad conclusionem duæ.

Prima Regula est, ut in quolibet syllogismo tres duntaxat sint termini. Nam si pauciores sunt, tota corruit Ars syllogistica in eo posita, ut in Conclusione inferatur unio duorum inter se ex unione utriusque cum termino in præmissis. Si vero plures sunt, nunquam majus, et minus extremum erunt quid idem inter se, quum non sint quid idem cum eodem termino. Ut in hoc syllogismo liquet. Omne animal est vivens; sed canis est animal. Ergo Canis mortuus est vivens.

2da Regula edocet nullum terminum in conclusione esse universalius accipiendum, quam fuerit in præmissis. Defectu hujus regulæ rectus non esset hic syllogismus. Omne animal est vivens, sed omne animal est substantia. Ergo omnis substantia est vivens.

Præscribitur a 3tia medium terminum nunquam ingredi debere conclusionem. Medius enim terminus sumitur duntaxat ad probandam connexionem, vel repugnantiam majoris, et minoris extremi, ex quibus Conclusio constat. Deficeret propterea syllogismus iste. Omnis homo est animal. Sed Petrus est homo. Ergo Petrus homo est animal.

Statuit 4ta medium terminum vel in utraque, vel in aliqua saltem ex præmissis universaliter esse usurpandum, ut aliquid concludi possit. Nam medius terminus particulariter semper acceptus non unum, sed duo indicat diversa, ut patet in sequenti. Omnis homo est substantia. Omnis Angelus est substantia. Ergo omnis Angelus est homo.

Quinta docet medium terminum etiam singulariter acceptum concludere posse. Sicut enim quoad rectam illationem Propositiones singulares in syllogismo æquivalent universalibus, etiam terminus singularis æquivalens erit universali. Rectus propterea est hic syllogismus. Franciscus est orator. Franciscus errat. Ergo aliquis Orator errat.

Sexta tradit ex duabus præmissis particularibus rectam minime inferri conclusionem. Sic non concludit sequens: Aliquis homo est animal: Aliquod animal est Leo: Ergo aliquis Leo est homo.

Septima Regula indicat, quod quum singulares Propositiones æquivaleant universalibus, ex singularibus quoque haberi possit legitima conclusio. Id patet in sequenti syllogismo. Petrus est sapiens. Petrus est homo. Ergo aliquis homo est sapiens.

Docet octava ex duabus præmissis negativis nihil concludi posse. Ut enim syllogismi negativi recta sit conclusio, in ea unum extremum debet ab alio separari, ideo ut unum vere de alio negetur vi præmissarum. Id autem fieri non potest, si ambæ syllogismi præmissæ sint negativæ. Exemplum sit hujusmodi syllogismus. Nullus homo est irrationalis. Nullus Canis est homo. Ergo nullus Canis est irrationalis.

Admonet nona Conclusionem sequi debere debiliorem partem, seu præmissam debiliorem propositionem, quia extrema non alio modo in Conclusione conjungi debent, inter se, ac fuerint in præmissis cum termino unita. Quare, quum posita una tantum ex præmissis particulari, extrema particulariter tantum in præmissis fuerint cum medio termino unita, particulariter tantum etiam in Conclusione debent inter se uniri. Irrectitudo regulæ vis in sequenti syllogismo constat. Omne mortale est corporeum; sed aliqua substantia non est corporea. Ergo aliqua substantia non est mortalis.

Postrema Regula est ex duabus praemissis affirmativis, altera negativa, posse conclusionem negantem [illegible], cujus Regulae certitudo et evidentia nascitur ex superius laudato principio, quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. Hinc argumentari non possumus. Omne corpus trinam habet dimensionem, sed lapis est corpus, ergo lapis trinam non habet dimensionem. Hae sunt, quae a Dialecticis appellantur fundamentales syllogismorum regulae, plures aliae afferri solent, quae declarare aiunt, et non raro conferunt ad id ostendendum, quomodo in qualibet Figura rite construi possit syllogismus. Sed eas legere omnes potes apud Dialecticos potissimum Aristoteleos.

Caput 5.

De sophismatibus, seu vitiosis Argumentationibus.

Quia experientia constat esse aliquas nostras inter vere animos exempla [illegible] quae caventes [illegible] sunt, ideirco, [illegible] quaevis recta Argumentationum regula [illegible] causas malarum ratiocinationum, seu sophismata, seu paralogismi [illegible] nosset. Haec autem sunt suprema capita, ad quae reduci possunt omnia sophismata.

Primum est, quod aliud probatur, quam quod est in quaestione. Vitium hoc ab Aristotele vocatur ignoratio elenchi, [illegible] contra adversarium [illegible] valde familiare est in disputationibus. Nam [illegible] saepe incalescimus, ut alter alterum non intelligamus: ex animi perturbatione, quandoque etiam ex mala fraude [illegible] adversarius, quae sunt ab eorum [illegible] [illegible] omnia, quae ad primam sophismatum speciem referri possunt, [illegible] in argumentationibus [illegible] nota, cura et diligentia. Est vitium non tantum Philosopho, sed quovis probo homine indignum.

2da sophismatum species est, quod id supponitur, quod est in quaestione. Vocatur ab Aristotele petitio principii [illegible] ratione adversarii [illegible] in omni [illegible] id quod probare contendimus, [illegible] et clarius esse debet. Hinc merito [illegible] Aristoteleum probantem [illegible] centrum universi [illegible] redarguit petitionis principii in sequenti syllogismo. Gravia ad centrum universi natura ferunt, a quo levia recedunt, sed experientia constat, gravia ad centrum Telluris ferri, a quo levia recedunt. Ergo idem est centrum Telluris cum centro Universi. Nam in majori propositione Aristoteles id supponit tanquam certum, quod versatur in quaestione, gravia scilicet [illegible] ad universi centrum. Mera [illegible] petitiones sunt maxima pars argumentorum, quae [illegible] ad introducendum [illegible] quasdam veras substantias [illegible] formas vocitant, [illegible] esse volunt, quamvis corpora non sint. Ad hoc idem sophisma revocari potest omnis probatio [illegible] disputatione non cadit, sed [illegible] ab adversario negari. Denique huc spectant rationes illae, quibus [illegible] probatur [illegible] per aeque ignotum, aut per ignotius; incertum per aeque incertum, aut per incertius.

3tia fallacium argumentationum origo est, quod causas eas assignamus, quae causae non sunt. [illegible] familiare est Philosophis, et [illegible] Primo [illegible] causarum ignoratione, et [illegible] causas remotas [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] vel [illegible] 2do [illegible] in hoc genus sophismatis, ut recte notat [illegible] ex [illegible] vanitate [illegible] [illegible] Malumus [illegible] causas effingere [illegible] [illegible] Interrogati [illegible] [illegible] causa, [illegible] respondebant esse virtutem [illegible] [illegible] [illegible] virtute magnetica. Rogati, cur [illegible] respondebant, [illegible] virtute [illegible] [illegible] admirationem [illegible] ab [illegible] horologia [illegible] Dicere [illegible] [illegible] omnia, quae [illegible] demirabantur; [illegible] virtute [illegible] notantes, quae horas demonstrarent et virtute sonorifica, quae [illegible] [illegible] in Horologiorum [illegible]

4to [illegible] ratiocinationes [illegible] ab [illegible] enumeratione, quo certe vitio nullum [illegible] [illegible] frequentius. [illegible] in enumerandis modis, [illegible] temere [illegible] [illegible] vel [illegible] non esse, quia hoc modo non est, [illegible] alio est [illegible] alio, quem nondum consideraverunt, esse queat.

5to erramus [illegible] in nostris argumentationibus, quia de rebus judicamus [illegible] Hoc sophisma in scholis dicitur [illegible] accidente, [illegible] [illegible] conclusio absoluta, simplex, et sine restrictione. Hinc ridicula [illegible] ratiocinatio, qua [illegible] concludebant Deos esse debere hominiformes. [illegible] ratione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ratione, [illegible] [illegible] humanam formam [illegible] esse Deos [illegible] habere [illegible] quam non videbant [illegible] figura humana, ut constet vel ratione. Ridiculam [illegible] imaginari cogitationem, ratiocinationem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] omnia, [illegible] [illegible] et [illegible] haberent, [illegible] sophismate [illegible] concludebant [illegible] humana tantum forma rationem invenire, [illegible] in homine adjuncta est illi formae.

Ero in sophismata incidimus, quum argumentamur a sensu diviso ad sensum compositum, vel a sensu composito ad sensum divisum. Christus Dominus [illegible] de patratis a se miraculis in Evangelio loquens ait caecos videre, claudos ambulare, surdos audire, quod tamen verum tantum est, si haec sumantur divisim, non conjunctim. Nam caeci non videbant, quamdiu caeci erant; nec surdi, quamdiu surdi, audiebant. E contrario sunt quaedam propositiones, quae verae non sunt, nisi in sensu composito. Hoc sensu e. g. ait Apostolus maledicos, fornicatores, avaros non intrare in Regnum coelorum. Palam itaque est, ab uno sensu ad alium transiri non posse sine sophismate.

capabilitate. Pro 2a. Poti fortasse Deus agens supra naturæ ordinem destruere hominem secundum unam essentiam eundemque producere secundum aliam, quæ correspondeat alteri ex illis modis, atque ideis, quas habet in mente. Ergo etc.

R. neg. ant. ad prob: transm. min. neg. mm. ad prob. neg. ant. Nam etiamsi in essentia divina plures illi modi atque ideæ respectu ejusdem rei continerentur, adhuc tamen mutari res quoad essentiam non posset, quin aliqua imperfectio atque mutatio in Deum caderet. Si n. supernaturaliter agens Deus hominem tam quoad essentiam, tum quoad existentiam destrueret, illumque produceret nova alia essentia, quæ non esset aliud realiter, sed solum corresponderet alicui ex aliis modis, atque ideis, quibus divina essentia in productione hominis adhuc poterit communicavisse, vel prior ista essentia, quæ in aliam [illegible] mutata foret, esset adhuc possibilis, vei facta esset impossibilis. Si adhuc esset possibilis, sola igitur existentia, de qua non controvertitur, mutata esset. Si facta esset impossibilis, tunc mutari ergo divinam essentiam necessum esset, quum non amplius esset in Deo ille modus, quo se [illegible] diffundere poterat in productione hominis [illegible] illa idea, secundum quam ab æterno erat homo producibilis. Cæterum plures illi modi, atque ideæ, ad quarum normam eademque res produci à Deo possit, immerito excogitantur. Nam ad ideas possibiles quod attinet, vel essent in specie similes, vel dissimiles. Si dissimiles ad unam et eandemque rem pertinere non possent; quum plures res specifice diversas respicerent: Si omnes essent similes essent inutiles superflua, quum una eandem atque eam sufficeret. Praeterea atque, si plures illæ ideæ essent similes destrui, ac mutari deberent omnes destructa, ac mutata essentia illius rei, ad quam pertinerent, quum omnes, utpote similes, eandem essentiam pro termino haberent. Quemadmodum, quia particulares hominum essentiæ cum essentia hominis in genere specifice similes sunt, mutata essentia hominis in genere, singulæ quoque in particulari hominum essentiæ mutari deberent.

Quod si adhuc urgeant Cartesiani inquientes summam esse divinæ potentiæ vim, et fieri propterea posse, ut quæ menti nostræ impossibilia, et contradictoria videntur, a Deo fortasse perficiantur; respondendum est hoc argumentum vel nihil probare contra nos, vel scientiam Cartesianorum metaphysicam impugnare. Nam si Deus, utpote omnipotens, efficere potest quæ nobis videntur impossibilia, efficere eam fortasse poterit, ut ideæ mentis nostræ claræ, atque distinctæ nihil aliud sint, quam somnia, ac deliria, fieri propterea fortasse poterit, ut quum clare, atque distincte res divinas percipimus tanquam supernaturaliter immutabiles, non scientiam de iis metaphysicam habeamus, sed somniantes, et delirantes perpetuo decipiamur. Nutat ergo omnis in nobis scientia admisso illo fortasse Cartesianorum. Quare, vel Deus non potest omnipotenti virtute sua efficere impossibilia, et contradictoria: nec potest ea patrare, quæ in clara, atque distincta idea apparent nobis impossibilia, vel nulla prorsus in nobis est aut physica, aut metaphysica scientia.

Opponunt 2do. Nulla est in nobis cognitio, cujus objectum supernaturaliter immutabile sit. Ergo etc. Pro ant. Nihil est in nobis quod certos nos reddat, objectum aliquod supernaturaliter esse immutabile. Ergo etc. Pro ant. Si aliquid est, quod certos reddere possit, naturalis ratio seu idea clara, atque distincta essentiæ alicujus rei; sed hæc non sufficit. Ergo etc. Min. patet. Imprimis n. nihil certius existimamus principio illo: quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se: et tamen hujusmodi principium quod clare distincteque veluti certissimum percipimus, et arbitramur, supernaturali Dei virtute falsum fuisse redditum, docet aptissime fides nostra in Mysterio Trinitatis, in quo tres divinæ personæ sunt quid idem cum tertio, hoc est cum divina natura, nec sunt idem inter se. 2do clarum, distinctamque ideam certam, atque indubitatam omnino est totum esse majus sua parte, et tamen aliter se rem habere fide credimus in Eucharistiæ Sacramento, in quo corpus Xti totum est in tota Hostia, et totum parit in qualibet sensibili hostiæ parte. 3tio clare, distincteque percipimus esse impossibile, ac manifeste repugnare, quod duo corpora esse possint in eodem loco et tamen id pluries contigisse tradit Scriptura exemplo Xti Domini, qui in apertam lucem venit, intacto Virginis utero, quum fores essent clausæ, intravit in Cenaculum, et immoto lapide exivit de monumento. Nihil ergo est, quod certos nos reddat aliquod objectum esse supernaturaliter immutabile, quia, ut ait Scriptura Lucæ I. Non est impossibile apud Deum omne verbum.

R. neg. ant. ad prob. neg. ant. ad prob. conc. mm. neg. mm. Ex illo principio: quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, non recte infertur ea quoque esse incerta, quæ in clara, atque distincta idea nobis apparent. Nam Axioma illud ad res duntaxat creatas extenditur, non ad Deum, qui longe altiori ordine est. Sicuti n. [illegible] apud Philosophos obtinet locum hujusmodi axioma ex nihilo nihil fit; nemo tamen audet transferre illud ad Deum; ita clare distincteque percipimus ea, quæ in creatis sunt eadem uni tertio, esse eadem inter se, quin tamen principium illud ad Deum extendamus. Quamquam, in Trinitatis eam Mysterio sua locum veritatem [illegible] principium. Nam Filius, et Spiritus Sanctus, qui in natura cum Patre conveniunt, adeo sunt quid idem cum tertio in natura [illegible] sunt quid idem inter se, quia vero quoad personalitatem non sunt quid idem cum tertio, quoad eandem personalitatem non sunt quid idem inter se. Si [illegible] si probare possent Cartesiani Deum reddidisse falsum illud principium in Mysterio Trinitatis, sequeretur non tantum scientiam metaphysicam, sed scientiam quoque physicam esse excludendam. Non n. mutasset Deus principium illud supernaturali virtute sua, sed per potentiam naturalem, quum personæ divinæ naturaliter, et necessario, non supernaturaliter potentia scilicet extraordinaria, sint quid idem cum divina natura, et realiter distinguantur in personis.

Ad 2dum dicendum est Corpus Xti existere in Sacramento Altaris modo spirituali, non corporeo. Quod autem res, quæ spirituali existit modo, tota sit in toto, et tota parit in qualibet loci parte, nullam involvit repugnantiam, aut contradictionem, sed proprium hoc est, et naturalis modus, quo res spirituales existunt in loco. Quare principium illud: Totum est majus sua parte non ita accipiendum est, ut in quacunque hypothesi locum habeat, sed in ea tantum, quod corpora existant modo sibi proprio, modo videlicet corporeo.

Ad 3tio denique loco oppositum fuit, nihil omnino evincit. Etenim naturaliter est impossibile, quod duo corpora existant in eodem loco, non supernaturaliter. Etiam omnes ferme Philosophi contendunt corporum compenetrationem, ut naturaliter [illegible], [illegible] supernaturalem hanc compenetrationem corporum explicant, quomodo corpus Xti exierit in lucem, servata materni uteri integritate, quomodo, immoto lapide, exierit de monumento. et quomodo, januis clausis, intraverit

ad Discipulos.

Quæ dicta sunt de triplici principiis, de aliis consimilibus quæ opponi possunt, in exorditione in ista sunt duæ penitus n. Deus agens supra nãe ordinem videt reddidisse falsa quædam principia quæ nos habemus ut certa, et evidentia, haudquaquam contra nãam suam operatur è impossibilium. Rão autē ē, quia principia illa, ad quorum normam n̄ operat Deus, dum agit supra nãam n̄ sunt principia absolute universalia quæ proinde in quacunq sive nãali, sive supnãli providentia infallibilem habeant veritatē, sed, quæ vera sunt, ne dato duntaxat communi nãæ ordine. Quare, quum Deus supnãaliq agens secundum ea principia n̄ operat, ea n̄ reddit falsa operatur n̄ extra illum ordinem, in quo tantummodo principia illa suam habent veritatem. Id confirmari potē exemplo lucis Antipodes, si obūm coloratum proponitur oculo in proportionata distantia, necrio illud videtur quæ falsa n̄ redditur, tamen si nocturno tempore n̄ verificetur. Quemadmodum ergo talia n̄ evadit absoluta Rdõ, quia ad obūm duntaxat illuminata extenditur, n̄ ad corpora luce carentia; ita prædicta principia n̄ redduntur falsa, quia in ordine tantum nãali prosequuntur a Philosophis veluti certa, et infallibilia. Conclusionem itaq, primo ē, qd ut probent Cartesiani Deum falsa reddidisse illa principia, ostendere deberent Deum contra ea operatum ē in illo eodem ordine, in quo illa tantum obtinent veritatem. 2do supnãali virtute operatum fuisse, aut operari posse Deum contra illa principia quæ in clara, atq distincta idea apparent nobis absolute universalia quæ talia proinde sunt in quacunq sive nãali, sive supnãali ordine, cujusmodi sunt ista: Idem n̄ potē simul ēē, et n̄ ēē. Idem est vel ē, vel n̄ ē. Effectus nequit ē prior sua causa.

Neq. obstat scripturæ authoritas ex Cap. 1 Lucæ desumpta. Aliud n̄ ē, qd n̄ sit impossibile apud Deum omne verbum, et aliud ē, qd nullum verbum apud Deum sit impossibile. Primum verum ē fatem, quum plura re vera sint, quæ licet evidenter concipiamus ut impossibilia, ac fieri nãaliter n̄ possint, supnãaliter tñ a Deo fiunt, ut patet in illo principio Totum ē majus sua parte, qd tamen nãaliter falsum reddi n̄ possit, potē tñ supnãaliter, ac revera falsum redditur in Venerabili Eucharistiæ Sacramento. 2dum vero falsum ē quia sunt n̄nulla, quæ neq supnãaliter fieri possunt cujusmodi sunt ista Deus ē creatura. Circulus ē quadratus, et alia, quorum intrinseca repugnantia in eorum clara, atq distincta idea evidenti sine percipitur, et a lumine intellectuali apertissime indicatur.

Opponunt 3tio. Si essentiæ rerum supnãaliter essent immutabiles, nulla esset dependentia Creaturarum a Deo, adeoq nullum esset Dei dominium in Creaturas; Hoc ē maximum absurdum. Ergo etc. Pro mr. Dependentia n. Creaturarum a Deo in eo sita ē, ut possint ēē, et n̄ ēē ad arbitrium supremi rerum omnium Conditoris, possint idcirco mutari, et destrui. Nam si in humanis ita ab Artifice dependet Artefactum, ut ab ejus libitum destrui possit; multo magis poterunt mutari a Deo essentiæ Creaturarum, quum omnes res creatæ necrio dependeant a Deo tum quoad essentiam, tum quoad existentiam.

R. ne mm, et ejus probatione. Quamvis n. nec creatæ quoad essentiam Creaturæ supnãaliter mutari nequeant, servatur nihilominus earum dependentia a Deo eas quoad essentiam, quum omnes essentiæ creaturarum procedant ab essentia divina tanquam a propria causa, et origine. Necessum autē sit id omne, qd ab alio procedit, ab eo dependere, a quo procedit. Neq obstat, qd essentiæ creaturarum ita procedant a divina essentia, ut procedant necrio, quia hujusmodi necessitas easdem constituunt quidem immutabiles, minime vero independentes. Effectus quippe alii sunt necrii, alii contingentes. Necessarii necrio procedunt a propria causa, et semper eodem modo immutabiles perseverant, quamdiu immutabilis perseverat eorum ipsorum causa. Contingentes autē possunt ēē, et n̄ ēē, atq, etiamsi sint, immutata nãa propriæ causæ, possunt mutari, destrui. Neq. novum alicui videatur, qd effectus necrio procedens, n̄ sit tñ independens. Lucem siquidem a sole, calorem ab igne, humorem ab aqua, et alia, excepta a propria causa necrio procedere certum ē, quia ab iisdem causis constituunt independentia. Quamvis igitur creaturæ quoad essentiam consideratæ necrio a divina essentia procedant, ac proindeq mutare nullatenus possint, independentes tñ n̄ sunt. Nam quia a solo Deo procedunt, ab ipso Deo necrio dependent, quia vero tales, ac determinatæ necrio procedunt, sunt omnino immutabiles. Hinc patet, cur Artifex in humanis aliquid rei habens dominium eam ad libitum mutare possit, Deus autē, qui rerum omnium absolutus ē Dominus, rerum essentias n̄ possit. Nam homo liberum habet arbitrium supra res illas, quæ sui juris sunt, quæq ab ejus voluntate dependent, At Deus ē quidem Dominus Creaturarum eas quoad essentias, verum n̄ liber, sed necrio ē Dominus, quia ipsæ essentiæ rerum antecedant quodcunq liberum divinæ voluntatis Decretum.

Instabunt 1. Si Deus supnãaliter eas possit mutare nequit essentias creaturarum, propterea quia sunt participationes divinæ nãæ, et ipsius Dei imagines. Hæc rão nulla ē. Ergo etc. Pro mr. Nam si probari inde posset creaturarum immutabilitas, consequeretur eas Creaturas ēē debere undequaq pfectas, tum quia participationes divinæ nãæ necrio et immediate a divina essentia procedunt, a qua omne datum ē optimum, et omne donum pfectum; tum quia quælibet imago Dei debet ēē Deo similis, nullaq in pfectum, et impfectum ē similitudo potē.

R. conc mm ne mn. et prob. Enimvero, quum omnium creaturarum essentiæ participatione sint divinæ nãæ, ejusdemq imagines secundum duntaxat eas ē supnãaliter immutabiles minime vero ēē debere absolutas pfectas. Rão autē ē, quia divina nãa, ēto infinitas exigat extra se communicari modis, hujusmodi tñ infinitudo neq communicat, neq potē communicari quum secus alter admittendus esset Deus. Quare, quia essentia divina n̄ omnimode, sed secundum aliquas tantum pfectiones extra se diffundit, consectarium fit n̄ omnibus Creaturas carere imperfectionibus, imo plures in iis ēē, tot nimirum, quot sunt reliquæ pfectiones, quæ a divina essentia n̄ participantur.

Instabunt 2do. Si creaturæ quoad essentias supnãaliter essent immutabiles, immutabiles eas forent quoad existentias. Hoc dici nequit. Ergo etc. Pro mr. Creaturæ tam quoad essentias, quam quoad existentias participationes sunt divinæ nãæ, eidemq imagines. Ergo etc.

R. ne mm, et affero disparitatem, quæ inter rerum essentias, et existentiam latissima intercedit. Nam tametsi creaturæ tam quoad essentias, quam quoad existentias sint imagines Dei, ejusdemq pfectissimæ nãæ participationes, earum tamen

existentia non a divina natura, sed a libero divinae voluntatis decreto proprie dependet, a quo Creaturae determinantur ad existendum, vel non existendum. Essentia vero liberum Dei decretum antecedit, et necessario procedit a divina essentia. Quamobrem mutari libere possunt rerum creatarum existentiae, mutari autem non possunt essentiae, quia et divina essentia mutetur.

Instabunt 3tio. Si essentiae rerum creatarum supernaturaliter mutari non possent, quaelibet Creatura quoad essentiam esset ~~ipse~~ ipse Deus. Hoc repugnat. Ergo etc. Probo majorem: quaelibet enim Creatura esset a se, ac independens, quemadmodum ipse Deus non alia ratione est a se, ac independens, quam quia necessario existit.

R. dist. majorem: Si essentiae rerum creatarum etc. quaelibet Creatura quoad essentiam possibilem esset ~~ipse~~ ipse Deus conc. quoad essentiam existentem esset ~~ipse~~ Deus neg. majorem. dist. cum proportione minorem, et nego consequentiam. Essentiae rerum creatarum vel considerantur ut possibiles, vel ut existentes. Si considerantur ut possibiles, aliud non sunt, quam ipse Deus, quum possibiliter ete spectata sint ipsa divina essentia, quatenus hoc vel illo modo est sui ipsius ab aeterno, et necessario extra se communicabilis. Si vero sumantur essentiae, prout existentes sunt, non possunt dici Deus ipse, quum omnis Creatura quoad existentiam dependeat a divina omnipotentia, tanquam a praeexistente causa, vel aut ab alio, tanquam a praeexistente causa dependet, Deus non sit. Accedit, quod eamsi Creaturae quoad essentiam consideratae sint necessariae, hanc tamen necessitatem non a se ipsis habent, sed a Deo, quum tales sint ob necessariam ipsius Dei immutabilitatem. Tandem, ut alia multa faciam, aliud est habere essentiam necessario immutabilem, aliud est necessario existere. Primum convenit rei possibili, et hoc modo immutabiles sunt essentiae rerum, 2dum vero convenit soli Deo, quum necessaria existentia, ut sacrae literae, et SS. Patres testantur, sit illud praedicatum, quo Deus ab omni eo, quod Deus non est primo secernitur, et a quo, veluti ex fonte, ceteras divinas perfectiones profluere intelligunt.

Opponunt 4to quasdam Scripturae, et SS. Patrum authoritates. Ac primo occurrit testimonium Apostoli. ad Corinth. 1. dicentis. Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi. 2do D. Jo. Chrysost. hom 17. in Epist. 1 ad Corinth. inquiens non est Deus adeo egenus, ut ea sola operetur, quae possint comprehendi imbecillitate tenuium rationum. 3tio D. Ambrosius Lib. 1. de interpellatione, Cap 9 haec habent: Non tibi licet scire, o homo, alta sapientiae ideo tibi scrutandum noli altum sapere. Qui id curiose quaeris investigare, quod tibi non conceditur scire, nec cognoscere datur Imperatoris hujus in terris non tibi licet scire consilia, et vis scire divina. Ultimo tandem D. August., qui Epist. 2a ad Volusianum ait: Demus aliquid Deum posse, quod nos fateam investigare non posse.

R. nihil ex adductis authoritatibus contra scientiam metaphysicam inferri. Et primo, quod spectat ad testimonium Apostoli. Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi, non mutando prima illa principia, quae universaliter evidentia sunt, atque spectata, neque illa operando, quae fieri, atque distincte cognoscimus velut impossibilia, sed Apostolis praedicantibus, et mundo revelantibus passionem, et mortem Xti Domini, quas corrupti hujus saeculi amatores nisi insaniam reputabant. Non aliorsum accipiendum esse laudatum testimonium, ex contextu patet. Ait in eodem Cap. 1 Apostolus: Verbum enim Crucis pereuntibus quidem stultitia est, iis autem qui salvi fiunt, idest nobis, Dei virtutem. Et paucis interjectis. Nos autem praedicamus Xtum Crucifixum, Judaeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: Quod et praeclare explicat sequenti Capite inquiens. Animalis autem homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei. Stultitia non est illi, et non potest intelligere, quia spiritualiter examinantur.

Ad authoritatem D. Jo. Chrysost. facilis, et obvia responsio. Probat non duntaxat Deum plus posse quam nos imbecillitate mentis nostrae aut argumentari, aut conjicere possimus; quod nos ultro, libenterque fatemur. Divinam quippe potentiam longe esse majorem, quam cognoscere homo possit, nemo est sanae mentis, qui dubitet. Hinc nusquam contendit Deum posse ea efficere reddere falsa, quae nobis evidenter apparent ut vera tam in ordine naturali, quam supernaturali. Ut enim divina omnipotentia incomprehensibilis, et infinita sit, necesse non est, ut ad impossibilia extendatur. Non potest omnipotens fallere, ut alio in loco Chrysostomus, et ea, quae vera sunt, falsa sint, quia ipsa veritas Deus non potest adversari, in quo est ipsa summa, et incommutabilis veritas. Deus enim, ut summe potens sit, sufficit quod plures alias et pene infinitas producere possit creaturas, quas nos non solum ignoramus, sed ne concipere quidem possumus. Neque adversatur nobis Ambrosii testimonium, imo id ipse contendit, et nos contendimus. Viatori homini non licet scire alta sapientiae, quum nobis datum non sit praedestinationis et [illegible] arcanum cognoscere, aut praedestinatorum numerum, ordinemque investigare, scriptum enim noli altum sapere. Et sacramentum Regis abscondere bonum est. Tandem cum D. Augustino fatemur et nos Deum aliquid posse, quod nos non possumus investigare. Sed cum eodem Doctore asserimus, Deum, quia omnipotentem non posse efficere impossibilia. Haec est communis omnium SS. Patrum sententia quam praeclare explicat Hugo Victorinus Lib 1 de sacramento fidei inquiens: summe potens est, qui potest omne, quod possibile est, nec ideo minus potest, quod impossibilia non potest, quia impossibilia posse non est posse, sed non posse.

Sed si aliquis Cartesianus urgeret, Deum posse mutare rerum creatarum essentias, nam ut videre est, et mutavit et mutat quotidie essentiam panis, et vini in naturam corporis, et sanguinis Xti: respondendum esset, existentias utique panis et vini essentiam mutari, minime vero possibilem essentiam, de qua sermonem instituimus. Certum itaque est de rebus quoque creatis aliquam esse in nobis scientiam metaphysicam.

Caput 4tum

De Criterio Veritatis

Qui nullam esse in nobis scientiam opinati sunt, nullum quoque autumarunt esse in nobis veritatis criterium, seu certam et infallibilem regulam, qua verum a falso discernere possimus. Quamvis autem Philosophi omnes, Academicis duntaxat exceptis aliquam admittentes scientiam, admittant etiam veritatis criterium, quaerentes tamen in quonam hoc criterium, seu regula veritatis posita sit, quammaxime inter se dissentiant. Plato enim duplex statuit criterium in sensibus scilicet et ratione. Dialo 7 de Rep. inquiens sensus, quae exposita sunt, partim non provocant intelligentiam ad considerationem, ut quae satis sensu judicentur; partim illam considerare jubent, quoniam nihil mage hoc, quam contrarium judicant. Duplex tradit

et ab Aristotelicis, quorum alterum sensibus nimirum, rebus sensibilibus agnoscendis inserviat, alterum vero, scilicet intelligentia, rebus intelligibilibus. Duae tandem veritatis regulae excogitatae fuerunt ab Epicureis, quarum unam decipien in sensibus, alteram in praenotione collocarunt.

Recentiorum Philosophorum duae potissimum in hac re sententiae sunt. Prima est Petri Gassendi, qui Epicurum se reddere quatus, duo contendit esse criteria, sensus scilicet, et praenotiones: nomine autem praenotionis intelligit verum praecognitiones, seu ideas, quas medius externis sensibus mens nostra efformat. 2da est Renati Cartesii, qui unum tantum statuit, et non fuit Criterium hisce verbis expressum: Quidquid in idea clara, et distincta rei alicujus continetur, id de ea re, tanquam ei naturaliter conveniens, potest certo affirmari. Ut autem quae nobis sententia verosimilior videatur, aperiamus, sit:

Propositio unica. Duplex est naturalis [redacted] veritatis Criterium, idea scilicet clara, atque distincta, et externi sensus.

Probatur: Propositio quoad primam partem. Illud est naturalis cujuslibet veritatis criterium, quod est regula apta ad cognoscendam quamcumque naturalem veritatem, sed idea clara, atque distincta hujusmodi est. Ergo etc. Major Propositio in dubium revocari non potest. Probatur Minor. Ut aliqua regula sit apta ad cognoscendam quamcumque naturalem veritatem, debet esse regula certa, cognata, et generalis. Ita se habet idea clara, atque distincta. Ergo etc. Major ab omnibus Philosophis admittitur. Minor demonstratur quoad singulas partes. Imprimis idea clara atque distincta est regula certa, tum quia nos errores facit circa aliquam quamcumque naturalem veritatem, tum quia est immutabilis. Cujuscumque naturalis veritatis certitudinem ab hac regula pendere ex eo patet, quod nulla res inveniri potest, quae huic regulae comparata non sit eidem conformis. Non alia de causa nos certo scimus, nisi quia id clare, atque distincte intelligimus. Quare, cum verum nequeat esse falso conforme, et certum nequeat incerto congruere, necessario asseramus oportet certam esse hanc regulam, cui omnes comparatae veritates, inveniuntur cum ita convenire. Sed hujus regulae certitudo ex ipsiusmet immutabilitate probatur. Siquidem quod est immutabile, certum sit necesse est. Sic quia prima principia, Deo etiam supra naturam operante, sunt immutabilia, evidenter sunt certa. Quia Deo l. g. etiam supra naturam operante fieri non potest ut idem simul sit et non sit, evidenter cognoscimus veritatem hujus principii: non potest idem simul esse, et non esse. Sed ideam claram, atque distinctam immutari, est impossibile. Secus eadem simul esset idea clara, atque distincta, et non esset idea clara, atque distincta. Cum igitur idea clara, atque distincta immutabilis sit, est regula certa.

2do idea clara, atque distincta est Regula cognata, hoc est ejusdem rationis cum iis, quae examinanda assumit. Nam sive idea clara, atque distincta, sive cognitiones illae, ad quarum examen adhibetur, sunt quidnam spiritale, et incorporeum. Quum non quaecumque cognitiones nostrae spiritualis substantiae affectiones sint, necesse est, ut ipsae quoque sint spirituales, adeoque ejusdem naturae cum idea clara, atque distincta, quae spiritualis substantiae operatio nuncupatur.

3tio clara, atque distincta idea est Regula generalis. Nulla non assignari potest naturalis veritas, cui talis regula aptari nequeat; Summo nihil est verum, nisi ob conformationem, quam habet cum idea clara, atque distincta: Quum claritas, et distinctio sint proprietates solius, et cujuscumque naturalis veritatis. In dubium ergo revocari non potest ideam claram atque distinctam esse regulam certam, cognatam, et generalem, proindeque naturalis esse cujuslibet veritatis criterium.

Probatur Propositio quoad 2dam partem. Illud, a quo naturalis [redacted] dependet veritas, est naturalis [redacted] veritatis criterium, sed a sensibus [redacted] naturalis dependet veritas. Ergo etc. Major certa est. Minor vero patet ex iis, quae Libro primo dicta sunt. Nullae sunt in nobis verum ideae quae non producantur a mente dependenter a sensibus, nullae erunt in nobis cognitiones, quae non ab iis habeantur e sensibus, atque adeo naturalis [redacted] veritas pendebit a sensibus.

Opponunt 1. Illud non est veritatis Criterium quod non est regula vera. Sed idea clara, atque distincta non est regula vera. Ergo etc. Probatur Minor. Idea clara, atque distincta opponitur veritati, sed verum nunquam opponitur veritati. Ergo etc. Probatur Minor. Idea clara, atque distincta opponitur veritati fidei. Ergo etc. Probatur antecedens. Qui videt hostiam consecratam, et ductus ab idea clara, atque distincta quae ex ea provenit, judicium, judicat ibi adesse substantiam panis, sed substantia panis, docente fide, non est in hostia consecrata. Ergo etc. Confirmatur. Si non quis videat hostiam consecratam l. g. in altera, ubi omnes circumstantiae suadeant eam non esse consecratam, visis accidentibus panis, certissime existimabit ex tare et ibi substantiam.

R. conc. Majorem. Nego Minorem. ad probationem Nego Majorem. ad probationem conc antecedens. ad probationem dist. Majorem. Qui videt hostiam consecratamque judicat ibi adesse substantiam panis servato naturali rerum ordine conc. non servato naturali rerum ordine Nego Majorem. dist Majorem. Sed substantia panis atque non est in hostia consecrata naturali ordine non servato conc. naturali ordine servato Nego Majorem et conseq. Ex quibus patet, quod immerito argumentantur Adversarii, cum idea clara, atque distincta sit regula cujuscumque naturalis veritatis, minime vero supranaturalis, supranaturalis siquidem veritatis regula in hac mortali vita est lumen fidei, et lumen gloriae in Patria. Quare qui videt, et scit hostiam esse consecratam, non ducitur, nec duci debet ab idea clara, atque distincta ad judicandum ibi adesse substantiam panis; si non scit hostiam esse consecratam non amplius habet ideam claram, atque distinctam de existentia substantiae panis. Ratio autem est, quia tunc habemus ideam claram, atque distinctam alicujus rei, quando talem rem adeo clare, atque distincte percipimus, ut nullus errandi timor, nulla ratio opposita, nullum nobis occurrat dubitandi fundamentum. Sed in hypothesi, quod quis videat, et sciat hostiam esse consecratam, nunc ac merito dubitare potest, imo certum est in ista hostia non adesse substantiam panis. Nam iisque [...] substantia panis in ista hostia consecrata, non habet ideam claram, atque distinctam. Non alia ergo ratione qui videt hostiam consecratam prudenter judicabit ibi adesse substantiam panis, nisi sub conditione, videlicet, servato naturali rerum ordine. Quod si asserat, non asserit profecto aliquid, quod fidei veritati opponatur, sed tantum aliquid diversum ab eo, quod docet fides. Diversae enim propositiones sunt, non contradictoriae hujusmodi propositiones. In ordine supranaturali cum

sunt accidentia panis sine substantia panis in ordine naturali existere nequeunt accidentia panis sine substantia panis.

Ad confirmationem. Licet in facta hypothesi, quod quis videat hostiam consecratam in platea, vel eo loci positam, ubi omnes circumstantiæ suadeant eam non esse consecratam, ex mentis judicio nihil sequitur contra fidei veritatem. Enimvero, ut recte mens judicet secundum claras, distinctasque ideas, hunc in modum ratiocinandum est. Ubi sunt accidentia panis, ibi sit quoque panis substantia necesse est, nisi Deus supra hunc naturæ ordinem operans aliter disponat; sed hic sunt accidentia panis. Ergo ibi esse panis substantia oportet, nisi a Deo supernaturaliter aliter statutum; atque ita nullus erit error in proferendo judicio. Quod si contingat eum qui videt hostiam consecratam, visis accidentibus panis, absolute judicare adesse ejusdem panis substantiam, dubium non est, quod ille decipiatur; verum hæc deceptio adscribenda non est ideæ claræ, atque distinctæ, sed præcipiti mentis judicio, et nimiæ temeritati, qua absque diligenti examine judicium ferre non dubitavit. Ceterum hoc argumentum retorqueri potest contra eos, qui pro veritatis criterio admittunt vel solos sensus, vel solum lumen intellectus.

Opponunt 2do. Criterium naturale cujuslibet veritatis debet esse certissimum; sed idea clara, atque distincta hujusmodi non est. Ergo etc. Pro Mr. Multi per claras, atque distinctas ideas in errorem inducuntur. Ergo etc. Pro ant. Multi sunt somniantes, multi amentes, multi paralogismo, seu falsa ratiocinatione decepti; sed hi omnes in errorem inducuntur per ideas claras atque distinctas. Ergo etc. Mr. ex eo constat, quod si ex his plures interrogemus, num in suis opinionibus, judiciis habuerint ideas claras, atque distinctas, statim respondebunt, se ideas habuisse.

R. conc. Mn. ne. Mn. ad prob. ne. ant. ad prob. conc. Mn., et ne. Mn. quoad omnes partes. Homines in errorem inducuntur vel ab ignorantia, vel ab inconsiderantia, vel a propria æstimatione, quum semper id esse verum dicant, quod clare atque distincte non percipiunt, nunquam vero ab idea clara, atque distincta. Atque in primis ad somniantes quod attinet, ii fere semper claris, atque distinctis ideis destituti sunt, cum non inordinatum spirituum animalium motum et per confusas, quæ in eorum cerebro fiunt, impressiones, excitentur fere semper confusæ duntaxat, et obscuræ ideæ. Quod si quandoque contingit, ut aliqua ipsis occurrat idea clara, atque distincta tunc non decipiuntur somniantes, sed veritatem attingunt. Ut cum v. g. judicant circulo convenire rotunditatem, imparem numerum non esse numerum parem, et alia hujusmodi. Idem sentiendum de amentibus, nunquam siquidem, vel raro admodum claræ, atque distinctæ ideæ iis obviæ fiunt. Nam insania in maxima cerebri perturbatione, vehementique spirituum animalium inordinato motu sita est, quæ propterea nonnisi obscuras, et confusas parere potest ideas. Tandem qui aliquo sophismate decepti, sermones præbent assensum falsæ conclusioni, non a clara, atque distincta idea, qua destituti sunt, decipiuntur, sed vel ab ignorantia, vel a æstimatione, qua temere nimis, et inconsulto de re judicant, cujus evidentem non habent, neque habent ideas. Quod ex eo manifestum fit, quod si errorem his ostendat, ipse quos agnoscit, et fatetur, se ideas claras, atque distinctas non habuisse.

Parum autem refert, somniantes, omnesque paralogismo delusos asseverare, se clara, atque distincta idea esse usos. Eam non si habent, nonnisi in existimatione habent. Mirum propterea non est, si decipiantur, quum pura existimatio de rei veritate certos eos reddere nullo modo possit. Deinde, si errent idcirco non potest idea claras atque distinctas certam non esse veritatis regulam. Quemadmodum non, si Architectus ad dimoscendas unius anguli cum altero æqualitatem, falsam admoveat regulam, existimans se veram præ manibus habuisse, deinde atque, hic error omnis Artificis inconsiderantiæ tribuendus est, non veræ regulæ, quæ adhibita non fuit, nisi in existimatione, adeo ut risu digna res esset, si quis inde vellet concludere certam non existere Architecturæ regulam. Ita quum aliquis obscuras haberet et confusas ideas, quas tamen claras, atque distinctas reputabat, de re aliqua inconsiderate judicavit, judicium falsitas judicantis inconsiderantiæ, et temeritati adscribenda est, non claræ, atque distinctæ ideæ, quæ adhibita non fuit, nisi in æstimatione, adeo ut inferendum non sit claras, distinctasque ideas non esse certam, et infallibilem veritatis normam. Tur id tantum postulant somniantium, et paralogismo deceptorum exempla, ut ancipiamus ideas, quæ solum in existimatione clara est, atque distincta esse tantum existimatæ; seu apparentis veritatis regulas.

Si vero quærant Adversarii quomodo scire possimus, num idea, quam habemus, sit vera clara atque distincta nobis inducta, respondendum est, illam mentis attentionem esse cognoscenda [illegible], quæ tamen necessaria est ad hoc, ut ab omni inconsiderantia, et præcipitatione abesse, citra aliud errandi periculum, et ipsæ procedentes luminis rationem, cum summa tranquillitate cognitæ veritati acquiescamus, certamque, et firmum de ea judicium proferamus. Hanc si mentis attentionem adhibeat Philosophus, certus erit se claras habere, atque distinctas ideas, et quidem veras, non autem solummodo putatas.

Opponunt 3tio. Illud certum non est cujuslibet veritatis criterium, quod ab alio dependet, sed idea clara, atque distincta ab alio dependet. Ergo etc. Pro: Mr. Idea clara, atque distincta dependet ab hac propositione Deus existit, quod patet. Ideo enim certi sumus nos in eis non decipi, quæ clare, atque distincte novimus, quia scimus Deum existere, qui sua tanta bonitate est, ut non patiatur nos decipi in nostris cogitationibus.

R. conc. Mn. ne. Mn. ad prob. ne. ant: et ejus probationem. Quum idea existentiæ Dei non sit nobis innata, sed ducatur a mente nostra demum a cognitione rerum sensibilium, tantum abest, ut ab ista propositione Deus existit ideæ claræ, atque distinctæ dependeant, ut potius demta revelatione, ideo certi simus Deum existere, quia ex productione Creaturarum supremum aliquem Artificem necessario existere clare atque distincte cognoscimus. Fateor quidem ex cognitione existentiæ Dei augeri, magisque roborari criterii nostri certitudinem, quum Dei bonitatem considerantes certi simus ab eo nobis esse suppeditatam certam regulam, qua verum a falso dignoscamus, et clara, distinctaque idea nulla animari certior posset, verum hoc non probat ideam propositionis Deus existit primam esse cognoscendæ veritatis normam.

Q. V.

Instabunt 1. Admissa hac doctrina, sequeretur veritatem hujus propositionis: Deus existit a nostris ideis pendere. Hoc e absurdum. Ergo etc.

R. dist. maj.: Admissa hac doctrina, sequeretur veritatem hujus propositionis Deus existit a nostris ideis pendere ut cognoscatur conc. ut reipsa sit, ne. maj.: dist. parit. min. Absurdum e veritatem hujus propositionis a nostris ideis pendere, ut reipsa sit conc. min. ut a nobis cognoscatur, ne. min. et conseq. Distinctio adeo clara e, ut non indigeat interpretatione.

Instabunt 2do. Si idea clara, atque distincta e regula vera; vel ejus veritas cognoscitur per aliam regulam, vel non. Si primum: Ergo e aliud verum antecedens ideam claram, et distinctam, per quod veritas innotescit ideae clarae, atque distinctae, nobis innotescit. Si 2dum: veritas ipsius ideae clarae, atque distinctae sine ullo fundamento asseritur, quum nulla regula probetur. Nulla enim res potest esse regula sui ipsius, quemadmodum nihil sui ipsius potest esse causa.

R. ideam claram, atque distinctam et reliquas omnes veritates, et simul seipsam nobis manifestare. Nam veritas ideae clarae, atque distinctae per ipsam ideam claram, atque distinctam a nobis deprehenditur, non veluti per normam, sed per simplicem sui ipsius manifestationem. Neque id mirum alicui videatur. Quemadmodum enim Lux et alia corpora, et seipsam simul manifestat; ita idea clara, et distincta et alias veritates, et seipsam simul satis aperte ostendit. Quare sicuti, ut videamus lucem, non indigemus alia luce, quia lux claritatem suam oculis nostris sufficienter exhibet: ita ut ideae clarae, atque distinctae veritatem agnoscamus, nulla indigemus regula praeter ideam claram, atque distinctam, quae satis, superque veritatem suam mentibus nostris manifestam reddit. Ideae igitur clarae et distinctae innotescunt nobis per conscientiam, seu per intimum sensum. Quod enim quis sentit in intimo sensu se ideis claris, et distinctis collustrari de earum veritate, adhibita simplici suae mentis attentione, adeo certum e, ut nulla alia indigeat ratione, per quam certior evadat. Et sane, quis unquam, qui immediata evidentia rem aliquam cognoverit, aliam requiret evidentiam, qua de prima illius rei evidentia certior esse possit? Nemo profecto; tum quia secus daretur processus in infinitum; tum quia evidentia nullum relinquit dubium, imo necessario impellit intellectum ad assensum. Idem ergo dicendum de idea clara, atque distincta, quae ab evidentia non distinguitur, nisi concipiendi modo, quo a definito distingui solet definitio. Ceterum, oppositum argumentum nimis probat. Probat enim nullam admittendam esse generalem cujuslibet veritatis regulam, quum de quavis eadem institui argumentatio possit.

Opponunt 4to. Idea clara, atque distincta e naturalis cujuslibet veritatis criterium. Ergo sensus externi non sunt veritatis criterium. Pro conseq. Ideo primum quia ideae clarae, atque distinctae conveniunt Criteria proprietates, sed sensibus non conveniunt Criteria proprietates. Ergo si primum, repugnat 2dum. Min. certa e. Sensus enim neque dici possunt regula certa, neque cognata, neque generalis: non certa, quia nos plerumque fallunt, non cognata, quia non ejusdem generis sunt cum nostris cognitionibus; non generales, quum non omnis veritas probetur per sensus: Vel igitur clara, atque distincta idea non e criterium veritatis, vel a criterii ratione excludendi sunt sensus.

R. dist. ant.: Idea clara, atque distincta e naturalis cujuslibet veritatis primum, ac praecipuum Criterium conc.: e unicum cujuslibet veritatis criterium ne. ant. dist.: conseq. Ergo sensus externi non sunt primum, ac praecipuum criterium conc.: nullo modo sunt naturalis veritatis criterium, ne. conseq. Eodem modo cum proportione distinguenda sunt 2di syllogismi propositiones. Quum enim asserimus in sensibus statuendum esse naturalis veritatis criterium, non ita fieri nobis esse sensibus judicamus, ut eorum perceptionibus, seu repraesentationibus acquiescendum sit, et existimandum non aliter se habere ea quae ab illis nobis attingunt. Primam habet universalem ejusque omnis veritatis normam sicut in idea tantum clara atque distincta collocandam esse, cum proprium sit solius mentis de rebus clare distincteque ... proferre judicium. Tantummodo criterium tribuimus externis sensibus, quod rei sensibili, et corporeae convenire potest, 2darium dicimus, et minus praecipuum. Nam ... ea e conditio mentis humanae unitae corpori organico, ut quae ... sensus. Et si ita se habeant sensus, ut cum recte dispositi et ordinati sunt, ac nullum occurrit impedimentum non possunt nos decipere in suis perceptionibus, ... sensus recte dispositos, et non impeditos statuendum erit aliquod criterium. Hinc ... Dominus Lucae Cap. 24 n. 29, ut Discipulos dubitantes de resurrectione sua certos faceret, ... perceptione, tanquam certam, et infallibilem regulam, ... Videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum. Palpate, et videte quia spiritus carnem, et ossa non habet, sicut me videtis habere.

Quod autem ajunt Adversarii, sensus neque esse regulam certam, neque cognatam, neque generalem, falsum e. Nam imprimis, ... valentes, et omnia removent, quae obstant, et impediunt, maxima e ... in sensibus veritas: 2do, ... et sensus ... cognati ... sunt. 3tio, nostris ... sensibilium certa sunt, et generalis regula. Ceterum haec necessaria sunt primo, praecipuo, et universali criterio, ideae scilicet clarae, atque distinctae, non 2dario, et particulari Criterio.

Aliqui opponunt authoritates SS. Patrum, qui videantur indicare collocandum non esse veritatis judicium in sensibus, ... de judicio ..., sed solius mentis e operatio, non de ... naturali veritatis criterio, quod in sensibus admittendum putamus. ... asserunt, sensus a clara, distinctaque idea ... et ... cognoscant, id concedendum e, ... Haec non ... alia regula requirat quidem primo, et praecipuo naturalis veritatis criterio, ... idea clara, atque distincta, non 2dario, cujusmodi sensus sunt.

Corollarium 1.

Ex hactenus dictis patet, quam absurda sit eorum sententia, qui in solo humano intellectu collocant criterium ... veritatis. Hac enim posita sententia, quis non videt, de una, eademque re idem posse affirmari, et negari?

Corollarium 2dum.

Patet etiam, ex illa propositione: Ego sum substantia cogitans vel ab illa: Ego existo ideam claram, atque distinctam non dependere. Nam, si de prima loquamur, ex quo nos sumus substantiae cogitantes, recte inferre non possumus, verum id quidem de quo cogitamus. Ex quo tamen substantiae sumus clare, atque distincte quandoque cogitantes, recte inferimus id esse non alibi verum, quod clare, atque distincte percipimus. Si sermo sit de 2da propositione, licet existentia praecedat cogitationem, non alibi tamen nos existere certe scimus, nisi quia id clare, atque distincte percipimus.

Caput 5.

De Methodi analyticae legibus.

Ut occultam veritatem investigemus, assequamurque, aliqua nobis est necessaria propter infirmitatem mentis sive analytica, sive synthetica methodus, uti superiori Capite 1. dictum est. Quamvis autem occulta veritas aliquando synthesi, aliquando analysi exploretur, frequentius tamen, atque facilius analytica utimur methodo, quum de veritate invenienda agitur, synthetica vero, cum jam inventa veritas est demonstranda. Nobis itaque philosophantibus, et naturales veritates investigare incipientibus statuendae sunt cum recentioribus majoris nominis Dialecticis praecipuae methodi analyticae leges, quarum profecto maxima futura erit utilitas, ubi accurate serventur.

Ac prima lex sit. Propositae quaestionis nodum quam clarissimis verbis explicato. Etenim, nisi apte statuatur quid quaerendum sit, quidve demonstrandum, incerta omnis vacabit oratio, inutiles orientur controversiae, altercationes, lites. Quoniam vero quaestio omnis vel a nobis proponi potest, vel ab aliis, summopere curandum est, ut si nobis ipsi quaestionem proposuerimus, claram, distinctamque illius notionem in animo efformemus, si vero ab aliis quaestio fuerit proposita, rogemus illos humanissime, ut mentem suam clare, atque distincte explicent. Plura ad hanc rem legere quisque potest apud Malebranchium Lib. 6. de inquisitione veritatis, Authorem Artis cogitandi parte 4, Clericum Logicae parte 3, Corsinum Logicae parte 4, Vernejum De re logica Lib. 5. parte 2da, caeterosque quamplures.

2da lex sit: Expendito, utrum ita sis animo praeparatus, ut ei veritati inveniendae, aut solvendae quaestioni aptus sis, ne aut inutiliter divagaris, aut inepta, et ridicula effutias. Saepe e.g. contingit, ut res Astronomiae, Medicinae Geographiae proponantur, quas nos vel omnino ignoramus, vel summis duntaxat delibavimus labiis. Nimis temerarius, atque ridiculus est sine necessariis earum Disciplinarum notionibus Astronomum agere, aut Medicum, aut Geographum. Nihil tamen hoc vitio frequentius, in Adolescentibus potissimum, qui non animadvertunt quid valeant humeri, quidve ferre recusent.

3tia lex erit. Expendito sedulo, simplex ne quaestio sit, an composita: Quod si fuerit composita, eam accurate in omnes simplices dividito, minutatim examinato, et in eam primum inquirito quae lucem aliis praeferre possint. Quaeritur e.g. quot sint species colorum, et quaenam eorumdem origo. Duae itaque proponuntur quaestiones, quarum intérim 2da ad examen revocabitur, quia non explicata colorum origine, idest scilicet primigeniis solaribus coloratis radiolis, nunquam diversae intelligentur colorum species, aut mire eorum compositiones. Quod si propositae quaestionis partes talis naturae fuerint, ut una explicata, quam facillime, et necessario intelligatur altera, ab illa initium faciendum est. Quaeritur v.c. utrum subtilis existat materia Cartesianorum atque utrum existat in universo spatium aliquod omni corpore destitutum. Jam quisque videt a prima parte faciendum esse initium, posita quippe materia subtili Cartesianorum, quae omnia repleat, quae omnes meatus, poros, atque vacuolos quamcitissime penetret, palam est nullum esse in universo spatium corpore destitutum. Illa vero negata et in terrestribus corporibus, et in spatiis caelestibus infinita consequuntur loca corporibus carentia.

4ta lex erit: Diligentissime perquirito quaecumque cum proposita quaestione connexionem aliquam habent. Comparato quaecumque ei lumen aliquod afferre possunt: possibiles quaslibet confingito hypotheses. Hoc modo unidemque praesidia comparantur, quibus solvendis quaestionibus, et veritati detegendae aptiores evadere possumus. Hanc tamen legem ii duntaxat servare possunt qui secundam non transgrediuntur.

Sequitur Quinta. Quaestionem corrige, et exacte, et quam simplicissime exprime, idest resecato ab ea, quae collectis superioribus regulis, intelligis, nullum tibi afferre praesidium.

Praecipit 6ta. Principia solida, quibus veritatem invenias, aut quaestionem expedias, perquirito et veluti faces perpetuo ante oculos habeto. Hujusmodi lex facile quidem praecipitur, difficillime vero servatur. Inutiles sunt Loci communes, quos nonnulli dederunt, nisi 2dae regulae praesidio suffultus sit Philosophus.

Hae generales sunt Methodi analyticae leges. Ex his autem plures aliae consequuntur, quae minus generales sunt, quarum prior est: Quaestionem utrum quaestionis solutio pendeat ex ratiocinio, an ex experimentis an ex authoritate; eamque definire conator eorum principiorum ope, quae aut ratiocinium, aut experimenta, aut authoritas suppeditant. Caveto ne tria haec misceas. Adversus hanc legem peccare plures Philosophos, experientia satis compertum habemus. Nam quae pura theoremata sunt, ex aliorum authoritate repetere conantur. Quae sola authoritate definienda sunt, ratione volunt intelligere et ubi experimentis est opus, ad abstractas quandoque ratiocinationes confugiunt.

Itaque si quaestio fuerit physica, ita ratiocinationes nostras confingere debemus, ut experimenta praecedant, et ratiocinium experimentis inhaereat.

Si vero quæstio ab authoritate pendeat, inquirendum imprimis est, utrum autoritas sit infallibilis, an fallibilis. Si autoritas [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tanquam demonstratæ propositiones; atque ita certæ, uti axiomata. 3tias. Quæ aut illis axiomatibus, aut his consequentibus propositionibus clare adversantur, falsa reputanda sunt. [illegible] [illegible] [illegible]

Quod si autoritas sit fallibilis, hi statuendi sunt canones. Quæ omnes, aut plures narrant [illegible] [illegible] ne refragante, certa sunt habenda; si autem unus, aut alius adversus plures testificentur, [illegible] [illegible] [illegible]

Quæ facta unus, aut alter ocularis narrat historicus, nemine contra scribente, proxima sunt certitudini, dummodo hujusmodi historici veras habuerint historicorum dotes.

Qui aliquid tacet, is id non negat. Ergo quæ historici narrant coævi in dubium vocanda non sunt ex hoc tantum, quod alius, aut alii eam coævi taceant. Qui non tacet, aut oscitantiæ, aut ad summum malitiæ accusari duntaxat potest.

Quæ facta testes non coævi, neque oculares magna consensione narrant, in dubium sunt vocanda, si nemo coævorum, et ocularium historicorum memoret, quum memorandi opportunitas erat.

Si nulli extent coævi, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] di argumenta.

Historia; quæ claris rationibus repugnat, falsa est reputanda

Historia dicenda non est ratione contraria, quod moribus, et opinionibus præsentibus adversetur: opiniones quippe, atque mores mutantur.

Non ideirco falsa habenda est historia, quod res enarret, quarum nos non intelligimus causas.

Quod attinet tandem ad veritates, quæ ratiocinii usu acquiruntur, præter ea, quæ tota hac in Logica docuimus, tria hæc axiomata advertenda sunt. Primum est. Quæ in idea clare, atque distincte contineri cernimus, de ea affirmare debemus. ea vero negare, quæ illi adversari clare, atque distincte cupimus. 2dum. Quæ non percipimus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mus, neque illud intelligimus, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] volumus esse ridicule [illegible] [illegible] [illegible]

Hæ sunt præcipuæ methodi analyticæ leges: Has servetis oportet, si occultas veritates citra erroris periculum cognoscere vultis. Syntheticæ methodi canones vos [illegible] legere poteritis apud recentiores notissimum Dialecticos, quum iis erit opus; sat eos scire, atque tenere in præsentiarum ad vos non attinet; fortasse tamen aliquos post annos (quod de majori saltem vestrum parte sperandum est) [illegible]. Sed in rebus hujusmodi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod tamen non modo vertendum est vitio, sed scholasticis conjecturis quum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], aut [illegible] mutatæ neque [illegible] est, neque, hisce temporibus utile. Illud certum est, in præceptis Dialecticis [illegible] exiguas nos [illegible] [illegible] mentium partem, nec alia tradidisse, quam quæ cum summis viris judicavimus utiliora. Nunc ad alteram partem Philosophiæ transitum faciamus.

Philosophiæ

Pars 3tia

Metaphysica.

Ex dictis [illegible] [illegible], primo humanam in [illegible] nāae ēe indi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nāa [illegible] [illegible] [illegible], tali nimirum anima, tali ac determinatum corpus; n [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

cui non obtineat, sed ad personale individuum

Corollarium [illegible]

[illegible] creatae res omnes, [illegible] a Deo ad omnes concurrente [illegible] actiones [illegible] [illegible] quantum in omnes res [illegible] Deo, [illegible] ultimo [illegible] possunt, [illegible] humanae [illegible] [illegible] tanquam a proprio [illegible] posito regebat [illegible] ad bonum eliciendum, vel suspendendum.

Caput 4tum

De Distinctione

Distinctionis nomine nihil aliud venit, quam negatio identitatis, seu separatio unius ab alio. Porro variae sunt secundum Scholasticos distinctionis species. Alia n. est distinctio realis, qua unum, nemine cogitante, cum altero idem non est, sive res sint ab invicem separatae ut Cicero, et Demosthenes, sive sint conjunctae, ut anima, et corpus. Alia est distinctio rationis, qua unum aliud non est sola intellectus nostri consideratione, quatenus nempe res in se unica in varios conceptus mens nostra distinguit.

Distinctio realis [illegible] [illegible] et tunc distinctio [illegible] [illegible] realis major [illegible] [illegible] et tunc distinctio modalis, seu realis minor [illegible]. Ad realem distinctionem [illegible] distinctionem virtualem [illegible] distinctionem, quam [illegible] [illegible] mente nostra [illegible] tes concipiendi.

Distinctio rationis duplex partis est. Prima est cum fundamento, quam nempe mens nostra excogitando ponit in aliqua re virtualiter multiplici. Sic, quia homo e.g. inquantum est corpus, aequivalet ligno, lapidibusque, inquantum vero vivit [illegible] mens nostra [illegible] distinguit in homine [illegible] [illegible] Scholasticis distinctio rationis [illegible]. Altera distinctio rationis est, [illegible] distinguerent a Cicero [illegible] haec distinctio dicitur a Scholasticis distinctio rationis ratiocinantis.

Hanc [illegible] omnes [illegible] [illegible] distinctionem realem et distinctionem rationis [illegible] formalem vocavit ex natura rei: formalem quidem, quia non inter res diversas, sed inter ejusdem rei formalitates, ut ipse explicat, intercedit; ex natura vero rei, quia [illegible] rationis, [illegible] ex propria earum natura. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corporis, et viventis, quorum alia quidem superiora sint, alia inferiora, ea idcirco formaliter distingui docent Scotistae, nec verentur [illegible] formalitates [illegible] distinctas [illegible] cinere.

[illegible] [illegible] repugnare distinctionem formalem ex natura rei, quia, si accurate [illegible] distinctio realis [illegible] extrema distinctionis formalis [illegible] [illegible] [illegible] tinctionis formalis sunt duae res; ac propterea distinctio formalis eadem est cum distinctione reali. Quare, [illegible] ita nec admittere debent distinctionem formalem ex natura rei.

[illegible] formalitates, quas [illegible] intellectus nostri operationes [illegible] distinctionis virtualis [illegible] [illegible] ex natura rei [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] re contradictoria [illegible]. Porro hoc omnia solius virtualis distinctionis ope commode haberi possunt. [illegible] res pluribus aequivalent, inferre [illegible] uno definiat modo, quatenus vero aequivalet alteri, definiatur [illegible] valet alteri, [illegible] contradictoria [illegible] distinctionis formalis naturam con-sideramus, [illegible] [illegible] stantia.

Metaphysica

Pars 2da

Pneumatologia, seu Scientia Spirituum.

De Spiritu generatim sumpto

Quamvis vox ista Spiritus, si Graecum vocabulum consideremus, proprie halitum significet, saepe accipitur pro anima, nonnunquam pro animo, quandoque etiam pro vento, ut patet ex Latinis scriptoribus. Apud Philosophos tamen usus invaluit, ut, quam Spiritum dicunt, substantiam exprimant cujuscumque materiae expertem. Nos, quamdiu in terris vivimus, Spiritum ita sumptum nimis imperfecte, et obscure cognoscimus, verum, quia de Spiritu cogitantes, cogitationem duntaxat in nostro animadvertimus, Spiritus naturali ratione cognitus substantia cogitans definitur. Quoniam vero multa de Spirituum natura opinati sunt absurda tam Veteres, quam plurimi ex Recentioribus Philosophi, non erit abs re eorum hypotheses recensere, ut iis, quae nimis falsa, et commentitia sunt, rejectis, clara, atque distincta Spirituum natura magis elucescat.

Atque ut ad antiquorum Philosophorum opiniones veniamus primi sese nobis offerunt Chaldaei, qui quemadmodum duo excogitarunt diversa rerum principia, lucem scilicet, et tenebras, ita et diversa Spirituum genera inde promanasse arbitrati sunt. Namque Spiritus ex luce promanantes intelligibiles, vel intellectuales dixerunt, putantes quemcumque ex hisce Spiritibus praeditum tum Dei, tum sui ipsius, tum aliarum rerum cognitionem [illegible] esse. Quinque autem lucidorum Spirituum constituebant species. Ex his primos vocabant Cosmagogos, quorum munus esset providis suis motionibus Mundum regere. 2di dicebantur Azoni, atque hi Zonarum potestate deferentes, supra Caelum, et Planetas incolere volebant. 3tii nuncupabantur Zonaei, qui Zonas in Caelo necessario circumvolverent, et quae in iis Regionibus necessaria sunt, administrarent. Quarti ordine veniebant Daemones boni, qui quasi [illegible] ac Ministri Dei hoc etiam munere fungerentur, ut nobis hominibus praesto essent, eorumque animas ad loca beata educerent. Quinti demum erant mentes humanae, quas ex sede lucida varias ob causas demissas credebant in corpora terrestria; ita tamen ut pro ratione patratorum operum vel in priorem locum essent rediturae, vel in sedes deteriores cucurrendae.

Quemadmodum autem lucidos hujusmodi Spiritus immortales dixerunt, et intelligibiles, ita e contrario Spiritus ex tenebris ortos materiales appellabant, ac tantum eorum esse numerum docebant, ut aer, terra, mare, omnia denique, quae circumspiciuntur, iis essent referta. Horum materialium Daemonum sex praecipue numerabant genera: Primo scilicet Ignei, qui superiores aeris regiones obtinerent. 2do Aerei, qui inferiores. 3tio Terrestres, qui in Terrae superficie habitarent. 4to Marini, qui aquas incolerent: 5to Subterranei, qui in Terrae visceribus latitarent. 6to Lucifugi, seu Terribiles, qui lucis inimici noctu debaccharentur. Ad duo haec postrema Daemonum genera pertinere asserebant, hominum viscera occupare, phreneses, variosque morbos producere; In eo tamen omnes convenire putabant, ut odio erga Deos, hominesque flagrarent, et varias animalium formas, aliorumque corporum figuras possent induere. Tandem id sibi [illegible] voluere, ritus scilicet theurgicos, precationes nempe vocum murmurationes, aliisque ridiculis characteribus, bonos Daemones e sua sede posse trahi, malos vero a nobis expelli. Haec de natura, numero, et proprietatibus Spirituum Chaldaei omnium Philosophorum antiquissimi.

Post Chaldaeos nonnulla pauca de Spiritibus tradiderunt Pythagorei. Hi tres esse docuere Spirituum species, Divos scilicet, Daemones, et Heroes, Huic autem postremo Spirituum generi dabant, ut munera ad hanc Terram pertinentia obirent. Ab iis somnia, signa, morbos sanitatemque hominum immitti arbitrabantur. Credebant etiam cuilibet homini a nativitate assignatum fuisse Genium bonum, et malum, quorum hic ad malum, ille vero ad bonum inclinaret humanum genus.

Tria etiam a Platonicis statuta sunt Spirituum genera ex magna mundi anima profecta, Aetherea nimirum, aerea, et Terrestria. Aethereos Spiritus nuncuparunt Divos, aereos Daemones, Terrestres hominum animas. Ex hisce principiis Platonicae deinde Philosophiae sectatores novas sequentes Theses pronuntiavere. 1ma. Spiritus Aetherei sunt sanctissimi, atque ideo in statu beatissimo versantur. 2da. Spiritus aerei vel boni sunt, et in felici; vel mali, et in infelici statu collocati. 3tia. Animae humanae a corpore sejunctae si heroicis virtutibus sint praeditae, Aethereis Spiritibus junguntur; si secus, Daemones evadunt. 4ta. Spiritus Aetherei sunt primarii ministri summi numinis, Daemones autem sunt ministri 2darii. 5ta. Spiritus aerei habent inter se Politiam, et certo regimini non solum sunt subjecti, verum etiam in diversas provincias dispartiti. 6ta. Maligni Daemones ad bonam frugem possunt redire, si velint; et si in dies profecerint Aethereorum Spirituum numero adscribi. 7ma. Aerei Spiritus possunt ad aliquod tempus corpus assumere ex aere compositum, et in illo apparere. 8va. Apparitiones, et

prælia militum ex nubibus sunt a Spiritibus aereis, qui pro libito ita figurare aerem possunt. Gra. Animæ vita functorum, non secus ac Demones, per somnia, vel alias apparitiones possunt videri.

Spiritum ex Elementis compositum, et ignem naturam finxerunt Zeno, Chrysippus, et Stoici fere omnes: Alii naturam aqueam, ut Heraclitus, Thales, Hypparchus. Alii terream, ut Anaximander. Alii aeream ut Anaximenes. Aqueam simul, et terream naturam voluit Xenophanes: Terream, et igneam Parmenides; ex quatuor omnibus elementis conflatum putavit Empedocles.

Inter Recentiores non desunt Philosophi nimium Heterodoxi, qui Spiritum materialem dicunt. Nam Rudigerius et Fridericus Gentzkerius Spiritum definiunt substantiam vivam, adeo ut per vitæ duntaxat rationem a cæteris rebus materialibus differat. Hinc dividunt Spiritus in mentes hominum, in animas brutorum, et in naturam plasticam. Sunt etiam qui contendunt Spiritus naturam nos latere, ut inter cæteros Lockius.

Superest nunc, ut, quantum nobis sinit infirmum rationis lumen, Spirituum naturam, atque ordinem secundum nostrum systema statuamus. Itaque imprimis certum est Spiritum non esse ex materia compositum, sed definiendum esse, substantiam cogitatione donatam. Deinde quatuor enumerentur Spirituum ordines. Primus Deus est, a quo cæteri Spiritus, et Mundus universus producti fuere. Alii sunt Spiritus puri a corporibus secreti, mentes scilicet Angelicæ. Alii sunt mentes humanæ: Alii demum Brutorum animæ. Hisce quæ ad genericam Spiritus notionem pertinent, præmissis; rectus ordo postulat, ut de singulis Spirituum generibus sermonem agamus, et primo loco de Deo, a quo cæteri quicumque Spiritus habent, ut Spiritus sint.

Pneumatologiæ

Liber Primus

De Deo

Caput I.

Quid Dei nomine omnibus in mentem veniat.

De Deo naturalibus tantum rationibus, non sacrorum librorum autoritate disputantibus investigandum initio est, quid, natura duce, veniat omnibus in mentem nomine Dei. Deos enim, præclare Tullius, lib. I Tusc. Quæst. Deos esse natura opinamur, quales sint ratione cognoscimus. Id autem imprimis pro certo habendum esse ducimus neminem scilicet esse, qui non fateatur, se, dum de Deo cogitat, substantiam intelligere spiritualem, simplicem, a se ipsa existentem, æternam, immensam, infinitam, omnipotentem, omnia videntem, omnia continentem, gubernantem, moventem, uno verbo, substantiam omni perfectionum genere cumulatissimam. Nam et ipsi, qui nudum existere Deum voce tantum tales sunt contra animi sententiam si interrogati fuissent, quid esset Deus, quem ipsi existere negarent, respondissent profecto esse substantiam spiritualem, æternam, immensam, uno verbo infinite perfectam. Deus igitur si naturali rationis lumen consulamus, et si quod animo concipimus, camente verbis exprimere velimus, Deus inquam, est substantia perfectissima, omnes scilicet in se continens cogitabiles perfectiones, sive formaliter, ut ajunt, sive eminenter. Formaliter primo sunt in Deo perfectiones quæ vocantur simpliciter simplices, quæ videlicet in suo conceptu nullam involvunt imperfectionem, quæque ita in Deo continentur, ut de ipso absolute possint prædicari, cujusmodi sunt bonitas, sapientia, justitia, aliæque perfectiones, quæ Dei attributa solent appellari. Eminenter vero, seclusa nimirum imperfectione, in Deo sunt etiam cæteræ quæcumque perfectiones, quæ alicui imperfectioni sunt admixtæ, quæque dici solent perfectiones simplices secundum quid. Sic Planta, homo, lapis, et alia hujusmodi, quæ perfectiones sunt, eminenter duntaxat continentur in Deo, quia neque planta, neque homo, neque lapis de Deo prædicantur, sed tantum in Deo sunt per æquivalentiam, seu per virtutem, quam habet ad ea producenda. Quare si, teste superius laudato Tullio, nulla gens tam fera, tamque immanis, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio. Si omnes esse vim, et naturam divinam arbitrantur, omnes profecto naturaliter cognoscant oportet, hujusmodi divinam naturam esse perfectissimam. Sit itaque.

Propositio unica. Omnibus naturaliter in mentem venit Deum esse ens perfectissimum. Propositio demonstrata est.

Dices I. cum Hobbesio. Deus concipi nequit. Sed quod concipi nequit definiri non potest. Ergo Deus definiri non potest substantia perfectissima. Pro majori. Deus est infinitus. Sed infinitum concipi non potest. Ergo etc. Pro minori. Quod nullis comprehenditur est limitibus, comprehendi non potest a mente nostra. Sed infinitum est. Ergo etc.

R. dist. maj. Deus concipi nequit adæquate conc. inadæquate neg. maj. dist. min.: sed quod concipi nequit sive adæquate, sive inadæquate definiri non potest conc. quod concipi nequit adæquate definiri non posse neg. min., et consequentiam. Ad prob. conc. maj., dist. ut supra dictum est, min., et sub allata distinctione neg. consequentiam. Nemo sane mentis est, qui cum scelerato Hobbesio brutum sive etiam limat, quod nulli unquam Ethnicorum Philosophorum, imo, nulli unquam sententiam placuisse fuit. Itaque statuit Hobbesius, Atheus, nunquam verbis non animo, nullam nos ob mentis imbecillitatem, et limitationem formare posse Ideam Dei, adeo, ut ita

tantum possit Deus definiri, quod scilicet neque comprehendi possit, neque definiri. Quamvis enim et nos libenter fateamur Deum esse substantiam infinitam, nostramque proinde perfectiones, quae finitae sunt, superantem, non inde tamen inferemur ducimus, Deum infinitum nullo modo posse comprehendi. Objectum siquidem infinitum mentis cognosci potest comprehendi tamen aliquo modo potest. Adaequate igitur, idest quoad omnes, et singulas perfectiones Deus, utpote infinitus, non percipitur; inadaequate tamen, idest imperfecte, quoad aliquas perfectiones et intelligi potest, et ab omnibus perfectionibus earum oppositis hominis sola naturali ratione intelligitur. Verum, ut magis pateat, quam infirma sint opposita ab Hobesio momenta; ex ipsa sua argumentatione demonstrandum est, Deum naturaliter concipi, et definiri Ens perfectissimum. Deus, inquit Hobesius, concipi nullo modo potest. Cur, quaeso, concipi non potest? Quia, inquis, ens infinitum est Deus. Jam ergo intelliges Deum esse substantiam infinitam. Cur ergo nullam de Deo ideam formare nos possumus, si tu Deum concipis veluti infinitum? Cur naturali ratione nescimus, utrum Deus sit Ens perfectissimum, si a te pronoscitur ut Ens infinitum? Num forsasse est aliud Deus infinitus, quam in omnibus suis perfectionibus sit infinitus? Asserendum igitur est, Hobesi, aut Deum a te non percipi infinitum, aut Deum etiam a te, et a nobis cognosci ut Ens perfectissimum.

Dices 2do. Omnes naturaliter Deum non cognoscunt. Ergo omnes naturaliter non cognoscunt Deum esse Ens perfectissimum. Probo ant. Plures fuerunt Athei tum antiqui, tum nostris etiam temporibus. Pro ant. Ex antiquis enim sunt Protagoras, et Diagoras, teste Tullio Lib. 1. de natura Deorum, Theodorus Cyrenaeus, Leucippus, atque Democritus, et nostris etiam temporibus celebriores sunt Hobesius, Spinoza, et Vaninus. Quod autem humanae historiae praebent, divino etiam testimonio confirmari potest. Psalmo quippe 13, n. 1. ajunt Regius Vates: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus, et Psalmo 78 n. 6 effunde iram tuam in gentes, quae te non noverunt. Apostolus etiam ad Ephesios 2do, n. 12 ait. Eratis illo tempore sine Deo in hoc mundo. Athei superius recensitis addi possunt Brasilienses, Peruani, et alii populi, qui nullum Deum cognoverunt, imo nullam, sive de vero, sive de falso numine ideam habuere, adeo ut ne nomen quidem apud ipsos esset, quo exprimi Deus posset.

Resp. ad ant: ad prob. dist: ant. Plures tum antiqui, tum nostris temporibus fuerunt nomine, et corde Athei conc. fuerunt revera, et intellectu Athei neg. ant: et conseq. Esse revera Atheos nullo certo argumento potest probari, nisi in horum numero non habeantur, quos veteres, eo quod vulgares Deos, et eorum simulachra non colerent, Atheos nuncupabant. Sic Atheus dictus est Socrates, quia Athenienses suos contemnentes Deos multa multa[illegible] Sic Athei appellati sunt Pythagoras, Plato, aliique quamplures. Sic Judaeos, atque Christianos tanquam in Atheismum prolapsos variis tormentorum generibus interfecerunt Romani, et Graeci idololatrae. Veros Atheos in stricto sensu accepti qui nimirum non verbis tantum, aut pravo affectu, sed in intellectu sibi suadeant nullum esse Deum, neque fuerunt unquam, neque ullo tempore esse poterunt. Hinc, ut ad opposita exempla veniamus, Protagoras, Diagoras, caeterique sive antiquiores, sive recentiores Athei, non ideo se Atheos professi sunt, quod nullum revera Deum admitterent, sed quia impii, scelestique homines optabant non esse Deum, ut mala impune patrarent. Si enim interrogati fuissent, quid esset Deus, quem ipsi existere negarent, profecto respondissent, Deum esse, substantiam scilicet perfectissimam. Quod si ex his nonnulli, ut inter caeteros Vaninus, vel inter flammas Atheismum professi sunt, id ad ostentationem inanis gloriae, et vanae cujusdam fortitudinis laudem est referendum. Intelligitur hominum impiorum, praeclare ad rem nostram Lockius Anglus in instructione Juvenis nobilis, parte 2da, dial. 5to, possunt quidem aliqui jactare, et pejerare se non nosse Deum, et furentes in hac eorum insania intus etiam quandoque audacius provocare, Hoc tamen nihil aliud est, quam strepitus vocis. Hujus enim rei negatio solum est sub lingua eorum At hoc est potius desiderium quoddam, quod cupiunt non esse Deum, quam vera conclusio, quam credant ipsum Deum non esse. Quin ipso eodem tempore, quo asserunt hoc, quod nihil esse dicunt, maxime contremiscunt, quam ipsum conclamant, paveantque suam vindictam, dum ipsius negant existentiam.

Scripturae testimonia nobis non adversantur. Nam primus textus ex Psalmo 13 desumptus, et 3tius ex Epistola ad Ephesios allatus id tantum probant, quod hactenus diximus, scilicet nonnullos esse, qui corde, idest pravo affectu, et desiderio Deum esse nolunt. Haec est SS. Patrum interpretatio. Ait enim D. Augustinus in Psalmum 13 Qui amant hoc saeculum, et non amant Deum, ipsae sunt affectiones, quae corrumpunt animam, et sic excaecant, ut possint etiam dicere insipientes in corde suo: Non est Deus. Clemens vero Alexandrinus, aliique Ecclesiastici Scriptores testantur in hoc tantum sensu fuisse Ephesios appellatos ab Apostolo sine Deo, adeoque Atheos. 2dus textus ex Psalmo 78 desumptus probat duntaxat, solos Judaeos eo tempore vero Deo veram exhibuisse cultum, Alii quippe Nationes in Idololatriae tenebris versabantur. Idololatria autem non prorsus Deum eliminat, sed falsos tantum Deos admittit, et colit, atque communem omnibus ostendit divinitatis sensum, tametsi ait D. Augustinus, multum falsitatibus obrutum, et contusum, quo factum est, ut homo, quamvis naturae suppositis, se se rebus vilissimis, veluti numinibus, subjicerit, et maluerit divinitatem rebus indignissimis adscribere, quam omni Deo carere.

Quod spectat ad Brasilienses, Peruanos, aliosque Americanos Populos; tam variae, atque inter se dissentientes sunt Recentiorum etiam Historiae, ut nihil certi statui possit, quemadmodum viri eruditi opinantur, atque ii equidem non pauci. Nam Doctor Stidingfleetus in suo [illegible]

scriptione promontorii Bonae Spei: Dominus de-la-Croze L. 6. 7. de Christianitate Indiarum: Ziegenbalg maximae fidei scriptor, qui jussu Regis Borussiae per decem annos versatus est in regionibus, quarum incolae Athei dicuntur, in narratione historica conversionum Paganorum in orientalibus Indiis. Dominus de Rochefort. D. du Tertre, aliique satis apte testantur nullas nationes vel in Africa vel in Asia, vel in America inventas fuisse gentes sine aliqua opinione Divinitatis. Riccardus autem Cumberlandus et Barbeyracus, recentissimi summae fidei scriptores, falsum esse tradunt, quae de Atheis Soldaniae Populis nonnulli non satis accurate narrarunt.

Dices 3tio. Esse notitiam in nobis aliquam divinitatis notitiam, quam tamen conjunctam Deum veluti Ens perfectissimum. Ergo etc. Probo: ant. Idololatrae aliquam divinitatis admiserunt, non tamen omnimode perfectam. Ergo etc. Probo ant. Idololatrae plures agnoverunt Deos. Ergo etc. Probo conseq. Pluralitas non Deorum summae perfectioni repugnat, quandoquidem, si plures essent Dii, non essent omnes summe perfecti.

R. neg. ant. in prob. neg. ant. ad prob. dist. ant. Idololatrae plures agnoverunt Deos, ita tamen, ut unum tantum agnoscerent inter illos summum, ceteros vero, tanquam illius ministros, haberent conc. Idololatrae plures agnoverunt aequales Deos neg. ant: et sub addita dist. conseq. Quamvis ea fuerit antiquorum temporum caecitas, ut, excepta Gente Judaeorum, universus Terrarum Orbis post Diluvium Deorum turbas agnosceret, non eo tamen insaniae Idolorum cultores devenere, ut omnes prorsus, quos vocabant Deos, existimarent aequales. Summum unum quendam statuebant, a quo ceteri omnes Dii ortum ducerent. Huic summo, et soli Deo perfectiones omnes attribuebant, ceteros vero inferiores tantum Deos et veluti summi Dei ministros venerabantur. Id probant tum veteres historiae, tum carmina vetustiora Poetarum. Quid non indicant sententiae illae: Ab Jove principium. Jovis omnia plena. Divum Pater atque hominum Rex: Hominum, Divumque aeterna potestas. Quid, inquam, indicant, si hoc non indicant, unum summe dumtaxat perfectum, summumque Deum inter eas Idololatras cognovisse? Hinc in Concilio Carthaginensi sub Cypriano Saturninus Confessor dixit. Gentiles, quamvis Idola colant, tamen summum Deum Patrem, et Creatorem cognoscunt, ac confitentur. Et Horosius L. 6. Historiae Cap. 1 Paganos, quos jam declarata veritas de contumacia magis, quam de ignorantia convincit, cum a nobis discutiuntur, non se plures Deos, sed sub uno Deo magno plures ministros venerari fatentur. Si quis autem quaerat, cur Idolorum cultores unum revera summum, et perfectissimum numen cognoscentes, innumeros alios Deos, et inter quos aliarum Figuras adoraverint, respondendum est, id contigisse tum fraude daemonis, qui corruptam primi Parentis lapsu humanam naturam a Creatore avertere, et ad Creaturas convertere studuit, tum ipsorum hominum malitia, qui vel Divitias, vel errando voluntates Deos proprius libidinibus accommodatos finxerunt, vel non sub iis elati sibi, aut suis divinos honores arrogarunt. Praecipue vero id contigisse certum est, ipso justo Deo in scelerum vindictam permittente. Sicut, ut ait Apostolus ad Romanos 1: Quia, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, et mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, et quadrupedum, et serpentium. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Igitur vel in ipsis deterioris Idololatriae tenebris satis clara, atque distincta Divinitatis notitia minime defuit, adeo ut merito affirmare possimus, et unum ubique Deum, ratione duce, fuisse cognitum, et plures simul Deos, ex voluntatis malitia, et corruptione fuisse adoratos.

Dices 4to. Ens perfectissimum a nobis neque videtur, neque tangitur, neque auditur, neque odoratur, neque gustatur. Ergo Idea entis perfectissimi naturaliter nobis in mentem venire non potest. Probo: conseq. omnis nostra cognitio pendet a sensibus. Ergo etc.

Resp. conc. ant. neg. conseq. in prob. dist. ant. Omnis nostra cognitio vel mediate, vel immediate pendet a sensibus conc: immediate tantum neg: ant. et conseq. Nihil hoc argumento validius afferre Athei possunt. Non enim pecudes sumus, ut ea tantum, quae videmus, aut tangimus, cognoscamus. Inest nobis ratio, qua ad altiora consurgere possumus, et debemus. Ipsa siquidem Creaturarum opera, quae oculis conspicimus, ingerunt menti notitiam invisibilis Creatoris, quemadmodum motus visibiles corporis ducunt nos in cognitionem latentis animae. Hinc D. Augustinus in Psalmum 73 Atheum dicentem: non video quid credituros sim, praeclare ita refellit inquiens: Stulte, corpus tuum videtur: Animam tuam quis videt? Cum ergo corpus solum videatur, quare non sepeleris? Miratur, quia dixi: Quare non sepeliris? et respondet (sapit non in hoc) quia vivo. Unde scio, quia vivis, cujus animam non video? Unde scio? respondebis, Quia loquor, quia ambulo, quia operor. Stulte, ex operibus corporis agnosco viventem, ex operibus Creaturae non potes agnoscere Creatorem? Haec D. Augustinus, ex quibus liquido constat, quam inania sint omnia ista argumenta, quibus ibi frustra probare conantur Athei, nullam existere, aut naturaliter concipi posse Substantiam omnimode perfectam.

Caput 2dum.

De existentia Dei.

Existentiam Dei non posse in dubium revocari, probatum aliquo modo superius est. Fieri enim non potest, ut Deus naturaliter ab omnibus percipiatur veluti Ens perfectissimum, quin simul habeatur existens. Nunc ea afferenda sunt argumenta, quae ad Dei existentiam demonstrandam fiere a Philosophis excogitata. Haec autem tria sunt, Moralia scilicet, Physica, et Metaphysica. Moralia argumenta illa appellant, quae a doctis simul, et indoctis percipiuntur, et quia in communem sensum magis incurrunt, adeo efficacia sunt, ut ab homine, qui sana utitur ratione, nequeant in dubium verti. Cum non tantam non postulent attentionem neque reconditam scientiam excitant, sed omnibus sint obvia, atque oculis omnium subjecta, certam apud omnes, et inconcussam obtinentur auctoritatem. Hujusmodi argumenta duo praecipua sunt, Mundi scilicet creatio, ejusdemque gubernatio.

Argumenta physica nuncupantur, quae ex rerum physicarum contemplatione desumpta sunt. Et tria con-

munitis recensent. Primum infert ex variis affectionibus, quas in nobis per corpora excitari sentimus. Sic quia nullis rei corporeæ nos recreant, nullis tedio afficiunt, et quia optime intelligimus res corporeas non esse primas, et effectrices causas. Aliam generalem rerum omnium causam excogitamus, a qua corporeæ res habeant, ut voluptatem, vel dolorem, vel tedium, tanquam secundariæ causæ in nobis producant. 2dum physicum argumentum desumitur ex motu corporum. Si non omnibus evidens est in corporibus naturalibus esse motum aliquem, ex hujusmodi motu intercedendo, et esse supremum aliquem motorem existere. 3tium argumentum ex causarum efficientium serie ducitur. Quæcumque non tantum se operari, et effectus producere videntur in rerum aspectabilium natura, et ab aliqua suprema causa debent adjuvari: nam fieri non potest, ut solus homo V.C. alteri homini existentiam largiatur, cujus fabricam, vires, et organorum conformationem penitus ignorat.

Metaphysica demum argumenta ea sunt, quæ ex intima metaphysica depromta Deum existere probant, velut causam rerum omnium effectricem. Etenim ex rebus, quæ contingentes, factæ, dependentes, et finitæ sunt, evidenter demonstratur existere ens absolute necessarium, increatum, independens, et infinitum.

Ut a metaphysicis argumentis exordiar; tria proponit Cartesius. Primum est: Extat in nobis idea Dei seu idea Entis summe perfecti. Sed idea Entis summe perfecti aliunde, quam ab ipso Deo, proficisci non potuit. Ergo idea Entis summe perfecti ~~ab ipso Deo~~ a Deo est, proindeque existit Deus. 2dum argumentum ita instituit. Quidquid in idea clara atque distincta rei alicujus comprehenditur, id de ea re certissime potest affirmari; sed actualis existentia Dei continetur in idea clara atque distincta Dei, seu Entis summe perfecti. Ergo eo ipso, quod hujusmodi clara, atque distincta idea nobis est indita, actualis existentia Dei certissime de Deo potest affirmari. 3tium argumentum ex [illegible] exponit in hunc modum. Plura sunt Entia contingentia, sed Entia contingentia nisi ab Ente necessario in rerum natura collocari potuerunt. Ergo existit Ens necessarium. Sed Ens necessarium est Deus. Existit ergo Deus. Postremum hoc argumentum efficacissimum ad Dei existentiam demonstrandam nos quoque cum Cartesio, et Philosophis omnibus probabimus. Primum vero et 2dum tanquam efficacia merito negamus. Iis itaque, quæ de origine idearum in Logicis tradita sunt, in memoriam vocatis, sit

Propositio 1. Argumenta metaphysica primo, et 2do loco a Cartesio proposita non probant actualem existentiam Dei.

Probatur Propositio quoad primum argumentum. Idea, quæ in nobis est, Entis summe perfecti aliunde, quam a Deo orta est; sed si hæc idea aliunde orta est, ex indita idea non infertur Deum existere. Ergo ex indita idea Entis perfectissimi non probatur Deum existere. Major Propositio constat. Si enim idea Entis perfectissimi producitur a mente nostra dependenter a sensibus, profecto hæc idea non est nobis indita, seu ab ipso Deo animis nostris impressa. Minor quoque Propositio est certissima. Nam quemadmodum, si dependenter a sensibus nulla mens produceret ideam Entis perfectissimi, ex adventitia idea Entis perfectissimi inferre non possemus Deum re vera existere, ita si idea, quæ in nobis est, Entis perfectissimi, non est innata, ex innata idea probare non possumus Entis perfectissimi existentiam. Confirmatur. Ubi nullus adest effectus, ex effectu assurgere non possumus in causæ cognitionem. Sed eo ipso, quod nulla est nobis ab ipso Deo indita idea Entis perfectissimi, hæc idea non est effectus Dei, saltem immediatus, ut contendunt Cartesiani. Ex idea igitur Entis perfectissimi, quæ congenita nobis non est, merito inferre non possumus Ens perfectissimum existere. Hinc corruit argumentum Cartesianorum asserentium, quod quum Deus nihil unquam in hac rerum universitate frustra operetur, suique ideam ab ipso nostro exordio tribuerit, eam non alia de causa tribuerit, quam ut eum existentem cognosceremus. Siquidem probatum est nullam fuisse nobis inditam a Deo ideam, frustra non operatur Deus, sed ut supremum rerum omnium Artificem decet, operatur, cujus ex Creaturis, quæ sua in nobis pariunt ideam, ideam quoque existentiam omnibus proposuit cognoscendam.

Probatur Propositio quoad 2dum argumentum. Atque imprimis, licet et nos cum Cartesio sentiamus, quidquid in idea clara, et distincta rei alicujus continetur, id de ea re certissime posse affirmari, non tamen propterea concedendum ducimus in idea Entis perfectissimi, eo sensu quo ipse contendit, Dei existentiam contineri. Ut probet Cartesius se clare, atque distincte percipere existentiam pertinere ad Ens perfectissimum, evidenter prius demonstrandum illi est, se esse consecutum claram; atque distinctam ideam Entis perfectissimi, atque claram hanc, distinctamque ideam sibi revera fuisse ab Ente perfectissimo insculptam. Dici enim non potest rem aliquam clare, atque distincte in idea contineri, nisi certum sit ideam illam claram esse, atque distinctam. Jam vero, si indita nobis esset idea Entis perfectissimi, perciperemus utique possemus existentiam Entis perfectissimi clare, atque distincte contineri in illa connata nobis idea; quum tamen hujusmodi idea non sit, nisi quoddam Cartesianorum figmentum, neque clara profecto est, neque distincta, adeoque Entis perfectissimi existentiam, ea, quæ nostra est, evidentia non includit.

Verum, demus aliquando Cartesio ideam Entis perfectissimi, qua donatus est, claram esse, atque distinctam. Illam ne ipse ideam fatetur ex rebus creatis non esse deductam, probavimus nos ab ipso Deo non fuisse impressam. Hæc igitur idea est a Cartesio animo tantum efficta. Porro, quum duplex sit rerum genus, alterum scilicet earum quæ pendent a mente, nec extra mentem ullibi sunt, planeque sunt commentitiæ, alterum vero earum, quæ re ipsa sunt, atque nemine eas de iis cogitante, in rerum natura existunt; si a mente duntaxat Carte-

cianorum pendet idea Entis perfectissimi, ab eorum cum mente pendebit existentia Entis perfectissimi adeo ut in illa eorum mente Dei existentia contineatur. Quod ut clarius innotescat, exemplo confirmetur. Quando clare, atque distincte percipimus montem aureum ex auro constare, quando ratione cum praedictis rationem, si nostras consulamus ideas, et in statu ideali maneamus. Verum, ubi ad statum realem et ad experientiam nos conferimus, aureum montem nihil in mente nostra existere certum est, quod vero ratio non tantum in nostro intellectu, sed re ipsa, et in statu reali existentiam includere. Hoc autem modo investigare quid Deus sit, non est, divinam naturam, ut est in se ipsa, investigare, sed tantum ut est in idea nostra, adeo ut adhuc Atheo a Cartesianis expectandum sit, ut probent Deum in se revera existere, quemadmodum in eorum idea proponitur existens. Quod si nihilominus contendant existentiam Entis perfectissimi in ipsorum idea expressam accipiendam esse pro existentia Entis perfectissimi in se ipso, eodem modo quis affirmandum erit montem aureum in se ipso, et in statu reali existere, quia clare, atque distincte intelligimus montem in mente nostra, et in statu ideali nihil ex auro constare, et aureum existere. Quare, quum hic quaestio instituatur non de ideali, sed de actuali existentia Dei, et a statu ideali ad statum actualem non teneat, ut inquiunt, illatio, idcirco fatendum est, Cartesiana argumenta non idonea probare existentiam Dei quae contra Atheos est demonstranda.

Opponunt 1. Quod in idea rei alicujus continetur affirmari de ea re potest, sed in idea Entis summe perfecti existentia continetur. Ergo etc. Probatur maj. Quod summe perfectum est necessario existit. Ergo etc.

R. dist: maj. Quod in idea rei alicujus continetur affirmari de ea re potest in statu ideali conc. in statu reali ne: maj: conc. min. et dist: conseq. et prob. eodem modo. Quum totum hoc de quo contenditur, idea tantum sit a Cartesio efficta, ex cujus natura probare conatur Deum revera existere; hinc in idea, quam sibi finxerit inditam rei infinitae, et summe perfectae, in statu tantum ideali, seu, ut Scholastici loquuntur, a parte intellectus summa perfectio continetur. Et quemadmodum in hac idea Entis summe perfecti non continetur summa perfectio in statu reali, sive, ut ajunt, a parte rei; ita in re idea infinita, et summe perfecta cujus ideam in mente habent Cartesiani, continetur utique necessaria existentia a parte intellectus, sed non a parte rei. Neque asserant Adversarii Ens perfectissimum sine existentia intelligi non posse. Hoc enim qui ajunt, manifeste petunt principium, atque id ponunt pro concesso, quod controversum est. Demonstrandum enim est hoc Ens perfectissimum revera existere, quum haec controversia sit, an detur Ens perfectissimum. Probare autem non possunt Ens perfectissimum existere ex idea tantum entis perfectissimi, secus idem per idem probarent. Asserere non Ens perfectissimum existere, quia habent ideam Entis perfectissimi, idem prorsus esset, ac dicere: existit Ens perfectissimum. Ergo Ens perfectissimum existit.

Ceterum, si libet, hoc modo distingui eam potest superius argumentum. Quicquid in idea rei alicujus continetur in statu reali, affirmari de ea re potest in statu reali conc. Quidquid in idea rei alicujus continetur in statu tantum ideali, affirmari de ea re potest in statu reali ne: maj. dist. min. Sed in idea Entis summe perfecti, quam habent Cartesiani, existentia continetur in statu ideali conc. in statu reali ne: min., et sub allata dist.e conseq.m

At inquiunt Cartesiani, in argumentatione Cartesii non sumi ut concessam rei infinitae, et summe perfectae existentiam. Quod autem ut probent, in exemplum proponere solent hunc syllogismum. Quidquid clare et distincte cognosco in idea rei alicujus contineri, id rei illi adscribendum est; Atqui in idea Trianguli clare, et distincte cognosco tres angulos contineri. Ergo tres anguli adscribendi sunt Triangulo. Sed contra. Inter syllogismum hunc. Quidquid clare, et distincte cognosco in idea rei alicujus contineri, id rei illi adscribendum est. Atqui etc. Ergo etc. et hunc syllogismum, quem, et syllogismum superius a Cartesianis propositum latissimum intercedit discrimen. Nam in illa minore primi syllogismi, quae ita se habet. In idea Trianguli clare, et distincte cognosco tres angulos contineri id Triangulo tribuitur, sine quo Triangulus esse non potest, quodque Trianguli naturam constituit. Verum in minore 2da 2di syllogismi hoc posito ponitur. In idea rei infinitae, et summe perfectae clare, et distincte cognosco existentiam contineri. id rei infinitae, et summe perfectae tribuitur, quod cujusmodi sit, et utrum ad ejus naturam pertineat, certo non constat. Nunc non illis ipsis a Cartesianis quaeritur, utrum scilicet ad naturam rei infinitae, et summe perfectae, cujus habent ideam, pertineat existentia, et cujusmodi sit haec existentia. Quare, quum hoc sit, quod ab Adversariis quaeritur, manifestum est eos pro concesso sumere, quod adhuc quaeritur, et tanquam certum supponere, quod in dubium vertitur.

Opponunt 2do. Argumentum Cartesii. Quidquid clare, et distincte cognosco et revera est demonstrationum, sine dubio, quod ad illius conclusionem assumitur, evidens est, et infallibile. Atqui medium, quod assumitur, evidens est et infallibile. Ergo etc. Maj. certa est, quum nihil evidentia, et infallibilitas requiratur ad demonstrationem alicujus conclusionis. Pro. min. Medium, quod ad conclusionem Cartesiani argumenti assumitur, est notitia, seu intellectualis visio Entis existentis conjuncta cum notitia, seu visione pariter intellectuali Entis summe perfecti. Sed hujusmodi notitiae, seu visiones, eo ipso quod sunt mere intellectuales, evidentes sunt, et infallibiles. Ergo medium etc. Pro. min. quia notitiae mere intellectuales, neque ab aliquo corporeo sensu, neque ab ullo imaginationis conatu originem ducunt, adeo ut nec decipere nos ullo modo possint. Hinc D. Augustinus Lib. 12 de Genesi ad literam, Cap. 14 et 6 corporales visiones, et 6 imagines corporalium, quae demonstrantur

in spiritu, et boni instruunt, et mali fallunt; intellectualis autem visio non fallit. Aut enim non intelligit, qui aliud opinatur quam est; aut, si intelligit, continuo verum est. Et Epistola 222 "At vero in illis intellectualibus visis non fallitur (anima). Aut enim intelligit, et verum est, aut verum non est, et non intelligit.

R. conc. maj. neg. min. ad prob. conc. maj. neg. min. et conseq. Licet notitiae, seu visiones mere intellectuales quae scilicet nullo modo a sensibus dependerent, aliquo modo dici possent evidentes, quia se se offerrent evidenter apprehendendas; nihilominus velluti infallibiles habendae non essent in ipsa Cartesianorum sententia. Ratio autem est, quia a si de aliqua re mere intellectualem notitiam haberemus, inferri ad summum posset rei ideam evidentem, atque infallibiliter in mero nostro intellectu existere, non extra mentem nostram infallibilem existentiam habere. Caeterum argumentum hoc ex visione mere intellectuali desumptum nullius roboris est contra nos, qui nullas in mente humana corpori unita cognitiones, seu visiones admittimus mere intellectuales. Dicimus enim nullas esse menti nostrae inditas a Deo ideas, nullasque propterea esse in nobis notitias mere intellectuales, quae infallibiles sint, propterea quod neque falli, neque fallere potest Deus.

Ad auctoritatem D. Augustini fatemur, si quae essent notiones a Deo mentibus nostris inditae, illas a mente nostra vere apprehendi; fatemur etiam, quod quamvis primae illae apprehensiones verae essent, falsa quoque non essent lata de illis judicia. Id verum non propterea ex D. Augustino probabunt Cartesiani allatum ab ipsis argumentum esse demonstrativum. Contra Atheos, qui entis summe perfecti existentiam negant, probare imprimis debent se hoc ens summe perfectum vere intelligere, et hujusmodi notitiam animis a Deo fuisse inditam. Hoc autem ab ipsa indita idea probare non possunt, secus ut diximus, idem per idem probarent. Hinc D. Augustinus, qui Confessionum Lib. 7. fatebatur. Facilius dubitare vivere me, quam non esse veritatem, protinus adoedat, quae ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, ut intelligeremus apprehensionem primae veritatis ex rebus creatis sedulo esse explorandam. Manifestum est igitur non sufficere Cartesianis, ad demonstrandam existentiam Dei, veram esse ideam Dei, et existentis Dei, sed ut eorum argumentum vere demonstrativum sit ulterius requiri, ut veritas suarum idearum aliunde, quam ab ipsis ideis demonstretur.

Opponunt 3tio comparationem ex Triangulo sumptam, et hoc modo a Cartesio institutam. Attendenti fit manifestum, non magis posse existentiam ab essentia Dei separari, quam ab essentia Trianguli magnitudinem trium ejus angulorum aequalium duobus rectis, sive ab idea montis ideam vallis. Adeo ut non magis repugnet Deum cogitare, hoc est ens summe perfectum, cui desit existentia, hoc est, cui desit aliqua perfectio, quam cogitare montem cui desit vallis.

R. et primo cum Viro Cl. Petro Gassendo animadvertendum existimo non satis justam esse comparationem a Cartesio institutam. Nam, ut recta esset comparatio, comparare debuisset existentiam entis summe perfecti cum existentia Trianguli, aut proprietatem entis summe perfecti cum proprietate Trianguli, quemadmodum entis summe perfecti essentiam cum essentia Trianguli comparavit. Dicendum erat, non posse magis separari ab essentia Dei omnipotentiam, quam ab essentia Trianguli magnitudinem trium ejus angulorum duobus rectis aequalium, vel certe, non posse magis separari Dei existentiam ab ejus essentia, quam ab essentia Trianguli ejus existentiam. Hoc modo recte fuisset instituta comparatio, quamvis non propterea probasset, Deum; seu ens summe perfectum necessario existere. Quemadmodum enim licet existentia Trianguli separari re ipsa ab ejus essentia non possit, non tamen necessario est Triangulum, ita ex hac comparatione inferendum esset ens summe perfectum necessario non existere, quamvis illius essentia, et existentia separari nullatenus possint. Deinde, vel Cartesius enumerare non debuisset existentiam inter divinas perfectiones, vel inter perfectiones Trianguli, et montis collocare debuit existentiam, quando utrobique videatur perfectio. Videtur, inquam, perfectio. Nam revera perfectio non est, sed illud, sine quo res nec perfecta esset, nec imperfecta. Siquidem res illa quae non existit, neque perfectiones, neque imperfectiones habet. Et quod existit, pluresque perfectiones habet, non continet existentiam ut singulares perfectiones, et ex earum numero unam, sed eam tantum continet, veluti illud, quo tam id quod existit, quam illius perfectiones existentes sunt, et sine quo neque illud, quod existit, habere perfectiones, neque in eo, quod existit, perfectiones contineri dicuntur. Hinc neque existentia, perfectionum instar, in re dicitur existere, neque, si res careat existentia, carere dicitur perfectione existentiae, sed affirmatur duntaxat rem ipsam non existere. Quare, quemadmodum Cartesius enumerando perfectiones Trianguli non recenset existentiam, neque proinde concludit Triangulum existere, ita enumerando perfectiones Dei non debuit inter illas ponere existentiam, ut concluderet Deum existere, nisi principium petere vellet.

Sed concedamus Cartesio existentiam Dei tam esse illius perfectionem, quam sit Dei perfectio omnipotentia, et perfectio Trianguli aequalitas trium ejus angulorum duobus rectis. Non propterea consequitur ex notione entis summe perfecti demonstrari illius existentiam. Ait enim Vir Cl., quod quemadmodum cogitando Triangulum, non est necesse cogitare quod tres angulos habeat pares duobus rectis, licet id minus verum non sit, ut attendenti postea patet, ita posse quidem cogitari alias Dei perfectiones, non cogitata existentia, sed illam propterea non esse minus veram, quam attendenti perfectionem esse. Porro ex hisce Cartesii verbis haec contra ipsum inferri possunt quod quemadmodum aequalitas trium angulorum duobus rectis, licet perfectio Trianguli sit, non tamen concepto, aut viso Triangulo, statim cognoscitur, sed postea demonstratione probatur; ita licet existentia in Deo revera sit Dei proprietas, atque perfectio, non propterea concepto Deo, aut ente summe perfecto, ejusdem existentia cognoscatur, sed alia demonstratione a sensibus ducta sit inferenda. Comparatio igitur ex Triangulo desumpta non probat actualem existentiam

tiae entis perfectissimi ex sola entis perfectissimi idea.

Corollarium.

Ex hactenus dictis patet, quomodo respondendum sit Cartesianis asserentibus ideam entis summe perfecti esse evidentem, et indubitabilem, quia ens summe perfectum sit ens summe intelligibile, et ratione contineat omnium evidentissimam intelligibilitatem. Nos non minime impugnamus veram esse ideam entis summe perfecti, quin et veram esse ideam entis necessario existentis comprehensam in idea entis summe perfecti; sed negamus argumentum desumptum a summa perfectione Dei esse demonstrativum, quia ad demonstrandam Dei existentiam probanda prius sit veritas hujusmodi idearum.

Nunc praecipuum argumentum ex rebus creatis contingentibus proponendum est, in quo continentur celebriores demonstrationes ad Atheos convincendos a Philosophis excogitatae. Sit autem

Propositio 2da. Argumentum desumptum ex contingentia, et productione Creaturarum demonstrat existentiam Dei.

Pro. propositio conficiendo argumentum in hunc modum. Existunt in hoc mundo multa contingentia, et producta. Ergo existit ens necessarium, et improductum; sed ens necessarium, et improductum est Deus: Existit ergo Deus. Primum ant. immediata evidentia certum est. Consequentia probatur. Ens contingens indifferens est ad existendum, vel non existendum. Ergo ut existat ab alio debet determinari. Sed non ab alio aeque indifferenti, et contingenti. Quod enim contingens, et indifferens est ipsum quoque determinari indiget. Ergo ab aliquo ente non indeterminato, et necessario. Similiter omne productum ab alio productum est. Nam, ut ait autor Libri de triplici habitaculo in opera S. Augustini; Nihil se ipsum creat. Qui enim potentia qui omnino non erat se ipsum crearet? Neque productum ab alio quoque producto affirmari potest productum, quia eadem quaestio initium semper nouet; adeo ut, etiamsi infinita series rerum productarum supponeretur, tota ista rerum productarum collectio producta esset. Sed non a se ipsa producta esset. Ergo ab aliquo ente necessario, et improducto.

Confirmatur. Si omnia essent contingentia, et producta, nulla sequeretur contradictio in hypothesi quod omnia non essent. Sed maxima sequeretur contradictio in hypothesi, quod omnia non essent. Ergo non omnia sunt contingentia, et producta, proindeque admittendum est aliquod ens necessarium, et improductum. Major patet quia contingens dicitur illud, quod potest non esse, unde, si omnia forent contingentia, omnia possent non esse absque ulla contradictione, cum, ut Theologi aiunt, illud possibile [est] quo posito in actu nullum sequitur inconveniens. Probatur minor. In hypothesi quod omnia non essent, omnia forent possibilia simul, et impossibilia; possibilia, quia supponuntur contingentia, impossibilia vero, quia negato ente necessario, et improducto, nulla esset causa a qua possent produci quum entia contingentia supponantur non existere; quod autem non existit causa esse non potest. Certum itaque est non posse existere entia contingentia, et producta, nisi supponatur ens necessarium, et improductum existere.

Hoc autem ens necessarium, et improductum esse Deum, demonstratur. Ens necessarium, et improductum debet esse optimum. Sed ens optimum est Deus. Ergo ens necessarium, et improductum est Deus. Major patet: Nam ens necessarium, et improductum a nullo coarctari potest ad certas tantum perfectiones. Non coarctari potest a se ipso quia sui causa non est; et quamvis causa sui esset, omnes sibi conferret perfectiones, sicut homo sibi ipsi [illegible]. Non potest coarctari ab alio, quia ens necessarium, et improductum non habet superiorem causam a qua ad certum perfectionis gradum possit determinari. Non demum ex conditione naturae suae [illegible] perfectionum limitibus subesse potest, quia potius ex propria naturae necessitate omnes excogitabiles, veras perfectiones debet continere. Omnis enim excogitabilis, et vera perfectio, vel est necessaria, et improducta, vel producibilis, et contingens. Si necessaria, et improducta, jam est proprietas entis necessarii, et improducti. Si producibilis, et contingens, jam virtute contineri debet in ente necessario, et improducto, tanquam in prima omnium producibilium, et contingentium causa.

Hinc ens necessarium praeditum esse debet consilio, et intellectu [illegible] perfectiones, et quidem omni sensibili perfectione nobiliores. Has autem perfectiones in ente necessario agnoscendas esse, mirum in modum mundi universi dispositio testatur, in quo res omnes, et singulae ad suos fines sunt ordinatae [illegible] plurima, et admiranda media [illegible]. Spectant Celestium corporum sive amplitudinem, sive constantes motus. Spectant rerum Terrenarum variètatem, tempestatum vicissitudinem, animalium, arborumque structuram, [illegible] perfectiones in quibus enarrandis, explicandisque etsi plurima ac volumina conscripta sint, semper tamen nova et mirabiliora occurrunt consideranda. Atque hic quidem rerum creatarum ordinata dispositio [illegible] intelligentiam tam apte praedicat, ut nemo sit, nisi stolidus, qui eam possit ignorare [illegible], et pulchrum opus sine perito aliquo artifice producit, quomodo mundum universum alia intelligente causa fieri possibile censebimus? Et ea, quae cognitione carent, non tendunt in finem, nisi directa ab aliquo cognoscente, et intelligente sicut sagitta non tendit in scopum, nisi directa sit a sagittante, quomodo mundanas res tanto ordine suum in finem conspirare intuebimur, quin supremam causam intelligentem agnoscamus cujus consilio et mundus productus sit, et mirabilis rerum mundanarum ordo perpetuo servetur, ac dirigatur.

Opponunt 1. Mundus, si naturalem rationem consulamus, aeternus est. Si mundus aeternus est, nullum existit secundum naturalem rationem ens necessarium. Ergo nullum existit ens necessarium. Prima certa est, quia hypothesis de aeternitate mundi chymerica non sit. Aristoteles enim, et plerique Philosophorum opinati sunt mundum esse aeternum quorum

Q. VI.

opinionem evidentis falsitatis convinci non posse naturali ratione plures docent Theologi cum S. Thoma. Pro 2ª. Si mundus æternus esset, non repugnat processus infinitus in causis conservantibus, et productis. Sed admisso huiusmodi processu, nullum existit hac ratione ens necessarium. Ergo etc. 1ª constat, quia, posita semel mundi æternitate, unum ens conservans, et productum habetur ab alio ente conservante, et producto, et hoc ab alio in infinitum, vel per rectam lineam semper ascendendo, vel per mutuam causalitatem, et quasi circulum, quatenus A producat B, B C, et C reproducat A. 2ª etiam patet, quia si unum ens conservans, et productum ab alio ente conservanti, et producto dependet, et aliud ab alio in infinitum, nunquam devenimus ad ens necessarium, et improductum, quod sit omnium conservantium causa.

R. trans. maj.: neg. min. ad prob. dist. maj. Si mundus æternus esset, non repugnat processus infinitus in causis conservantibus, et productis subordinatis per se neg.: maj. In causis subordinatis per accidens subdist. Admisso ente necessario, et improducto conc.: exclusio ente necessario, et improducto neg. maj. dist. eodem modo min., et neg. conseq. Duplex solet distingui genus causarum, quæ subordinatæ appellantur, causæ scilicet subordinatæ per se, et causæ subordinatæ per accidens. Causa subordinata per se dicitur illa, quæ ita a superiori causa dependet, ut sine actuatio eius influxu nec esse, nec conservari, neque ullo modo operari possit. Sic motus 2dæ rotæ in Horologio ita a motu primæ dependet, ut, hoc cessante, etiam 2da rota quiescat, nec possit alias inferiores rotas movere. Causa subordinata per accidens dicitur illa, quæ ab alia tantum pendet quoad primam suam productionem, non autem quantum ad suam conservationem, et operationem. Sicuti in humanis se habet Filius respectu Patris. Jamvero in causis subordinatis per se processus infinitus omnino repugnat. Quum enim in istis causa proxima non operetur, nisi per actualem influxum causæ mediæ, et causa quoque media non operetur, nisi per actualem influxum superioris causæ, admisso processu infinito, actu deberent existere infinitæ causæ, quod sanior Philosophorum pars negat possibile. Deinde, si infinitus hic processus in causis per se subordinatis admitteretur, nullus omnino haberi posset effectus. Quum enim causa proxima nequeat operari, nisi moveatur a media, et causa pariter media non operetur, nisi a superiore causa moveatur, nunquam causam illam attingeremus, a qua prima esset determinatio effectus, proindeque nullus omnino haberi posset effectus. Id exemplis confirmatur. Quia conclusio non potest ostendi vera, nisi per præmissas, si præmissæ per alias præmissas deberent ostendi, et illæ per alias in infinitum, quia aliquando deveniendum esset ad priores primas, et per se notas, nunquam profecto scientiam aliquam consequeremur. Si navis moveri debet a remis, remi a nautis, nautæ a Duce navis, Dux navis ab Imperatore classis, Imperator classis ab alio, et alius ab alio in infinitum, nunquam deveniendo ad supremam jussionem Regis, nunquam moveretur navis. Ergo a pari, si una causa ab alia, cui per se subordinatur, moveri deberet, et hæc ab alia in infinitum, nullus unquam a causa proxima produceretur effectus. Verum superfluum omnino est ad exempla confugere, ut demonstretur infinitum processum repugnare in causis per se subordinatis. Ut aliqua causa per se subordinata sit, infinitus processus ne excogitari quidem potest, quum ordo in supremum exigat, medium, et infimum quæ in infinito locum habere non possunt. Certum itaque est ex causarum per se subordinatis per se inferri existentiam primæ causæ. Si enim indicavimus omne potentia ens contingens non solum a se ipsis non posse existere, verum neque semper servare, aut operationes efficere, quum deficere singulis momentis queant; necesse est quandam existere superiorem causam, a qua eorum productio, conservatio, et operatio dependeat.

Quod attinet ad causas per accidens tantum subordinatas, non desunt Philosophi gravissimi, qui in ipsis etiam possibilem judicant infinitum processum, existimantes veterum Philosophorum opinionem de mundi æternitate etiam secluta fide, evidentis falsitatis posse convinci. Horum argumenta utrum exploratissima sint, neque in præsentiarum affirmamus, neque negamus. At certe probant in generationum, causarumque infinito processu majorem obscuritatem incidendi, gravioresque difficultates offendi, quam in admittenda aliqua prima, et necessaria causa, quam Deum appellamus. Quum tamen Athei dictitent, se Deum negare, quod res obscurissima, et difficilis admodum sit Deum intelligere. Verum ut eos efficacissimo argumento convincamus, damus ultro in causis subordinatis per accidens infinitum processum non repugnare, ita tamen ut ens necessarium admittendum sit, et concesso etiam hoc infinito processu, Dei existentia evidenter demonstretur. Hoc enim modo ratiocinor. Illud omne quod mundus in præsumpta æternitate, infinitoque processu complectitur, vel factum est, et conservans, vel non. Si non factum est, neque conservans: jam ergo admittitur aliquod ens necessarium, et a se ipso existens, si vero illud omne quod est infinitum, factum tamen est, et conservans: quum nihil possit se ipsum facere, neque res conservans possit se ipsam ad existendum determinare, extra illum rerum productarum, et conservantium infinitum processum, necesse erit improductam, et per se necessariam causam admittere.

Neq. ad declinandam hujus argumenti vim dicere possunt Athei, quod singulæ quidem mundi partes factæ sint, non autem tota mundi collectio. Quum enim partes sint intrinseca causa totius, utpote quæ totum ipsum constituunt, si partes productæ fuerunt, necessum est, ut totum quoque ipsum fuerit productum. Si singulæ Templi partes factæ sunt, eo vel magis asserendum erit totum Templum fuisse factum. Quoniam vero in animum sibi induxerunt Athei, effictam mundi æternitatem, et infinitam effectuum conservantium seriem causam necessariam, et improductam eliminare, ostendendum est in hac etiam falsa ipsorum opinione ad aliquod tandem improductum ens deveniendum esse. Nam si, ut supra demonstravimus, res conservans, utpote quæ potest existere, et non existere, se ipsam ad existendum non potest determinare, sed alia determinante causa indiget, quo magis rerum conservantium numerus augetur, major concurrit necessitas primæ, et improductæ causæ, a qua producantur, atque serventur. Quemadmodum

dum n., quia ferrea catena se ipsam per aerem sustinere non potest, quanto plures addemus illi annulos, tanto crescet indigentia firmioris fulcri, a quo teneatur, quia dum annulos addimus, pondus catenae non firmitatem addimus. Quemadmodum insuper, si duo sint pauperes, qui ad famem expellendam vel modico pane destituti sint, hi quidem ad vitam conservandam sibi nullatenus sufficient, sed minus sufficient, si tertius ejusdem conditionis homo illis adjungatur, et si infiniti addantur, infinita quodammodo erit panis indigentia, adeo ut infinita duntaxat alicujus divitis liberalitate ali possint. Ita quum unaquaeque res contingens neque se ipsam producere, neque se ipsam queat conservare, quanto plures colligantur, eo indigentior collectio instituetur, adeo ut, si infinitam collectionem effingamus, infinitam quoque rerum contingentium indigentiam necesse sit admittere, atque id tandem fateri, res scilicet contingentes, et productas a se ipsis existere non posse, sed tantum beneficio alterius causae, quae contingens non sit, et infinitam contineat essendi plenitudinem.

Quae dicta hactenus sunt contra infinitum contingentium causarum processum, aptari possunt contra mutuam causalitatem, et fictum causarum gyrum. Mutua n. causalitas, per quam duo contingentia se se invicem primo producant, evidenter chymerica est. Nam duo illa deberent simul existere, et non existere; existere, ut producerent, non existere ut producerentur. Gyrus autem causarum, in quo reproductio diverso tempore fiat, saltem connexus est cum existentia Entis necessarii: Quum n. singulae illae causae, in quibus reproductio fingitur, contingentes essent, et factae, ac tota proinde collectio contingens esset, et facta, extra illam collectionem necessario admitti deberet causa improducta, et necessaria.

Instabunt. Non tenet argumentum a distributivo ad collectivum. Ergo ex quo singulae mundanae res sint contingentes, et factae, inepte colligitur totum mundum esse contingentem, et factum. Ant. pro exemplis. Inepte n., ac sophisticae sunt hujusmodi argumentationes: singulae unitates non sunt numerus; ergo unitatum collectio non est numerus. Singula possibilia seorsim possunt produci; ergo et omnia simul.

R. dist. ant. Non tenet argumentum a distributivo ad collectivum aliquando in praedicatis accidentalibus conc. per se in praedicatis proprietatibus essentialibus ne: ant. et conseq. Argumentum a distributivo ad collectivum per se rectum, et efficax est, quia collectio non est aliqua res existens extra sua membra, sed nam sua nihil aliud est, quam membra simul sumpta, ideoque quod singulis individuis collectionis convenit, necesse est toti collectioni conveniat, atque e contrario, quod nulli collectionis individuo convenit, necesse est, ut toti eadem non conveniat collectioni. Sic evidenter concludunt hujusmodi argumentationes. Quilibet lapis est corporeus ergo lapidum acervus est corporeus. Nullus lapis est rationalis ergo neque acervus lapidum est rationalis. Per accidens tamen argumentum a distributivo ad collectivum quandoque efficax non est, quando scilicet praedicata accidentalia sunt, et partibus conveniunt praecise ut separatis a consortio aliarum partium. Hinc inepta sunt opposita argumenta: singulae unitates etc.: singula possibilia etc. siquidem unitas solum ut ab aliis unitatibus sejuncta, numerus non est, at ipsa unitatum collectio numerum constituit. Quod plura, et plura possibilia producantur, divina potentia non exhaurit, quae tamen penitus exhausta intelligeretur, si omnia prorsus possibilia producerentur. Verum non ita se habet propositum a nobis argumentum. Singulae mundi partes productae sunt: ergo totus productus est mundus. Ens n. contingens, et productum non ideo sibi ad existendum non sufficit, quia seorsim ab aliis tantis, et contingentibus accipitur, sed quia secundum propriam essentiam contingens est, indifferens scilicet sive ad existendum, sive ad non existendum, ideoque indiget ab alio determinari; quae quidem indigentia ex multorum collectione non tollitur, quia, quum indigenti semper quae indigens addatur, indigentia augetur, non minuitur, ut superius dictum est.

Opponunt 2do. Etiamsi aliquod Ens necessarium, et improductum existeret, non tamen sequeretur Deum existere. Ergo etc. Pro: ant. quia Ens necessarium, et improductum possunt esse Atomi, quae quum per infinitum tempus, et per immensa spatia vagatae sint, atque in novas semper, infinitasque complexiones convenerint, mirum non est, quod aliquando praeclarum Mundi opus effecerint.

R. ne ant. Argumentum illud ab Atomis desumptum adeo a veritate alienum est, tamque apertam praefert insaniam, ut, quum Democritus Concivibus suis illud suadere conaretur, illi loco objiciendi rationes, quibus errantem convincerent, Hypocrati potius Medico veluti insanientem elleboro sanandum commiserint. Neque immerito. Namque ait Aristoteles 2do Physicorum: Ridiculum est velle rem tam apertam demonstrare, Mundum scilicet fortuito non esse factum, sed certa quadam naturae lege, atque ordinatissima ratione gubernari. Et Lactantius Lib 3. divinarum institutionum Cap 17 Lubricam illam de Atomis opinionem somnium appellat, et insaniam inquiens Nemo ista, praeter unum Leucippum somniavit, a quo Democritus eruditus hereditatem stultitiae reliquit Epicuro. Sed ut errorem hunc insanorum hominum etiam argumentis confutemus, illud primo reprehendimus, quod scilicet nobilissimum attributum Entis improducti solius Entis optimi proprium ejus, minutissimis corpusculis tribuat. 2do, quod temere asserat, nec ulla ratione probari possit, unde tam varii motus Atomis impressi fuerint ut ex tam varia corpora cohaerere potuerint, quum aliunde clare, atque distincte mente concipiamus veluti inertem quandam substantiam ex qua omnia fiant, non autem talem substantiam, quae omnia vi, et arte sua possit efficere. 3tio, quia caeco casui tribuatur opus adeo praeclarum, quod peritioris artis superat intelligentiam. Nam si, quum Spheram, Horologium, aliaque permulta rite elaborata conspicimus, non dubitamus, quin opera sint rationis, Quis stupore, quum multo mirabiliora naturae opera et in nobis, et extra nos undique intueamur, num haec caeco casu, an excellenti quadam divinaque ratione facta sint haesitare? An vero, ut praeclare Balbus apud Tullium loquitur, alia quidam natura mentis et rationis expers haec efficere potuit, quae non modo, ut fierent, ratione eguerunt, sed intelligi qualia sunt, sine summa ratione non possunt? Praeterea, nihil incerto per casui, et fortunae magis oppositum est, quam aeternus ordo, et rei alicujus in eodem statu perpetua, fixaque stabilitas. Unde ergo constans caelestium corporum motus, perpetuaeque generationum series, fixae ubique naturae leges consistunt? Si ex fortuita Atomorum concur-

sione nascunt omnia, cur ñ ex omnib.? Cur ñ e mari hoĩes, e terra pisces, e cœlo pecudes? Deniq. ut ait Tullius Lib. 2do de nāa Deorum, si mundum efficere potuit concursus atomorum, cur templum, cur domum, cur urbem ñ potē, quæ sunt multo minus operosa, et multo quidem faciliora? Certe ita temere de mundo effutiunt, ut mihi quidem nunquam hunc admirabilem cœli ornatum suspexisse videant.

Instabunt; rerum ordinem, et determinatos nāalium causarum effectus a necessitate nāæ ortum ducere; quod ignis v.c. nāa sua comburat, et ea, quæ gravia sunt, nāa sua deorsum cadant.

Sed contra. A necessitate nāæ falso putant Athei profectum fuisse mirabilem hunc rerum creatarum ordinem. Hujusmodi n. nāa, cujus tanta virtus ē, vel ē nāa quædam particularis, prima scilicet bonitatum radix quæ in unoquoq. corpore, seu substantia reperit, vel ē nāa universalis, mundi scilicet universi. Tam vero rerum ordo, et determinati nāalium causarum effectus a nāa particulari oriri ñ possunt, quia, quum particulares nāæ factæ, et contingentes sint, possunt quidem ēē causa proxima, ñ autem causa prima effectuum naturalium. Deinde, quum particulares nāæ cognitione destitutæ sint, ñ possunt tam ordinatos, tamq. varios effectus producere, nisi a sapientissima intelligentia dirigant. Præterquamquod, quia duplex ordo in corporeis reb. conspicit, unus nempe partium uniuscujusq. corporis ad bonum singulorum corporum, alter vero singulorum corporum ad bonum totius universi; esto primus ordo a nāis particularib. haberi possit, id tñ de 2do excogitari ñ potē. Ñ n. ad particulares causas attinet mundi universi bonum prospicere, neq. particulares nāæ, quæ sæpe int se confligentes sunt, atq. contrariæ, effectuum tanto ordine constitutorum prima causa possunt appellari. Nam hæc ipsa mutua pugna, et particularium nāarum repugnantia efficeret, ut vel in dissociationem suapte nāa abirent, vel perturbatam confusionem parerent, nisi supremi artificis intelligentia coarctarent, ut præclare disputat Boetius Lib. 3. de consolatione Philosophiæ, Prosa 12 inquiens. Mundus hic ex tam diversis, contrariisq. partib. in unam formam minime convenisset, nisi unus esset, qui tam diversa conjungeret. Conjuncta vero nāarum ipsa diversitas invicem discors dissociaret, nisi esset unus, qui quod nexuit contineret. Ñ tam vero certus nāæ ordo procederet, nec tam dispositos motus explicaret, nisi unus esset, qui has mutaōnum varietates manens ipse disponeret. Hoc, quidquid ē, quo condita manent, atq. agitant, usitato cunctis vocabulo, Deum nomino. Quod si ad Dei notitiam eliminandam, infitiandamq. nāæ cujusdam universalis larvam Athei velint inducere, ad lubricam vocis ambagem solvendam hæc una sufficiet interrogaō. Nāa illa universalis, a qua omnia dicunt profecta, vel facta ē, et mente caret, vel improducta ē, et mente prædita? Si mente destituta, et facta ē; ergo nec illam optimæ mentis conditor agnoscendus ē, a quo creata fuerit, et gubernet. Si vero improducta ē, et mente pollet? Ñ intelligis, ait Seneca Lib. 4. de beneficiis, Cap. 7. te mutare nomen Deo? Quid n. ē aliud talis nāa, quam Deus? Quum igit, concludit ex eodem Seneca Lactantius Lib. 2 divinarum institutionum, Cap. 8 quum ipsi ortum rerum tribuit nāæ, ac detrahit Deo in eodem luto hæsitans versuram solvit. A quo n. fieri mundum negat, ab eodem plane fieri, mutato nomine, confitetur.

Opponunt 3tio. Nāa universalis, quæ improducta sit, et mente prædita, Deus ñ ē. Ergo etc. Pro ant: quia ut antiqui quidam Philosophi opinati sunt, nāa hæc vel ē Anima mundi, vel ipsa universi māa, ac substantia, ut contendit Spinoza, qui unam tantum docet existere substantiam, quæ Deus, et māa ē, cujus modificaōnes sunt extensio, et cogitaō, quæq. nāali necessitate omnib. illis mutaōnib. ē obnoxia, quæ in hoc mundo solent contingere.

R. neg. ant. Nāa prima, et universalis vel improprie tantum anima mundi appellat, quatenus Deus in genere efficientis causæ reb. creatis vitam, et motum, conservaōnem, et operaōnem largit. vel proprie dicit anima mundi, quatenus scilicet Deus forma sit mundo, secus ac māæ alligatam. Si in primo sensu id de Deo asserat, error nullus ē, quia, ut ait Apostolus, Vere in Deo ipso vivimus, movemur, et sumus. Si autem in 2do sensu, absurdus omnino error ē. Omnis n. forma quum a subo aliquid accipiat, repugnat Deum, qui optimus ē, a mundo, tanquam a proprio subo, vel minimam perfectionem emendicare; quumq. forma se habeat veluti pars, aliud proinde incompletum, raōni nāali repugnat, ut Deus in rigido sensu mundi anima nuncupet. Deinde, si Deus esset anima mundi, adeoq. forma mundi, conciperemus Deum ita mundo alligatum, ut simul cum eo esset, Deum a mundo dependere. Qui autem fieri potē, ut ens necessarium, improductum, optimum, independens ab ente contingente, et producto censeat dependens? Quod si Deus nequit ēē forma, et anima mundi, multo minus erit māa, quum hæc multo ignobilior sit et anima, et forma. Præterea nos clare, atq. distincte māam concipimus veluti quandam inertem substantiam, ex qua omnia fiant, unde secernenda ē a prima causa, et artifice, qui omnia produxit. Deniq. ñ potē dici Deus ipsum totum, seu rerum universitas. Nam, ut ait Origenes 1. contra Celsum: Deus ñ ē pars, imo neq. totum proprie, quia utrumq. dicit imperfectionem. Nam pars ē aliquid alterius, totum vero ē aliqua ex aliis coalescunt, ac proinde emendicant aliunde suam perfectionem. Confirmat. Prima causa causam habere non potē: Universitas autem rerum causam habet sive componentem, nempe res illas, ex quib. coalescit, sive efficientem. Si n. certum ē, mundanas res et multas ēē, et diversas, aliqua sane assignanda erit causa, quæ illas simul collegerit, ordinateq. disposuerit. Universitas igit rerum neq. prima causa, neq. Deus ē. Quod si adhuc pertinaciter contendant Athei universam hanc mundi machinam Deum ēē, hoc contra ipsos conf.

ciendū ē argumentū. singulæ universi partes vel sunt a se, vel ab alio. si sunt ab alio: ergo universum quoq., qd ex illis componitr, ē ens ab alio, adeoq. Deus n̄ ē. si sunt a se: singulæ ergo potius universi partes erunt Dii, quam totum, qd ex illis coalescit, universum, sicq. n̄ unus erit optimus Deus, sed multi, atq. imperfecti.

Cetera, quæ veterum Philosophorū figmento addidit Spinoza adeo turpia, et insana sunt, ut ea exposuisse, confutasse sit. Quis n̄ n̄ videat monstruosam hoīs inscitiam, qui pro impii systematis fundamento statuit unicam ēē in mundo substantiam, et plures repugnare, quum tot vīdē. substantias oculis, atq. mente intueamr sive diversorum inter se attributorū, ut sunt lapis, et lapis, corpus, et spiritus, sive ejusdem attributi, ut sunt plures homines, et plures lapides numero invicem distincti: Quis n̄ rideat delirium asserentis rem nullam in mundo de novo fieri, quum tantam rerum vicissitudinem, dum alię intereunt, oriuntur aliæ, continuo experiamr: Qd si dicat in hac rerum vicissitudine rem novam n̄ fieri, quia quæ mutantur formæ, n̄ res sunt, sed rerum modi, saltem in hoīs generaōne rem novam fieri concedat, necesse ē, quum cogitaō, quæ humano competit animo, mæ modus ēē n̄ possit. Toto siquidem cælo distant mæ extensa et spiritus cogitans. Deinde, si tanta in modis mutaō sit, novos usq. modos accipiendo, mæ, et Deus continuo mutatur, qd enti nēario repugnat. Demq., quis horrendas ferat blasphemias, qua tot sive næ infirmitates, atq. miserias, sive nostra vitia, et enormia delicta à Deo, et in Deo ēē sacrilegus ille pronunciat: Hæc profecto tam aperte falsa sunt, ut in iis refellendis supfluum omnino sit immorari. Nam, ut recte ait Aristoteles apud Stobæum sermone 4. Qui res manifestas demonstrare conantur, similes faciunt ac si soles adhibitas lucerna, vellent ostendere.

Opponunt 1mo. Deus dicitr ens optimum. Sed ens optimum repugnat. Ergo Deus repugnat. Pro: ant: 1. quia quolibet dato, melius ē conjunctum illud cum alio, quam ipsum solum. 2do, quia si daretr ens optimum, excludere deberet omne malum sibi contrarium, sicuti summus calor omne expelleret frigus. 3tio, quia ens optimum deberet ēē infinita substantia; substantia autē infinita n̄ compateretr alias extra se substantias, sicuti infinita quantitas n̄ alias extra se compateretr quantitates: 4to demum, quia ens optimum omnes includere deberet pfectiones; plures autē pfectiones invicem pugnant, cujusmodi sunt immutabilitas, et libertas, pfecta, et beata quies, ac sollicita rerum creatarum providentia.

R. conc: mm. ne: mm. ad primam prob: dist: ant. Quolibet dato, qd conjunctum sit ex duob. imperfectis, melius ē quolibet alio imperfecto seorsim sumpto conc. Quolibet dato, qd conjunctum sit ex duob., quorum unum sit pfectissimum, melius ē ipso ente pfectissimo seorsim sumpto, ne: ant: et conseqm. Quum res creatæ admodum imperfectæ, et finitæ sint; idcirco majorem in se continent pfectionem duæ creatæ res, quæ invicem sint unitæ, ac alia res creata seorsim sumpta contineat. Verum aliter se res habet in Deo, qui ens optimum dicitr. Quum n. ens optimum simplicissima unitate omnem in se contineat bonitatem, nequit ejus pfectio ex alterius consortio augeri, sicuti æterna duraō p additionem temporaneæ duraōnis augeri n̄ potē. Quare, quia Deus pfectissimus ē, conjunctum ex Deo, et Creaturis involvit quidem plura numero, sed n̄ propterea aliquid melius ē solo Deo.

Ad 2dam prob: dist: ant. si daretr ens optimum, deberet excludere omne malum sibi contrarium a semetipso conc. in aliis rebus a se disjunctis, seclusis effective, et libere conc: absolute ne: ant: et conseqm. Quamvis Deus, ut optimus nullum emittere potē, nō et emittit in Creaturis mala sive physica, sive moralia; tamen p tā, utilitate, et sapientissime, ut ex emissione mali eruat aliquid melius. Sic corruptiones rerum, aliosq. defectus physicos n̄ tantum emittit, verum eas indirecte efficit ad varietatem, vicissitudinem, et pulchritudinem Mundi: sic peccata triplex potissimum ob majus bonum emittit. Primo ad ostensionem misericordiæ suæ, dum parcit, patientiæ dum tolerat, justitiæ dum punit. 2do ad exercitium humanæ libertatis. Deus n., utpote universalis provisor, debet creatis rebus secundum earum conditionem providere; ac propterea, quemadmodum corporearum formarum sinere debet corruptiones, quia nā sua corruptibiles sunt, ita Deus debet in creatam voluntate sinere peccata, quæ, utpote ex nihilo facta, in malum labilis ē. 3tio, ut virtutum nitor in bonis fulgeat illustrius, quando inanu adversiatur. Deus n̄ exclusit mala, ait Lactantius Lib. 1. divinarum institut. Cap. 1., ut raō virtutis constare posset. Quomodo n. patientia vim suam, nomenq. retineret, si nihil esset, qd pati cogerem: Quomodo laudem mereretr devota Deo fides, nisi esset aliquis, qui a Deo vellet avertere: Nam et ideo potentiores ēē injustos pmisit, ut cogere ad malum possent, ideo plures ut virtus esset pretiosa, qd raro ē. Porro ex quo Deus mala in bonum convertat, magis ejus bonitas resplendet, quam si nulla ēē mala emitteret, ut Augustinus, aliiq. Patres frequenter docent. excellentissimæ siquidem bonitatis, potentiæ, ac sapientiæ ē, eā eas, quæ mala facta sunt, in bonum convertere, et quæ nos deformia fecimus, ea in pulchram formam redigere, et pfecta exhibere.

Ad 3tiam, ideo infinita quantitas alias extra se n̄ emitteret quantitates quia ex omnib. quantis, veluti ex partib. constituentib., constare deberet. At Deus, qui in raōne substantiæ infinitus ē, ex aliis substantiis n̄ constituitr, sed eas continet eminenti, indivisibili ac simplicissima unitate, idcirco Deus nihil de suæ substantiæ infinitate amittens potē extra se alias substantias producere.

Ad ultimam prob: omnes in Deo continentr pfectiones sed n̄ eadem raōne nam, ut supra dictum ē, aliæ sunt pfectiones simpliciter simplices quæ nullam in suo conceptu involvunt imperfectionem, atq. istæ formaliter in Deo existunt; aliæ vero sunt pfectiones simpliciter tantum secundum quid, quæ scilicet alicui imperfectioni admixtæ sunt, et istæ in Deo continentr eminenti tantum raōne omni semper detersa imperfectione, et contrarietate,

quas involvunt dum in rebus creatis, et imperfectis existunt. Hinc nulla est in Deo perfectionum repugnantia. Atque, ut ad opposita exempla veniamus; solicita rerum providentia cum animi tranquillitate consistere nequit in causa creata, et imperfecta quae absque studio, et labore non potest res prospicere. Verum Deus, qui infinitae virtutis, et sapientiae est, sicuti absque ullo labore rerum omnium habet cognitionem, ita absque ulla difficultate cunctis rebus providet, sibique simul ad perfectam, quietamque sufficit beatitudinem. Si non ipse inter homines cernere animadvertimus ea, quae levati, et inerti sed non afferunt, viro sapienti, et ingenioso sunt voluptati, a eo vel magis de Deo asserendum est, cui omnes conveniunt excogitabiles perfectiones. Perfectio autem libertatis non in eo consistit, ut quis semel conceptam voluntatem possit mutare. Haec non creatae potius voluntatis imperfectio est quae ab imperfecta mentis cognitione ducit originem; sed libertatis perfectio in eo posita est, ut cum determinatione ad unum libera sit potestas faciendi opposita, quae certe libertas soli Deo convenit. Ita non Deus in indivisibili, et semper praesenti aeternitate quoad res producendas voluit potuit nolle, non per aliquam mutationem in ipso Deo, sed per solam indifferentiam ad diversa objecta, seu effectus creatos. Ideirco in se sive ut scholastici loquuntur, ab intra, quidquid in Deo est necessarium est, et immutabile, ab extra vero, sive relate ad Creaturas, Deus liber dicitur, cunctaque in se immutatus mutabilia variat, atque disponit.

Opponunt 5. Capi nequit, quomodo Deus qui aeternus est, mortalem fecerit mundum et solum post infinita saecula quietis se se dederit operi. Deinde, si Deus mundum condidit, vel illum condidit propter se vel propter homines? Non propter se, alioquin ante mundum voluptate aliqua caruisset, et latuisset in tenebris. Non propter homines tum quia plurima in mundo sunt, quae hominum incolumitati adversantur ut terrae sterilitas, belluarum immanitas, aeris intemperies tum quia hominis conditio caeterorum animantium conditione multo deterior videtur ut testatur capitis infantium humani corporis nuditas, et imbecillitas, vestium, alimentorum domorumque necessitas. Vel si hominum causa conditus est mundus, vel propter sapientes factus est, vel propter stultos. Non propter sapientes, quia paucissimorum causa non est tantus rerum apparatus; non propter stultos, quia ii potius deberent tanto beneficio privari. Accedit, quod si omnes mundanas res Dei sapientia gubernaret, nihil usquam fortunae, et casui adscribendum foret, et nihil in mundo inordinatum, et monstruosum cerneret. Quum tamen aliter se res habere, experientia nos quotidie edoceat.

R. Deus aeternus in tempore condidit mundum, vel quia Creaturae aeternitas repugnat, vel quia, quum Deus non necessitate sed libera voluntate extra se operetur, eidem placuit mundum temporaneum condere. Neque inde sequitur, otiosam in aeternitate fuisse virtutem Dei. Quamvis enim externus mundi effectus in tempore caeperit, voluntas tamen, qua conditus fuit, aeterna est. Creavit autem mundum Deus tum propter semetipsum, non quidem ut melior fieret (hoc enim fine causa duntaxat imperfecta operatur, non Deus, qui omnem in se solo perfectionem, et beatitudinem continet) sed ut suam extra se diffunderet bonitatem; tum propter homines, quorum potestati, et commodo corporea omnia subjecit, praesertim vero propter sapientes, quorum nomine non, superbia inflati Philosophi, sed probi, justique viri designantur. Neque tanto beneficio privantur impii, imo quandoque terrenis bonis copiosius ditantur, vel ut beneficiis allecti ad Conditoris erigant amorem, vel ut, si ingrato persistant animo, bona in hac vita recipientes, gravioribus poenis in altera juste corripiantur. Non enim terrena felicitas debitum est virtuti praemium, aut transitoria adversitas statutum est peccati supplicium. Parum autem refert, quod multa in hoc mundo sint, quae hominum incolumitati adversantur, aut quod in multis deterior videatur hominum, quam pecudum conditio. Quae enim homini noxia videntur poena sunt peccati primi Parentis, cui solum post transgressionem dictum est a Domino: Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea: Spinas, et tribulos germinabit tibi. Deinde, seclusa etiam labe originalis noxae, novimus ita providentissime ordinari potuisse, quia hujusmodi calamitatibus vel corripimur, ne cum hoc mundo damnemur, vel probamur, ut patientiae reportemus coronam, vel admonemur, ne vitam istam calamitatibus obnoxiam, sed aliam, quae felicissima est, diligamus, et pietatis operibus comparemus. Ita rectis corde, et diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ut ait Apostolus ad Romanos 8. Hinc multo potior est hominum, quam pecudum conditio. Ut enim inquit Lactantius in Lib. de opificio Dei: Unumquodque animal vel a conditione naturae vel a ratione instrui debet. Brutis, quum ratione careant, naturalia praesidia largius concessit Deus hominibus vero rationem dedit, qua non modo necessaria, sed meliora, ac commodiora sibi compararent, adeo propterea ut nemo, si sibi daretur optio, eligeret potius brutorum feritatem sine ratione, quam hominis sapientiam cum corporis imbecillitate.

Ad ea, quae ultimo loco opposita sunt; si causae primae ordinem spectemus, nihil revera casui, aut fortunae tribuendum est, quum omnia, quae in mundo contingunt, a divina sapientia et optime praevisa, et optime fuerint disposita. Verum respectu nostri, et spectato ordine quarundam particularium causarum, quaedam videntur casu tantum, et fortuito evenire, quia praeter expectationem nostram, et particularem causae 2dae ordinem solent cernere. Id confirmari potest exemplo ex Angelico Doctore desumpto. Quemadmodum enim, si Dominus diversas peregrinationes duobus servis ita seorsim demandet, atque ita eorum viam dirigat, ut aliquando nescientes sibi invicem occurrant; occursus hic respectu duorum famulorum inopinatus quidem est, et fortuitus, respectu tamen Domini praevisus, et recte dispositus,

Ita licet aliquando multa fortuito contingere videantur, respectu quidem nostri fortuita sunt, sed relate ad causam primam neque fortuita, neque inordinata sunt appellanda. Spectato paritur fine, quem in rerum gubernatione divina sibi statuit providentia, nihil in hoc mundo aut superfluum est, aut inordinatum aut monstruosum. Verum quia nos imbecilles, et obtusae mentis acie nati sumus, occultiores divinae providentiae fines prospicere non possumus. Ideirco plura in hoc mundo superflua aut etiam noxia, et inordinata videre quae tamen, si recta, prudentique ratione uti velimus nunquam audebimus condemnare. Siculi enim qui ex pluribus operibus affabre elaboratis alicujus Artificis fictiam optime conditam haberet in qua ad in qua officina instrumenta videat, quorum rationem ignorat, aut opus aliquod intueatur rudius adumbratum, non statim illa tanquam superflua, hoc tanquam deforme vituperat, sed, si prudens sit, et illa Artifici utilia, et hoc suo fini accommodatum esse non dubitat. Ita et nos qui ex tot tamque miris Dei operibus sapientissimam, et infinitam ejus providentiam clarissime dignoscamus, si aliqua identidem in mundi gubernatione nostro captui impervia occurrant, non insipientium more illa condemnabimus sed certa nobis erit persuasio, illa eadem, quae nobis inutilia, aut deformia videntur, respectu Dei omnia apta, omnia pulchra, omnia ordinatissima ratione esse disposita. Exemplum desumptum est ex D. Augustino Lib. 1 de Genesi contra Manichaeos

Caput 3tium

De Unitate Dei.

Demonstrata Dei existentia contra pervicaces Atheos, divina attributa perpendenda sunt, quae quidem licet numero sint infinita, et humanum superent intellectum, ea tamen, quae cum existentia creaturarum necessariam connexionem habent, difficile non erit investigare. Quoniam vero inter divina attributa praecipuum locum unitas obtinet, de hac inprimis agendum est. Superius diximus vel ipsos Ethnicos unum tantum cognovisse summum Deum; quae quidem non eo dicta sunt, quo existimemus nullos fuisse in Idololatriae tenebris versatos, sed ut pro certo haberent Gentiles et unum simul Deum cognovisse, et pluribus simul Diis divinos honores contulisse; certum namque est Idola, Bruta, et plura etiam insensibilia pro Diis fuisse habita, licet sapientes viros plures admisisse Deos credendum minime sit, quum templa erigi, ac sacrificia Idolis fieri eo tantum fine permiserint, ut Deorum metu vulgares homines coercerent. Quare sit

Propositio unica. Rationi naturali repugnat plures Deos admittere.

Probatur 1. Propositio ex ipsa notione Dei, ut monet Tertullianus Lib. 1 contra Marcionem inquiens Deum ut unum esse deberet, quaere quid sit Deus. Nos autem quum Deum intelligimus, ens a se, adeoque summum, optimum, et infinitum mente concipimus. Porro, si Deus summus est, parem habere non potest, quia si aequalem haberet, hoc ipso summus esse desineret. Et si Deus optimus, et infinitus est, non potest dividi in plures Deos, quia ex pluribus Diis unus non contineret perfectionem alterius, sed ad summum perfectionem similem perfectioni alterius, adeo ut neuter ex illis dici posset ens optimum, adeoque Deus. Praeterea, si plures essent Dii, aliquid assignari deberet, in quo a se invicem differrent, atque id, in quo differrent, aliqua esse deberet perfectio, et quidem infinita, quum in ente optimo, et infinito neque minima fingi possit imperfectio, neque aliquid finitum. Si vero, si plures hujusmodi Dii infinita perfectione ad invicem differant, neuter ex illis erit optimus. Nam quilibet ex illis totidem careret infinitis perfectionibus, quot sunt numero alii Dii. Merito propterea Athanasius contra Gentiles inquit: Deos multos admittere idem est, quod nullum agnoscere. Et Tertullianus Lib. 1 contra Marcionem: Deus, si non unus est, non est.

Probatur 2do Propositio ex unitate, et optimo regimine universi. Quaecumque enim existunt, etsi diversissima, ordinem quendam habent inter se, cujus ordinis ratione unicum Mundum constituunt. Ergo, quemadmodum unus est Mundus, unus pariter esse debet mundi conditor, et gubernator Deus. Siquidem multa et diversa in unum ordinem non ab alio melius redigi possunt, quam ab uno, quum unum per se sit causa unius et multa non sint causa unius, nisi per accidens, quatenus scilicet aliquo modo unum constituunt. Hinc ut ait Athanasius Oratione contra Gentes Nec navis a multis gubernata recto cursu ferri potest, nisi quis clavum unus gubernator tenuerit, nec lyra a multis pulsata perfectum concentum efficiet, nisi Musicus unus eam pulsaverit. Idem pluribus exemplis confirmat Lactantius Lib. 1 de ira Dei inquiens Non possunt in hoc Mundo multi esse Rectores. Nam nec in una Domo multi Domini, nec in navi una multi Gubernatores, neque in armento, et grege Duces multi, nec in uno examine multi Reges, sed ne in Caelo quidem multi Soles esse potuerunt, sicut nec animae plures in uno corpore, adeo in unitate natura universa consistit.

Probatur 3tio. Si plures essent Dii, vel omnes uni summo Deo subjicerentur, vel pares essent inter se potestate praediti. Si primum asseras, nisi divina res est ut Dei nomen illi tribuatur; qui alteri subditus est. Cogitant omnes, inquit D. Augustinus Lib. 1. de Doctrina Christiana, Cap. 7, pro excellentia Dei certatim dimicant, nec quisquam inveniri potest, qui hoc Deum credat esse, quo melius aliquid sit. Quod si plures Dii nullum supremum Deum agnoscentes pari potestate singuli suum exerceant dominium, aliqua saltem inter ipsos

oriretur opinionum discordia, proindeque mundanae res in turbatam confusionem abirent. Oriretur, inquam, aliquando opinionum discordia, quia in Creaturarum productione, mundique administratione tum diversi fines prudenter possunt constitui, tum ad eos fines consequendos diversa media prudenter possunt eligi. Quis autem Diis illis propria essent singuli libertate praediti, quis eos impediret, ne in diversas abirent sententias, aliosque sibi aut fines constituerent, aut alia media seligerent? At denuo nullas actu esse inter ipsos dissensiones. Nemo profecto negabit eas saltem esse posse, quum singuli propria gauderent libertate. Si autem fieri potest, ut plures hujusmodi Dii sint invicem discordes; vel tunc posset unus alterius dispositioni resistere: vel non posset? Si posset: Imbecillis igitur esset Deus ille, cujus voluntas et dispositio everteretur: si non posset? Imbecillis ergo esset Deus iste, qui nequit alterius potestati resistere. Ergo neuter esset Omnipotens, proindeque neuter esset Deus. Rursus si plures essent Dii, id sequeretur, quod maxime absurdum est; quodque nunquam ausi sunt Polythei asserere. Divina nempe progenies in infinitum abire deberet, quia si divina natura in unitate non sistit, sed in multos fecunda dividitur, quum infinita sit, nullus unquam esset ejus diffusionis, ac propagationis finis. Quare Octavius apud Minutium Felicem lepide Gentiles irridet inquiens: Cur, si nati sunt Dii, non hodie nascuntur? Nisi forte Jupiter senuit, et partus in Junone defecit, et Minerva canuit, antequam peperit... Ceterum si Dii creari possent, et interire non possent, plures totis hominibus Deos haberemus, ut jam eos nec Caelum contineret, nec aer caperet, nec terra sustineret. . . . .

Pro ultimo communi hominum, adeoque naturae ipsius judicio. Unum enim esse Deum summae apud Gentiles authoritatis Sybillae tradiderunt, unum probarunt Philosophi, qui eo nomine fuerunt digni, scilicet Trismegistus, Plato, Aristoteles, Cicero, Seneca, et alii; licet, ne populares invidias in se concitarent, communem errorem disertis verbis condemnare ausi non fuerint. Unum denique Gentilium ipse vulgus, quamvis falso Deorum cultui addictus, ex errore quandoque resipiscens fatebatur. In repentinis nempe casibus, ubi praejudicium animus non attendit, totusque ad se ipsum rediens naturae vocem audit, unum Deum solebant invocare, ut testatur Tertullianus Libro de Testimonio Animae inquiens: Consiste in medio Anima. Sed non eam te advoco, quae scholis formata, Bibliothecis exercitata, Academiis, et Porticibus Atticis pasta sapientiam ructas. Te simplicem et rudem, et impolitam, et idioticam compello, qualem habent, qui te solam habent, illam ipsam de compito, de trivio totam. Imperitia tua mihi opus est ... Deum naturae Dei nec te latet: Deus bonus est, Deus benefacit, tua vox est. Et in Apologetici Cap. 17: Haec est summa delicti nolentium recognoscere quem ignorare non possunt. .. Vultis ex Animae ipsius testimonio comprobemus? Quae licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus et concupiscentiis evigorata, licet falsis Diis exancillata, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valetudine, Deum nominat hoc solo nomine, quia proprio Dei veri. Deus magnus: Deus bonus. Et quod Deus dederit omnium vox est... O testimonium Animae naturaliter Christianae. Hactenus Tertullianus. Jamvero ex hoc communi hominum, adeoque naturae ipsius judicio Dei unitas invicte demonstratur, quia, ut praeclare ait Gulielmus Parisiensis in Libro de Virtutibus Cap. 2: Quod natura universaliter, et naturaliter confitetur necesse est verum esse. Naturam enim naturaliter, et universaliter mentiri impossibile est.

Opponunt 1. Si repugnat plures Deos admittere, propterea quia singuli non essent optimi; sed non repugnat plures esse optimos Deos. Ergo etc. Pro Minori: si plures essent Dii, singuli haberent omnes perfectiones simpliciter simplices; Hoc posito, non repugnat etc. Ergo etc. Minor probatur, quia ita fingi possunt plures Dii, ut singuli habeant sapientiam, bonitatem, potentiam, ceterasque perfectiones, quae ab omni imperfectione sunt immunes, nec alteri perfectioni opponuntur, ita ut per individuales tantum perfectiones inter se differant, quae certe perfectiones, quum ad invicem repugnent, simpliciter simplices dici non possunt. Minor probatur, quia ad rationem Entis optimi sufficit habere omnes illas perfectiones, quae simpliciter simplices appellantur.

R. conc. Maj.: neg. Min. ad prob. neg. Min. Etiamsi concederemus perfectiones simpliciter simplices Ens optimum constituere, eo tamen deveniendum semper foret, ut, pluribus admissis Diis, fatendum esset nullum ex iis esse optimum. Si enim Deorum turbam inducimus, qui fieri potest, ut in singulis Diis omnes hujusmodi perfectiones contineantur? Nonne simpliciter simplex est illa perfectio, qua Ens aliquod ita a ceteris quibuscumque sublimius distinguitur, ut extra ipsum melior, aut perfectior natura excogitari non possit? Haec tamen perfectio si plures essent Dii, singulis deficeret Diis. Semper enim suspicari possemus naturam aliquam existere tanta essendi plenitudine praeditam, ut extra illam nihil omnino esset, quod suam ab illa non duceret originem. Deinde, si plures essent Dii, natura in illis divina careret unitate exclusiva. Unitas autem exclusiva, fatentibus omnibus, est perfectio simpliciter simplex. Nam, ut ait Lactantius Lib. 1. Institutionum, Cap. 3 Melius est non habere parem, quam habere: Melius super omnes esse, quam consortem pati: Melius in alium dominari, quam cum alio. Melius denique nihil eximi a suo imperio, quam eximi aliquid, et hoc summum. Quae igitur erit in singulis Diis summa perfectio? Cur singuli dicendi erunt optimi, si tanta, et ita simpliciter simplici perfectione sunt destituti? Verum, quod impossibile est, concedamus Polytheis, Adhuc tamen probandum erit, quomodo singulae in singulis Diis simpliciter simplices perfectiones habeantur. Nam, si plures essent Dii, et distincti Dii, unus ex iis non haberet omnes perfectiones simpliciter simplices, quas cont-

neret alter, sed tantum perfectiones similes perfectionibus alterius, neuter propterea omnes perfectiones simpliciter simplices haberet. Ex his patet, quomodo Deorum multitudo repugnet in ea eadem hypothesi, quod perfectiones simpliciter simplices sufficiant ad ens optimum constituendum.

Negamus modo ens optimum finitis adeo limitibus contineri. Nam, ut alibi dictum est, ad rationem entis perfectissimi, adeoque optimi spectat, ut omnes omnino in se contineat perfectiones tam simpliciter simplices, quam simplices duntaxat, seu secundum quid, quanquam illas formaliter, istas vero eminenter. Tum vero, si plures essent Dii, fieri non posset, quomodo ex illis unus individualem contineret perfectionem alterius. Nam si eam contineret formaliter; non ergo plures, sed unus tantummodo erit Deus: si vero eam contineat eminenter, unus ergo ex illis Diis sublimior erit, atque perfectior quia ut dici possit rem aliquam eminenter continere perfectionem alterius, oportet hujusmodi rem esse nobiliorem, atque perfectiorem, adeo ut ratione hujusce nobilitatis, et majoris perfectionis rem alteram possit efficere. Sed nullus esse posset inter plures Deos ceteris perfectior, quique reliquos Deos posset producere; secus ille tantum verus esset Deus, ceteri vero, secus ac aliae creatae res, essent habendi. Nullus ergo in pluralitate Deorum summe perfectus esset Deus; proindeque nullus omnino foret vere, et proprie Deus.

Instabunt. Secundum Christianorum fidem plures sunt divinae Personae, et tamen singulae sunt optimae. Ergo plures etiam esse possunt Dii, et singuli optimi. Consequentia probatur. Ideo singulae divinae Personae sunt optimae; Pater e.g. est perfectissimus, et optimus Pater, quamvis non habeat perfectionem filiationis, quia haec cum Paternitate componi non potest, sed etiam individuales perfectiones, quibus plures constituerentur Dii, non possent invicem componi. Ergo etc.

R. ne ant. ad prob. ne: maj, et assero disparitatem. Singulae namque Personae Divinae optimae sunt, ac perfectissimae ratione perfectissimae divinae naturae, quae in singulis Personis una, et eadem est, non ratione personalium proprietatum, quibus ab invicem differunt, et quibus plures divinae Personae constituuntur. Nam personales hujusmodi proprietates sunt meri quidam respectus, qui licet in re sint perfectissimi ob identitatem cum eadem perfectissima divina natura, ab ea tamen si praescindantur, a perfectione, et imperfectione praescindunt, ut plures, gravesque Theologi arbitrantur. Quod si aliqua relativa perfectio illis concedenda videtur, ea non est simpliciter summa, eidem propterea distinctio, et numerus non repugnat. Si Paternitas v.g. a divinitate praecisa aliquam importat perfectionem, eam importat solummodo in ratione optimi Patris, unde excludit tantum plures a Divinitate Patres, sed non excludit, imo aliam in Deo infert Personam, quae Filius optimus, adeoque unicus sit. Praeterea, licet una ex divinis Personis relativam perfectionem alterius formaliter non contineat, eam tamen identice, et virtualiter continet in natura divina, a qua omnes profluunt relationes, quaeque in singulis divinis Personis tota reperitur; propterea singulae divinae Personae optimae sunt. Aliter autem se res haberet, si plures admitterentur Dii. Natura siquidem divina in multis Diis divisa foret, et multiplicata, ideoque unus ex illis nec formaliter, nec identice, seu eminenter individuales aliorum perfectiones haberet. Tantum ergo abest, ut ex notione entis optimi inferri possit, Deorum multitudinem non repugnare, ut hac potissimum de causa statuendum sit vel nullum esse ens optimum, adeoque vere et proprie Deum, vel non plures, sed unum tantum esse Deum.

Opponunt 2do. Plures in Mundo creaturae conspiciuntur. Ergo plures admittendi sunt Dii. Probatur consequentia. Plures, et inter se contrarii effectus nonnisi a pluribus, et contrariis causis produci possunt. Sed plures sunt etc. Ergo etc.

R. conc. ant. ne. consequentiam ad prob. dist. maj. Plures, et inter se contrarii effectus nonnisi a pluribus, et contrariis causis produci possunt, si sermo sit de causis particularibus conc. si de prima, et universali causa ne maj, et distincta eadem propositione min. ne. conseq. Quamvis multae partesque diversae sint ex quibus, veluti ex suis partibus, Mundus universus componitur, quum tamen rerum ipsa diversitas in unum eundemque pulcherrimum ordinem conspiret, recta ratio docet omnia ad unum referenda esse principium, quemadmodum disputat superius laudatus Boetius lib. 3 de Consolatione Philosophiae, prosa 12. Id autem eo vel magis attendendum est, si humanae naturae conditionem inspexerimus. Homo enim ita a Supremo Conditore productus fuit, ut sua sibi ad vitam non sufficerent sine Elementis, sine motu et influentiis siderum. Non ergo homo, Elementa, et sidera peculiarem sibi conditorem habent, sed qui author est hominis, dominus est etiam aeris, terrae, ignis, Caelorum, siderum, aliarumque rerum, quae operi sub hominis mirifice necessariae sunt. Quemadmodum enim, licet in corpore animalis diversae sint partes diversis usibus accomodatae, tamen quia omnes, et singulae unius animalis commoditati inservire constat, non dicimus aliud esse animal capitis, aliud pedum, sed potius unum esse totius animal colligimus, ita licet diversae sint Mundi partes, quia tamen unus est ordo, nonnisi unum intelligimus esse Mundi authorem, atque principium. Praeterea, creatae perfectiones, quum participatae, dependentes, et imperfectae sint, ideo sunt etiam diversae; verum in prima causa, seu ente necessario perfectissimo modo debent existere, adeoque in simplicissimam, et indivisibilem unitatem convenire. Nec confugiendum est ad causarum multitudinem, propterea quod in rebus creatis multa sunt inter se diversa atque contraria. Quae enim diversa, et contraria exprimuntur, licet secundum proprias, et particulares differentias invicem pugnent, semper tamen in aliquo communi, et essentiali praedicato, in hoc scilicet, quod entia sint, conveniunt,

idcirco quamvis nequeant ab eadem infima, et particulari causa produci, non repugnat tamen, imo necessum est, ut ab eadem prima, ac universali causa et producta sint, et continuo dependeant. Nam si contraria omnia vere talia sunt et existunt, reduci debent in unum primum, et necessarium essendi principium. Id magis confirmatur ex consideratione effectuum a causis particularibus procedentium. Si enim effectus contrarii in rebus sublunaribus ab eodem pendent influxu corporum cœlestium, cur non effectus contrarii in Creaturis pendere possunt ab una, eademque virtute Dei? Si eadem 2da, et particularis causa tot diversos, et contrarios effectus potest producere, cur censendum erit creatas res invicem repugnantes a virtute Dei, quæ est causa infinita, superior, et universalis, non potuisse creari? Creaturarum igitur repugnantia non probat plures esse admittendas primas, et universales causas.

Quoniam vero diximus mundanas res, licet diversis, et inter se contrariis proprietatibus preditas, in unum tamen ordinem conspirare, et unicum mundum constituere, adeout ex ipso ordine, et unitate Mundi inferendum sit non plures, sed unum tantum existere sapientissimum Mundi Conditorem; ita argumentantur Polythei. In Polyarchia Respublica gubernatur a multis senatoribus quandoque melius quam Regnum ab uno Rege, seu Monarcha. Ergo etiam Mundus optime gubernari potest a multis Diis.

Verum [illegible] concedendo [illegible] et [illegible] conseq.ⁿ si in a multis senatoribus recte quandoque Respublica gubernatur, non ideo recto ordine [illegible], sed [illegible] Rerum conservatores sed [illegible] conventione, atque [illegible] morales senatores constituunt, adeout si in discordiam [illegible], [illegible] ordo [illegible], Id [illegible], sive recentiorum [illegible] exempla [illegible]. Deinde, melius quandoque [illegible], quam ab uno Civitas regitur, quia unius hominis providentia, utpote finita, et limitata multorum prudentiam, atque consilium in se continere non potest. Verum si forte conveniret tantam in uno Rege prudentiam, rectitudinem, ac bene agendi vim esse, quantam in Senatu, tunc profecto melius ab uno, quam a pluribus Magistratibus Respublica administraretur. Cum vero, quum de Deo Mundi Conditore, ac Conservatore sermonem instituimus, non de imperito, aut finito homine loquimur, sed de Deo ipso, quo nihil aut sapientius, aut rectius, aut potentius possumus excogitare, quique propterea aliorum consortio minime indiget, ut mundanis rebus accuratius prospiciat.

Opponunt 3tio. Opinio plurium Deorum antiquissima exhibetur, eamque confirmat omnium fere nationum consensus, etiam quas floruerunt Viri conspicui, qui ad recte vivendum sapientissima documenta prescripsere, et preclara moralium virtutum exempla reliquere. Non itaque irridenda videtur pluralitas Deorum.

R. concedant ma: conseq. Antiquissimam esse, et ante Xti Domini adventum omnibus fere Gentibus communem Polytheorum superstitionem non negamus. Verum hæc Idololatriæ antiquitas nullam sibi potest authoritatem conciliare, quia error naturali rationi repugnans nullum potest robur accipere ab externis momentis. Secus dicendum esset vel ipsa immania scelera esse excusanda, quia antiquissima sint, et semper virtutibus communiora. Ceterum, prodolendum est falsorum Deorum cultum paulo post Diluvium originem habuisse a Chananæis, ut tradit Lactantius Lib 2. Institutionum, Cap. 14. Cujus nempe Gentis Princeps, et Sator maledictus a Deo cultum Dei neglexit, ideoque veræ divinitatis ignorantiam veluti hereditariam posteris suis reliquit, qui deinde Ægyptum occupantes primo quidem cœlestia corpora, quorum contemplatione liberius, curiosiusque vacabant, postremo portentificam etiam aliorum figuras adorare ceperunt. Ab Ægyptiis deinde in Græcos, a Græcis in universas fere Gentes Idololatriæ pestis translata est, ut viri eruditi demonstrant. Id si aliquis quæreret, cur adeo stolide fuerint priscorum temporum Gentes, ut contra naturalis rationis lumen Deorum multitudinem admiserint, preter rationes, quas Cap. 1 hujus Libri attulimus, respondendum ulterius est tres potissimum ob causas in tantum crimen fuisse dellapsas.

Atque ut a prima exordiatur, Vir Cl. Petrus Daniel Huetius Demonstrationis Evangelicæ Propone 4ta, Cap. 8 satis fuse ostendit, Græcos aliqua primæva rerum originis notitia a Phœnicibus, Ægyptiisque fuisse imbutos, et ab iis miros Mosaicæ legis ritus accepisse; sed brevi deinde Theologiæ principia puerilibus fabulis ad sua tempora, et corruptos sibi homines accommodatis implicuisse, quas nova subinde figmentorum accessione consequens ætas cumulavit, adeo propterea, ut veritas pene tota extincta in densissimas tenebras ruerit demersa. Quemadmodum autem Mosaicam doctrinam, quæ vel in eorum fabulas quandoque contrusit, a ceteris nationibus intellexerunt; ita et Moisis cognomen a Cadmo, et Danao primo accepere: Quumque ab aliis subinde, quos sive ab Ægypto, sive a Phœnicia varii casus in Græciam expulerant, Moisis fama sparsa fuisset in Vulgus; Græci ad fingendum, et mentiendum prompti multis eam replaverunt fabulis, variasque Moisi Deorum, et Herorum personas imposuerunt, quemadmodum a Doctoribus suis jam ante factum audierant. Verum quia Instituti nostri ratio minime postulat, ut singulorum hoc loco Deorum originem consideremus, id tantum animadvertendum est, Mercurium, Apollinem, Bacchum, Vulcanum, Panem, Prianum, Esculapium ad unius Moisis exemplar fuisse confictos: Atque inde factum est, ut quum Moisem ob res preclare gestas veluti Deum haberent, et diversa illi nomina diversæ Gentes pro libito imponerent, factum, inquam, est, ut unum solummodo pro nominum diversitate in plures distinxerint,

et pro uno tantum Moise Deorum multitudinem adoraverint. Qd si fortasse alicui hec Huetii doctrina non arrideat id vel ex ipsis Gentilium tabulis demonstrabimus. Nne n. et Luna, et Isis, et Lucina et Diana, et Trivia, et Hecate res una, et eadem sunt? Hoc profecto nemo negabit, qui priscos Authores vel leviter attigerit. et tn unumqdq. ex iis nomen singulare humen devenit; et sola Luna tot et innumeras alias genuit Deas. Nne idem prorsus e Sol; qui Phebus, qui Apollo, qui Apollo. Sol tn variaos ob causas alios quoq. in insano Gentilium cerebro potuit Deos producere. Prima ejs ratio, propter quam plures olim habebant Du, ea e, qd plura vocabula veluti plura numina acceperant.

2da ratio e, quia quum veteres divinorum attributorum multitudinem cogitarent, in eum errorem prolapsi sunt ut tot, ac tantas perfectiones, que in uno summo Deo conveniunt, in plurimis Diis discretas esse arbitrarentur. Sic quia fortitudinem, sapientiam, pulchritudinem, aliasq ejs generis perfectiones intellexere; alius fortitudinis Deum Martem, alias sapientie Deam Minervam, alios pulchritudinis Venerem, alios denique similes divinis attributis adscriptserunt Deos. Nec mirum. nam nostris etiam temporibus non raro contigit, ut una, eademq. res diversis proprietatibus predita a rudioribus, et imperitis hominibus, quasi plures, distinctasq. res accipiantur.

3tia, et fortasse potior ratio e, quia animadvertentes nonnulla preclare gesta, queq. humanas non vires superabant, facili negotio adduci potuerunt, ut eos, qui talia patrarent, veluti Deos colerent. Id ut evidentius demonstretur ad propositum superius Moisis exemplum redeundum e. A majoribus suis audierant Egyptii stupenda prodigia per Moisem a Deo facta ex Egyptiis ea intellexerant Phenices, ex Phenicibus iis, qui Greciam incolebant: sed quia temporum injuria, et Poetarum precipue admixtis fabulis, veri vestigia vix apud illas nationes superarant; propterea que Moisis propria erant ceteris tribuentes, plures in uno Moise Deos venerabantur. Quum n. accepissent, Moisem effecisse, ut Gens Israelitica in Civitatis formam coalesceret et legibus se contineri pateretur, somniarunt Amphionem Trojane urbis menia ad citharae cantum condidisse. Quum intellexissent, submerso Pharaone, et debellatis Gentibus, que iter in Chananeam terram morabantur, himnum victori Deo Moisem cecinisse; docuerunt, Apollinem, ut apud Tibullum legitur

Saturno Rege fugato
Victoris laudes concinuisse Jovis.

Eadem prorsus ratione quum accepissent Moisem in Montis cacumine legem a Deo habuisse, de montis nebo culmine promissam terram lustrasse, atq. ibidem obiisse, et sepultum fuisse; Panem finxerunt montivagum, eumq. Montium verticibus, et saxosis fastigiis preesse credebant: Quumq. edocti fuissent, precibus Moisis afflictum fame populum fuisse in Deserto celesti manna recreatum; narrabant, Cererem, Proserpina rapta, in Arcadie specubus latitantem diu quesitam a Diis, a Pane tandem fuisse inventam, qd ni fecisset, fame omnes homines interituri fuissent. Sexcenta alia mitto, ex quibus liquido constare posset, unde et Mercurius, et Bacchus, et ceteri quicumq. Egiptiorum precipue Dii originem habuerint.

Accedit, qd, quum Gentiles tam varias, atq diversas Dei operationes tam variis in locis, et circa distincta adeo obiecta observarent, et nullam Mundi partem, nullumve locum sive publicum, sive privatum Deo vacuum esse adverterent; opinati propterea sunt et Navigantium, et Agricolarum, et Militantium, et Pastorum, et Venatorum, et ceterorum numerum proprios esse Deos; quia putare non poterant, quo pacto fieri posset, ut unus Deus uno eodemq tempore, omnia, que ubiq fiunt, vel fieunt in infinito, ut ita dicam, hominum numero et videret, et cognosceret. Verum, nisi tanta fuisset eorum oscitantia, ignorare profecto non potuissent in Ente summe perfecto immensitatem quoq. conspiciendam esse, verosq. Deo illud convenire intellexissent, qd cecinit de Jove Virgilius Egloga 3tia: Jovis omnia plena: et qd de Sole Homerus Iliadum Lib. 3.

Sol, qui cuncta audis, quiq. omnia conspicis unus.

Ceterum, ut ut antiqua, et omnibus fere Gentibus communis fuerit superstitio Polytheorum; tot stulte, et ridicule fuerunt eorum de divinitate opiniones, tot crimina, tamq. infames actiones Diis suis attribuebant, tot denique turpitudines, et tam immania fuerunt scelera, quibus Gentiles onerare dabant, ut de multitudine, et societate [illegible] Deorum non sit illis gloriandum, sed maxime erubescendum. Qd si quandoq. ex Idolatris non nulli preclara moralium virtutum exempla ediderunt, nihil inde infertur in Polytheismi confirmationem. Inprimis n. ut monet D. Augustinus Lib. de Spiritu, et litera Cap. 27. si discutiantur quo fine facta sint, vix inveniuntur, que justitie debitam laudem, defensionemq. mereantur, quia in omnibus studiis suis etiam que honesta videbantur, non Deo, sed Diabolo serviebant scilicet inani et ipsius honoris, et glorie, ut subdit Prosper contra Collatorem Cap 27. Deinde, infidelitas obumbrat quidem lumen rationis, non tn omnes boni, naturalis affectus scintillas extinguit; adeoq. mirum non e, si usquequaq innumera Polytheorum vitia aliqua interdum apparere, et emicare potuit species virtutis.

Opponunt 4. Idolorum oracula posteriori eventu confirmata, quorum plura numerat Celsus apud Origenem Lib. 7. 2do miracula, que vel Dii Gentium, vel Gentiles homines patrarunt. Ex primis sunt miracula Isidis apud Diodorum Siculum Lib. 1, Esculapii, in cujus Romano Templo ad Insulam Tiberinam appensa erat marmorea tabula sanatorum ab ipso hominum exemplis inscripta, Veste, cujus multa prodigia in suarum Vestalium custodiam referunt Ovidius 2do Fastorum, Dionisius Lib. 2. Romane antiquitatis, et Valerius

Maximus Lib. 8. Ex 2dis sunt miracula Apolonii Thianei apud Philostratum, necnon Vespasiani, et Hadriani, quorum ille, authore Tacito Lib. 8. Cap. 1., cæcum, et ægrotum manuum impositione sanavit, iste vero, Spartiano teste, cæcum a nativitate Pannonium nomine illuminavit.

R. et primo quod attinet ad Idolorum oracula, ea merito a nobis irridentur, quum vel ab ipsis Idolorum cultoribus et fabulosa, et commentitia fuerint habita. Tullius n. in Lib. 2do de Divinatione de hujusmodi oraculis ita loquitur: Autoritatem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adjungere. Eodemque modo nec ego Publicio nescio cui, nec Martiis Vatibus, nec Apollinis obtis credendum existimo, quorum partim ficta aperte, partim effutita temere, nunquam, ne mediocri quidem cuiquam, non modo prudenti probata sunt. et non multo post Chrysippum hujusmodi oraculorum decantatorem contemnens hæc habet: Sed jam ad te venio

O sancte Apollo: qui umbilicum terrarum certum obtines:

Unde superstitiosa primum sæva evasit vox fera:

Tuis n. oraculis Chrysippus totum volumen implevit, partim falsis, ut ego opinor: partim casu veris, ut fit in omni oratione sæpissime: partim flexiloquis, et obscuris, ut interpres egeat interprete, et sors ipsa referenda sit ad sortes. partim ambiguis, et quæ ad Dialecticum referenda sint. Nam quum sors illa edita est opulentissimo Regi Asiæ:

Crœsus Halim penetrans magnam pervertet opum vim.

hostium vim se se perversurum putavit: pervertit autem suam. Utrum igitur eorum accidisset verum oraculum fuisset. Hæc Tullius, qui alia subinde Apollinis præsertim celeberrima oracula commemorans, ea vel fabulosa, vel quæ fabulæ suspicione minus laborant, perplexa, et ambigua esse demonstrat. Hoc idem ex Œnomai locis probat Eusebius Lib. 4. Præparationis Evangelicæ. Quod si nonnulla vera fuerunt, pro certo habendum est, res illas, quæ vere predictæ sunt, ex causis naturalibus prævideri potuisse, præsertim virtute Dæmonis, cujus naturalis scientia valde perspicax est. Ac certe malum Dæmonem, non bonum Deum autorem habuisse, constat, quia sæpe in amores illicitos, in improborum hominum laudes, in cædes, et alia crimina etiam Gentilibus legibus damnata homines alliciebant. Postremo Xti virtute coacta sunt obmutescere: et, si Ecclesiæ historiis fides habenda, quandoque etiam unius veri Dei potestatem confiteri.

Ad 2dum; Miracula Polytheorum fabulosa partim sunt, vel saltem dubia. Et, si quæ vera sunt, Deorum pluralitatem minime confirmant: Fabulosa, inquam, sunt, vel dubia etiam apud ipsos celeberrimos Gentilium scriptores, inter quos Livius initio historiæ suæ ea respuit veluti nulla idonea testium fide suffulta, planeque conficta subdens: Datur hæc venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat. Non confirmant Deorum multitudinem, quia, si nonnulla mirabilia evenere, vel talia fuerunt, quæ in admirationem raperent solos rerum naturalium ignaros, vel inter inania Dæmonum præstigia sunt recensenda, vel alio fine, quam confirmandi Idololatriam, ab uno vero Deo fuere patrata. Atque ut de singulis, quæ exposita sunt, aliqua dicamus; quæ de Iside Diodorus refert non sunt vera miracula. Narrat n. ægros in ejus Templo somno abreptos, de morborum remediis fuisse admonitos. Id autem contingere poterat vel naturali eventu, propterea quod ægroti somniarent de remedio, quod medicos consulentes prius sibi propositum fuisse audierant, vel certe fraude sacerdotum, qui quum essent medicæ artis peritissimi, noctu infirmos alloquerentur, eisque pharmacum præscriberent. Nec obstat, quod nonnulli extemplo pristinæ restituti sanitati prædicentur; Hujusmodi n. sanitas ex imaginatione proficisci potuit, cujus vim in multis morbis incredibilem esse viri Medici tradunt.

Æsculapii miracula ejusdem generis sunt cum iis, quæ de Iside nonnulli somniarunt. Certum n. est neminem fuisse ab eo sanatum verbo, et imperio, sed potionibus tantum, et succis herbarum, quibus alii convalescebant, alii etiam perniciosius se habebant. Hinc Æsculapii curationes comico sale conspersit vel inter Gentiles Aristophanes. Atque ego n. se admodum mirari, quomodo ab Æsculapio salutem sperarent qui suis edocti fabulis credebant, eundem fulmine ab Jove percussum se ipsum servare minime potuisse.

Vestæ prodigia evidentis contradictionis possunt convinci. Narrat n. Ovidius Fastorum 2do, combusta Silua, Vestæ simulachrum manus oculis opposuisse, divinumque ignem quasi sensu præditum se se contraxisse sub cineres: Deinde Lib. 6. nullum in Templo Vestæ simulachrum fuisse aperte fatetur his versibus:

Esse diu stultus Vestæ simulacra putavi;

Mox didici curvo nulla subesse tolo.

En aperta contradictio, ex qua licet cetera metiri. De aliis Vestalibus hæc narrant. De Æmilia quod sua negligentia extinctum ignem, implorato Deæ præsidio rursus accenderit; De Claudia, quod cingulo navem, qua Idæ simulacrum devehebatur, in Tiberis vado hærentem ad littus traxerit; De Thuccia, quod vacuo cribro haustam aquam in suæ integritatis testimonium ad Forum pertulerit. Verum si hæc prodigia, quæ omnis admirata est antiquitas, fabulosa non sunt, saltem certum est, non esse ejus generis, quæ omnem naturalem virtutem excedunt, quum Dæmonum vis possit utique extinctum ignem accendere,

navem movere, et aquam in cribro sustinere. Caeterum, non desunt magni nominis Theologi, qui Tucciae miraculum ad veri Dei operationem referunt. Potest enim Deus etiam a Gentilibus patrare vera miracula, non in confirmationem erroris, sed in innocentiae patrocinium.

Veniamus modo ad Apollonium. Si aliqua, quae consuetum naturae ordinem superare videntur, facta ab ipso leguntur, inania fuere praestigia. Eusebius enim magicis artibus eum deditum fuisse ostendit. Quae vero magis stupenda narrat Philostratus cum eodem Eusebio fabulosa putamus, tum quia sine ullo authore, et teste ea scribit, tum quia in historiis, quas miscet, plura narrat, quae gravioribus etiam profanis historicis contradicunt, tum quia multa ex incerto vulgi rumore accepta esse fatetur, de quibus et ipse dubitat. Duo autem sunt gesta Apollonii mirabiliora ex iis quae Fabulator hic narrat, cujusdam scilicet Puellae resuscitatio, ejusdemque Apollonii in Coelum raptus. Verum utrumque idem ipse Philostratus in dubium revocat. De Puella enim dicit, forte vitalis aurae scintillam in illa compressam latuisse. De raptu vero fatetur alios scribere, Apollonium non raptum, sed mortuum esse quosdam quidem Ephesi, alios Lyndi, alios Cretae.

Eadem omnino fides Vespasiani, et Hadriani miraculis habenda est. Ipse enim Cornelius Tacitus, cujus authoritatem tanti facere videntur Polytheistae, ingenue fatetur, infirmos a Vespasiano sanatos non fuisse humana arte insanabiles, neque caecum omnino eum, cui visum restituit. Elius vero Spartianus affirmat, Hadriani prodigia a Mario Maximo irrideri tanquam simulationes ad levandam Imperatoris stultitiam adhibitas. Nam quum aegritudinis molestiam ferre non valens sibimetipsi mortem consciscere vellet, Antoninus Pius obtulit ei Panonium tanquam veterem caecum, ut appareret illuminatus oppressum desperatione virum aliquo modo consolaretur. Illud postremo addendum est, hujusmodi etiamsi miracula, quamvis vera essent, non fuisse ordinata in Polytheismi confirmationem. Potuit enim Deus etiam a Gentilibus vera patrare miracula, ... Vespasianum, ut venerabilior redderetur Imperator ille, qui in perfidam Judaeorum Gentem divinae vindictae minister fuerat electus.

Caput 44tum
De Scientia Dei.

Divina attributa, de quibus hactenus egimus, hujusmodi sunt, ut nullam ad creaturas habere relationem intelligantur; sed cum, de qua loquimur, scientiam Dei, in Deo inesse concipimus, ut res creatas aliquo modo respiciat. Quum enim nihil aliud sit, quam Deus ipse quatenus et se ipsum, et alia a se distincta percipit, quemadmodum ob suam immensitatem ad omnia se extendit, ita et omnia perfecte cognoscit. Hinc divina scientia nullo modo censenda est ullis imperfectionibus obnoxia, quibus scientia creata, quia in Deo perfectissimo nihil excogitandum est, quod summum, perfectissimumque non sit. Sed perfectissima dicenda est tum propter multitudinem rerum, quae a Deo cognoscuntur, tum propter cognoscendi modum, qui purissimus, et simplicissimus esse debet actus. Dei quippe scientia non est discursiva, quatenus ex notioribus ad minus nota, vel obscura cognoscenda progrediatur vel ab una ad aliam cogitationem transitum faciat. Sed uno, et simplicissimo intuitu omnia videt, omniaque comprehendit. Post D. Augustinum Lib. 2 de diversis quaestionibus ad Simplicianum, Quaest 2da, praeclare de scientia Dei S. Thomas Quaest 14 art 1 ad 2dum, ubi divinam scientiam cum humana comparans haec habet: Homo secundum diversa cognita habet diversas cognitiones. Nam secundum quod cognoscit principia, dicitur habere intelligentiam, scientiam vero secundum quod cognoscit conclusiones, sapientiam secundum quod cognoscit causam altissimam, consilium, vel prudentiam, secundum quod cognoscit agibilia. Sed haec omnia Deus una, et simplici cognitione cognoscit. Unde simplex Dei cognitio omnibus istis nominibus nominari potest, ita tamen quod ab unoquoque eorum, quod in divinam praedicationem venit, secludatur quidquid imperfectionis est, et retineatur quidquid perfectionis est. Et secundum hoc dicitur Job 12: Apud ipsum est sapientia, et fortitudo; et ipse habet consilium, et intelligentiam. Haec ille Doctor Angelicus.

Jam vero, si scientia Dei, utpote perfectissima est infinita, nihil est quod eam fugere queat. Sed tanta erit ejus amplitudo, ut Deus tum semetipsum, tum creaturas omnes, tam possibiles, quam existentes, et quidquid creaturis accidit, aut potest accidere, uno, simplicissimoque intuitu perfectissime cognoscat. Etenim, si quaecumque in hoc mundo contingunt, aut Deo efficiente fiunt, si bona sunt, aut Deo permittente, et in bonum finem ordinante, si mala, nec citra hujusmodi efficientiam, aut permissionem quidquam rebus creatis potest accidere: necesse est, nihil unquam Dei cognitionem fugere, quemadmodum nihil est, nec esse potest, quod divinae non subsit providentiae.

Quod si quis opponeret, creaturas aliquas vilissimas esse, ac propterea indignas, ut a Deo cognoscantur, respondendum foret, creaturas ob hanc vilitatem non posse esse objectum primarium, et ut loquuntur, formale divinae cognitionis, secus objectum secundarium, et mere terminativum. Rationem affert S. Thomas Lib. 2 contra Gentes, cap. 30, quia scilicet vilitas cognitorum per se non redundat in cognoscentem: quidquid enim cognoscitur, ad modum cognoscentis cognoscitur, non ad modum rei cognitae. Propterea easdem res aliter cognoscit homo, aliter Angelus, aliter Deus. Per accidens duntaxat vilitas cognitorum redundare potest in cognoscentem, vel quia intellectus vilium rerum similitudine informatur, vel quia, dum vilia considerat, a nobilioribus abstrahitur, vel quia ex vilium consideratione viles in animo informi voluntate excitantur affectiones. Quae omnia in Deo locum habere non possunt. Nam Deus creaturas videt non per similitudines, aut proprias earum species, sed per divinam essentiam tam creaturas, quam se ipsum unico videt intuitu. In ejus vero voluntate nulla esse potest prava affectio, sed tantum bonitas, et judicium. Ideirco Deus quascumque res etiam vilissimas, purissima, nobilissimaque intuetur cognitione.

Multæ quoad scientiam Dei, et modum præsertim cognoscendi possibilia, et futura conditionata a Theologis institui solent quæstiones, quas iis libenter relinquimus. Quod attinet ad illius divisionem, ea primo dividitur in practicam, et speculativam. Practica dicitur cognitio objecti operabilis, Mundi v.g. condendi. Speculativa cognitio objecti non operabilis, qua Deus seipsum, et Creaturas possibiles cognoscit. 2do dividitur in necessariam, et liberam. Prima est cognitio objecti independentis a liberis Decretis Dei, ut scientia rerum possibilium: 2da est cognitio objecti dependentis a liberis Decretis Dei, ut scientia rerum existentium. 3tio celebris est divisio in scientiam simplicis intelligentiæ, et scientiam visionis. 1ma est cognitio rerum mere possibilium, quæ neque existunt, neque aliquando extituræ sunt; Hæc vero est cognitio rerum, quæ vel actu existunt, vel extiterunt, vel extituræ sunt. Patres societatis postremam hanc scientiæ divisionem veluti inadequatam rejicientes, aliam excogitarunt, quam scientiam mediam nuncupant, quod inter scientiam simplicis intelligentiæ, et scientiam visionis, ut ipsi contendunt, medium fere locum obtineat. et per hanc scientiam docent cognoscere Deum futura conditionata de conditione non adimplenda. Verum scientiam hanc mediam frustra omnino induci ex eo patet, quod quidquid a Deo cognoscitur vel ad scientiam simplicis intelligentiæ, vel ad scientiam visionis reducendum sit, et ex eo insuper quod nullum sit scientiæ hujus mediæ objectum. Enimvero quidquid Deus cognoscit, vel extitit aliquando, vel non est cognitio, in qua res futura dicitur, et extitura est, vel non [illegible] medium quippe non datur inter existere, et non existere quum sint contradictoria. Sed primum pertinet ad scientiam visionis, 2dum vero ad scientiam simplicis intelligentiæ. Scientia ergo, quæ dicitur media, quum nullum habeat objectum, non est admittenda. Neque est, cur dicant, futura conditionata de conditione non adimplenda esse objectum scientiæ mediæ. Hujusmodi enim futura, quum non sint proprie futura, sed absolute possibilia, utpote quæ conditionem habeant nunquam in actu ponendam, idcirco ad scientiam simplicis intelligentiæ pertinent, non vero esse objectum scientiæ mediæ.

Caput 5.

De simplicitate Dei.

Deum esse simplicissimum, concors est saniorum Philosophorum sententia. Animadvertendum est tamen, quo sensu conveniat Deo simplicitas, cum diversæ sint hujusce vocis significationes. In primis autem vocabulum simplicitatis vel defectum exprimit, ut quum hominem acri ingenio destitutum, simplicem dicimus, vel perfectionem aliquam includit, sic quum ad candidum, sincerumque animum denotandum simplicem animum appellare solemus. Quo sensu Christum Dominum Discipulos suos hortatum fuisse legimus, ut simplices essent sicut columbæ. Alia est ratione nonnulla simplicia dicuntur. Nam quæ diversis constant partibus, seu totum ex multis partibus resultans compositum nuncupari solet, partes vero, quæ totum ipsum constituunt, vocantur simplicia. Quo certe sensu neque simplicem, neque compositum possumus dicere Deum. 3tio, res aliquæ simplices nominantur respectu cæterarum rerum, quæ magis compositæ dignoscuntur. Sic elementa respectu mixtorum corpora simplicia nominantur. Sic Angeli respectu rerum corporearum simplices definiuntur. Sic denique Dei simplicitas explicatur per remotionem scilicet compositionis, quam dividunt in logicam, physicam, et metaphysicam.

Compositio logica duplex est, enunciativa scilicet, et argumentativa. Prima attributum cum subjecto componit, ac definitionem potissimum cum definito. 2da est argumenti cum argumento ad veritatem consequendam amica quædam conjunctio. Compositio physica duplex pariter statuenda videtur, altera scilicet entitativa resultans ex iis, quæ quamvis naturæ sunt, ex duabus v.g. aut pluribus æque quotis [illegible], altera quæ tunc contingit, quum duæ res diversæ conjunguntur, et novam essentiam constituunt a singulis partibus diversam. Compositio demum metaphysica ea est, quæ generis et differentiæ uno communi appellata, quæ genus nempe, et differentiam animal v.g. et rationale aliquo modo distincta jungit, atque componit.

His positis; statuendum est Deum esse simplicissimum, proindeque actum, ut ajunt, purissimum. Quod facile ne[illegible] probatur, si illud pro certo habeatur, quod secundum Philosophos meliores nostri est certissimum; Deum scilicet non esse ex partibus compositum, quarum una extra aliam posita sit, ut in rebus corporeis semper contingit, sed Spiritum esse purissimum omnis propterea divisionis expertem. Sed evidentius res demonstrabitur, si spectetur quid sibi compositio, quæ simplicitati opponitur, velit. Omnis enim compositio duo necessario importat extrema; Hujusmodi autem extrema in Ente perfectissimo esse non possunt, tum quia nulla excogitari potest causa, quæ illa simul componeret, nisi admittere velimus aliquam Deo priorem causam, tum quia, si hæc extrema in Deo reperirentur, finitus necessario dicendus esset Deus, quippe ex partibus distinctis, adeoque finitis constaret.

Quod si aliquis quærat, cur cognoscibilis sit Deo rerum compositionisque distinctio, adeoque compositio, quæ est distinctorum unio, nonnullis admittatur in Deo, respondendum est, maximum esse discrimen inter distinctionem, quam in Deo Metaphysici excogitarunt, et compositionem, quam in Deo ne fingere quidem possumus. Compositio enim, si in Deo esset, ex parte Dei ut inquiunt, se teneret, quia Deum ex partibus distinctis, ac propterea finitis componeret; Quod non contingit in distinctione, quæ non ex parte Dei se tenet, sed ex parte intellectus nostri. Nam quia ob mentis nostræ angustias non possumus [illegible] illas Dei perfectiones unico actu percipere, quum diversæ sint in nobis divinæ essentiæ, divinorumque attributorum ideæ eas propterea mente distinguimus. Quare, quum aliqua fingitur a nobis distinctio in Deo, non physica compositio, quæ plures inter se distinctas partes exigit, admittitur in Deo, sed metaphysica tantum constans ex genere, et differentia, seu essentia, et attributis, quæ compositio non in Deo continetur, sed in mente duntaxat nostra. Sic v.c. quum Deum dicimus Ens, spectamus Deum tanquam genus quoddam, per quod Deus ipse cum aliis entibus a se productis analogice convenit; Quum vero dicimus Deum summe perfectum, differentiam indicamus, per quam Deus ipse a cæteris quibuscumque entibus discrepat. Similiter, summa perfectio, tametsi simplex sit, dividitur a nobis in veritatem, bonitatem, sapientiam, justitiam, cæterasque virtutes, quas enti summe perfecto convenire intelli

gimus, quia talis ē mentis nostrę angustiis contentę finis conditio, ut ne Ens quidē simplicissimū aliter, quā per diversas facies, seu relaões, tanquā 6 diversas partes, consideret. Deus itaq ita simplex dicendus ē, ut omnia illius attributa unū sint; ita simplex, ut omnē excludat distinctio; ita denique simplex, ut 6 simplicitate suā quascumq. superet sbās incorporeas, quę si ex sbā, et forma ñ componunt, habēt tñ compoõnē metaphysicam, et actus realiter distinctos. Hinc preclare ex doctrina Platonica Alcinous. Idē Deus per se summus, eternus, infallibilis, seipso 6fectus, divinitas, essentia, rão veritas, harmonia. Neq vero hec ita adnumero, ut eū sejuncta distinguā, imò ut unū potius cuncta considero. Et D. Augustinus Lib 4 Confessionū. Quid mihi proderat, quando et oberat, cum eū te, Deus meus, mirabiliter simplicem, atq. incommutabilem, illis decem predicamentis putans quidquid esset omnino comprehensum, sic intelligere conarer, quasi et tu subjectus esses magnitudini tuę, aut pulchritudini, ut illa essent in te quasi in sub.º, sicut in corpore; cum tua magnitudo, et pulchritudo tu ipse sis: corpus autē ñ eo sit magnū, et pulchrū, quo corpus ē, quia etsi minus magnū, et minus pulchrū esset, nihilominus corpus esset. Falsitas n erat, quā de te cogitabā, ñ veritas; et figmenta miserię meę, ñ firmamenta beatitudinis tuę.

Caput 6.

De immutabilitate, infinitate, et ęternitate Dei.

Quū in qualibet mutaõne aliquid semp vel accedat, vel deficiat enti, qd mutaõni subē; Hinc, quia Deo qui simplicissimus ē, nec addi aliquid unquā, nec detrahi potē, nārio consequitur Deū eē immutabilē. Eadē ratione, quia in Ente simplicissimo initiū, aut finē intelligere ñ possumus, necesse ē, ut Deū simplicissimū fateamur ęternū. Rursus, quū Ens simplicissimū nullis sit comprehensum limitibus, nārio inferendū ē, Deū eē infinitum.

Ad Dei immutabilitatē qd attinet, Stoici, ut refert Plutarchus, putabant Deū minorē in Deū magnū verti. Sed quā absurda sit eorū opinio, ex eo patet, qd Ens pfectissimū nullo fine clausū, nullo be loco contentū, nec tempore volvi possit, nec ętate variari. Innumeris Scripturarū testimoniis veritas hec confirmari posset, quę nobis contra aliquos Ethnicos sola nāli raõne argumentantes consulto prętermittenda sunt. Quare, Deus, qui simplicissimus ē, immutabilis quoq. fatendus ē, nisi velimus asserere, mutaõnē sine aliqua compoõne fieri posse. Fatentur quippe omnes, res quę mutaõni subē, successive considerandas ē sub diversis terminis, uno scilicet termino succedente, altero vero recedente. Aliunde autē, in Deo nulla eē accidentia possunt: Manifestū propterea ē, ñ posse de Deo asseri mutabilitatē, quemadmodū de Deo affirmari ñ potē compoõ ex sub.ª, et accidente.

Eadē omnino ob causas infinitus dicendus ē Deus. Ens autē pfectissimū, quū omnia in se contineat, infinitū eē appellandū, veteres etiā Philosophi docuerunt. Verū notandū ē, qd licet infinitū proprie dicatur illud, qd nullis finibus circumscriptū ē, vel illud, qd ē in suo genere extremū, et quo nihil datur ulterius; Duplici tñ modo legimus apud Scholasticos infiniti vocē fuisse usurpatā. Aliud n ē infinitū actu, qd proprie infinitū ē. Aliud infinitū potentia, cui infiniti nomen improprie convenit. Infinitū primo modo acceptū, et categorematicum illud ē, cujus nullus actu finis ē, Atq. in hoc sensu Deus dicitur infinitus, quū nullis claudatur terminis, omniū rerū causa sit, omnemq. entis plenitudinē complectatur. Infinitus vero in 2do sensu usurpatū, qd et syncategorematicum dicitur, illud ē, qd licet actu finitū sit, quia tñ augeri possit, potentiâ infinitū ē: sic velocitas, aut tarditas motus, licet revera finita sit, potentia dicitur infinita; quia nulla ē tanta velocitas, aut tarditas, quin major dari, aut certe concipi possit.

Ex infinitate Dei sequitur ęternitas, quę a Boetio Lib 5 de Consolaõne Philosophię. Prosa 6 definitur interminabilis vitę tota simul, et pfecta possessio. Quū n Deus neq. initiū, neq finē unquā habere queat, et nihil in Deo sit aut prętéritū, aut futurū, sed omnia sint presentia, inferendū ē soli Deo vere, et proprie convenire ęternitatē. Hinc tametsi Aristoteli concederemus, mundū nullū habuisse initiū, ñ consequeretur tñ mundū appellari posse ęternū, quia ñ totū simul infinitę vitę spatiū comprehenderet, utpote qui neq. futura, neq transacta amplius possideret.

Vel si quis exemplo mundi probare contenderet, Deū eād ñ eē vere, et proprie ęternū, quū antecedentia et consequentia momenta, sicut ac in Mundo, mens nostra concipiat in Deo, respondendum esset, momenta illa ñ ut actu distincta spectari a nobis in Deo, sed ut virtualia tantū. Ęternitas quippe, licet indivisibilis sit, et tota simul existat, ut definit Boetius; Quū tñ suo ambitu omnia complectatur, eā habet virtutē, ut singulis successivę duraõnis, seu temporis momentis respondeat. Atq hec quidē omniū Patrum sententia ē, asserentiū, ea, quę Deus facturus, aut permissurus ē, in immenso ęternitatis suę sinu semp presentia, ñ tam prescire, aut previdere, quā videre, aut scire. Scimus, ait S. Gregorius Magnus Lib 20 Moralium, cap 26. Scimus, quia Deo futurum nihil ē, ante cujus oculos pręterita nulla sunt, presentia ñ transeunt, futura ñ veniunt. Quippe, quia omne, qd nobis fuit, et erit, in ejus conspectu presto ē, et omne, qd presente monstrant. Solus Deus eē ęternus. Alia pretermitto et quidē efficacissima momenta quę evidentissime demonstrant solū Deū eē ęternū, Atq id tantū addo, contra effictā Mundi ęternitatē cum Viro Cl. Jo Baptta Duhamelio, conditum scilicet eē Mundum ex insano artium progressu confirmari. Nā si Mundus ęternus esset, tot artes ad vitę usū nārię, tot prętara inventa tam nova eē ñ possent, ac p ęternitatem latuisse q

ea quippe nunquam perijssent, si aliquando fuissent excogitata, ut Acus nautica, Typographia, et alia innumera, quæ quotidie deteguntur; quæ magno sunt argumento, mundum non esse æternum, sed ab omnipotenti Deo conditum fuisse, et ab eodem regi, et gubernari.

Caput I.

De supremo in res creatas Dominio Dei.

Quum Deus sit illud Ens, quo præstantius aliud esse nequit, Deum supremum esse rerum omnium Dominum, cujus ope, et auxilio cuncta egent, ut sint, atque subsistant, controverti nullatenus potest a Christianis Philosophis. Utrum vero Deus ita sit rerum quarumcumque creatarum administrator, ut illas ad agendum moveat, atque determinet; id magna animorum contentione in quæstionem vocatur. Atque ut rem tanti momenti clarius, quo fieri potest agamus; sciendum primo loco est, quod tametsi videamus homines in aliquas res multis modis posse dominari, scilicet vel eas producendo, vel vi, industria, dono earum dominium assequendo, Deus tamen, qui, utpote perfectissimus, nullo indiget, cujus ope sua perfectio augeatur, et utpote independens, nullum habere potest, cujus potentiam aut industriam sibi conciliet, aut superet vi, non alia ratione supremum possidet in omnes res creatas dominium, quam quia prima, ac præstantissima est rerum omnium causa. Ideo, quum Dei dominium esse debeat quovis alio perfectius (omnia quippe illius attributa perfectissima sunt) nil penitus in rerum natura excogitari potest, quod divino non subsit Dominio. Cum vero, quo major est dependentia effectus, eo major est causæ dominium, si dominium Dei est perfectissimum, creaturarum quoque dependentia talis esse debet, ut major esse non possit. Dependent itaque a Deo creaturæ sive quoad naturam, sive quoad effectus, adeo nimirum, ut non modo creata omnia, quæ a Deo creatore, et conservatore essentialiter dependent, sed omne etiam, quod ab ipsis creaturis fieri, aut fieri posse comprehendimus, Deus, tanquam propria causa vere, ac physice operari censeatur.

Verum, quum catholica nos edoceat fides, plures creaturas, atque eas potissimum, quæ libero arbitrio donatæ sunt, esse suorum effectuum veras, et integras causas, dicente Tridentino Concilio Sess. 6. Can. 4. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum nihil operari, sed veluti inane quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere, anathema sit; acriter propterea a nonnullis disputatur, num ad statuendum perfectissimum Dei dominium, asserendum sit, Deum vere, et physica actione concurrere ad omnes, et singulos creaturarum effectus, quorum illæ dicuntur veræ, ac immediatæ causæ; an potius ad vim creaturarum activam tuendam, libertatemque vindicandam Deo potius hæc concurrendi ratio detrahenda sit, ut factum a quibusdam fuit primis Ecclesiæ temporibus, qui teste Augustino Lib. 5 de Genesi ad litteram Cap. 20, arbitrati sunt unice mundum factum a Deo fuisse, cætera vero fieri ab ipso mundo, quemadmodum ille disposuit, atque sancivit, Deum vero ipsum nihil operari, eo ducti Scripturæ testimonio Genesis 2do Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, et requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat. Posterior hæc sententia, quum recte philosophantibus arridere nullo modo possit, sit

Propositio Unica. Deus immediate concurrit ad omnes, et singulos Creaturarum effectus.

Pro: 1. Propositio authoritate Scripturarum, in quibus rerum omnium effectio Deo accepta refertur. Isaiæ Cap. 26 hæc habentur: Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. 1 ad Corinth. 12 Omnia operatur in omnibus. Joannis 1. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Actorum 17. In ipso vivimus, movemur, et sumus. Joannis 5. Pater usque modo operatur, et ego operor. Hujusmodi autem Scripturæ testimonia non nisi de simultaneo, seu immediato Dei concursu esse intelligenda, eadem ipsa Scriptura apertissime suadet. Quemadmodum enim, dum inquit Genesis 1. Viditque Deus cuncta, quæ fecerat et erant valde bona, immediatam exprimit vim Dei creatricem in rerum omnium productione, adeo ut quidquid de nihilo fuit productum, immediatus sit Dei conditoris effectus; ita quum Deum omnia in omnibus operari efficientem indicat, id etiam omne, quod creatæ res exerunt, ab ipsis fieri immediato Dei concursu adjutis. Confirmatur testimonio Divi Augustini, qui in ea Joannis 5 nuper laudata verba inquit Tract.° 20. Quomodo ergo poterimus Deum etiam nunc operari cuncta, quæ fiunt, quum Dominus dicat: Pater meus usque modo operatur, et ego operor. Et Lib. 5. de Genesi ad litteram Cap. 20. Sunt, inquit, qui arbitrantur tantummodo mundum ipsum factum a Deo, cætera vero fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinavit, et jussit, Deum autem ipsum nihil operari. His tandem allatis adversus hanc opinionem variis Scripturæ textibus, subdit: Movet itaque Deus occulta potentia universam creaturam suam. Explicat secula, quæ in suos cursus non explicarentur, si ea ille, qui condidit, providentia sua, idest influxu suo, administrare cessaret.

Pro 2do Propositio ratione, non quidem a supremo Dei dominio prorsus desumpta, id est aliquo modo superius innuimus, sed aliunde petita. In hunc autem modum ratiocinamur. Quælibet perfectio a Deo semper, tanquam a prima causa immediate petenda est, Atqui non modo posse agere, verum etiam actu agere est aliqua creati perfectio, imo major in actu, quam in sola virtute agendi perfectio elucet. Ergo creatura sic divino semper beneficio influxu, quum aliquid operatur, indiget, ut non solum privative, sed etiam effective, et immediate Deus cum illa concurrere debeat. Deus enim non minus est prima causa, quam sit primum Ens; sed quia est primum Ens, ab illo ens quodlibet creatum immediate pendere debet sive ut sit, sive ut conservetur. Ergo quia est prima causa quælibet creatura immediate pendebit a Deo, ut operetur. Neque creaturarum dependentia in eo tantum ponenda est, quod Deus illas conservet, atque contulerit vim activam. Nam mundus hic universus spectatus, si a Deo conditus est, quemadmodum verti in dubium nequit, profecto ab authore suo derelictus esse non potest, quin

nullus sit opifex, qui ñ malit operi suo vere consultũ fieri, quã male, ñ potẽ Deus hoc opus suũ tanto habuisse despectui, ut ñ omnia coagendo ipsũ eã moderetr, nec ipsi prospiceret quidquid conducibilius fo ret. Nemo quippe melius novit, quis rei aliquid expeat, aut quemadmodũ gubernari debeat, quã qui ipsius conditorẽ.

Neq. ẽ, cur dicant, potuisse Mundũ adeo pfectũ a Deo creari, ut deinceps p se consistens, atq. agens curatore, seu adjutore ñ indigeret. Quũ .n. Mundus ex semetipso ñ sit, et, dempta opera creatoris munificentissimi, qui ipsũ ex nihilo eduxit, nihil sit; ñ potẽ sane nihil ñ ẽẽ, aut operari, nisi p severante, et aliquid semp conferente vi illa, a qua semel habuit, ut aliquid esset, atq. operaret. Qd si ñnullæ res sunt, quæ sine suis causis consistunt, propriasq. ex se exerunt functiones, ejusmodi tñ sunt res, quæ absq. suis causis aliquid sunt, quũ causæ nihil aliud, quã mãm vertant, et res in ipsa existentes temperent, ita ut novũ quidpiã appareat. Verũ Mundus, qui nihil absq. Deo fuit, nihil habet ex se, unde subsistere, aut agere p se, seu, Deo ñ adsistente, et opitulante possit. Deus igitr ẽ causa Mundi eo potius modo, quo Sol ẽ causa lucis. Sicuti .n. ñ amplius illuminat lux, si Sol influere desistat; ita Creatura quævis inanis omnino ẽ, atq in pristinũ recasura nihil, si Deus ipsi supponere desinat in omnes salutarẽ opẽ, seu immediate cũ illa ñ concurrat ad singulas illius operãones.

Opponunt 1. Dominiũ Dei ẽẽ debet pfectissimũ, sed si Deus immediate concurreret ad omnia, et singula creaturarũ opera, dominiũ Dei ñ esset pfectissimũ. Ergo etc. Pro: mr. Hoc modo ñ dominaretr Deus in creaturas pfectiores, sed si ñ dominaretr in creaturas pfectiores, dominiũ Dei ñ esset pfectissimũ. Ergo etc. Mr constat, quia concipi posset aliã pfectior creatura, quæ nempe p se, et sine alterius auxilio operaretr. Mr eã patet, quia pfectius haberi debet dominiũ illud, quo quis plures habet obsequentes subditos gradu, et qualitate eminentiores, eo, qd ad vilissimos tantũ extenditr, ut patet exemplo duorũ Regũ, quorũ unus si dominetr in Principes, alter vero in pauperes hoĩes, potior sane erit conditio primi, quã 2di.

R. conc. mm, ne mm. ad prob: conc mm, ne mm. Quamvis pfectiores essent creaturæ, si p se solas quidpiã agere possent (tunc quippe ñ indigerent auxilio alterius, neq. tantas haberent dependentiã a prima creatrice causa) quia tñ dominiũ Dei habendũ ẽ pfectissimũ, eo ipso qd ẽ pfectissimũ, repugnat dominari Deũ in Creaturas tanta pfectione donatas. Deus .n., semel ac immediate ñ concurreret cũ creaturis ad singulas earũ operãones, ñ amplius esset pfectissimus, quia aliquid esset in rerũ nãa, qd ñ fieret a Deo, qdq. vere, et proprie dominio Dei ñ subderetr. Effectus siquidem illi, qui provenirent a causis 2dis, ab ipso nullatenus penderent, et improprie ad summã infinitæ illius potestati subessent. Quũ itaq. Deus necẽrio sit summe pfectus, ac supremus propterea rerũ universarũ Dominus, renunciare nullatenus potẽ supremo illi, qd in creaturas habet, pfectissimo dominio, neq. res condere potuit adeo pfectas, quæ benefico, atq immediato ejus influxu ñ indigerent. Quare institutũ contra nos argumentũ nihil omnino evincit, nisi facta hypothesi, qd Deus deponere velit, et possit summam universi gubernãonẽ, qd tñ, ut patet, impiũ ẽ solummodo excogitare. Ad paritatẽ desumptã a dominio duorũ Regũ, respondendũ ẽ, pfectius utiq ẽẽ dominiũ illius, qui in Principes, seu divites hoĩes dominatr, At longe pfectius fore, si ita dominaretr in divites, ut omnia ab ejus nutu penderent, nec agere quidquã sine ejus imperio possent.

Instabunt, præstantius saltẽ ẽẽ Dei dominiũ, si concurreret duntaxat p suũ imperiũ ad efficiendos vel impediendos Creaturarũ effectus, eo modo, quo Princeps cũ subditis agunt, imperando scilicet, ñ immediate, et physice concurrendo. Pfectior .n. videtr potestas illa, quã quis nutu solũ, et imperio obtinet quidquid vult, quã ea, quæ ñ sufficiente imperio dominantis, suã quoq ponere debet operãonẽ.

Verũ qui ita argumentantr, divinũ agendi, dominandive modũ aut ñ capiunt, aut percipere nolunt. Pfectior adhuc ẽ potestas Dei, quæq dominiũ præstantius videtr, si ipsemet Deus ad omnia creaturarũ opera ñ morali tantũ imperio, sed et physico influxu concurrat. Sic ñ ab ipso physice provenit illud omne, qd in quavis creaturarũ actione bonitatẽ, et pfectionẽ includit. Qd haudquaquã consequitr, si Deus moralẽ tantũ haberet dominiũ sive in Creaturas, sive in creaturarũ actiones. Hinc si Terreni Principes physice ñ influunt, sed morali tantũ imperio ad opera subditorũ concurrunt, infertr duntaxat eos ñ habere in operib subditorũ physicũ jus, et summe pfectũ. Si .n. Populi in sciẽtiis sunt versati, ac bonis artib exculti, si in belli, et pacis officiis providi, si in mercatura exercenda industrii; amplificatr quidem in hoĩũ existimatione Principũ gloria, de hujusmodi tñ subditorũ virtutib, bonisq artib nihil sibi physico jure attribuere possunt Reges. Longe itaq pfectius erit Dei dominiũ, quia quidquid boni in Creaturarũ operib comperitr; illud a Deo physice, et immediate profluere, summq. permanare semp, adeo certũ ẽ, ut id qui negẽt, neget simul necesse sit, Deũ ẽẽ illud ens, quo pfectius cogitari ñ potẽ. Neq asserat quis; qd si hæc aliquid probarent, probarent eã, Creaturas a Deo impediti debere ad operandũ, ut absolutior foret rerũ omniũ Dominus. Hujusmodi .n.

dominium tirannicum esset, Deoq. prorsus indignum. Quamobrem, quum physice solum coagendo, hominesq. adjuvando, eorum actus a rationalis creaturis obtineat Deus, quos obtineret, si cogeret, hoc dominium quovis alio effectus in Deo admittendum est, illud vero eliminandum.

Opponunt 2do. sive causae 2dae tanta vi donatae sunt, quae satis sit, ut fungi suo munere queant, sive tanta vi destituantur, consequitur semper admitti non posse immediatum hunc concursum Dei. Nam si primum asseratur, supfluus ess, ut patet, talis influxus: 2dum vero dici nequit, secus dicendum foret, Deum condidisse creaturas admodum imperfectas, quae ninimum ex se nihil agere possent, Divino tamen eloquio contrarium suadente illis verbis: Dei perfecta sunt opera.

R. causas 2das vi sufficienti, atq. idonea preditas esse virtute ad operandum quae eisdem competat, et debita sit, vi minimus, et virtute reiiciente quidem cooperationem cujuslibet alterius causae 2dae in eodem sui genere suo ordine comprehensae (ad eliciendos n. unius v.g. creatae voluntatis actus physice alia non concurrit creata voluntas) minime vero agentis quoq. universalis coactionem. Quare neq. asserendum est influxum Dei esse supfluum, neq. concedendum est Creaturas imperfectas fuisse a Deo conditas. Non primum, quia perfectissimus alioquin Deus non esset dominator omnium; tum n. in omnia, quae sunt, quaeq. fiunt, simultanee, et immediate coagendo influeret. Non secundum, quia creaturae nihilominus suas, ut patet, exerunt actiones, eo ipso, quod alterius ope non indigeant una simul operantis creaturae; tametsi postea physicum exigant concursum Dei, tanquam orig. et universalis causae, nec alia perfectior agendi vis, quae excludat immediatum Dei concursum, concedi a potentissimo Deo eisdem queat.

Instabunt. si Deus ad omnes Creaturae actus immediate concurrit, vel eadem actione concurrit, qua concurrit Creatura, vel alia omnino diversa. Utrumq. repugnat. Ergo etc. Pro Mr. Nam si Deus eadem actione concurrit, eadem actio creata simul erit, et increata, quo nihil absurdius; si autem diversa actione concurrit, diversus quoq., et duplex erit effectus, in quo etiam non levis difficultas. Preterea, vel Deus influit ut causa totalis, vel ut partialis duntaxat. Non primum. Consequens n. alioquin foret, inanem esse Creaturae influxum, nullamq. creaturam veram esse, et totalem suarum actionum causam. Non 2dum, secus dicendum esset, alterius ope, et auxilio Deum indigere, ut in Creaturis operetur.

R. ad primum, Deum concurrere ad quoscumq. creaturarum effectus et diversa, et eadem prorsus actione, diversa scilicet quantum ad causam, eadem quantum ad effectum. Quum n. actio sit relatio causae ad effectum, qui producitur, duplici modo considerari potest. Igitur, si haec relatio, seu actio attendatur quoad causas, seu ajunt, quoad fundamentum, duplex est, et diversi ordinis, quemadmodum duae sunt, et diversi ordinis causae in eundem effectum physice influentes, una nimirum prima, generalis, et increata ex parte Dei, altera vero 2da, particularis, et creata ex parte creaturae. Si autem spectetur actio penes terminum, sive effectum, una eademq. actio est Deum simul, et creaturas respiciens, quia unus, idemq. effectus est a Deo simul, et Creatura proficiscens; Deus quippe suo physico, et immediato concursu facit et quidquid, et illud omne, quod Creatura operatur. Haec tamen actio, quae sumpta quoad effectum una, et eadem est, non increata actio est, sed creata, quia illud omne, quod independens a Deo non est, sed fit, dependetq. sive a Deo, sive a Creatura, increatum dici non potest. Neq. est, cur hoc veluti absurdum ab Adversariis habeatur. Esto n. repugnet, eundem numero effectum proficisci, atq. pendere a duabus causis eundem ordinem habentibus, id tamen minime repugnat, si causae in diverso ordine sint, ut ait S. Thomas 1. parte, quaest. 105, art 5 haec habens: Una actio (nomine actionis intelligendus est effectus) non procedit a duobus agentibus ejusdem ordinis, sed nihil prohibet, quin una, et eadem actio procedat a primo, et 2do agente.

Ad 2dum argumentum respondendum est, quod quum causa totalis ea sit, quae quidquid in effectu est omnino producit, partialis vero, a qua pars solum aliqua effectus gignitur; Deus autem, ut sacrae Scripturae paginae monent et rationalis ipsa ratio suadet, illud omne, quod Creatura operatur, physice influendo efficiat, totalis profecto creatorum effectuum causa censendus est, quin tamen inanis atq. supfluus creaturae cujusvis influxus sit autumandus. Enimvero, quum ita a natura comparatum sit causis 2dis, ut quidquid vel exerant, illud tanquam proprium opus adscribi debeat, atq. idcirco suorum effectuum verae effectrices causae, dici, quaeso, fieri potest, ut physicus earum influxus reiiciatur, quum hoc solummodo eas constituat, ostendatq. actrices, quo sublato, nec supliciis ob enormia delicta plecti, neq. ob res pie, sancteq. gestas premio aliquo possint donari? Preterea, quum hujusmodi sint Creaturarum opera, ut ob rationalis imperfectionis, quam earum conditio exigit, bono simul, et malo, plerumq. misceantur, et secundum pronunciatum illud, nihil sit in effectu, quod prius non fuerit in causa, quis non videt, preter eam, a qua bonum, quod procedit, aliam admittendam esse causam, a qua id omne ortum ducat, quod defectivum in quovis opere reperiatur? Quum igitur Deus ob infinitam, quam continet, perfectionem cumulum esse non possit minimi eorum defectus author, et causa; quemadmodum ambigi nequit, quin physice ad creaturarum opera concurrat, ut perfectum inde prodeat quodlibet opus; ita neq. dubitare possumus, etiam admittendum sit physicum cujusvis Creaturae concursum, ut quod ab omni defectus labe tersum haudquaquam est, eidem imputetur. Certum itaq. est, et Deum, et Creaturas, quae non ejusdem, sed diversi penitus ordinis sunt, ut duas totales causas ad idem opus concurrere, eundemq. effectum producere.

Neq. sane huic doctrinae illud obstat, quod desumitur a creatae voluntatis actibus, qui vitales quum sint, et immanentes recipi debent in principio, a quo proficiscuntur, adeo ut ita Deus concurrat ad omnes creatae voluntatis actus, ut in se recipiat, eorumq. subjectum evadat. Nam quum duobus modis possit principium operari, vel in se, vel in alio,

seu immanentes, ut inquiunt, et transeuntes; jam ex diverso modo, quo agit Deus, satis convincitur, quomodo cooperari possit, quin creatæ voluntatis actus in se recipiat, eorumque evadat subjectum. Et sane, quum voluntas creata aliquod opus exercens, agat intra se, seu immanenter (proprium enim est potentiæ vitalis immanenter agere) ejusdem voluntatis actus remanent in principio, a quo fiunt, in ipsa videlicet voluntate operante, quæ evadit subjectum suorum actuum quibus velluti accidentibus, seu spiritualibus modis afficitur. Verum non ita contingit in Deo; Deus quippe licet in nostræ voluntatis actus physice influat, agit tamen extra se, in ipsa nempe voluntate creata. Quare tametsi creata quævis immanens, et vitalis actio vere eadem fiat, et dependeat a Deo; non sequitur tamen Deum evadere subjectum hujusmodi actionis, sicuti evadit creata voluntas, quia Deus agit extra se, et transeunter, voluntas vero creata circa suos actus immanenter operatur.

Opponunt 3tio simultaneum hunc Dei concursum humanam perimere libertatem. Creatura enim a Deo coagente adjuta non potest, inquiunt, non agere.

R. Simultaneum hunc Dei concursum non solum humanam libertatem non lædere, [illegible] juvere potius, atque perficere. Atque imprimis, ut eam nulla faciam, quæ alii adduxerunt Philosophi idem in hac re nobiscum sentientes, immediatum nempe hunc Dei concursum, cum creaturam supponat jam libere determinatam ad operandum, nullum vel minimum ejus libertati afferre detrimentum. Alia non desunt, eaque efficacissima argumenta. Nam Deus concurrens ad creatæ voluntatis actus ita se se creatæ voluntati accomodat, ut nihil aliud in nobis agere videatur, quam si nos soli, Deo eam non concurrente, ageremus; nec aliud evincit divinus concursus, quam quidquid a humana voluntate fit, et aliquid in se continet perfectionis, eminentiori quodam modo a Deo fieri, atque pendere. Quapropter Augustinus Lib. 10 de Civitate Dei, Cap. 14. Omnia inquit, quæ possunt homines vel Angeli, vel homines possunt in unius esse omnipotentis potestate, quibus dictis stabant. Tam vero, [illegible] se habet simultaneus Dei concursus, quemadmodum humana voluntas efficiat, ut aliquid exerceat nullam sibi adimit libertatem, multo magis poterit Deus, qui prima est libertatis origo; idem cum creatura opus efficere, quin concursu suo liberum perimat creaturæ arbitrium. Profecto enim, si animæ nostræ influxus non impedit, quominus libere operemur, sed adeo potius requirit, quum quidquid in nobis libertatis est ab eo debeat emanare; multo minus eidem libertati officere poterit immediatus Dei influxus, quum ipsi Deo quidquid in nobis perfectionis est immediate acceptum sit referendum, dicente Scriptura: Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum.

Quoniam vero asserimus humanam libertatem divino Dei influxu adjutam perfici, atque foveri; id quoque demonstrandum est. Imprimis autem animadvertendum, quod quum Deus sit prima causa, et fons creatæ libertatis, atque ut inquit S. Augustinus Lib. de correptione, et gratia, Cap. 14: magis habeat in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas; est eam causa liberæ actionis, operando in creatura tum ipsam actionis substantiam, tum modum actionis, scilicet libertatem. Deus enim, quum non extrinsecus violentiam inferendo, sed intime in ipsis causis operetur, suum influxum largitur secundum conditionem causæ, quam movet et in causis necessariis facit, ut necessario operentur, in liberis vero; ut libere suas eliciant actiones. Deinde, ut liberum servetur arbitrium, excludi utique debet quælibet causa creata, quæ ad unum, vel alterum moveat, atque determinet, minime vero causa prima, et increata. Nam, ut docet S. Thomas 1 par. quæst. 83, art. 1 ad 3tium Liberum arbitrium est causa sui motus, quia homo per liberum arbitrium se ipsum movet ad agendum, non tamen hoc est de necessitate libertatis, quod sit prima causa sui actus id, quod liberum est; sicuti nec ad hoc, quod aliquid sit causa alterius, requiritur quod sit prima causa ejus. Deus, qui est prima causa movens et naturales causas, et voluntarias, et sicuti naturalibus causis movendo eas non aufert, quin actus earum sint naturales, ita movendo causas voluntarias, non aufert quin actiones earum sint voluntariæ, sed potius hoc in eis facit. Operatur enim in unoquoque secundum suam proprietatem. Angelico consonat Doctor Subtilis, qui ait contra naturam voluntatis esse determinari a causa inferiore, quia tunc voluntas non [illegible] sui motus actuum Domina. At contra naturam voluntatis non esse a causa suprema Deo scilicet determinari cujus potestati omnis potestas, ac dominium creaturæ debet subesse. [illegible] ita sit, in hunc modum [illegible] dum est Decretum Dei, licet infallibiliter debeat effectum obtinere, necessitatem tamen non inducit [illegible] operanti sed quia Deus plura decrevit libere eventura, ex [illegible] Decreti divini efficacia infallibiliter sequitur, ut ea fiant libere. Ergo multo minus censendum erit, concursum Dei ad omnes, et singulos creatæ voluntatis actus, liberum hominis destruere arbitrium.

Quod si, quum opponant Creaturam a Deo coagente adjutam non posse non agere seu agere contrarium, respondendum est cum distinctione, non posse scilicet non agere, seu agere contrarium potentia futuritionis, seu positionis ad opposita in sensu composito, secus vero potentia possibilitatis ad opposita in sensu diviso. Quod, ut clarius pateat, animadvertendum est, duplicem a Theologis distingui in hac re potentiam. Alia enim est potentia secundum se sufficiens ad actum instructa, quæ actum respicit ut mere possibilem, et appellatur potentia possibilitatis. Alia vero est potentia ad actum jam ordinata, seu actioni applicata, quæ respicit actum exercitum, vel futurum, et hæc nuncupatur potentia futuritionis, seu positionis. Potentia [illegible] voluntatis ad opposita secundum se considerata adeoque in sensu diviso, pertinet ad essentiam libertatis. In hoc enim causa necessaria differt a libera, quod necessaria ita suum producat effectum, ut nequeat non producere, libera vero ita agat, ut possit non agere, aut etiam agere contrarium. Potentia futuritionis ad opposita haud pertinet ad libertatem, sed chymerica est et impossibilis. Sicuti enim [illegible] est idem simul esse, et non esse, agere, et non agere ita impossibile est idem simul esse futurum, et non futurum. Porro posito semel immediato concursu, seu influxu Dei ad actum [illegible] amoris, non est in voluntate creata potentia futuri-

tionis ad non amandum, quia quum ratione Decreti divini sit amatura, nequit simul esse non amatura; et quum per divinum influxum constituatur amans, nequit simul esse amans, et non amare. Verum potentia possibilitatis semper intacta manet etiam cum Decreto, et immediato concursu Dei. Ratio autem est, quia potentia activa indifferens ad opposita supponitur in voluntate creata ante Decretum, et influxum Dei: necesse siquidem est, ut creata voluntas prius intelligatur potens eligere opposita, quam per divinum concursum ad unum eligendum inducta, et necesse est, ut prius intelligatur Decretum statuens voluntatem liberam, quam Decretum statuens quid sit electura. Alia accedit ratio. Simultaneus Dei concursus non impedit potentiam antecedentem, eo modo quo catena hominem constringens impedit potentiam antecedentem ambulandi; quam ex natura sua homo habet, sed potius liberam potentiam excitat, et in liberum reducit actum. Nam quia voluntas creata indifferens est ad oppositos actus, et quia est causa 2da nihil a se primo volens sine influxu causae primae, semper in sua indifferentia suspensa remaneret, nisi a causa prima ad libere agendum moveretur. Movetur autem per influxum ad unum potius actum quam ad alium. Propterea hujusmodi influxus impedit actum oppositum non ut impedimentum ligans, sed potius ut liberans, et solvens indeterminatam voluntatis potentiam. Simultaneus igitur Dei influxus liberum hominis non tollit arbitrium.

Opponunt 4to eam esse divinae naturae conditionem, ut nequeat una cum Creaturis operari, proindeque rerum omnium curam gerere, quia negotiis implicita diversimode turbetur, et felicitatem, summamque perfectionem amittat.

Verum qui facultate humana Deum dimetiuntur, hi certe Deum cogentes non possunt concipere, quin illum quammaxime perturbatum, miserum, et defatigatum fateantur. Aliis tamen omnino sentiunt qui pro certo habent praestantissimam divinam naturam sua eminentia, et inexcogitabilibus intervallis nostram superare. Fatetur non homo, si in multis rebus agendis labore fractus intelligitur, mirum non est; quum neque rerum omnium causas, effectus, connexiones, circumstantias possit agnoscere, neque quae necessaria sunt ad aggrediendum, promovendum, et ascendum contraria in sua potestate habere, neque ob finitam virtutem tum animae, tum corporis, tum status sufficiens sit ad omnia disponenda, exequenda, perficienda. At Deus, qui concipi a nobis non potest, nisi infinitae virtutis, et aeternae felicitatis, minus laborat in omnibus pene nobis, quae creatae etiam 2ae causae peragunt, quam homo optima valetudine donatus in alitu expirando. Operam porro faciunt, qui divinam ita in Caelo collocant ut, ut res hasce inferiores non agat nisi per Ministros. Alienum siquidem est a summa ejus potestate ita limitum afferere ejus dominium, ut rerum omnium universitati neque sic praesens non approbetur. Profecto, ubi concesserimus, Deum omnia praestare, quae ubique fiunt, eoque praesens sit omnibus immensitate, et virtute sua, recte intelligemus, quomodo absque ullo negotio, et extra ullum prorsus incommodum, et cuncta intellectione sua possit attingere, et cuncta operari. Atque ut exemplis utar ad rem apprime facientibus, si ipsi homines quammaxime delectantur, quando secundum naturales virtutem aliquam operantur, in maximis deliciis concipiendus est potius Deus, quum secundum immensam virtutem suam cuncta operatur. Nam, si ea, quae viris ignavis laboriosa sunt, diligentibus, atque solertibus facilia videntur: si quae Tirones vexare solent, artium expertes recreant; Cur natura divina, quae per se summe activa, et rerum omnium est perfectissima, non modo absque labore, et molestia, verum etiam cum summa quadam voluptate, operibus non posset incumbere? Deinde, summa, ut mihi videtur, voluptas est, aliis prodesse, et omnibus benefacere. Deo igitur, qui est summe bonus, atque adeo paratissimus, ut beneficentiam suam omnibus testetur, Deo, inquam, quammaxime erit jucundum, non paucis tantum, aut pluribus, sed rebus omnibus agendo prodesse, praesertim quum ipse sit bonorum omnium immensum Pelagus, proindeque haudquaquam pertimescens, ne ex profusione jacturam aliquam patiatur.

Opponunt 5to. Illud omne detrahendum est Deo, quod summae ipsius opponitur sanctitati, sed immediatus, et simultaneus ad omnia Dei concursus summae ipsius opponitur sanctitati. Ergo. Probo minorem. Si Deus ad omnia concurreret, concurreret etiam ad peccatum; sed peccatum summae Dei opponitur sanctitati. Ergo etc. Sequela certa est, quia, si ad peccatum non concurreret, non ad omnia Creaturarum opera concurreret Deus. Minor quoque certa est, quum malum in Deo cadere, aut a Deo provenire non possit, definiente Concilio Tridentino Sess. 6. Can. 6. Si quis dixerit, non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie, et per se; adeo ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judae, quam vocatio Pauli, anathema sit. Non igitur ad omnes creatae voluntatis actus immediate concurrit Deus.

R. conc. Majorem, neg. Minorem. Ad probationem dist. Majorem. Si Deus ad omnia concurreret, concurreret etiam ad peccatum, quantum ad substantiam actus, seu quantum ad physicum, et materiale peccati conc. quantum ad malitiam actus, seu quantum ad formale peccati neg. Majorem. Dist. Minorem. Sed peccatum quantum ad malitiam opponitur summae Dei sanctitati conc. Minorem quantum ad substantiam actus, et materiale peccati neg. Minorem, et conseq.m Scripturarum et SS. Patrum authoritate freti asserimus Deum ad omnia creaturarum opera concurrere; ita tamen, ut a Deo illud omne eliminetur, quod summam ejus sanctitatem aversatur, quodque Deum mali authorem constitueret. Quum enim in peccato duo distinguenda sint, materiale scilicet, seu actus physicus, qui bonus est bonitate naturae, et formale, seu deformitas a recta ratione, et lege Dei, quae mala est morali malitia; propterea dicimus, actum physicum peccati, qui bonus est, Deum immediate influere, malitiam vero, quae summae bonitati repugnat, Deum solummodo permittere. Nam quum malitia, et defectus peccati consistat, inquantum voluntas creata deficit ab ordine primi agentis, reduci non debet in divinum concursum, veluti in causam, sed in creatum, et defectibile hominis arbitrium; eo modo, quo defectus claudicationis reducitur in tibiam curvam.

veluti in causam, non in virtutem motivam animæ, quamvis ab hac causetur quidquid motionis est in claudicatione.

Nec obstat quod SS. Patres, quando de peccato loquuntur, formalem malitiam non distinguant, sed asserant tantum actiones malas a Deo non esse. Nam Patres loquuntur de actionibus ab homine positis. Actiones autem ab homine positæ adnexam habent malitiam, tanquam formam peccati, ideoque non Deo, sed homini adscribuntur. Sicuti non quæritur, vel assignatur causa vestis, seu statuæ, vel alterius artefacti, non quæritur, aut assignatur causa materiæ panni scilicet, vel ligni, vel marmoris, sed artifex qui est causa formæ, pallium dicitur, artem non materiam esse causam statuæ; ita dum quæritur, vel assignatur causa actionis malæ, a Patribus profertur causa ipsius malitiæ, proindeque peccatum non Deo, sed soli creaturæ recte adscribitur. Cæterum, malas etiam actiones materialiter consideratas in Deum, veluti in causam referendas esse, communis est SS. Patrum doctrina. [illegible] disputando sæpe docet, omnes naturas, omnes actiones, et quidquid essentiam habet [illegible], tanquam in primum principium esse referendum. Clarius vero id exponit Anselmus Lib. de concordia præscientiæ [illegible] et [illegible]: omnis qualitas, et omnis actio, et quidquid habet essentiam a Deo est a quo est omnis justitia, et nulla injustitia. Facit igitur Deus omnia, quæ justa, vel injusta voluntate fiunt [illegible] bona, et mala. In bonis quidem facit, quod sunt, et quod bona sunt, in malis vero facit, quod sunt, [illegible] mala [illegible].

Canon Concilii Tridentini immerito contra nostram affertur sententiam. Non asserimus cum Calvino Deum esse authorem peccati, sed tantam blasphemiam detestamur: neque secundum nostræ doctrinæ principia eodem modo opus Dei [illegible] vocatio Pauli et proditio Judæ. Nam vocationem Pauli efficit Deus non solum ut causa [illegible] movendo physice voluntatem, sed etiam exteriori suasione, ac gratia [illegible], [illegible] ad ea determinat. Ut Paulus resipisceret, non modo operatur Deus [illegible] voluntatis actionem, sed etiam actionis rectitudinem, et moralitatem [illegible], contra vero [illegible] operatur [illegible]. [illegible] Calvinus, cujus error [illegible], [illegible] causam formalem malitiæ, [illegible] Deum esse [illegible], et [illegible] causam peccati [illegible] sit [illegible] causa actionis. [illegible] Concilio [illegible] Tridentino [illegible], [illegible] Calvinus [illegible], non in sententia nostra [illegible] divino immediato concursu suum creaturæ operanti tribuit arbitrium.

Instabunt. Actus peccati est aliquando essentialiter connexus cum malitia. Ergo nequit Deus ad actum peccati concurrere, quin concurrat ad malitiam.

R. dist. ant: Actus peccati est aliquando essentialiter connexus cum malitia, ut ponitur a Creatura conc: ut ponitur a Deo neg. ant: et conseq. Quum Deus sit causa efficiens, non defficiens, et nemo, ut ait S. Augustinus, quærere debeat efficientem causam mali, [illegible], quæ [illegible] in peccato [illegible] indivulse connectantur, quum non eadem necessario esse debeat utriusque causa. Nam ut docet S. Thomas in 2 dist. 37, quæst. 2 art. 2 ad 5: Ubi in aliquo effectu plura inseparabiliter conjuncta sunt, non oportet, [illegible] causa quæ, quantum ad unum; sit causa quantum ad alterum; sicuti natura est causa oculi, quantum ad substantiam [illegible] ejus, non quantum ad defectum [illegible] [illegible] incidit. Id confirmatur [illegible] in exemplo claudicationis. Sicuti enim claudicationis motus alio modo procedit a tibia curva, alio modo ab Anima: Anima [illegible], tibia vero [illegible] ad deformitatem claudicationis [illegible], adeo ut sine deformitate motum exercere non possit; ita actus peccati alio modo habetur ex divino concursu, alio modo ex voluntate creata. [illegible] creata autem voluntate [illegible] creatura [illegible] defectu [illegible] ordine [illegible] voluntatis [illegible]. Sed Deus [illegible] actionem quam [illegible] prima ponitur regula, [illegible] ideoque non [illegible] actionem [illegible] connexam. [illegible] actio physica peccati a Deo [illegible] voluntas [illegible] non causa malitiæ, illo modo, quo motus ab Anima in tibiam curvam impressus est id, quod a curvitate tibiæ determinatur ad obliquitatem, [illegible] non est causa obliquitatis [illegible].

Summa [illegible] concurrat concurrit [illegible] necessitate [illegible] [illegible] efficiendo. [illegible] gratia [illegible] [illegible] universalis [illegible], ut plura permittantur mala, tum ob universi pulchritudinem, quæ ex ordinata [illegible], et malorum permixtione consurgit, tum quia, ut ait S. Augustinus in Enchiridio, Cap. 11: Deus non sineret malum aliquid esse in suis operibus, nisi usque adeo esset omnipotens, et bonus, ut benefaceret [illegible] sapientiæ, ac providentiæ lex postulat ut [illegible] moveat secundum ipsius naturalem conditionem. Quare, quia Creaturæ sua sponte natura deffectibiles possunt et bene, et male agere; necesse est ut Deus non impediat malas earum actiones, nisi supranaturaliter operando. [illegible] causam primam universalem, Deum scilicet, et causam [illegible] particularem [illegible] creaturam, quæ una cum altera [illegible] crimen patraret; aut alterius, quum posset, flagitium non impediret. Ne autem in hac controversia quidquam omittatur [illegible] confutatione dignum, hoc [illegible] est, Deo tribui tanquam causæ primæ, ne remotæ quidem, immutanda esse Creaturarum crimina. Falsum quippe est Deum esse, qui Creaturas condidit imperfectas, et deffectuosas, quum Deus causa sit voluntatis creatæ, minime vero ipsius deffectibilitatis, et propensionis in malum. Ratio autem est, quia creata voluntas est deffectibilis ex eo tantum, quod ex nihilo est; ideoque quidquid in illa perfectionis est, autorem sui clamat Deum, quidquid vero imperfectionis in ea comperitur, ex nihilo, a quo fuit educta, habet originem. Ut natura sit, ait S. Augustinus, Lib. 12 de Civitate Dei, Cap. 23 ex eo habet, quod a Deo facta est; ut autem ab eo, a quo facta est, defficiat, ex hoc [illegible] de nihilo facta est. Et Fulgentius Lib. de Fide ad Petrum [illegible] proficere possunt, quia esse [illegible], quia ex nihilo factæ sunt. [illegible] defectum eas adducit conditio originis, ad profectum vero pro[illegible] Creatoris.

VII.

Pneumatologia

Liber 2dus

De Spiritibus a quocumq. corpore secretis, sive de Angelis.

Caput I.

De natura Angelorum.

Quam pro instituti nostri ratione, aliqua, quæ ad Dei existentiam, et divina attributa spectant, in superiori Libro tradita fuerint; breviori modo de Angelis tractatio instituenda est, tum quia res est Theologorum magis, quam Philosophorum, tum quia de iis pauca nobis perspecta sunt, quæq. disputari solent, in conjecturis potius, quam veris rationibus posita sunt. Porro Angelorum nomine intelligimus naturas, seu substantias quasdam veluti medias inter Deum et homines, quæ quidem natura a veteribus Philosophis, præsertim Platonicis, Genii, et Dæmones fuerunt appellatæ. Verum hoc nomen Angelus, officii potius nomen censendum est, quam naturæ, quod a græco nomine Angelos derivatum sit, quod latine idem est, ac nuntius, seu missus. Quamvis autem non solum substantiæ a corporibus secretæ, sed ipsi etiam aliquando homines, ratione officii, dicti sint Angeli in Scripturis; quia tamen cæteris Spiritibus præcipui, et ordinarii sunt divinæ voluntatis ministri, secundum illud Psalmi 103: Qui facis Angelos tuos Spiritus; et illud Apostoli ad Hebræos I. omnes sunt administratorii Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis, ideirco communi usu, et [illegible] factum est, ut nomine Angeli [illegible] spirituales naturas [illegible] intelligerent. [illegible] Augustinus Lib. [illegible] de Genesi ad literam, Cap. 10: græce Angeli dicuntur, quo nomine generali universa illa superna civitas nuncupatur.

Multa quoad Angelorum naturam partim vera, partim commentitia ab antiquis Philosophis fuisse tradita, initio superioris Libri adnotavimus, [illegible] naturam [illegible] substantias esse genus quoddam viventium inter divinam, et humanam naturam positum [illegible] aeream, æthereamq. regionem esse dispersas, administras [illegible] supremi numinis, et singulis hominibus fuisse concessas, quasi curatrices, et precum nostrarum ad Deum latrices; quamvis eas non esse omnino expertes cupiditatum, quibus homines commoventur, quin et non paucas esse mortales contenderent. Hinc Apulejus; cæteriq: ab Angelis Liberos procreari autumarunt; et mentes illas, quum aliquando ab amore suo defecissent, ad humanas conditiones prolapsas genuisse Gigantes, ex sacris literis comprobari asseruerunt. Lactantius, Philo, et Joseph [illegible] [illegible] quamquam [illegible] in Concilio Lateranensi [illegible] sub Innocentio IIIo, [illegible] fuerit definitum, sine [illegible] aut summæ alicujus temeritatis [illegible], non possumus idem cum ipsis sentire; ideirco sit

Propositio unica. Angelorum natura est incorporea.

Pro: Propositio. Atq. ut nulla faciamus sive Scripturarum, sive SS. Patrum testimonia, quorum tamen hoc loco authoritas plurimi esset facienda; duo proponimus argumenta ex naturali ratione desumpta. Primum est; quod quum certum sit, Angelos moveri motu [illegible] [illegible] corpus haberent, [illegible] naturam [illegible] et postea claudi; sed neq. dividitur ab illis aer, neq. clauditur; id n. fieri non posset sine magno sonitu, et ingenti [illegible], quem tamen nunquam percipimus, quamvis Angelorum, et Dæmonum motus frequentissime contingant. Non itaq. ex Spiritu et corpore constitutæ sunt Angelicæ naturæ. Idem argumentum est. [illegible] Angeli, [illegible] [illegible] nos vero crasso corpore [illegible]. [illegible] secundum [illegible] [illegible], [illegible] subtilius corpus Angelorum non obstaret [illegible] specie cum hominis recenserentur. Quare quum non [illegible] et [illegible] [illegible] sint [illegible] [illegible] quiddam [illegible] inter divinam et humanam constitutum, [illegible] [illegible] esse substantias spirituales creatas a corpore secretas, quæ corpore non [illegible], [illegible] [illegible] operationes. Confirmatur [illegible] Angeli [illegible] quomodo [illegible] in uno homine esse [illegible]. [illegible] Richardus [illegible] Lib. 4 de Trinitate, [illegible] ab uno homine [illegible] sunt, [illegible] fuerunt, [illegible] in Spiritu an in corpore? [illegible] Constat n., omne corpus longitudinem, latitudinem, et profunditatem, locales videlicet dimensiones habere, quibus tamen Spiritus caret omnino. [illegible] in corpore. Quomodo n.; vel in qua hominis parte tot corpora habitabant? nam quantumcumq. subtilia sint, duo [illegible] quantitatis corpora, unum, eundemq. locum occupare non valent.

Dices I. [illegible] [illegible] Dei [illegible] [illegible] omnes [illegible]. [illegible] [illegible] intelligendi [illegible], [illegible] opponuntur filiabus hominum, tum quia plures ex Codicibus 70 Interpretum loco Filii Dei habent Angeli Dei. [illegible]

R. [illegible] laudata sacræ scripturæ verba [illegible] intelligenda. Filios quippe Dei vel boni Angeli veniunt, vel mali? Sed neq. boni, [illegible] fatente [illegible] Domino Matthæi Cap. 20, neq nubunt, neq. nubuntur: Nec possunt mali Angeli, seu Dæmones intelligi, quum nunquam in Scripturis Dæmones appellentur Filii Dei. Laudata itaq. sacræ Scripturæ verba non probant [illegible]. Præterea voces illæ Filii Dei de iis intelligenda sunt, quorum peccata fuerunt causa Diluvii; causas siquidem narrat eo loco Moises, quæ Deum impulit ad perdendum [illegible] [illegible] sed hominum peccata fuerunt: Nam paulo post subditur. Videns autem Deus, quod multa malitia hominum esset in

terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus: Delebo, inquit, hominem, quem creavi a facie terræ. Per Filios ergo Dei, qui uxores duxerunt filias hominum, intelligendi sunt Sethi nepotes, qui ob pietatem, et veri Dei cultum Filii Dei appellabantur, qui, deserta avita pietate, Filias Caini, quæ animo terrena cogitabant, acceperunt uxores, ex quibus procreati sunt Gigantes. Neque obstat, quod aliqui codices loco Filii Dei legant Angeli Dei. Imprimis enim non omnes, sed aliqui tantum Codices ita legunt: Deinde, ut docet Cyrillus Lib. 9. adversus Julianum, emendatior censenda est lectio illa, quæ habet Filios Dei, quam, quæ habet Angelos Dei.

Dices 2do. Illi sunt corporei qui sub sensibili specie multoties hominibus apparuerunt, qui cum iis sunt collocuti, qui cum [illegible] manducarunt, [illegible] [illegible] [illegible] ut ex variis sacræ scripturæ textibus patet. Ergo.

R. dist. ma. Illi sunt corporei, qui sub sensibili, et propria specie apparuerunt, conc. qui sub aliena sensibili specie apparuerunt, ne: ma: dist: cum proportione min. et neg. conseq. Nonnulli in eam abiere sententiam, ut putarent, Angelorum apparitiones, quæ in scriptura narrantur, veras non fuisse sed tantum phantasticas, quatenus nimirum Deus eorum [illegible] Angeli dicuntur apparuisse, ita sensus disposuerit, quemadmodum dispositi fuissent, si Angeli sub aliqua sensibili specie se se realiter presentes exhibuissent. Verum, quum hæc asserere merito non possimus, concedimus Angelos in vero, et reali corpore apparuisse, ita tamen, ut alienum fuerit corpus illud, non proprium Angelorum. Ex circumstante enim aere efformare sibi potuerunt corpus humanum, eundemque aerem virtute, qua pollent in res creatas, in ossa, carnem, aliasque humani corporis partes condensare. Operationes autem, quas Angeli in assumptis corporibus exercuerunt, et reales utique fuere, quum vere cibum ori infuderint, et in stomacho digesserint; non fuerunt tamen vitales, quum a vitali principio non sint profectæ. Non enim Angeli ita assumpto corpori fuerunt uniti, quemadmodum anima, quæ vitale est principium in homine, substantialiter unitur corpori organico; sed accidentalis duntaxat fuit eorum unio, per quasdam videlicet extrinsecas operationes; non secus ac accidentaliter nauta unitus est navi. Quare Angelorum [illegible] in eo tantum sensu [illegible] Angelos esse corporeos, quo hoc quidam Relua [illegible] [illegible] nulla accidentaliter esset contextus.

Dices 3tio, Celeberrimos Ecclesiæ Patres, atque eos inter ceteros D. Augustinum docuisse pluribus in locis corpoream esse naturam Angelorum.

R. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], diversam omnino fuisse sententiam sive Græcorum, sive Latinorum Patrum, et omnes unanimi ferme consensione docuisse incorpoream esse Angelorum naturam. D. ipse Augustinus, ut Adversarii contendunt, [illegible] Angelos esse corporeos [illegible] [illegible] [illegible] esse in Angelis animam, imo quum aliquando in calce Libri de Musica, Angelos [illegible] et animam beatarum atque sanctarum [illegible], in Lib. [illegible] 2do Retractationum, Cap. 11, sic corrigit: Quandoquidem hic animi Angelos sanctos intelligi volui: quos habere animas nusquam me legisse in divinis eloquiis, canonicisque recolo. Verum hæc probant solummodo eam fuisse D. Augustini consuetudinem, ut [illegible], de quibus Scriptura mentionem facit, non alia nomina tribueret, quam quæ iisdem a Scriptura tribui solent. Hinc quum animadverteret, nunquam Angelos in Scriptura animarum nomine fuisse appellatos, Lib. 2do Retractationum eum corrigit loquendi modum, non autem indicare contendit Angelicam substantiam esse corpoream. [illegible] in locis expresse docet [illegible] Doctor Angelorum naturam multo esse excellentiorem humana. Sed humanam naturam ex Spiritu, et corpore constitutam docet, In Libro enim primo de Anima, et ejus origine ad Renatum, Cap. 5 Vincentium Victorem redarguit, quod asseruisset animam humanam esse corpus his verbis: Quod vero eam non [illegible] ad corpus esse contendit [illegible] [illegible] [illegible], quæ non est ex anima, et corpore, sed ex duobus, vel eam [illegible] [illegible] corporis? [illegible] ergo Augustinus esse corporeos, sed spirituales omnino, et humana anima nobiliores asserens Angelos.

Dices 4to. [illegible] [illegible] 2dum [illegible] [illegible] [illegible] sententiam Joannis [illegible] Thessalonicensis, cujus postrema verba [illegible] eam [illegible] SS. Patribus idipsum sentientibus, nimirum Basilio cognomento magno, Methodio, atque Athanasio [illegible] [illegible] tamen vel Angelos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], multoties in specie propriorum corporum visi sunt ab iis, quorum Deus oculos aperuit.

R. neque [illegible] [illegible] 2dum neque [illegible] Patres spiritualitatem vel Angelorum, vel Animarum negasse. [illegible] quod attinet ad Patres [illegible], [illegible] [illegible] Joannis Thessalonicensis Dialogum quoad illius sententiam de corporea substantia Angelorum, et animarum; sed illius dicta [illegible] sunt quoad ea tantum, quæ circa usum pingendi Angelos, et colendi eorum imagines disserunt. [illegible] [illegible] definiendi adversus Iconomachos, pingendos esse Angelos. Id quod in suo Dialogo demonstrasset Joannes Thessalonicensis, fuit a Concilio approbatum; Rationes vero, quibus idipsum suadebat Joannes idem in eo maxime deceptus, quod putaret Catholicam Ecclesiam ita sentire, quod Angeli, non secus ac mentes humanæ, corporei sunt; has, inquam, rationes neque probavit Magna Synodus, neque rejecit. [illegible] eo tempore non de natura Angelorum, et Animarum, sed de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] spectat ad [illegible] Patres, [illegible] [illegible] [illegible] spirituales aut Angelos, aut animas. Et si quandoque [illegible] naturas corporeas nuncuparunt, [illegible] tantum corporea, et [illegible] dixerunt, quatenus scilicet temporum, locorumque limitibus circumscribuntur, non quatenus extensæ sint, veluti corpora, et in partes, veluti corpora, possint secari. Hoc autem sensu loquutos fuisse SS. Patres, certo certius est. Nam et ipse author Libri de Spiritu et Anima, Cap. IX postquam ita locutus est [illegible] [illegible] [illegible] naturam credendum est [illegible] [illegible], immediate addit quum [illegible] [illegible] simplex, et [illegible] [illegible] modis [illegible] [illegible] [illegible] et quum ubique est, in semetipso [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Omnis vero [illegible] creatura corporea est [illegible] [illegible] virtutes corporeæ sunt [illegible] [illegible] carne [illegible] [illegible] [illegible] naturam corpoream esse dicimus quia loco circumscribuntur sicut et anima humana quæ carne clauditur [illegible] [illegible] in loco, et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] corporalem [illegible] [illegible] corporalis quantitatis expers est.

Cęterum, ad spiritualem confirmandam Angelorum nāām afferre possent innumeras SS. Patrum autoritates, quas, brevitatis gratia, missas facimus. Ignatius Martyr in Epistola ad Trallianos, Gregorius Nyssenus contra Eunomium, Eusebius Cęsariensis Lib. 4. de Demonstratiōne Evangelica: Crysostomus Homa 22. in Genesim, et prima in Matthęum; Theodoretus Quest. 20. in Genesim; Joannes Damascenus, Hieronimus, Leo Magnus; Gregorius Magnus, et alii expressis verbis fatentur Angelorum nāām ēē incorpoream. Quinimo Concilium Lateranense 4tum, Capitulo 1 ita definit. Firmiter credimus, quod unus ē solus, verus Deus, creator omnium invisibilium et visibilium, spiritualium et corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, et corporalem, angelicam videlicet, et mundanam, ac deinde humanam, quasi communem, ex spiritu, et corpore constitutam.

Caput 2dum.

De existentia Angelorum.

Hactenus de nāā Angelorum agentes pro certo habuimus illos existere. Quęrendum nunc ē, utrum Angelorum existentia adeo certa, atque evidens sit, ut sola nāāli rāōne possit demonstrari. Quamvis autem post Xtum natum, ut testatur Estius in 2dum Librum Sententiarum, dist. 2. Parag. 1. nulli fuisse legantur, qui Angelos negarent existere, exceptis Anabaptistis, qui novissimis temporibus et Angelorum custodiam, et Demonum oppugnaōnem ad fictitia transferunt Catholicorum commenta; ex veteribus tn̄ Philosophis quamplures, et inter Judęos Saducęi, ut patet ex Cap. 23. Actorum, nullos ēē Angelos existimarunt. Hujusce erroris rāō affertur a S. Thoma 1. par. quest. 50. art. 1. dicente: Ignorantes vim intelligendi, et n̄ distinguentes inter sensum et intellectum, nihil ēē existimaverunt in mundo, nisi quod sensu et imaginaōne apprehendi potē. Et quia sub imaginaōne n̄ cadit, nisi corpus, existimarunt quod nullum ens esset, nisi corpus. Ut itaque cum Philosophis agamus, nam Saducęi, et Anabaptistę Scripturarum textibus convinci possunt, argumenta in hanc rem ex nāāli rāōne desumpta examinemus. Sit autem.

Ppōo. Unica. Nāāli rāōne probabiliter quidem, n̄ evidenter demonstrari potē existentia Angelorum.

Pro: Ppōo quoad primam partem. Universi a Deo creati decus postulare videtur, ut aliquę sint a Deo productę creaturę, quę quidem spirituales sint, quę Deo perfecte similes, sed hujusmodi creaturę sunt Angeli, qui intellectu, et voluntate prędititi sunt, quique cujuslibet māāē expertes sunt. Ergo ad universi ornamentum, et pulchritudinem probabile saltem ē Angelos existere. Argumentum hoc desumptum ē a S. Thoma 1. parte, quest. 50, art. 1. in corpore. Deinde; aliquam revera nāām existere, quę inter Deum, et hoīēs medium obtinet locum, ex eo patet, quod et Historicorum autoritate et omnium nationum consensu, et nostrorum quoque experientia sensuum certum sit, Energumenos seu quosdam hoīēs existere, qui ea aut operant, aut eloquunt, quę certe indicant eos ab aliqua superiori intellectuali causa moveri. Nam si Energumeni ignotis loquuntur linguis, si res maxime absconditas detegunt, si ea narrant, quę in dissitis regionibus agunt, si alia innumera, quę cęterorum hoīum agendi consuetudinem superant, operantur, quę, quęso, virtus, aut quę censenda erit causa tantorum facinorum? Num fortasse solus hōō virtute sua talia potē efficere? At nullus ignorat tantam hoīnis, aut intelligendi aut operandi deesse facultatem. Num hęc Deus ipse operatur? At quum plerumque contingat hoīēs obsessos, licet alioquin pios, in enormes blasphemias erumpere, illarum profecto causa Deus ēēē n̄ potē. Causa igitur talium superior media ē inter Deum et hoīēm. Ergo prętera existit Spiritus, sive Angelus.

Pro Ppōo quoad 2dam partem. Si nāāli rāōne demonstrari evidenter potē Angelorum existentia, vel hujusmodi demonstrāō deducitur ex eorum nāā, vel ex productrice illorum causa, vel demum ex quibusdam effectibus, et operationibus. Sed neque eorum nāā demonstrat actualem illorum existentiam, quum solus Deus, utpote essentialiter independens, et perfectissimus, ex propria nāā necessario existat, Creaturę vero, quęcumque sint, ex propria nāā habeant ut possint existere, n̄ ut actu, et necessario existant: Neque eos existere evincit productiva eorum causa, quum Deus qui n̄ necessario, sed libere extra se operatur, quemadmodum a cujuscumque alterius creaturę, ita ab Angelorum creatione potuerit abstinere. N̄ demum ex effectibus id demonstratur, quia nullus adduci potē effectus, nulla tam mira, et stupenda operāō quę aliis causis sive bonis, sive malis tribui n̄ possint. Nāālis igitur rāō nulla suppeditare nobis potē certa argumenta, quę evidenter probent Angelorum existentiam.

Dices 1. Veteres aliqui Philosophi agnoverunt existentiam Angelorum. Plato n. tum in Tymęo, tum in Convivio Angelorum meminit, eosque inter Deum, et hoīēm medios facit et Aristoteles Lib. 12 Physicorum scribit astra ab Angelis moveri. Ergo sola nāāli rāōne ostendi potē existentia Angelorum.

R. conc. ant. dist. conseq. Ergo sola nāāli rāōne ostendi probabiliter potē existentia Angelorum conc: evidenter nego conseqm. Ex iis, quę huc usque dicta sunt consequitur hujus argumenti solutio. N̄ n. quidquid antiqui Philosophi, cęteroquin doctissimi, admiserunt, certum illud, atque evidens ē; quum n̄ omnia aut evidenter demonstraverint, aut demonstrare evidenter contenderint. Cęterum, si haud obscure de Angelis tractarunt, mirum ēē n̄ debet. Plura n. a Judęis acceperunt, inter quos discendi cupiditate aliquando versatos fuisse, tradunt viri eruditi. Deinde, n̄ multi Hebraicam linguam callere noterant, et sacros fortis Libros legere; quos quidem iam ante expeditionem Alexandri Magni grece fuisse redditos, quamplurium doctorum hoīum opiniō ē. Atque ad Platonem potissimum quod attinet, certum ē, si D. Augustino fidem habemus, ex Pentateucho Moisis, quem legerat Angelorum existentiam desumpsisse. Astrorum vero motus n̄ ē, cur ab Angelis efficiatur, quemadmodum putavit Aristoteles. Nam sicuti cęlestium corporum motus a Deo rerum omnium causa habuit originem, ita a Supremo Mundi Artifice absque alia intelligente 2da causa perpetuo potē conservari.

Dices 2do. Existentiam Angelorum pertinere ad necessariam universi perfectionem. Si enim existit in mundo creatura mere corporea, uti sunt lapides, arbores et alia hujusmodi. Si existit creatura partim corporea, partim spiritualis, cujusmodi est homo; necesse est adesse etiam creaturam omnino incorpoream, qualis est Angelus. Quum ergo Deus mundum perfectum condiderit. A summo quippe bono nulla res proficisci potest, quin sit valde bona: debuit in mundo Angelicam naturam producere.

R. substantiam a corpore omnino secretam spectare quidem ad majorem universi perfectionem, non tamen ad perfectionem necessariam, quae scilicet in mundo actu, et necessario debeat existere. Hinc sicuti, licet in potestate Dei fuerit mundum hunc perfectiorem condere, et licet innumerae aliae sint possibiles creaturae omnibus, quas nunc conspicimus, perfectiores, non tamen necesse est, quod Deus et perfectiorem mundum, et perfectiores condiderit creaturas: ita licet intellectualis omnino, et incorporea natura universi pulchritudinem, et ornamentum augeret, eaque natura ut possibilis perfectio conjungitur, non tamen propterea sequitur illam revera creaturam existere. Si perpendatur, quia duplex in creatis rebus distinguenda est perfectio, alia scilicet relativa quae est ordo ad primam, et supremam causam, alia vero absoluta quae est in quavis creaturarum naturalis conditio. Primam quidem perfectionem necessario Deus mundo contulit, quum omnia, quae ab eo facta sunt, ad authorem suae bonitatem, tanquam ad finem ultimum, referenda sint, et a Deo praescriptas motus, et operationis leges debeant servare. Verum perfectionem absolutam, pro suo divino beneplacito, singulis rebus elargitur, creatae aut corpus, prout ipsi lubet, aut spiritum. Deus igitur, tametsi non condidisset Angelos, mundum nihilominus condidisset perfectum, qui non positive sine Angelis imperfectus esset, sed tantum negative, per negationem scilicet majoris perfectionis. Accedit, diverso huic incorporearum creaturarum ordini supplere rationales animas a corporibus separatas, quae spirituales omnino sunt, praesertim quum, sola attenta naturali ratione, dubitari merito possit, utrum omnes fuerint initio creatae, et extra corpus in se ipsis subsistant tanquam totales, et completae substantiae.

Dices 3tio. Angelus idem est, ac nuntius, sed necesse est Deum habere nuntios, qui sua divina mandata hominibus referant. Ergo etc. Confirmatur primo, quia ad cujusque Regis, adeoque ad Dei etiam majestatem pertinet habere nuntios. Confirmatur 2do, quia perfecta beatitudo aliorum gaudet consortio, et societate, quae est aliquid bonum, Deus ergo, quum sit summe beatus, gaudere debet consortio Angelorum.

R. Deum, qui summe perfectus est, citra ullum incommodum, et absque ulla molestia, et imperfectione, omnia per se ipsum posse praestare, quae per Angelos si existerent, efficeret, aut certe per inspirationes, et revelationes, sive per rationales etiam animas a corpore separatas Angelorum munera posse obire. Hinc ad primam confirmationem, eadem divina majestas, quae ab aeterno sine Angelis fuit perfectissima, non potuit unquam Angelorum ministerio indigere. Et parum refert, quod terreni Principes tot egeant ministris. Siquidem quum hujusmodi sint, ut ob impotentiam, finitam cognitionem, et qualitatem naturae nequeant per se solos aut rebus omnibus providere, aut subditorum fidem sibi conciliare, pluribus indigent ministris, ut rectus Reipublicae ordo possit conservari. Verum Deus, quem nos omnipotentem, immensum, omnibusque perfectionibus praeditum concipimus, omnia per semetipsum potest obtinere. Ad 2dam confirmationem, beatitudo finita, et creata aliorum gaudet societate, et consortio, quia quum singuli homines, quantumvis beati, non omnibus perfectionibus praediti sint, necesse est, ut aliorum perfectionibus fruantur. Sed Deus, qui summam continet beatitudinem, quae in perfecta omnium perfectionum possessione consistit, quamque ab aeterno sine Angelis habuit, ut beatior evadat, aliorum haudquaquam indiget societate. Caeterum, etiamsi societas ista necessaria foret, rationales animae a corporibus separatae sufficerent.

Dices 4to. Plures sunt in universo effectus, qui nonnisi ab Angelis proficisci possunt. Ergo etc. Pro antecedente ex iis, quae Energumeni aut eloquuntur, aut operantur.

R. neg. ant. et conseq. Nam effectus omnes, qui in Energumenis tantopere admirantur, quique humanae naturae vires superare videntur, aliis causis, quin deveniendum sit ad Angelos, tribui possunt. Deus enim, qui, supposito Angeli, ad omnes eorum operationes immediate concurrit, haec omnia potest per se in Energumenis efficere vel immediate, vel mediate per aliquam organum vel in talibus circumstantiis atque ob fines sibi notos concessum; non secus ac Sanctorum virorum miracula et patravit olim sine Angelis, et nostris quoque temporibus, sine Angelorum virtute per semetipsum efficit. Quod si immediata haec Dei operatio non arrideat, illud certe statui potest, plures scilicet animas humanas in eodem corpore, permittente Deo, unitas, haec omnia in Energumenis praestare, adeo ut ea phaenomena, quae malis Angelis tribui solent, malis hujusmodi Defunctorum animabus sint adscribenda.

Caput 3tium

De tempore, et loco creationis Angelorum

Angelos non ante corporei hujus Universi productionem, sed una simul cum universo fuisse conditos ex sacris literis non obscure colligitur. Exodi n. 20 num. 11 haec habentur: Sex diebus fecit Dominus Coelum, et terram, et mare et omnia, quae in eis sunt, Quare, quum etiam Angeli Coelorum, et terrae ambitu comprehendantur, sequitur eos quoque sex dierum spatio fuisse a Deo creatos. Neque nos movet, quod opponi solet ex veteris Ecclesiae Patribus nimirum, quod si Angeli una cum hoc corporeo Mundo conditi fuissent, mentionem de iis aliquando fecisset Moises, quum tamen altum de iis servaverit silentium. Nam huic objectioni occurrimus cum D. Thoma asserente Angelos in prima illa rerum creatione non fuisse a Moise praetermissos, sed Coeli, ac lucis nomine designatos, ut constat

D. Augustinus Lib. 11. de Civitate Dei. Quod si vel silentio praetermissi sunt vel inter corporeas res enumerati, hoc ideo factum est, quia Moyses rudi populo loquebatur ad res spirituales intelligendas minime idoneo, atque in idololatriam propenso.

Quod attinet ad locum, in quo creati fuerunt Angeli, non alium fuisse, quam Caelum Empyreum, docet S. Thomas. In eo enim loco conditos fuisse statuendum est, a quo praevaricatores dejecti ceciderunt; Atqui ceciderunt e Caelo Empyreo ut patet ex illo Luc. Cap. 10 n° 18: Videbam Satanam, sicut fulgur, de Caelo cadentem, cui convenit et illud Isaiae Cap. 14. n° 12 Quomodo cecidisti de Caelo Lucifer, qui mane oriebaris? ubi de supremo Caelo mentionem fieri testatur Augustinus Lib. 11 de Civitate Dei. In Empyreo igitur caelo conditi fuerunt Angeli.

Caput 4tum

De immortalitate Angelorum.

Quum vel ab ipsis Ecclesiae Patribus et mortales, et immortales dicti sint Angeli, ut has veluti discrepantes sententias ad concordiam revocemus, animadvertendum est diversimode Angelos vocari posse mortales. Imprimis enim mortale illud dicitur, quod alicui mutationi subest, unde Augustinus Lib. 11. de Trinitate, Cap. 9 ait Ipsa mutabilitas non inconvenienter mortalitas dicitur, secundum quam et anima dicitur mori. Et contra Maximum: omnis mutatio est quaedam mors. Nam quod mutationi obnoxium est, desinit quodammodo esse. Porro in hoc sensu mortales sunt Angeli, quum de loco in locum, et de operatione in operationem possint transire. 2do illud appellari solet mortale, quod virtute divina potest in nihilum redigi, quo sensu idem S. Augustinus Epist. 50 ait non ob aliud res deficere posse, nisi quod ex nihilo factae sunt; Atque mortalitatem hanc creaturis omnibus, adeoque etiam Angelis convenire certum est. Siquidem, tametsi Angeli non sint morituri, quum eorum mors a Deo impediatur, mortales tamen sunt, ut ajunt Scholastici ab extrinseco, quum aliud sit non esse morituros, aliud esse vere, et proprie immortales. Hinc Plato ipse, ut scribit in Theologicis Proclus docuit minores Deos, scilicet Angelos nec esse immortales, nec tamen morituros. 3tio mortale dicitur, quod ab alio immortalitatem accepit. Hinc Autor responsorum ad orthodoxos Solus Deus immortalitatem dicitur habere, eoque non ex alterius voluntate eam habet, sicut caeteri omnes immortales, sed ex suapte essentia. Ut paucis omnia complectar, mortale est illud, quod alicui subjicitur mutationi, quod ex nihilo productum est, quod Dei voluntate non deficit. Quare, quum Angeli et ex aliqua parte immutentur, et ex nihilo producti fuerint, et a Dei voluntate habeant, ne deficiant, manifestum est eos quodammodo esse mortales.

Verum si immortalitas sumatur, quatenus idem est, ac permanentia substantiae, quae nullam habet intrinsecam potentiam inclinantem se ad non existendum: Angeli natura sua dicendi sunt immortales. Id autem duobus potissimum argumentis confirmatur. Primum est. ~~omne corpus~~ Omne, quod suapte natura ~~[illegible]~~ corrumpitur dissolubile est quod est dissolubile partes habet, quod habet partes extensum est, atque corporeum; sed Angeli non habent corpus. Ergo neque partes habent, quae dissolvi, et naturaliter possint interire. 2dum argumentum est. Si deficeret Angelus, non ad instar corporearum rerum, per corruptionem deficeret, sed per suam annihilationem. Atqui nulla res potest naturaliter in nihilum redigi, sed per hoc duntaxat, quod causa superior extrinseca suam subtrahat conservationem, quemadmodum ex nihilo nulla res producitur, nisi per Creatoris omnipotentiam. Ergo naturaliter nequeunt Angeli deficere. Ergo sunt immortales.

Pneumatologiae

Liber 3tius.

De Mente humana.

Caput i.

De natura mentis humanae.

Postquam de mentibus ab omni materiae commercio secretis, quae naturali ratione investigari possunt, disputavimus; constituta nos admonet methodus, ut 3tium genus mentium organicis nostris corporibus unitarum contemplemur. Res equidem non ita facilis est, quae in accuratam, solidamque quaestionem vocetur, ita tamen necessaria, ut, ea ignorata, ignorare nos nosmetipsos necesse sit. Duplex quaestio est, inquit D. Augustinus Lib. 2. de ordine, Cap. 18; una de anima, altera de Deo. Prima efficit, ut nosmetipsos noverimus, altera ut originem nostram. Illa nobis dulcior, ista carior. Illa nos dignos beata vita, beatos haec facit.

Sunt qui de anima nostra inique philosophantur, utpote qui medium tenentes nullum, ad extrema plane opposita confugiunt, vel animam humanam ad Angelorum naturam, et dignitatem extollentes, vel ad Belluarum, et rerum etiam inanimatarum sortem deprimentes. Certe tot sunt in hac re diversae, atque inter se contrariae maximorum etiam Philosophorum opiniones, ut nullus fortasse in tota Philosophia major, atque intricatior sit labyrinthus; Propterea multas quum enumerasset Tullius Harum, inquit, sententiarum, quae vera sit, Deus aliquis viderit, quae verisimillima, magna quaestio est. Et Lactantius aliquas commemoraturus. Quid autem

sit anima, n̄dum inter Philosophos convenit.

Ad veterum Philosophorum placita quod attinet; Fuere, qui animam corpoream naturam dixerunt, fuere etiam, qui incorpoream. Qui animam esse corpus putarunt, ii sane permulti sunt. Nam quemadmodum ex variis elementis constare omnia volebant, ita et circa animam, referente Aristotele, ratiocinabantur. Et quod anima quidem esset ex sola terra, nemini dictum, sed ex sola aqua, memorat Hipponem in ea fuisse sententia, eo quod semen, a quo vocatur anima prima, humidum esset. His accedunt qui antiquitus mechanicam philosophandi rationem sequuti sunt. Ex his nonnulli animam esse corpus quoddam tenuissimum opinati sunt, vel ignem, vel aereum fecerunt, ut de Anaximandro testatur Theodoretus, de Anaximene Macrobius, de Anaxagora, et Arcesilao Stobæus; vel non ignem, inter quos ab Aristotele enumerantur Leucippus, et Democritus, qui ut ignem, sic animam coalescere voluerunt ex rotundis atomis, quæ totum corpus permeare, et movere facile possent. Zeno vero, universique Stoici, teste Tullio, ignem commiscuere rebus omnibus, ex quo omnes Deos, animasque deduxerunt. Ceteros mitto, qui non unicum assumpsere elementum; atque ad eam opinionem venio, quæ animam in sanguine collocat, secundum illud Virgilii Æneadum 9.

Purpuream vomit ille animam.

Et sanguinem quidem Chrysias apud Aristotelem dixit esse animam, persuasus fortasse, sentiendi vim, quæ in anima comperitur, e sanguine prodire; cui et consensit Empedocles. Hanc [illegible] fortasse [illegible] multi quod sanguinis detractione et excedere animam, et [illegible] vitam, experientia compertum sit. Hæc veterum Philosophorum [illegible] qui animam corpoream fecerunt naturam.

Videamus modo, quinam ex antiquis, et quomodo animam hominis corpus non esse contenderint. Spiritualem esse animam præ ceteris arbitrati sunt Pythagoras, Plato, ipsique adeo universi Pythagorei, et Platonici, qui aut illam habent veluti substantiam, seu quiddam existens per se, haud veluti formam, et qualitatem, hoc est accidens, inseparabileve adunctum. Ac Pythagoram [illegible] animam [illegible] partem [illegible], tradit Laertius. Alii vero ex quibus Platonicus, asseruerunt animam, propter suam simplicitatem, jungi immediate non posse crassis huic corporis, ideoque necessum esse, ut quendam induat quasi corporis florem, spiritum videlicet tenuissimum, seu igneum seu aereum, quo mediante alium deinde sumat paulo crassiorem, ac postea alium, et rursus alium, quousque in humores possit recipi, ac tandem in carneas, et alias solidiores partes transire.

Christiani [illegible], qui [illegible] Platonicæ Philosophiæ adhæserant, [illegible] hominis animam [illegible] uno [illegible] excepto Tertulliano. Constant [illegible] ~~Bracarense et Viennense~~ Concilium id expressis verbis definivit, quum dixit Verbum divinum assumpsisse carnem, animam rationalem, atque incorpoream. Sententiam hanc, ut prætermittam Bracarensem, et Viennensem, confirmavit sub Innocentio 3tio Lateranensis 4ta Synodus in Decreto contra Albigenses, quum statuit Deum ab initio temporis utramque de nihilo condidisse creaturam, angelicam, et mundanam, deinde humanam, quasi communem ex corpore, et spiritu constitutam; adeo propterea, ut Gratianus in 2da parte Decreti, Causa 24, quæst. 3. Cap. [illegible] autem Hæretici inter Hæreticos enumeret Tertullianistas animam corpoream prædicantes. Non defuere tamen, et nostris quoque temporibus non desunt apud Heterodoxos potissimum, maximi nominis Viri, qui mentem humanam vel esse corpus existimant, vel corporis qualitatem, atque affectionem. 3o abhinc sæculis, corpoream naturam esse animam sensit Petrus Pomponatius in Academia Patavina Prælector, et Philosophorum illius ætatis facile Princeps, qui eam per seminales vires traduci asserebat. Post Pomponatium Thomas Hobbesius Britannus secta Epicureus, et professione Atheus mentem hominum incorpoream esse negavit, quum suis in Libris nihil aliud esse operationes mentis contendit quam actiones, et reactiones cerebri. Ab Hobbesio non dissentire videtur Joannes Lockius, qui Lib. 4. de intellectu humano, Cap. 3. n.o 6. in dubium revocat, utrum cogitatio materiæ affectio esse possit: Ac tandem superioribus annis in [illegible] Libro inscripto Homo machina, ejusdem opinionis se se ostendit [illegible]; ut merito propterea Parisiensis Senatus Decreto, indignum adeo opus per manus Carnificis in ignem fuerit injectum; et illius author metu fortasse permotus se se, ut ferunt, ad Regem Borussiæ contulerit. Ut autem Theoriam hanc adversus tam veteres, quam recentiores Epicureos, clarius, evidentiusque, quo fieri potest, agamus, sit

[illegible] 1. Quod cogitat in homine omnino diversum est a materia; sive: Materiæ repugnat cogitatio.

Pro [illegible]. [illegible] extensionem, soliditatem, inertiam, mobilitatem, [illegible], [illegible], Gravitatem, et vim attractionis, quæ corporis nostri [illegible], et ceterorum quorumcunque corporum [illegible] sunt; aliud quiddam in nobis animadvertimus, quod cum [illegible] intelligimus nullatenus convenire. Objecta quippe percipimus, hujusmodi perceptionum, sive idearum consilio [illegible], de perceptis rebus judicamus, et ratiocinamur. Uno verbo: est in nobis cogitatio, quam materiæ esse veluti affectionem quandam nihili immerito suspicaremur. Nam ut recte argumentatur Henricus Morus in Præfatione ad Libros de immortalitate Animæ, tum Lib. 2. Cap. 1, et Antonius Genuensis 2da parte Elementorum Metaphysicæ, Cap. 1. quum præter motionem, in corpore nullam aliam actionem intelligamus (Omne quippe incrementum, decrementum, generatio, [illegible] [illegible]) si cogitationem materiæ convenire posse in animum induxerimus, non alio modo [illegible] judicium, ratiocinationem existimare possumus quam motiones [illegible], actione [illegible], et reactione [illegible], et [illegible] [illegible] actione: [illegible] [illegible] mentis [illegible] asserit nemo.

Nam primo, si ~~[illegible]~~ objectorum simplices perceptiones, cerebri motiones sunt, ut placet Hobbesio, necesse erit, ut tot sint in cerebro diversæ, atque inter se distinctæ motiones, quot sunt inter se distinctæ atque diver

sæ rerum ideæ. Sicuti n., quia nihil aliud soni sunt, quam tremuli, seu subsultorii motus exiguarum partium sonantis corporis, ut chordarum in ~~[illegible]~~ Psalterio diversi toni A, B, C, D, explicentur, statuendi sunt diversi, atq. inter se distincti tremuli motus P, Q, R, S, (inepte quippe, et perridicule contenderes quis, eodem subsultorio motu P, produci diversos, atq. distinctos tonos A, B, C, D) ita, quia in hypothesi Hobbesiana nihil aliud sunt ideæ, quam actio extimarum cerebri partium in intimas, et reactio intimarum in extimas, tot profecto erunt in nostro cerebro motiones, seu tot erunt distincti, atq. diversi actionis, et reactionis partium cerebri conflictus, quot sunt in nobis distinctæ, atq. diversæ ideæ; et tamdiu perseverabunt in cerebro diversæ hujusmodi motiones, quamdiu diversæ ideæ nobis vivide obversabuntur.

Porro, quum motus sit actio, qua Ens de loco extrinseco in locum extrinsecum fertur, seu, translatio corporis ex una in aliam spatii partem (moveri siquidem corpus A non intelligimus, nisi a spatii parte A transferatur in B, vel C, vel D, etc.) necessario consequitur, ut argumentatur Genuensis parte 2da Elementorum Metaphysicæ, Cap. 1, alicujus corporis motum in eadem indivisibili spatii parte fieri non posse, adeoq. diversas, atq. distinctas Hobbesianas ideas, quæ ex actionis, et reactionis conflictu resultant, in indivisibili cerebri parte non posse excogitari; neq. etiam quod in parte illa, seu puncto indivisibili, diversi, atq. distincti motus tamdiu perseverant durare, quamdiu claræ, atq. vividæ rerum ideæ in nobis perdurant. Huic veri clarissimi et castissimo momento sequentem addimus Demonstrationem. Si motus in eadem indivisibili sive spatii, sive materiæ parte haberi non potest, tot necessario actu existent in cerebro inter se divisæ partes, quot sunt cerebri actiones, et reactiones singulas ideas repræsentantes (actio quippe unius particulæ cerebri in aliam negi quidem potest, quin eadem concipiatur particula translata ab A in B. Eademq. ratione intelligi nequit reactio secundæ cerebri particulæ in primam, quin intelligatur translata a B in A) Jam vero quum nos nati simus ad contemplandum summum universi Artificem, et totum simul universum, tantus est in singulis hominibus, ac Philosophis potissimum, idearum numerus, ut pene sit infinitus. Nam quot sunt in mundo diversa, et distincta corpora, ut substantias materiales corpore haudquaquam donatas, quot sunt eorumdem corporum diversæ magnitudines, figuræ, vires, attributa diversa atq. diversæ proprietates, tot necessario existunt singulorum hominum de objectorum similitudines, seu ideæ; adeo ut ferme infinitus sit, aut saltem esse possit in singulis hominibus idearum numerus, quemadmodum infinita fere actu existunt, aut existere possunt objecta nostrarum perceptionum. Juxta ergo, uti superius demonstravimus, tantus admittendus sit in cerebro motionum diversarum, distinctarumq. numerus, quantus est numerus diversarum idearum, quas cerebri motiones repræsentant: hujusmodi autem motiones, uti pariter probatum est, in indivisibili materiæ parte concipi non possunt; jam tot erunt excitandæ in cerebro nostro divisæ particulæ, quæ singulis totius universi partibus correspondeant, aut saltem correspondere possint; propterea Cerebrum asserendum erit divisibile in partes numero quasi infinitas, quæ quidem non mathematice tantum, sed actu, et physice sint inter se divisæ, sicuti actu sunt inter se divisæ, ~~[illegible]~~ rerum universarum ideæ: Quæ quantum a recta ratione distent, nemo est, qui non videat.

Non possunt itaq. admitti ideæ Hobbesianæ, quin adeo exiguæ fingantur motæ cerebri partes tot ideas exhibentes, ut realiter non sint divisibiles [illegible] motiones, et ideæ Hobbesianæ. Hinc apposite ad rem nostram Phricus Morus de immortalitate animæ Lib 2 Cap 1. Hæc parvitudo, quæ tam exigua est, ut partes integrales realiter distinguendas proprie non habeat, quin potius est subjectum receptivum adspectus, puta dimidiati horizontis simul? Quæ certo afficitur reali, distinctorum motu a realibus, distinctisq. partibus objecti visi procedente .... Præterea si hæc tam minuta parvitas distincte cujusvis potest objecta varigata, puta omnia sunt, ... aeris, et atmosphæræ particulas, luminis globulos, et subtilissimam quamq. texturam partium corporum opacorum recipere possit.

Quod si rerum simplices perceptiones corporei motus esse non possunt, neq. judicia, ratiocinationes, aut conscientia idearum, judiciorum, ratiocinationum, motiones cerebri esse poterunt; imo multo minus erunt actionis, et reactionis cerebri conflictus, quam simplices objectorum perceptiones, de quibus hactenus disputavimus. Judicium n. est plurium idearum, earumq. relationum perceptio Ratiocinatio est perceptio, et collatio plurium judiciorum Conscientia idearum, judiciorum, ratiocinationum est perceptio idearum, judiciorum, ratiocinationum, adeoq. tot sunt inter se diversæ, atq. distinctæ perceptiones, quot sunt diversa, atq. distincta judicia, ratiocinationes, et conscientiæ perceptionum, judiciorum, ratiocinationum. Quomodo ergo concipi poterunt veluti distinctæ cerebri motiones, si simplices perceptiones nequeunt concipi tanquam distincti cerebri motus? Quomodo tantus excitari poterit in Cerebro partium numerus, qui correspondeat numero tot judiciorum, ratiocinationum, conscientiarum; si tot fere non possumus in distinctis cerebri particulis motiones, quæ repræsentant series idearum? Verum quid plura? Adeo certum est vim cogitandi non esse propriam materiæ vim, neq. cum corporeis motibus esse confundendam, ut interdum Hobbesius sui immemor systematis id fassus sit verbis apertissimis; ait n. in Leviathane [illegible] sibi persuadeat, motione externorum objectorum, non tantum motum, sed et perceptiones produci. Joannes etiam Lockius, qui saltem materiam cogitare posse dubitavit, et Lib 4. de intellectu humano plura ad hanc statuendam hypothesim argumenta collegit; aliis in locis secus opinatus est, imo validissimis rationibus demonstravit convenire non posse corpori cogitationem. Nam primo Lib 4. de intellectu humano cap 10 statuit duo esse genera Entium, cogitantium nempe, et non cogitantium: 2do Ens cogitatione destitutum non posse Ens cogitans producere, aut se ipsum movere. 3tio omnes materiæ particulas cogitatione carere: Quæ certe omnia satis, superq. ostendunt, opinionem illam de materia cogitante confictam duntaxat esse hypothesim. Nam hoc dictant veritas, conficteq. hypotheses ut illi tunc solum veri apparent, quum earum amore incaluit animus, Veritas autem semper eadem stabilis est veritas solis lumini, similes sunt confictæ hypotheses lumini, quod somniamus.

Opponunt 1. Potest cogitatio esse attributum aliquod materiae, quin sit materiae motus. Ergo proposita superius momenta nihil evincunt. Pro: ant: Ignoramus, utrum omnes corporis actiones dicendae sint motiones, vel aliae existant re ipsa in corpore actiones, quae motiones non sunt. Hoc posito, potest cogitatio esse. Ergo etc. Pro. min. Ignota nobis est intima corporis essentia. Ergo etc. Ant. certum est secundum Newtonianae potissimum Physicae principia. Consequentia patet. Nam, si ignoramus corporis essentiam, non inde recte possumus concludere, nullas esse in corpore alias actiones, quam quae motiones appellantur.

R. neg. ant. ad prob. neg. min. ad prob. conc. ant. neg. consequentiam. Quia Philosophi omnes, imo cuncti homines persuasi sunt, actiones quascumque corporis esse motiones, mutationes nempe loci, situs, figuraeque; recte idcirco ratiocinati sumus, quum demonstravimus, vel cogitationem non esse attributum aliquod, aut proprietatem corporis, vel nihil aliud esse quam motiones corporis. Nam, ut statuit Antonius Genuensis Parte 2da Elementorum Metaphysicae Postulato 1., et multo ante Genuensem Cl. Stillingfleetus in Disputatione cum Lockio, quum omnis nostrae cognitionis ambitus nostrarum idearum contineatur, ex ideis, quas habent homines, philosophari debemus; nisi summorum quorumdam ingeniorum sequi velimus indignam tum scribendi cum disputandi rationem, qui ut sapientiores existimentur, ea in medium quandoque proferunt, quae ne ipsi quidem intellexerunt, aut intelligere unquam potuere. Nobis persuadeamus oportet, habere mentes humanas terminos suos; neque posse nos, in iis potissimum, quae ad nostram cognitionem pertinent, systemata a ceterorum hominum ideis aliena excogitare, quin res effingamus omnino ignotas, atque ineptas, quas nisi Joviales, aut Saturnales homines ~~[illegible]~~ percipiant, Telluris profecto incolae percipient nunquam. Ex sapientibus se se ridiculos faciunt, qui novis semper abstractis ideis studentes, Pythagorae numeros, formas substantiales Aristotelis, intellectum universalem Arabum, Animam mundanam, rerumque omnium sensum, ac perceptionem Campanellae, cognitionem omnium in Deo Malebranchii, harmoniam praestabilitam, et Monades Leibnitii, atque alia consimilia vel excitasse, vel invenisse gloriantur, quae nusquam fuerunt, aut futura sunt; adeo ut in philosophando ea ~~[illegible]~~ ~~proponere~~ non liceat, quae omnem nostrarum idearum ambitum, omnemque perspicientiam fugiunt. Porro in hoc aspectabili universo nihil esse praeter materiam, et motum, communis est universorum hominum opinio; ita ut contrarium asserere nullo modo possit Philosophus, quin adversus ideas, quae in omnibus existunt, ratiocinetur. Mediante motu, inquit Joannes Keilius cum omnibus melioribus Philosophis Introductione ad veram Physicam Lectione 6, se prodit natura ea rerum varietate agendi, quae videri non sine stupore debet; eo sublato, omnis periret Mundi ornatus, et spectabilis pulchritudo; atque horrendae tenebrae, et infinitus torpor res omnes occuparent. Ab hoc pendent dierum, et noctium vicissitudines, frigoris, et caloris, nivis, pluviae, et serenitatis sese mutuo excipientium tanta varietas, atque anni tempestates omnes. Per motum crescunt Plantae, nutriuntur arbores, vivunt animalia, quorum ipsa vita nihil in motu, hoc est sanguinis circulatione consistat. Sed quid singulis enumerandis morer, quum res omnes ex motu nascantur? Quare, si secundum hominum ideas nihil est in natura praeter motum atque actiones quorumcumque corporum motiones sunt; merito cum superius laudato Henrico Moro asseruimus, cogitationem esse materiae aliquem motum, si nihil est in universo praeter materiam, et si principium cogitationis non est aliquid a materia diversum.

Neque est, cur sibi Materialistae persuadeant, perceptionem esse fortasse posse materiae attributum a motu materiae diversum, quum nos ignoremus omnia materiae attributa, ignorata intima illius essentia. Cum Lockio, Musschenbroekio, atque universis Newtonianae Philosophiae amatoribus, fatemur ingenue, latere nos corporis naturam, illud nempe, quo posito, corpus ponitur, quo sublato, corpus tollitur; quum, licet octo superius enumerata corporis attributa intelligamus, nondum tamen demonstrare possimus, omnia nobis, quae in corporibus sunt, innotuisse. Verum non ignoramus, imo certo scimus, quaecumque innotescerent excogitanda fortasse corporis attributa non esse repugnantia cum attributis, quae hactenus novimus; ideoque sumus ea quoque vel ab excitato, vel a suffocato corporis motu profectura, quemadmodum illa, de quibus inter se Philosophi conveniunt. Etenim, ut recte argumentantur P. D. Hyacinthus Sigismundus Gerdil in sua Demonstratione immaterialitatis animae adversus Lockium Parte 3, Sect. 3 n° 40, et Genuensis Parte 2da Elementorum Metaphysicae, Cap. 1; si vis cogitandi corporea vis est, a vi motrice distincta, atque diversa; vel hujusmodi cogitandi vis exerit in corpore actiones suas motionibus quibusdam corporeis, vel quibusdam motionibus alterius omnino generis. Si primum: perceptiones itaque corporeae, cerebri scilicet motiones sunt, atque vis ipsa cogitandi corporea vis motrix est. Si 2dum: quum motus, et cogitatio generis sint diversorum a se mutuo haudquaquam pendentium, imo totis essentiis differentium; vis quoque cogitandi, atque vis motrix totis essentiis a se invicem distabunt, ita ut altera alteram destruat, neque ex viribus illis diversarum essentiarum una, eademque corporea substantia possit constare. Quapropter, vel perceptiones nostrae, si sunt affectiones substantiae corporeae, corporis, adeoque cerebri motiones sunt, vel, si motiones non sunt, actiones erunt substantiae a corporea substantia omnino diversae.

Opponunt 2do. Quamvis vis cogitandi a vi corporis motrice diversa sit, ea tamen convenire potest substantiae corporeae. Ergo etc. Pro ant. Quamvis aliae sint vires a vi corporis motrice omnino diversae, eae tamen secundum summorum Philosophorum systemata, conveniunt corporibus. Ergo etc. Ant. prob: Praeter motricem vim, secundum meliores Philosophos, sunt in omnibus corporibus vires quaedam activae, quae habendae sunt incorporeae. Ergo etc. Ant. certum est. Nam Leibnitius in Actis Eruditorum Lipsiae: Hartsoekerus in Cursu Physico, Cap. 1. et Genuensis Elementorum Metaphysicae Parte 1 Propositionibus 94, 95, et 96, clarius loqui non poterant. Accedit, quod vis Electrica, vis, qua corpora gravitant, et vis, qua omnes materiae particulae ad se mutuo accedunt, seu universalis vis attrahens Newtonianorum nihil aliud sint, quam vires incorporeae substantiae corporeae, adeoque omnino diversae a viribus, quas in corporibus vulgo agnoscimus. Cur ergo substantiae

corporeę adscribi n̄ poterit vis cogitandi incorporea?

R. ne: ant. ad prob. ne. ant. ad prob: dist. ant. Præter motricem vim etiam sunt in corporibus vires quędam activę, quę habendę sunt incorporeę, hoc ē, quę habendę n̄ sunt veluti corpora conc. sunt vires quędam activę, quę omnino habendę sunt incorporeę, et a vi corporum motrice essentialiter diversę ne. ant. et consequens. Laudati Philosophi, qui in omnibus corporibus vim quandam essentialem agnoscunt, qua sibi mutuo resistant, seu vim quandam motricem primitivam, duo in corporibus semper agnt, non idcirco eam incorpoream nuncupant, quod putent eē essentialiter diversam a viribus V.G. aut centripetis, aut centrifugis corporum; sed ut indicarent duntaxat hujusmodi activam vim n̄ eē mãam, aut corpus, verum corporis solummodo affectionem, seu modum. Arabum, et Scholasticorum Peripateticorum Philosophia substantiarum modos totveluti substantias fecerat: Quia massam V.G. mãæ terream contemplabantur, quin ejus vel pyramidalem, vel conicam figuram eodem tempore excogitarent, sibi effinxêre hujusmodi figuras veluti res quasdam propria existentia donatas, quę tñ per se n̄ subsisterent, sed alteri rei, substantię scilicet inhęrerent. Quoniam itaq. contra mãalem raonem laudati Philosophi modos, seu accidentia corporum cum ipsismet corporibus pperam confundebant, asserentes motum, figuram, soliditatem, aliaq. id genus corporea attributa totidem eē corporeas entitates; n̄ immerito Leibnitius, Hartsoekerus, cęteriq. recentiores Physici, mãæ affectiones dixerunt incorporeas, ne scilicet cum Scholasticis Peripateticis modos, et affectiones corporum veluti mãales entitates, ac quędam quasi corpora facerent. Hoc annuloquutos fuisse laudatos Philosophos, certo certius ē. Nam iidem ipsi, qui vim electricam, qui vim gravitatis, qui universalem vim attrahentem incorporeas vires nuncuparunt, fassi sunt eas eē vires ita corporibus peculiares, ut convenire spiritibus nullo modo possent; adeo ut per eas, tanquam p corporea attributa, et corporeas proprietates essentialiter distinguantur a spiritibus corpora. Sunt ergo, secundum recentiores Philosophos, aliquę in corporibus incorporeę vires, eo modo quo, secundum mathematicos, puncta, lineę, et superficies in corporibus existunt; sicuti tñ puncta, lineę, et superficies incorporeę sunt, quatenus non sunt ipsa mãa; ita incorporeę sunt corporum vires, propterea quod ipsamet corpora n̄ sunt. Verum, quemadmodum lineę, et superficies, tametsi mãa haudquaquam sint, in mãa tñ existunt, tanquam illius modi, atque termini mãales; ita, licet corporum vires incorporeę sint, corporibus tñ conveniunt veluti corporeę eorum affectiones. Paucis. Incorporeum ~~vel in sensu lato, et impropprio dici potē, vel in sensu rigido, et proprio~~. Primo mãe, quod non præsefert raonem corporis, quod nimirum neq. solidum ē, neq figuratum, neq. mobile est, in corpore tñ recipi potē veluti attributum, ac proprietas corporea. 2dum ē, quod totā essentia differt a corpore, nec corpori propterea potē convenire. Primę incorporeę vires recte admittuntur in corporibus; incorporea autem cogitandi vis, quę, uti superius demonstravimus, a vi corporis motrice omnino diversa ē, atq. essentialiter differt a cęteris corporis viribus, quę incorporeę dicuntur in sensu lato a quibusdam Philosophis, n̄ potē excogitari veluti corporeum quoddam attributum.

Instabunt. Quanquam vis cogitandi non ē attributum ejusdem nãę cum cęteris corporeis attributis, potē tñ corpus cogitare. Ergo etc. Pro. ant: n̄ repugnat, fuisse a Deo creatam fluidam quandam substantiam nãę diversę ab iis corporibus, quę cognoscimus, ejq. substantię p totum corpus organicum diffusę eam vim, qua cogitamus, fuisse tributam. Ergo etc.

R. ne. ant: ad prob. transm. ant: ne: conseqm. Tametsi ad fluidam quandam substantiam p totum corpus diffusam confugiant Materialistę, nunquam probaturi sunt cogitaonem eē posse corporum affectionem, nisi velint cogitandi vim a vi corporum motrice haudquaquam distingui. Enimvero, vel fluida ista substantia donata ē eadem nãa, iisdemq. attributis, et viribus, quibus cętera donantur corpora; vel n̄? Si neq. eadem donatur nãa, neq. iisdem viribus, fluida ergo ista substantia jam n̄ erit corporea, proindeq. neq. cogitandi vis corporea quędam affectio, ut contendunt Mãalistę. Si prędita ē eadem nãa, iisdemq. viribus cum cęteris quibuscunque corporibus; quum in quolibet corpore n̄nisi motrices vires reperiantur, quemadmodum superius demonstravimus; jam cogitaõ n̄nisi p illius fluidi motionem pficietur; quod tñ intelligi, et multo explicari ~~haud~~ potē propter infinitam ferme seriem idearum, judiciorum, raociaonum, quemadmodum ~~[illegible]~~ in illo, de quo agitur, satis fuse probavimus. Transmisimus autem 2dum antecedens, quia repugnat, re attente spectata, Deum condidisse fluidam aliquam corpoream substantiam nãę diversę a cęteris corporibus, eidemq. vim cogitandi concessisse; uti inferius demonstraturi sumus.

Opponunt 3tio cum Lockio L.6.4. de Intellectu humano, Cap. 3. n.° 5 inquiente. In novis ideas ens quadrati, Circuli, et ęqualitatis; Circulum tñ, quem quadrato ęqualem eē certo sciremus, nunquam fortasse inveniemus. Ideas efficiens mãę, et cogitaonis, at fortasse haud manifesto comperiemus unquam, utrum aliqd pure mãale cogitet, nec ne. Nobis n̄ impossibile ē nostras tantum ideas intuentes, sine revelaonis adminiculo, dispicere, an Deus omnipotens quibusdam mãę portionibus, ita uti ipsi ad hoc propositum visum ē, dispositis, percipiendi, et cogitandi facultatem tribuerit, aut mãę ita dispositę cogitantem substantiam immãalem adjunxerit.

R. sine revelaonis adminiculo, nostrasq. duntaxat ideas intuentes, optime nos intelligere omnipotentem Deum cogitandi facultatem quibusdam mãę portionibus n̄ concessisse. Nam, ut animadvertit P. Gerdil laudata superius Demonstraone, Parte 5, sect. 2, imo ipsomet docente Lockio L.6.4. Cap. 10, n̄ alia de causa mãa nequit excogitari veluti primum ens cogitans, quam quia talis ē nãa mãæ solida extensione donatę, ut

nequeat, si quiescens supponatur, sese determinare ad motum, ideoq. partes semel in motu positæ, possunt duntaxat in se invicem impingi, et in alias partes secari. Jam impossibile ẽ mãam [ait Lockius] unacum motu producere ex se cogitaõnem, quam impossibile sit nihil producere posse mãam; ut n. mãa produceret cogitaõnem, necesse esset, dispoõnem partium solidarum mãæ evadere cogitaõnem ipsam; quo nihil ~~fatente Lockio~~, absurdius. Jam vero si ꝑ solam nostrarum contemplaõnem idearum ita raciocinamur secundum Lockiana principia; satis evidenter constat, absq. revelaõne posse nos certo statuere, omnipotentem Deum mãæ particulis n̄ attribuisse cogitandi facultatem. Docente itaq. ipsomet Lockio, in simplici, et pura mãa cogitaõ contineri n̄ potẽ; adeoq. Deus aliquid tribuere debuisset mãæ, qđ ipsius naturam excederet, simul ac mãam condere voluisset cogitantem: unde evidenter consequitur simplicem, puramq. mãam n̄ posse cogitare. Qđ ait Vir Cl., posse suspicari nos, utrum Deus adjunxerit mãæ substantiam immaterialem cogitantem; n̄ inficiamur. Verum, si Deus immaterialem hanc adjunxit substantiam; jam n̄ mãa, sed immaterialis substantia principium erit cogitaõnis, contra systema materialistarum.

Sed ut Lockium cum ipsomet Lockio ulterius conferamus, notandum ẽ 2do cum Card. Gerdil ꝑ nostrarum intuitum idearum cognoscere nos, ens aliqđ preditum propria realitate, et existentia distincta ab existentia, et realitate alterius entis, ẽẽ substantiam quandam, quæ ad aliud ens, tanquam illius affectio, seu modus, ptinere n̄ potẽ. Cubus e. g. ligneus alicui plano superpositus substantia quædam ẽ a plano distincta, adeout nemo absurde opinaretur, cubum ẽẽ facultatem, seu proprietatem plani, aut planum ẽẽ facultatem, et affectionem cubi. Hic nos discimus, docente Lockio, ex sinu mãæ educi n̄ potẽ cogitandi facultas, aut a dispoõne materialium particularum produci; n̄ possumus nostras contemplantes ideas adjungere illam mãæ, quin concipiamus eam ex nihilo creatam a Deo, sicuti ac initio mundi creata fuit ex nihilo ipsa mãa. Quia autem existere effectus ẽ creaõnis, et ens qđcumq. creatum a Deo separatim ab alio ente donatur propria existentia distincta ab existentia alterius entis, cogitandi facultas, producta, uti supponimus, a Deo in mãa ꝑ creaõnem quandam distinctam a creaõne mãæ, propria gaudebit existentia distincta ab existentia mãæ; adeoq. excogitanda erit veluti substantia quædam distincta omnino a mãa. Facultas ergo cogitandi statui n̄ potẽ tanquam attributum, aut proprietas mãæ.

3tio, vel existimat Lockius, alicujus subjecti attributa n̄ aliud ẽẽ, quam ejusdem subjecti modificaõnes, quæ n̄ gaudent realitate aliqua distincta a realitate subjecti, quemadmodum fere omnes recentes Philosophi opinantur; vel putat subjecti attributa ẽẽ entia quædam ab ipso subjecto realiter distincta: si postremum asserit Vir Cl.: quis n̄ videt accidentia et formas substantiales Scholasticorum rursus excitari, quas idem ipse Lockius suis in libris rejicit, et veluti ridiculas atq. chymaricas contemnit? Intellectus ergo, et voluntas, contra ipsius Lockii definitionem, duo erunt entia realiter ab anima distincta: Poterit ergo Deus duas hasce facultates a singulis abstrahere mentibus: Facultas ergo, seu ens intellectus meæ uniri poterit vestri, et meis adjungi attributum voluntatis vestri; Quæ quidem, ipso fatente Lockio, indigna ꝑinde ac ridicula sunt. Qđ si attributa subjecti ẽẽ velit modificaõnem duntaxat subjecti haudquaquam distinctam a realitate subjecti; jam fatendum illi erit, cogitandi facultatem concipi n̄ posse veluti facultatem, seu attributum mãæ. Nam si secundum Lockiana principia primariæ qualitates, seu attributa mãæ sunt soliditas, figura, motus, et partium solidarum textura; atq. ab hujusmodi mãæ attributis omnes proficiscuntur ejusdem mãæ qualitates seu facultates: si, docente Lockio, a recensitis mãæ primariis qualitatibus non dependet facultas cogitandi; nostras consulentes ideas suspicari nullatenus possumus, utrum facultas cogitandi evadere possit facultas, aut attributum mãæ; qđ erat ex ipso Lockio demonstrandum.

Instabit Lockius, n̄ posse nos fortasse merito suspicari, utrum Deus facultatem cogitandi adjunxerit mãæ, posse tñ suspicari, utrum quibusdam mãæ particulis ita dispositis rursus tribuerit vim cogitandi.

Verum hujusmodi Lockianum effugium nihil omnino evincere, ex iis, quæ hactenus cum ipso Lockio diximus, satis constat. Si n. textura, seu dispoõ partium mãæ nullo modo producere potẽ cogitaõnem: si vis cogitandi oriri n̄ potẽ in mãa, quin concipiamus fuisse illam creatam a Deo seorsim a mãa; quæcumq. profecto mãæ massa incapax erit cogitaõnis, neq. particularum determinata quædam textura sufficiet, ut merito adscribere possimus mãæ cogitandi facultatem.

Opponunt 4to. cum eodem Lockio. Si repugnat corpora ẽẽ vi cogitandi donata, inquiunt, quia intelligere ꝑ n̄ possumus, quomodo corpora possint cogitare; sed n̄ propterea repugnat corpora ẽẽ reipsa donata vi cogitandi Ergo etc. Pro mi: quamvis n̄ intelligamus, quomodo corpora attrahant a corporibus; n̄ repugnat tñ mutua corporum attractio, imo reipsa existit in rerum natura. Ergo etc.

R. ne: mi. Repugnat n. corpora ẽẽ predita vi cogitandi, n̄ quia intelligere n̄ possumus modum quo corpora cogitant, sed quia satis clare intelligimus corpora nullatenus posse cogitare. Nos per contemplaõnem nostrarum idearum cognoscere evidenter, n̄ posse convenire corporibus cogitaõnem, superius cum eodem Lockio demonstravimus. Alio modo modo monstrandum ẽ, quam absurda sit hujusmodi Lockiana hypothesis. Doctor Stillingfleetus, qui, ut tradit Costa fidus Lockii interpres, celebrem de hac Theoria cum eodem Lockio habuit disputaõnem, [illegible] plura in hanc rem suppeditat nobis argumenta. Ac primo quidem, cum omnis nostra cognitio contineatur ambitu nostrarum idearum, idea autem, quam habemus de mãa, sive de corpore sit idea substantiæ extensæ, solidæ, figuratæ; asserere mãam posse cogitare, idem ẽ, ac ideas mãæ, et spiritus simul confundere. Qđ si asserat Lockius n̄ confundi propterea ideam mãæ cum idea spiritus, quemadmodum n̄ confunditur idea mãæ generatim spectatæ cum idea equi, quem dicimus mãam generice sumptam ẽẽ substantiam solidam, et extensam, equum vero ẽẽ animal, seu substantiam solidam, extensam sensu, et spontaneo motu preditam, si

hæc, inquam, asserat, vim Stillingfletiani argumenti haudquaquam declinat. Nam, ut mirabile P. Gerdil Par. 6. Sect. 1: Cum alicujus subjecti, sive substantiæ facultates nihil aliud sint, quam modi qui inest substantiæ, modus autem non sit nisi ipsa substantia, quatenus hunc vel illum existit in modum, tribuere corporeæ substantiæ facultates illas, quæ propriæ sunt substantiarum spiritualium, idem est ac tribuere substantiis corporeis modos spirituum proprios, idem propterea ac confundere ideam corporis cum idea spiritus. Exemplum ab Equo petitum nullius roboris est. Etenim, vel Lockius in Equo materiam duntaxat, et mechanismum agnoscit; vel admittit in Equo substantiam aliquam a materia distinctam, quæ habenda sit veluti principium sensationis, et spontaneæ motionis, quas in Equo supponit. Si primum; in Equo igitur sensatio, et spontanea motio ne recitandæ quidem sunt, quum per generales motus leges haberi non possint: si secundum: utitur ergo Lockius exemplo ad rem nostram haudquaquam faciente; uti quisque videt.

Sed instat Lockius. Materiæ generatim sumptæ idea est idea substantiæ extensæ, et solidæ, sed nihil prohibet quominus materiæ quandam alias qualitates addiderit Deus. Sicuti enim non destruit Deus essentiam materiæ, quum substantiæ extensæ, et solidæ motum addit, vegetationem, attractionem, ita poterit Deus tribuere materiæ vim cogitatricem, quin destruatur essentia materiæ.

Verum, quum ita argumentatur Lockius nimis perturbat, atque confundit attributa corporum cum attributis substantiarum spiritualium. Quum idea materiæ sit idea rei extensæ, et solidæ, nequit addi materiæ attractio, motus, vegetatio, quin destruatur idea, et essentia materiæ; propterea quod attractio atque motus sunt primariæ qualitates, seu attributa substantiarum quarumcumque materialium, vegetatio autem est proprietas, seu secundaria earumdem qualitas. Quare, sicuti non destruit Deus essentiam materiæ, quum illi soliditatem, et extensionem adjungit, quæ essentiales sunt materiæ qualitates; ita neque illius destruit essentiam, quum addit motum, attractionem, vegetationem, quæ non secus ac soliditas atque extensio, proficiscuntur ab essentia materiæ. Sed; quibus unquam argumentis demonstravit Vir Cl. vim cogitatricem esse vel primariam, vel secundariam materiæ qualitatem? Sed hanc supponit duntaxat contra universalem materiæ notionem, imo contra definitionem, quam ipsemet alibi statuit. Non posset itaque Deus superaddere materiæ vim cogitatricem, servata illius essentia, quum vis hæc non solum non pertineat ad essentiam materiæ, immo eidem prorsus repugnet. Neque fingere potest Lockius, posse Deum massæ alicui materiæ tribuere alias eam qualitates, quæ in illius idea, atque essentia non continentur; quin sibimet manifeste contradicat. Docet enim L. 2. Cap. 8 in materia duo esse admittenda qualitatum genera, qualitates nempe primarias, cujusmodi sunt soliditas extensio, certa quædam figura, et mobilitas, ac qualitates quasdam secundarias, quæ a primariis omnino dependeant. Jam vero, vel qualitates, quas fingit Lockius posse Deum tribuere materiæ, ad primarias aut secundarias pertinent illius qualitates, vel non? Si primum, qualitates itaque illæ continentur in essentia materiæ, contra illius hypothesim. Si secundum, admittit ergo Lockius accidentia Peripateticorum, quæ tanquam chymerica docet esse rejicienda. Quum qualitates illæ non contentæ in essentia materiæ nihil aliud essent, quam entia propria realitate donata et a materia prorsus distincta.

Si instet Lockius; Jam in substantiis materialibus, quam spiritualibus plura esse, quæ nos haudquaquam cognoscimus, atque inde concludat, posse fortasse corporibus convenire vim cogitandi, atque sentiendi; nimis infirmo utitur argumento. Libenter concedimus ignorare nos quæcumque sive ad spiritus, sive ad corpora pertinent. Sed quis propterea asserat nosse et spiritus, et corpora omnibus donari facultatibus, atque attributis? Quis propterea sibi persuadeat, in duas hasce diversis substantiis eas contineri qualitates, quæ earum naturæ repugnant? Aliud ergo est, non omnia a nobis cognosci, quæ alicui substantiæ conveniunt; aliud est, nihil prorsus in aliqua substantia cognosci. Non intelligimus equidem quidquid aut spiritus, aut corporis proprium est, satemur tamen evidenter, convenire corpori soliditatem et repugnare spiritui, convenire spiritui vim cogitandi, et repugnare corpori.

Opponunt 5. Si Deus non posset adscribere, atque unire materiæ facultatem cogitandi, nimis imperfectus esset Deus, sed concipi Deum imperfectum, repugnat. Ergo etc. Pro. maj. Si Deus non posset etc., divina potentia aliquibus esset contenta finibus; sed si divina potentia etc. nimis imperfectus esset Deus. Ergo etc. Pro. min. Si Deus non posset etc. Deus non posset omnia; sed si non posset omnia, divina illius potentia aliquibus esset contenta finibus. Ergo etc.

R. neg. maj. ad prob. neg. maj. ad prob. dist. maj.: Si Deus non posset tribuere materiæ facultatem cogitandi, Deus non posset omnia, non posset nimirum ea efficere, quæ manifestam contradictionem involvunt conc.: non posset omnia, quæ nullam contradictionem involvunt neg. maj. dist. pariter min. Sed si non posset omnia, quæ nullam contradictionem involvunt, divina illius potentia etc. conc. Sed si non posset ea, quæ contradictionem involvunt, divina illius potentia etc. neg. min. et conseq. Qui sibi persuasi sunt, omnipotentem Deum non posse creare massam aliquam materiæ præditam vi cogitandi, nec posse quibusdam materiæ particulis quomodocumque dispositis elargiri facultatem cogitatricem; divinæ potentiæ limites haudquaquam statuunt. Immerito nos redarguit Lockius, quod negantes esse possibilem materiam aliquam cogitatione donatam, asseramus divinam virtutem iisdem esse contentam finibus, quibus infirmus humanus intellectus continetur. Non dicimus, repugnare materiam cogitantem, quod ignoremus modos illos, quibus posset Deus tribuere materiæ vim cogitatricem; sed non posse Deum hujusmodi materiam condere pro certo habemus; propterea quod materia cogitans manifestam præsefert contradictionem. Potest ergo Deus res numero infinitas creare, quæ nostri intellectus vim superant, non potest tamen illa efficere, quæ præseferunt manifestam contradictionem, quia evidenter concipimus, contradictoria fieri non posse a Deo, quin Deus ea simul efficeret, et destrueret, quin propterea contradictoria existerent eodem tempore, et non existerent. Quare divinæ potentiæ nullos statuimus limites, quum dicimus non posse Deum tribuere

mãe cogitandi facultatem. Multa non potest Deus, ait D. Augustinus in Libro de Symbolo, et omnipotens est: et ideo omnipotens, quia ista non potest. Et Hugo Victorinus Lib. 1. de Sacramento fidei: Summe potens est, qui potest omne, quod possibile est. Nec ideo minus potest, quod impossibilia non potest; quia impossibilia posse non esset posse, sed non posse.

Instabunt. Summe potens Deus mutare potest corpus aliquod in substantiam spiritualem: ergo potest eam attribuere mãe vim cogitandi. Hunc certe ipso latente Stillingfleeto, qui acriter impugnavit systema materialistarum, consequentia pariter certa videtur. Nam, ut argumentatur Lockius, si Deus potest efficere, ut corpus evadat spiritus, cur non potest ab aliqua substantia auferre soliditatem, qua prius erat donata, et quam constituebat substantiam materialem, eidemque tribuere facultatem cogitandi, qua prius erat destituta, et quam evadat substantia spiritualis, eadem semper manens substantia?

R. neg. ant. et conseq. Quamquam Doctor Stillingfleetus materialistarum pestes acerrimus, ne divinae omnipotentiae limites poneret, concesserit Lockio, posse Deum mutare corpus in spiritum, sub tradit Acolla; contendendum est tamen mutationem hanc, de qua agitur, includere contradictionem, et proinde a Deo non posse. Nam vocabulum hoc mutationis vel proprie sumi potest, vel in sensu lato, et improprio. Improprie rem aliquam mutari dicimus in aliam, cum significare volumus, loco alicujus rei positam fuisse aliam rem, quin tamen prima conversa fuerit in 2dam. Sic mutari vestem in domum, domum frequenter dicere solemus, non quod prior domus, aut vestis conversa sit in posteriorem, sed quia loco primae vestis, vel domus, alia fuit substituta vestis, aliusque cibus, alia domus. 2do proprie, et in sensu rigido asserimus rem aliquam mutari in aliam, cum intelligimus rem aliquam ita mutari, ut post mutationem eadem maneat, quae prius fuerat, ea tamen evadat, quae prius non erat: sic aqua mutatur in glaciem, lignum mutatur in ignem, quoniam, mutatione facta, eadem remanet sive aquae, sive ligni materia, quae prius fuerat, licet tam lignum, quam aqua desinant esse, quod ante mutationem erant. Porro, si in sensu duntaxat lato, et improprio loquantur materialistae, concedimus, posse Deum mutare corpus aliquod in spiritum, cum possit aliquod corpus in nihilum redigere, eoque in nihilum redacto, creare spiritum, et loco destructi corporis substituere. Verum, si mutari posse Deum in sensu proprio mutare corpus in spiritum, negamus hujusmodi mutationem, quae absque contradictione fieri non potest, esse Deo possibilem. Et sane, quum corporis cujuscumque substantia sit essentialiter substantia materialis, extensa nempe, solida et ex partibus composita, supponere non possumus, corpoream aliquam substantiam mutari in substantiam immaterialem, eandemque substantiam manere post mutationem substantiam materialem, quin supponamus unam, eandemque rem esse simul extensam, et non extensam, solidam, et non solidam, corpus proptereа et non corpus, quae, ut quisque videt, manifestam involvunt contradictionem. Contra vero absque ulla repugnantia mutari vere et proprie aliquod corpus in aliud corpus, eadem manente post mutationem substantia, quae prius fuerat, quia cum corpora omnia solida sint, extensa, et ex partibus composita, atque differant solummodo ab invicem extrinseca structura, textura partium minutissimarum materiae, potest absque ulla contradictione, prior mutari textura earumdem particularum, quin mutetur propterea substantia rei, quae tam in ligno, quam in igne, tam in aqua, quam in glacie semper est extensa, semper solida, semper ex partibus composita. Sed qui dicit, aliquam posse corpoream aliquam substantiam evadere substantiam immaterialem, et post mutationem tamen eandem manere substantiam, non poterit hanc statuere hypothesim, nisi sibi persuadere velit, aut corpora realiter esse distincta a propria substantia, ita ut, destructo corpore, corporea substantia non sit destructa, aut corpora non esse essentialiter substantiam materialem, aut substantiam demum materialem evadere posse immaterialem, et simul manere substantiam materialem: quae quantum a recta ratione aliena sint, nemo est sanae mentis, qui non videat. Falsum ergo est, quod veluti certissimum ponunt Stillingfleeto Lockius, posito nempe summe potentem Deum mutare corpus in spiritum, jam recte ergo inferre poterat, posse Deum ab aliqua substantia auferre soliditatem, qua prius erat donata, et per quam constituebatur substantia materialis, eidemque tribuere facultatem cogitandi, qua prius erat destituta, et per quam evadat substantia spiritualis, eadem semper manens substantia.

Prop. 2da. Facultas cogitandi convenire non potest, nisi substantiae spirituali et incorporeae, adeoque quum sit in nobis cogitatio, est in nobis spiritualis cogitationis principium, seu spiritualis anima.

Pro 1ma quoad primam partem. Facultas cogitandi, quemadmodum in superiori propositione diximus, et nunc et jam demonstratum sumus, est non potest corporeum aliquod essentiale attributum, imo cum essentialibus corporum attributis pugnat omnino. Est ergo cogitandi facultas attributum alicujus substantiae a corpore omnino diversae, substantiae proinde spiritualis, et incorporeae. Quod cogitandi vis essentialiter diversa sit a variis, seu attributis corporum, imo repugnet cum facultatibus corporum, patet jam, si aliqua corporum attributa expendamus, et cum vi cogitandi comparemus. Id, ut pauca reperimus, animadvertimus cum omnibus recentioris nostri Philosophis, ut essentialia corporea attributa mobilitatem cum divisibilitate conjunctam soliditatis, partium. Atque alia omnia convenientia corporum cum facultate cogitandi consistere nullatenus possunt. Nam primo soliditas ea est cujuscumque corporis affectio, qua fit, ut una ejusdem corporis pars resistat alteri, ne eundem occupet locum. Porro, cum hoc corporeo attributo pugnare facultatem cogitandi, seu ratiocinandi, perspicuum est. Ut ita argumentatur Cl. Genuensis Elementorum Metaphysicae parte 2da, cap. 1 propositione 1; Cogitatio, atque ratiocinatio potissimum est actio quaedam, per quam plures ideae simul uniuntur, et comparantur. Fingamus modo singulas ideas nihil aliud esse, quam motiones corporis, quemadmodum revera motiones sunt, si a corporis actionibus non differunt. Facta hac hypothesi, ratiocinatio, actio nimirum, qua plures ideae comparantur, vocetur A. Ideae quae in actionem A simul conferuntur, nuncupentur B, C, D, E, et, ponamus singulas ideas supponunt aliquas corporis distinctae motiones, ut ponamus singulas velut motiones solidi. Jam porro, quum ut habeat ratiocinatio, tum debet comparatio ideae, singulae ideae B, C, D, E confluere debebunt, et se mutuo representare in A, ut habeatur ratiocinatio, et actio A, uti manifestum est. Jam vero, vel singulae ideae simul uniantur in A, quod totidem distinctae particulae solidi, quae sunt totidem subjecta idearum, seu motionum B, C, D, E, simul existant, et compenetrentur in unum, vel quia actiones tantum B, C, D, E nec sint subjecta confluant in unum; sed actiones

B, C, D, E, conferre in unum sine suis subiectis, ne dicere quidem possumus, quum modificationes existere nequeant sine suis subiectis, quemadmodum in superiori lectione adnotavimus: singulae vero particulae soliditatis, quae sint tota sua subiecta motionum, seu idearum B, C, D, E, non possunt concentrari in unum, quin penitus evertatur soliditas. Certum itaque est cogitationem, et ratiocinationem omnino pugnare cum soliditate. 2do quodcumque corpus quod sit extensione praeditum, adeoque resultans ex partibus, dividi potest, atque secari in partes, (corporeae) neque cum attributo divisibilitatis consistere posse facultatem cogitandi, facile potest demonstrari. Supponamus enim subiectum cogitans G dividi in partes B, C, D, E. Cogitatio A vel ad singulas illas extenditur partes, vel non; Ad singulas illas non extendi partes concipere non possumus, quia a cogitatione defluerent ideae B, C, D, E, quin praeterea everteretur cogitatio A; Cogitatio itaque A extenditur ad omnes partes B, C, D, E, in quas divisum supponitur sui esse cogitans G. Quod si extenditur ad omnes illas partes, vel cogitatio A dividitur pariter in partes, vel erit indivisibilis in omnibus partibus B, C, D, E in tota scilicet illarum extensione; si erit indivisibilis, intelligi profecto non poterit, quomodo subiectum cogitans G divisum sit in partes B, C, D, E, aut quomodo iisdem partibus coextendatur cogitatio A, seu continere possit diversas ideas B, C, D, E. Si vero cogitatio A dividitur pariter in partes, in partes P, Q, R, S, vel quaelibet illius pars v. c. P complectetur integram comparationem idearum B, C, D, E, vel singulae illius partes continerent duntaxat singulas ideas, adeoque P complectetur B, Q C, R D, S E. Neutrum autem dici potest. Non primum, quia cogitatio A, prout extenditur ad omnes partes, seu ideas B, C, D, E, non esset divisa in partes P, Q, R, S, quemadmodum supponitur: non 2dum, quia tota everteretur natura cogitationis A, quae est una actio plures comparans ideas B, C, D, E, non congeries plurium distinctarum actionum P, Q, R, S. Cogitatio ergo, et ratiocinatio, quum sint comprehensiones plurium idearum in unum indivisibile, pugnant cum divisibilitate.

Sed, et cum corporeo attributo inertiae pugnare vim cogitandi, manifestum est. Inertia enim, ut tradit Isaacus Newtonus in Mathematicis principiis, est vis insita materiae, qua corpus unumquodque, quantum in se est, perseverat in statu suo quiescendi, vel movendi; ut per eam fiat, quod omne corpus de statu suo vel quiescendi, vel movendi difficulter deturbetur. Facultas autem cogitandi a corporea predicta vi toto differt caelo. Etenim singulis nobis inest libertas, facultas nempe agendi; et ab actione cessandi, satis compertum est apud celebriores Philosophos; et nos eam inferius demonstraturi sumus; libertatem autem a ratione pendere, et cum ratione coniunctam esse verti in dubium nequit. Sed ratio a cogitandi vi haudquaquam distinguitur. Quum ergo libertas evertat inertiam, liquido constat, vim quoque cogitandi cum inertia pugnare.

Praeterea, quoniam corporibus omnibus convenit vis inertiae, ubicumque sit axioma illud, quod statuit Newtonus Principiorum Mathematicorum Lemmate 2do; Mutationem, nempe, motus proportionalem esse vi motrici impressae, et fieri secundum lineam rectam, qua vis illa imprimitur. Sed cogitatione, et ratiocinatione totum hoc evertit. Axioma, quum de infinitis rebus cogitemus, quin aliter actione aliqua externa, et libertas sit in nobis unius demonstrationis seriem interrumpere, alteramque omnino diversam incipere, quod vel sentit, ut lubet, possumus repetere, vel intermittere. Rursus; maiorem, vel minorem attentionem possumus adhibere. Minorem eam attentionem vel possumus intendere, vel remittere. Ab imaginatione quoties lubeat transimus ad intellectionem, ab intellectione ad imaginationem. Quae omnia cum corporea vi inertiae, et cum iis, quae ex illa sequuntur, prorsus repugnant. Demonstratum itaque est facultatem cogitandi haberi nullatenus posse veluti corporeum attributum, quum consistere non possit cum divisibilitate, soliditate, inertia quae corporum quorumcumque attributa sunt, adeoque concludendum erit, hanc praecipuam esse facultatem cuiusdam substantiae omnino spiritualis, et incorporeae.

Probatur Propositio quoad 2dam partem. Quia cogitationes, quas in nobis animadvertimus, actiones quaedam sunt a vi receptrice proficiscentes; vires autem, quaecumque sint tam corporeae, quam incorporeae, non habent veluti entitates propria realitate, et existentia donatas; sed necessario inhaerere debent alicui subiecto, sive substantiae, cuius modi, seu facultates dicuntur; necesse est, ut aliquid existat subiectum, cui cogitandi facultas inhaereat, quodve principium sit in nobis omnium nostrarum cogitationum. Sed huiusmodi subiectum non potest esse corpus, praeterea quod perceptio, volitio ratiocinatio, et conscientia nostrarum perceptionum, iudiciorum, ratiocinationum non aliter fieri possent in corpore, quam motione partium corporearum, ut in superiori lectione diximus; quod tamen modo fieri repugnat. Cogitationes itaque sunt modi, seu attributa alicuius subiecti incorporei. Sed huiusmodi incorporeum subiectum seu incorporeum cogitationis principium nuncupatur mens, sive anima humana. Ergo existit in nobis incorporea, seu spiritualis anima.

Confirmatur. Si mens humana non est incorporea, vel erit temperatio partium corporis, quam videamus, et sentiamus, ut placuit Dicearcho Aristotelis discipulo, vel erit attributum aliquod corpori essentiale. Primum dici nequit, quia in ea hypothesi nihil aliud essent operationes mentis, quam motiones partium corporis, quod evidenter repugnat. Secundum neque potest; quia, quum facultates, et operationes mentis pugnent cum praecipuis corporis essentialibus attributis, eadem substantia materialis praedita facultate cogitandi constaret ex iis, quae se mutuo destruunt, quod pariter evidenter repugnat: Principium itaque cogitationis, sive mens, sive anima spiritualis omnino est, et incorporea, quod erat demonstrandum.

Opponunt 1 Anima humana in corpore recipitur organico, atque in eo se habet, prout est forma in subiecto. Concipi autem non potest quomodo spirituale, inextensum, indivisibile recipiatur in corpore, quod extensione praeditum est, et recta in plures potest secari partes. Neque enim in corpore aliquid esse potest quod sit appendendas incorporeum; neque in re incorporea, quod corpus visibilis contineat. Si ergo incorporea mens recipitur in corpore, veluti forma in subiecto, non spiritualis, sed visibilis est natura cum subiecto.

R. animam humanam recipi in corpore organico modo spirituali proprio; nec tamen posse corpori inhaerere, quemadmodum forma corporum ipsimet inhaeret corporibus, tanquam subiecto materiali; quippe anima non ita nostrum afficit corpus,

ut in ito corpore more depereat, atq. ab eo pendeat extrinsecus, sed unitæ corpori, quatenus corpori unitum, ut inquit D. Augustinus Libro de quantitate animæ, Cap 33 præsentia sua vivificat, colligit in unum, atq in uno tenet, diffluere, atq contabescere n. sinit: alimenta p membra, æqualiter suis cuiq reddita, distribui facit congruentiam, eiu q modum conservat n. tantum in pulchritudine, sed etiam in crescendo, atq gignendo. Mens igitur ē in corpore, ita ut eidem præsit, et in ipsum, veluti domina, suum exerceat imperium. Quamdiu in eodem, inquit D. Aug., sunt anima et corpus, hoc quidem servire, atq subesse natura jubet; hanc vero regere, atq dominari. Quamquam tametsi concipi n. posset, quomodo spiritualis anima corpori uniri queat, et unum cum ito compositum constituere; n. tamen idcirco negan-da esset spiritualis natura. Enimvero, numquid ideo negandum ē, ait D. Augustinus, quod apertum ē, quia comprehendi n. potest, quod occultum ē? Numquid propterea dicturi sumus, quod ita ē [illegible], n. ita ē; quoniam, cur ita sit, n. possumus invenire? Cæterum; unio spiritualis animæ cum corpore concipi facile potest, quotiescumq divina agendi vis in prima mundi constitutione spectetur. Nam qui omnia condidit ex nihilo, efficere profecto potuit, ut spiritualis anima inclinationem haberet ad corpus, atq ita se haberet in corpore, ut tanquam pars essentialis, et operationum principium, totum una cum corpore constitueret hominem.

Instabunt. Inter corpus, et spiritum nulla ē proportio ergo, si mens humana substantia esset spiritualis, corpori n. posset uniri.

R. dist. ant. Inter corpus, et spiritum nulla ē proportio naturæ conc. nulla ē proportio effectivi ad effectibile ne. ant: et conseq. Inter corpus, et spiritum n. datur proportionem; quam inter se habent duæ ejusdem propriæ generis, et ordinis substantiæ, certum ē omnino quia ē inter se differunt corpus ut extensum, et spiritus cogitans. Verum illud quam certum ē; intercedere nimirum inter corpus, et spiritum proportionem illam, quæ requiritur ut corpus perficiatur a spiritu, et unum intrinsecum compositum ex unione corporis, et spiritus constituatur; quæ, quominus habeantur, diversa, atq præstantior spiritus natura haudquaquam obstat.

Opponunt 2do. Anima hominis easdem mutationes patitur, quibus obnoxium ē corpus humanum. Experimur n. in parvulis crescere una cum corpore animam, vigere in juvenibus, debilitari in senibus, fatigari in laborantibus, deficere in deliquio turbari in ebrietate, errare in phreneticis, et amentibus, et fere extinctam videri in corpore profunde dormientium. Cum ergo mutari videamus animam, n. secus ac corpora; eadem erit natura animæ, quæ corporum.

R. vere cum corpore n. crescere, neq deficere animam licet in juvenibus sensim adolescere debilitari in senibus, torpere in dormientibus, atq in morbo aliquo affectis videatur languescere; Hæc quippe n. animæ, sed corporis vitia sunt. Crescere autem, vigere, debilitari, et torpere videtur anima; quia, cum a corpore in suis dependeat operationibus, perfectius operatur, adeoq crescere videtur, dum sensim perficitur corpus, imperfectius vero, & inde ac si tamen debilior fieret, dum corpus vel somno corripitur, vel morbo affligitur. Hinc D. Augustinus, cum in Libro de quantitate animæ Cap 22 Epicureorum commentis satisfecisset, concludit inquiens. Nullum igitur crescentis animæ argumentum ē, vires in majori ætate majores. Quæcumq itaq apparet hominis mutatio, cum adolescit, viget, senescit, n. in ipsa revera anima contingit, sed in sensoriis corporis organis, qui bene, maleve si afficiantur, n. ipsa aliquid patitur, sed illius duntaxat functiones aut vigent, aut languescunt. Nam ea lege, et conditione unita ē corpori organico anima, ut p vibratorios, et oscillatorios motus nervis, nerveisq partibus impressos, variæ perceptiones, et differentes sensationum species, gratæ nimirum, vel ingratæ excitentur. Rursus; talis ancilla fuit lex inter animam, et corpus, ut quo major vibrantium, et nervearum membranarum tensio esset, earumq ab externo objecto vehementior agitatio, eo acutior, ac sensibilior esset animæ perceptio; et, quo magis nerveæ membranæ remissæ forent, atq humoris obsessæ, eo magis minueretur sensatio, proindeq mentis perceptio. Ex his patet, cur in adolescentibus adolescere animam, in senibus vero senescere videatur. Juvenes n. teneras, tensasq fibras obtinent fluido quodam tenuissimo repletas, adeoq vividiores in ipsis sensationes, atq ex sensationibus vividiores perceptiones nascuntur; senes vero, cum rigidiores nerveas membranas habeant, et superfluis iam humoribus plenas, in suis sensationibus, et perceptionibus languescere videntur

Mirandum n. ē, si in deliquio mentem deficere, in ebrietate turbari, in phrenesi, et amentia videatur aberrare. Debilitato siquidem, nec amplius vigente sensorio organo, infirmus duntaxat in modum potest mens suas exercere functiones. Et confusis ob immoderatum vini usum factis in cerebro impressionibus, confuse etiam, et inordinate percipere mens cogitur, quæ tamen nihil revera in se patitur. In phrenesi demum, et amentia, corpus, n. anima vehementer jactatur, atq distrahitur. Compertum n. ē omnibus, quod si medici interdum pharmaco, et elleboro hujusmodi morbos curare nituntur, et nunquam sanant, tota curatio, et optima restituta valetudo ad corpus, n. ad incorpoream refertur animam. Atq obstat, quod mens, perinde ac corpus, dicatur medicina sanari, nam id in familiari quidem sermone usu venit, revera tamen n. consistit. Quare, quemadmodum si quis ob inæqualem calceorum altitudinem claudicat, tametsi claudicatio homini illa dicatur tota tamen claudicationis causa ad solos calceos ē referenda, soliq calcei reducendi ad æqualitatem, ut ille nihil in se passus recte incedat, ita si homines morbis contabescere, insanire, curari dicuntur, tota insania, atq curatio spectat ad corpus, hoc ē ad cerebrum, et sensorios, quibus indiget, corporis organos, quos tantum purgari, restituique oportet, ut mens, quæ potuerat nollet functiones suas rite obire:

Opponunt 3tio: animam et spiritualem simul dici posse, et corpoream. Nam, sicuti, inquiunt, diversa ē idea musici ab idea medici, diversæ sunt proprietates unius a proprietatibus alterius, potest tamen idem numero homo et musicus ē, et medicus, ita licet diversa sit idea substantiæ cogitantis ab idea substantiæ extensæ; n. obstat tamen, quin anima sit spiritualis simul, et corporea.

R. latissimum ē discrimen inter animæ, ac corporis, et hominis musici simul, et medici tum ideas, tum actiones, tum proprietates. Nam idea medici negative tantum excludit ideam musici, idem eam præcise n. includit, quum possit aliquis spectari ut medicus, tametsi n. spectetur ut musicus; n. autem excludit ideam positive. Idea quippe musici semper supponit mentem, cui inest musica, sicut idea medici supponit mentem, in qua ars continetur medica, adeo proinde, ut tam

Medici, quam Musici ideae in eo conveniant, ut sint modi mentis, seu ipsa mens certo modo affecta, nec una proinde complete, ac positive excludat alteram, sed negative tantum, et incomplete. Aliter autem omnino se res habet inter ideam substantiae cogitantis, et ideam substantiae extensae, seu inter ideam mentis, et ideam corporis. Nam idea rei extensae positive, et complete, idest, secundum se, totam removet a se ideam rei cogitantis, et vicissim, propterea cogitatio, et extensio in uno, eodemque subiecto non possunt consistere. Rursus; idem numerice homo potest esse et Musicus, et Medicus, quia actiones, et proprietates tam Medici, quam Musici differunt duntaxat inter se, non opponuntur, neque se se invicem excludunt; verum quum actiones, et proprietates, quae a mente humana proficiscuntur, non solum sint diversae ab iis, quae corporeae substantiae conveniunt, verum etiam sint oppositae, et se positive excludentes, ut diximus in probatione; aliter omnino de spirituali anima sentiendum est, ac de homine musico simul, et Medico.

Instabunt 1. mentem humanam corpoream esse naturam, propterea quod in suis motionibus, et volitionibus dependet a corpore. Nos enim intelligimus corpus aliquod movere posse aliud corpus, non autem percipimus, qui fieri possit, ut corpus moveat spiritum. Itaque si, ut cogitet anima, moveri debet a corpore, dicendum erit moveri adinstar corporum, esse proinde corpoream.

R. animam humanam corpori unitam dependere in suis exercendis operationibus a sensoriis corporis organis; nec tamen moveri adinstar corporum aut esse corpoream. Quum enim in producendis rerum sensibilium ideis, non dependeat a corpore mens, nisi quatenus determinatur a phantasmate, veluti ab obiecto, ad unius potius, quam alterius rei sensibilis ideam producendam, et phantasma sit imago rei sensibilis facta in cerebro ex organorum sensoriorum immutatione; in hoc tantum sensu dependet, seu movetur mens a corpore, quod corporis ministerio occurrant menti rerum illae imagines, quarum ideas ipsa producit. Quare dependentia ista mentis non obstat, quominus spiritualis asseratur natura, nisi velimus asserere nullam finitam substantiam cogitatione donatam esse spiritualem. Quod, si intelligere non possumus, quomodo corpus, seu phantasmata moveant animam ad producendas ideas, seu quomodo dependere possit a corpore spiritus; non propterea inferendum erit, reipsa non dependere a corpore animam; quum non desint miranda sane phenomena, quorum conditionem ignoremus. Sed ut de volitionibus potissimum animae seu motionibus aliqua dicamus, eas ingenti natura incorporeas esse, ex eo patet, quod quidquid vult, et appetit anima, illud semper appetat ob aliquem finem sibi libere propositum. Multoties enim, ut cuique experientia compertum est, rem pulcherrimam, jucundissimamque odio habemus, quia scimus eam nobis esse noxiam, et pleraque in se asperam, rudemque amore prosequimur, quia aliunde novimus utilem nobis futuram. Hinc fidem, atque benevolentiam in amico, virtutem in probis viris summopere diligimus. Quid in sanctis, praeclare Augustinus Tractatu 3. in Ioannem, quid in Martyribus amamus? Membra laniata a feris? Quid foedius, si oculos carnis, quid pulchrius, si oculos mentis interroges? Quia tibi videtur adolescens pulcherrimus? Fur quomodo horrent oculi tui? Quum audis, quia fur est, fugis hominem animo. Vides ex alia parte senem curvum, baculo innitentem, vix se moventem, rugis undequaque exaratum. Quid vides, quod oculos delectet? Audis, quia justus est, amas, complecteris. Quare, si, experientia teste, ita in nobis volitiones, nolitionesque fluunt, ut in diversos libere nobis constitutos fines feramur, diversisque modis afficiamur objectis extra sidem sensuum contentis; nemini dubium esse potest, quin aliquid sit in nobis natura praestantius, voluntas nimirum, quae, non secus ac caeterae facultates animae, non sit vis quaedam corporis donata.

Instabunt 2do, mentem humanam cognoscentem res corporeas dici debere corpoream, quum certum sit apud omnes, cognitionem fieri per quandam similitudinem inter cognitum objectum, et facultatem cognoscentem.

Verum respondendum est, quandam utique requiri in omni cognitione similitudinem rei cognitae cum re cognoscente, quae tamen in repraesentatione consistat, non autem se teneat parte naturae. Hinc mens humana, ut corporea cognoscat objecta, debet producere ideas, quae objecta repraesentent, non debet tamen naturam cognitis corporis similem includere. Consequens enim aliquin foret, vel Deum ignorare res corporeas, vel ipsum quoque esse corporeum, nec posse mentem humanam, cum sit corporeae expers naturae, monstrum altissimum percipere, quum similem non habeat huic menti altitudinem.

Opponunt 3tio aliqua scripturarum divinarum testimonia, ex quibus inferendum esse putant, animam esse corpoream. Sapientiae enim Cap. 2. vers. 2 haec habentur: Ex nihilo nati sumus, et post hoc erimus, tanquam non fuerimus; Quoniam fumus flatus est in naribus nostris: et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum: Qua extincta cinis erit corpus nostrum, et spiritus diffundetur tanquam mollis aer. Geneseos Cap 37 v. 22. Ruben Jacobi Filius Fratres suos, ne Josephum occiderent, his deprecatus verbis: non interficiatis animam ejus. Anima autem, quam sacrae scripturae adinstar mollis aeris diffundi, et posse interfici indicant, non potest esse incorporea. Tandem, Levitici Cap 17 ter vicibus dicitur animam omnis carnis in sanguine consistere. Celebriores etiam Ecclesiae Patres corporeae naturae docuerunt esse animam. D. enim Hilarius, Cap 5 in Matthaeum haec habet. Animarum species sive obtinentium corpora, sive corporibus exulantium, corpoream tamen naturae suae substantiam sortiuntur, quia omne, quod creatum est, in aliquo sit, necesse est. D. Augustinus Lib. 7 de Genesi ad literam Cap. 67, et sequentibus docet creatam forte fuisse spiritualem quandam materiam, ex qua facta anima fuerit, ut creata terra, ex qua factum corpus. In ea denique sententia fuerunt Origenes, Irenaeus, Arnobius, Tatianus, Cassianus, atque alii tam Graeci, quam Latini Patres.

R. et primo ad textum desumptum ex Cap 2 Sapientiae. Quum ait Sapiens Ex nihilo nati sumus etc. haudquaquam loquitur quasi divini oraculi testimonium referens, sed quae ab impiis excogitata, et prolata fuerunt verba exprimit; ut evidenter demonstrant, quae initio ejusdem Capitis leguntur. Dixerunt enim apud se non recte. Nihil ergo contra nos evincit laudatus textus. Sed neque quidquam probat deprecatio ista Ruben ad Fratres suos. Mos siquidem est scripturarum, ut docet S. Joannes Chrysostomus Hom. 66 in Caput 43 Geneseos, aliquando pro anima totum hominem sumere. Sic Geneseos Cap. 14, quum Rex Sodomorum diviturus esset praedam cum Abrahamo revertente a caede Chodorlahomor, dixit eidem Abrahamo: Da mihi animas, caetera tolle tibi. idest, da mihi hostes captivos, tu autem retine eorum spolia. Sic Geneseos pariter Cap. 46 v. 26 dicitur Cunctae animae, quae ingressae sunt cum Jacob in Egyptum, et egressae sunt de

more illius, absque uxoribus Filiorum ejus, sexaginta sex: nimirum cuncti homines, qui e generatione descenderunt a Jacob et cum eo ingressi sunt in Aegyptum, fuerunt, exceptis Filiorum uxoribus, sexaginta sex. Absurde propterea non est, si etiam a Ruben laudato loco animi dicamus animam pro toto homine, qui vere interficitur, quum, vulnere inflicto, et sanguine effuso, mens a corpore separatur. Quum autem Leviticus Cap. 17 dicit animam omnis carnis esse in sanguine, sensus minime est, animam a sanguine non distingui, sed a sanguine potissimum unitam corpori animam dependere, ut mox edicunt omnes rationes. Sic dictum est, inquit D. Augustinus, anima omnis carnis est sanguis, quomodo dictum est: Petra erat Christus, scilicet, non quia hoc erat, sed quia hoc significabat. Non autem frustra lex animam voluit significare per sanguinem, rem scilicet invisibilem per rem visibilem; quia sanguis per venas manans ab ipso corde diffusus in nostro corpore plus ceteris humoribus principatur, ita ut ubicumque fuerit vulnus inflictum, non humor alius, sed iste procedat. Ita quoque anima, qua omnibus, quibus constamus, invisibiliter praevalet, isto melius significatur, quod omnibus, quibus constamus, visibiliter praevalet. Hactenus Augustinus.

Quo sensu loquuti sint Sancti Ecclesiae Patres, quum animas quandoque nuncupaverunt corporeas, diximus superius Lib. 2do, Cap. 1. in resp. ad objectionem 4tam. Ac certe in eo tantum sensu locutum fuisse D. Hilarium, liquido constat ex iis, quae scribit in Psalmum 129. Inquit n. num. 6. Ergo ad imaginem Dei homo interior effectus est, rationabilis, mobilis, movens, incorporeus, subtilis, aeternus .... Sed anima humana in hac sensus sui mobilitate ad imaginem opificis sui facta est, qua naturam Dei mobilitas animae perennis imitatur. Nihil in se habet corporale, nihil grave, nihil caducum. Quae fuerit in hac re D. Augustini opinio, non aliunde melius constare potest, quam ex ipsius Epistola 28. de natura, et origine animarum ad Hieronymum. Ea, si clarius loqui poterat. Incorpoream, inquit, esse animam, etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. Sed, ne verbi controversiam vel superfluo faciam, vel merito patiar; quoniam, quum de re constat, non est opus certare de nomine, si corpus est omnis substantia, vel essentia, vel si quid aptius nuncupatur, id, quod aliquo modo est in se ipso, corpus est anima. Item, si eam solam incorpoream placet appellare naturam, quae summe incommutabilis est, et ubique tota est, corpus est anima; quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro, si corpus non est, nisi quod per loci spatium aliqua longitudine latitudine, altitudine ita sistitur, vel movetur, ut majore sui parte majorem locum occupet, breviore breviorem, minusque sit in parte, quam in toto, non est corpus anima. Per totum quippe corpus, quod animat, non locali diffusione, sed quadam vitali intentione porrigitur. Itaque neque Sacrae Scripturae, neque Sancti Ecclesiae Patres negarunt unquam spiritualem et incorpoream esse humanam animam.

Caput 2dum

De immortalitate Animae humanae.

Quamvis ad humanae animae immortalitatem suadendam, inter alia efficacissima rationum momenta, cuilibet satis esse deberet communis ille naturae instinctus quo omnes naturaliter ad immortalitatem tendimus et de futuris post nostrum discessum ex hac vita multoties cogitamus. Nam et propagatio sobolis, et adoptiones Filiorum et dicatio nominis, et Testamentorum diligentia, et ipsa sepulchrorum monumenta, atque elogia satis demonstrant, non mediocrem inesse nobis de nostra immortalitate naturalem sollicitudinem, adeout maximum hoc sit argumentum, ut animadvertit Tullius, naturam scilicet ipsam de immortalitate animorum tacitam judicare; non defuere tamen Philosophi qui contra communem sensum, interire una cum corpore animam existimarent. Sunt, inquit Tullius Lib. 1. Tusc. Quaest., qui nullum censeant fieri discessum, sed una animum, et corpus occidere, animumque cum corpore extingui. Qui discedere animum censent, alii statim dissipari, alii diu permanere, alii semper. Qui animum mortalem tenuerunt fuere inprimis Leucippus, Democritus, et Epicurus. Hic n., ut refert in ejus vita Laertius, dicere solebat, nihil ad nos pertinere, quod acerbissimum malorum sit, et horrendum maxime mori, quoniam, inquiebat, quum nos sumus, mors non adest quum vero mors adest, nos jam non sumus. Non secus quoque de animi duratione senserunt Stoici, hoc tamen discrimine, ut putarent, indoctorum animas, soluto corpore, paulatim concidere, animas vero eorum, qui sapientia, virtuteque claruerunt, ad totius usque mundi conflagrationem esse duraturas. Quae fuerit in hac re Aristotelis opinio, non ita certe statui potest. Animas fuisse mortales, tradunt S. Justinus Martyr, uterque Gregorius Nyssenus, et Nazianzenus. Alexander Aphrodisaeus Aristotelis interpres, aliique non pauci. Fecisse immortales, e contra nobis Theophrastus ejus Auditorem Ammonius, Philoponus, Simplicius, Albertus Magnus, et S. Thomas. Qui denique opinati sunt mentem humanam esse corpoream (quoniam fieri nequit, ut una cum corpore non intereat, quod eadem cum illo ostendunt natura) docuerunt non esse immortalem. Verum, quemadmodum inter antiquos Ethnicos Philosophos inire quamplures, qui animam incorpoream dixerunt naturam: ita fuere quamplures, qui animum sempiternum, et in aeternum victurum affirmarent. Ac primo omnium, si Tullio fidem habemus, id docuit Pherecydes Syrus, si vero Choerilo Poetae apud Laertium credimus, Thales Milesius. Pherecydes sepultus est illius aliquando Auditor Pythagoras Samius, quamvis in eo erraverit, quod animum, quum moritur homo, ex uno in aliud corpus transire, fuerit opinatus. Humanas quoque animas immortales fassi sunt Trismegistus, Zoroastres, Anaxagoras, Archytas aliique quamplures, inter quos praecipuum sibi locum vindicant Socrates, Plato, et summus simul Philosophus, atque Orator M. Tullius. Hae praecipue fuerunt, ut viri eruditi animadvertunt, de separata a corpore anima, inter antiqua Philosophia opiniones.

Philosophi Christiani exceptis nonnullis Heterodoxorum, seu potius Atheorum, esse immortalem humanam animam, simul ac Spiritualem, unanimi ferme consensione semper docuerunt. Id definitum in pluribus Conciliis, secundum omnium fere authoritatem SS. Patrum, imo secundum doctrinam ipsius Xti Domini in Evangelio inquientis Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Verum, tametsi permanere post mortem corporis animam, persuasi omnes sint, non eodem tamen modo demonstrare in hac re solent. Nonnulli n. etiam Catholici, in ea sunt opinione, ut immortalitas animorum sola fide certa sit, et nulla demonstratione firmetur, Alii vero contendunt aeternam eorum durationem firmis, et inconcussis rationibus posse persuaderi. Nos postremam hanc amplectimur sententiam. Sed antequam ad ejus probationem veniamus, praemittendum est, quo sensu mortalitas, et immortalitas animae sumi possit. Duplici modo potest vocari aliquid mortale spectari, nimirum vel per dissolutionem partium, ita tamen, ut partes ab invicem separatae conservent, Atque haec improprie tantum mors nuncupatur, vel per interitum, seu, ut Scholae loquuntur, per annihilationem, qua fit, ut substantia, quae prius vivebat vivere, et existere omnino desinat,

Atq. hec proprie mors appellatur. Immortalitas pariter duobus modis accipi potest, intrinsece scilicet, et extrinsece. Est intrinsece immortale, quod natura sua perpetuo postulat conservari, nec potest, illius spectata natura, in nihilum redigi. Est extrinsece immortale, quod a nullo prorsus extrinseco agente potest vita privari. Immortalitas intrinseca simul, et extrinseca soli Deo convenit, quum solus Deus ita vivat, ut a nullo extrinseco agente possit illius vita extingui. Immortalitas intrinseca tantum convenit Angelis, et menti humanae, quum naturae viribus eo pervenire nequeant, ut nullas possint amplius vitae functiones exercere, possint tamen, quemadmodum ex nihilo habuerunt originem, ita Deo volente, ad pristinum nihilum reverti. His positis, ut praetermittamus disputationes de anima intrinsece, seu natura sua immortali, seu potius incorruptibili, sit

Propositio unica. Animam humanam non esse cum corpore interituram, non solum fide credere debemus, sed evidentissimis rationibus possumus demonstrare.

Pro. 1a. Propositio argumentis ex moralibus principiis derivatis. [illegible] hec autem argumenta [illegible] ex omnium fere gentium, et nationum consensu deducitur. Cum de animarum aeternitate disserimus, inquit Seneca Epist. 118, non leve momentum apud nos habet consensus hominum aut timentium inferos, aut colentium. Omni in re, docente Tullio, consensio omnium gentium lex naturae putanda est. Porro, communem semper fuisse omnium gentium opinionem, animarum vitam esse sempiternam, in dubium revocari non potest. Nam et Indos id pro certo habuisse, tradunt Strabo, et Caelius Rhodiginus, Ac Chaldaeos, Indorumque Magos animae humanae immortalitatem primos omnium docuisse, fatetur Pausanias. Eandem fuisse Aegyptiorum, et Thracum sententiam ex Herodoto, et Mela habemus. Priscos vero illos, quos Latinos, omnium scilicet antiquissimos vocabat apud Tullium Ennius, teste eodem Tullio Lib. 1. Tusc. Quaest., certissime existimavisse esse in morte sensum, neque excessu vitae sic deleri hominem, ut funditus interiret. Idque, inquit deinde Tullius, cum multis aliis rebus, tum e Pontificio iure, et caeremoniis sepulchrorum intelligi licet, quas maximis ingeniis praediti nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent, nisi haesisset in eorum mentibus, mortem non interitum esse omnia tollentem, atque delentem, sed quandam quasi migrationem, commutationemque vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse, in ceteris humi retineretur, et permaneret tamen. Quod de Gallis accepimus. Horum Druidae, ut refert Julius Caesar Lib. 6 de Bello Gallico, animorum immortalitatem, veluti praecipuum dogma suadere nitebantur, ea potissimum de causa quod hoc maxime ad virtutem excitari putarent, metu mortis neglecto. Tandem ut alias nunc faciam nationes, eam quum in Canarias, Americam, et alia longinqua loca primum ventum est, ait Hugo Grotius, reperta ibi quoque eadem de animis sententia. Concludendum itaque cum Tullio Lib. 1 Tusc. Quaest. Si omnium consensus naturae vox est, omnesque qui ubique sunt, consentiunt esse aliquid, quod ad eos pertineat, qui e vita cesserunt, nobis quoque idem existimandum est.

Alio etiam morali argumento ex summa Dei providentia desumpto probari potest animae immortalitas. Certum enim est huic universo, tanquam verae constitutae Reipublicae, summum praeesse Moderatorem, et Principem, qui et virtutis remuneratorem, et scelerum vindicem. Neque enim casu, et fortuito creati sumus, neque Deus dici potest iniustus. Quis autem non videt [illegible] una cum corpore interiret anima, et male consultum esse [illegible], et sua fraudarentur mercede virtus, et probi, illique [illegible] qui se vitiis, et sceleribus contaminaverunt? Sublata profecto de animorum immortalitate opinione, et summa neganda erit Dei providentia et nullum erit turpitudinis genus, cui se homines scelesti ac perditi [illegible] metu liberati ultro, libenterque non dedant.

Quod autem magis evincit animae nostrae immortalitatem innatus est appetitus ille, quo in ipsam aeternitatem, summumque bonum vehementissime ferimur. Siquidem, ut ait S. Augustinus Lib. de moribus Ecclesiae Cap. 3 Beati omnes vivere volumus, nec quisquam est in hominum genere, qui non huic sententiae, antequam plane sit emissa, consentiat. Porro tantum quod ne omnes innatum aeternae felicitatis desiderium, vel inutile, ac vanum est vel, corporeis vinculis soluto animo, eo, quo tendit, pervenire potest? Si vanum, et inutile est, Accusandus profecto Deus, quod inutilem nobis inseruerit appetitum, accusanda natura, quae ad optandam beatitudinem instinctu vehementissimo nos impellens, efficiensque, ut immortalem vitam speremus, fallat nos semper, turpiterque decipiat. Si vero hujusmodi desiderium neque vanum, neque inutile est, certum itaque est mentem nostram non dissipari in morte, sed a corpore duntaxat disjungi, eique superesse, ac vivere.

Pro 2do Propositio demonstratione Metaphysica ex natura ipsius mentis humanae desumpta. Nam, si nullum deficit corpus, licet in sui divisione minuatur, et varias induat formas, multo minus interire animum putandum est, in quo, ut optime Tullius, nihil sit admixtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil duplex, quod propterea aut secerni, aut dividi, aut discerpi, aut distrahi possit. Mors non attingit animam, ait S. Gregorius Nyssenus, Quomodo enim dissolvi potest, quod non est compositum?

Dices 1. contra primum morale argumentum, non omnes Gentes unanimi consensione animae immortalitatem admittere certum enim est, detectas fuisse in America, Asia, et Africa integras nationes adeo ferarum similes, ut illas nulla immortalitatis opinio moverit. Nam et aliquos populos Novae Franciae, novae Angliae, atque Virginiae in Septentrionali America, et quasdam gentes Paraguariae, et Brasiliae in America meridionali, et Siamenses, Sinenses [redacted] in Asia, et in australi Africae Regionibus Hottentotos, alteram ignorare vitam, tradunt recentiores Historici. Sed, quorsum remotissimarum nationum mores, atque opiniones consulimus? Annon priscis temporibus negata fuit animarum immortalitas ab Epicureis, ceterisque magni nominis Philosophis? Annon hac etiam nostra aetate summi in Boreali potissimum Europa, existunt viri, qui omnia interire putant post corporis dissolutionem? Animas non interire animas, primorum fortasse Legislatorum fuisse commentum, ut metu, et spe futurorum, in suis officiis continerent genus humanum.

R. Omnes omnino Gentes, quas hactenus novimus, persuasas esse de immortalitate animarum, et post hanc vitam aliquid expectandum esse judicium, ne aut iniquis impunitas sine poena, aut magna virtus sine solatio, [illegible] maneat, quemadmodum Hugo Grotius in Lib. 1o de veritate Religionis Christianae, et P. Pomaglia in Dissertatione contra Fatalistas, Sermone Preliminari, aliique viri eruditi demonstrant. Hinc Indi ipsi, quos Brachmanes vocant, praeclaris fuisse refert Strabo hanc vitam habendam esse [illegible] recens concepti fetus statum, mortem vero nativitatem esse ad eam, quae vere vita est, planeque beatam, ut [illegible], qui [illegible] fuerint. Quae vero de nonnullis Americanis, Asiaticis et Africanis populis narrantur, a veritate aliena sunt, si fidem habemus recentioribus, et accuratioribus historicis

qui in iis regionibus fuerunt, et earum gentium mores curiosius, attentiusq. examinarunt. Sed, antequam eorum testimonia proferamus; notandum est, quosdam minus diligentes scriptores descripsisse aliquas nationes sine ulla opinione immortalis vitæ, quod, prætermisso accurato examine, sibi in animum inducerent, integras illas nationes sine ulla Religione, et absq. ulla opinione divinitatis, vivere; quod tamen falsum esse, demonstrari facile potest. Nam primo inter septentrionales Americanos nullam esse sine aliquo Deo nationem, plures referunt maximæ fidei scriptores, quos in suo Libro de sacris originibus recenset Cl. Stillingfleetus. Refert n. Dominus Champlain, se a Canadense, seu Novæ Franciæ Rustico homine petiisse, cur apud suas gentes nulla essent sacrificia, nullæq supplicationes, nullus divinitatis cultus; responsum autem accepisse, Canadenses gentes persuasas esse de existentia alicujus colendæ divinitatis, sed extrinsecum cultum, ceremonias, sacrificia, preces in libertate, atq arbitrio suo sic positas gentis suæ. Tatente Purchasio, Novæ Angliæ silvestris incola testatus est interroganti Vitlovio existere secundum patriæ Religionis principia totius orbis authorem Deum, et Kistitan appellari. In itinerariis itineribus Domini le Grand legimus, confirmante P. Sagard, admitti apud Huronos summum Creatorem Deum, Atao üacan nuncupatum; quod et Souriquesii Populi, eodem teste Sagardo, ominant: Habitatores vero Virginiæ unum colere verum omnium conditorem, quem Okäe nominant, recentiores ~~[illegible]~~ ^terræ^ navigationum descriptiones satis manifestant. Ut a septentrionalibus ad Meridionales Americanos veniamus, narrat Nicolaus del Techo in Paraquaria, et Brasilia Diagritos, et Calchaquinos Solem veluti Deum habere, Guacuros Lunam, Guaranos Divinitate quandam proprio apud eos nomine carentem adorare: ~~[illegible]~~ Chilensis Regionis incolas, antequam subderentur Regi Hispaniarum, habuisse Deum quemdam Creatorem, quem Pillan dicebant, idem Nicolaus del Techo consignavit monumentis literarum, confirmantibus Maregravio, aliisq. recentiorum historicis. Non secus sentiendum est de barbaris, atq. incultis Africæ nationibus, quas aliqui docuere esse destitutas omni cognitione divinitatis. Galanos n. Abissiniæ populis finitimos, Cælum veluti Deum colere, scribit in historia Æthiopiæ Ludolfus; Gentes, quæ Insulam Madagascar incolunt adorare supremum Conditorem, narrant Bellonius, et Educhius. Eandemq. esse opinionem, tametsi aliquantum confusam, apud Cafros, testatur Joannes de Santos. P. Tachardus, et Dominus de la Louvere tradunt Populos Promontorii bonæ spei habere aliquam notitiam, et cultum Dei: ~~At~~ novissime Andreas Kolbius, qui jussu Regis Borussiæ, decem annorum spatio, in australi parte illa Africæ moratus est, et summa diligentia earum gentium mores notavit, linguam didicit, ~~atq~~ ^pluribus^ muneribus earum sibi familiaritatem conciliavit; in descriptione Promontorii bonæ spei satis evidenter demonstrat, quantum a veritate aberraverint, qui existimarunt Hottentottos nulla esse imbutos opinione divinitatis, nullos habere sacros ritus, nullum extrinsecum cultum ^divinum^. Quid de Siamensibus, Sinensibus, ~~[illegible]~~, cæterisq. Asiaticis dicendum? ~~Caribeos vocatos Antillarum Insularum populos admittere supremum numen, quod neminem nocere, atq infinite bonum [illegible] ^putant^, memoriæ prodiderunt D.s de Rochefort in sua historia, et D.s du Tertre in historia Antillarum; imo barbaros illos suos quoq. habere sacerdotes, et sacra; [illegible] Regis Borussiæ Bibliothecarius in Lib. 6. historiæ Christianitatis Indiarum~~. Regna ~~[illegible]~~ Siami, Tonkini, Cocincinæ; Imperia Sinense, et Japonicum; omnes denique majus remotiusq Provincias plenas esse Idolis, falsisq. divinitatibus adeo certum est, ut vocari in solidam disputationem non possit ab iis, qui illarum Gentium historias vel leviter attigerint. His positis, hoc contra recentiores Epicureos conficiendum est argumentum. Qui opinati sunt esse nationes sine opinione immortalis vitæ, id opinati sunt, quod illas nationes nullam habere putarent opinionem divinitatis; sed nullæ hactenus inventæ sunt nationes, quæ imbutæ non essent aliqua opinione divinitatis; nullæ sunt ergo nationes, quæ non habeant opinionem vitæ immortalis. Cæterum, prædictos populos de immortalitate animarum esse persuasos, illi ipsi scriptores perhibent, qui illos esse ab Atheismo alienos demonstrant. Siamenses n., atq. Sinenses non interituras una cum corpore animas, sed in aliud ~~[illegible]~~ ^corpus^ migraturas pro certo habent, nisi velimus fidem detrahere omnibus ferme historicis, et catholicis in iis Regionibus Fidei Prædicatoribus. Caribei, fatentibus Viris cl. De-Rochefort, et du-Tertre, putant collocatam in corde animam non deficere cum corpore, sed ^post mortem hanc vitam^ in Cælum ascendere. Hottentotti, tradente Kolbio, ita victuras solutas a corpore animas putant; ut pro iis supplices preces adhibeant; ac summonere Plimentant, ne vita functi redeuntes ad loca, quæ solebant incolere quum ~~[illegible]~~ ^terrenam^ hanc vitam vivebant, parituri sint illis aliquod damnum, aut malum. Americanæ autem Gentes ^plerisque^ sic immortales habebant animas, ut illis vel transmontana, vel transmarina loca assignarent, in quibus commorarentur post earum a corporibus emigrationem, quemadmodum accuratissimi scriptores unanimi ferme consensione testantur. Quod si Adversarii ad sinum Soldaniæ confugerent, asserentes illas saltem Gentes, secundum testimonia Recentiorum, fuisse inventas sine opinione divinitatis, et immortalitatis animarum, respondendum est, id quoq falsitatis esse redarguendum. Recentissimus n. scriptor Riccardus Cumberlandus in Tractatu philosophico legum naturalium, nisi temere a Lockio, Acosta, et aliis id fuisse traditum demonstrat rationibus evidentissimis. ~~Ab~~ eiusdem est opinionis Barbeyracius, sedulus Cumberlandi interpres, qui cum Hugone Grotio et Samuele Pufendorfio contendit, universum genus humanum ~~[illegible]~~ divinitatis existentiam, et immortalem proinde vitam aliquam admittere.

> ^ Et Caribeos Populos Insularum septentrionalibus ~~[illegible]~~ ^[illegible]^ nalibus ^[illegible]^ Americæ oris adjacentium admittere supremum numen, quod nemini nocere, et infinite bonum putant memoriæ prodiderunt D.s de-Rochefort in sua historia, et D.s du-Tertre in historia Antillarum; imo Barbaros illos suos quoq. habere sacerdotes, et sacra, scribit D.s de la Croze Regis Borussiæ Bibliothecarius in L. 6. 7. Historiæ Christianitatis ~~[illegible]~~ Indiarum. ^ ~~[illegible]~~ Chilensis regionis incolas &c.

Si priscis, et nostris quoq temporibus aliqui fuerunt, aut sunt, Philosophi, qui interire cum corpore animam putant, nihil inferri potest contra universalem hominum consensum. Nam, ut ait præclare Du Hamelius; nihil mirum esse debet, si Philosophi, qui se corporibus totos dederunt, non viderint plus aliquid mente, quam corpore. Quod si aliquis forte uno oculo aut pede mulctatus nascitur, non ideo negabimus, duos oculos, aut duos pedes ad naturam hominis pertinere. Neq. adeo, si minutiores quidam Philosophi animos velut capite damnarunt, idcirco nobis, naturam intra de immortalitate animorum tacitam judicare negandum est. Quanquam, si res accurate perpendatur, nulli fuerunt Philosophi, qui sibi persuaserint, post corporis mortem nihil esse nobis sperandum, aut metuendum. Asseruere quidem scelerati homines omnia cum corpore dissolvi, atq. interire, ut rem novis studerent, ut haberentur sapientiores, ut se se omnibus sceleribus impure dederent; verum illos ipsos de morte animæ non fuisse revera persuasos, tum continuæ eorum dubitationes, tum perpetuo eorum animis insidens metus, tum ea, quæ ultimis vitæ momentis aut dixere, aut operati sunt, satis evidenter ostendunt. Plura ad hanc rem afferre possemus exempla; sed aliqua tantum celebriora dabimus.

bimus. Bio Boristhenites Theodori Cyrenaei Auditor, qui nullos esse Deos docuerat, et nihil ab iis timendum, praeterea ut expectandum post corporis mortem, ut tradit Laertius Lib. 4, quum in longum morbum incidisset, ac mori plane timeret; qui Deos non esse dixerat, qui fanum non viderat, mortalibus qui illuserat, dum Dis immolarent ···· non solum, peccavi, dixit, delictis parcite; sed et anui collum facile porrexit excantandum. Thomas Hobbesius, qui suis in Libris demonstrare conatus fuerat nihil esse in universo praeter materiam, nullos idcirco existere spiritus, qui possint sine corporibus; testante Baelio, ita spectra, atque phantasmata sive Daemonum, sive vita functorum metuebat, ut solitudinem quammaxime fugeret. ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ Idem Baelius miserandum, eque ac ridiculum suppeditat nobis exemplum viri cujusdam nobilis ex urbe Sainthibal, qui nullum esse Deum, nullas aeternum victuras animas dictitans, suorum in impio systemate sociorum inconstantiam lamentabatur in hunc modum. Dolendum maxime est, inquiebat, nullum ex nostris intrepidis sanisque Philosophis in susceptis dogmatibus perseverare, eandemque praeseferre semper constantiam, fortitudinemque. Heu! quum morti proximi sunt, summo cum dedecore, futura pertimescunt, suas opiniones retractant, et caeterorum more hominum, sua peccata confitentur dolentes, et reliqua sacramenta suscipere non erubescunt. Hec insanus ille; ex quibus inferre possumus, ita docente natura persuasum esse genus humanum de immortalitate animarum, ut neque scelerati, et impii homines contrarium revera quandoque senserint.

Neque merito asserere quis potest immortalitatem nostram [illegible] fuisse Legislatorum commentum, ut [illegible] servare leges humanum genus. [illegible] vel primos Legislatores intelligunt primos generis humani parentes, vel primos diversarum Civitatum Conditores diversarumque Nationum Reges. Si primum [illegible] volunt Patres Filiis suis carissimis tot insignes facultates, velut haereditariam relinquere, [illegible] habentes in Filios absolutum dominium, commentis minime indiguerint, ut eorum sibi obedientiam conciliarent. Incredibile est Filios tantae rei falsitatem aut non agnovisse, aut saltem suspicatos non fuisse: Incredibile est primorum hominum simplicitatem tam callidis adeo dolis consuevisse potuisse: Incredibile denique est audaces, indocilesque Filios commentitiis inventis potuisse contineri. Si autem per primos Legislatores intelligunt Adversarii diversos diversarum Nationum Principes, qui [illegible] potest aut tot in eadem [illegible] fabula convenisse tot diversos Regesque Legislatores, aut tot diversos [illegible] populos, [illegible] more fabulosis dogmatis universalem promptissimamque fidem [illegible]. Plura alia argumenta sunt quae evidenter demonstrant, hoc nempe esse [illegible] [illegible] proponit P. Thomas Mongilia in Dissertatione contra Fatalistas, Serm. [illegible], sec. 18. et sequentibus, quae nos ommittere debemus, ne longiores, quam par est, simus.

Dices 2do contra aliud morale argumentum. Brutis neque premia, neque supplicia aeterna rependuntur; [illegible] supremi numinis munificentia, et vindicta locum non habent, et tamen justus, et munificentissimus est Deus, ac plura sunt in Brutis sive bona, sive mala. Ergo summa semper servatur Dei providentia, atque justitia, etiamsi nihil mali pertimescendum sit hominibus a Deo, nihil boni expectandum, praesertim quum sit ipsa virtus sibimet pulcherrima merces, vitium sibimet supplicium, quo nullum horribilius.

Verum, praeterquamquod Decreto Dei nati homines sunt, et soli recognoscant, agnoscant, suspiciant, venerentur, laudent, et ament Omnicon[ditorem] suum, [illegible] vero caetera sensibus duntaxat, et rebus sensibilibus nascuntur; Alia non deerunt maximum [illegible] inter homines, et Bruta discrimen. Etenim ut [illegible] nec Fidei, nec Religioni, ita neque virtutis, aut meriti compotes sunt, libero non utuntur arbitrio, ac multo minus rationis dictamine: Justitiae leges et divina praecepta non [illegible]. Hinc non est, cur aut Brutis Bruta noceri debeat, [illegible] ac homo homini; aut curea [illegible] vel efferre Bruta debeant quae nos aut sumere debemus aut vitare. Deinde, [illegible] immortalitatis expetitio [illegible] vitae statum, in quo feliciter vivat, eum avversat, in quo infeliciter, quum tamen Bruta nihil simile excogitent, expetant, avversent. Tantum quum intercedat discrimen inter homines, et Bruta; mirum non est, si post mortem corporis, aut praemia, aut poenae homines manere debent, caetera vero animalia pro ratione patratorum generum, neque supplicio, neque premio sint afficienda.

Magnifice autem dicunt Adversarii, [illegible] virtutem sufficere, et vitium coniunctum esse sceleratis hominibus [illegible]. [illegible] virtus est [illegible] met pulcherrima merces; Cur ergo Antiqui honores optimo sibi iure vindicant ob recte administratam Rempublicam? cur milites, ob ea, quae gesserant [illegible], superiores gradus exigunt? Cur denique [illegible] consentanea [illegible] mercede denique censent? Quamquam, nullus virtuti locus relinquitur, si anima extinguatur. Nec virtus ut [illegible] Lactantius Lib. 7. Institutionum, erit [illegible] quum praesenti vitae noceat: Nam prohibet ut bonis homines, quae naturaliter appetunt, et ad sustinenda mala compellit, quae naturaliter fugiunt. Ergo maximum est virtus, et summa [illegible], stultumque judicare necesse est, qui eam sequuntur, quoniam se ipsum laedit et [illegible] bona praesentia, et appetendo mala nec ipse fructus amplioris. Si autem virtus maximum non est, [illegible] contemnere, [illegible] voluptates vitiosas, [illegible] contemnit, et fortis qui nec dolorem, nec mortem timet, ut officium servet, Ergo majus aliquod bonum [illegible] necesse est, quam ista, quae [illegible]. At vero, morte [illegible], quod majus bonum parari potest, nisi aeternitas?

Vitium non esse sibimet sufficiens supplicium, ex eo patet, quod homines scelesti prae [illegible] conscientia, quae [illegible], metuant etiam infamiam, diuturnos Carceres, Tormenta, Cruces. Deinde, plerique vitam interdum conscientiae stimulis affligunt, [illegible] qui animum una cum corpore perire [illegible] sunt. At, demum conscientiae stimulis cruciari [illegible] homine. Hoc quidem evidenter demonstrat esse aliquod in nobis omnino [illegible], quod in caeteris animalibus non reperitur. Nulla [illegible] nullius ex male acta vita tangit eas conscientiae stimulus. [illegible] homines [illegible] cantu, [illegible] opera, praesertim imminente morte, tamquam sensu [illegible]; [illegible] eorum conscientia animaeque immortalitas ostendit.

Quod si reponat Peirerius, Cap. 1 Geneseos Gentilium creationem enarrari, Cap. vero 2do formationem Adami primi Judæorum non omnium hominum Parentis, respondendum erit cum eodem P. Alexandro, alterius hominis creationem primo, et 2do Capite Geneseos a Moyse non describi sed versum 7 2di Capitis meram anacephalæosim continere, qua id, quod primo Capite de creatione Adami pressius dixerat, et quasi proposuerat, prolixius explicat, et accuratius. Nam imprimis versiculo 4. Capitis 2di creationem Cœli, terræ, plantarumque commemorat, sicut versu 7 creationem hominis describit. Sicut ergo non alii cœli, alia terra aliæ stirpes, et plantæ versu 4to Capitis 2di memorantur, quam illæ, quarum creatio Cap. 1 descripta est, ita nec alterius creationem hominis meminit Moyses versu 7 Capitis 2di, sed narrationem Cap. 1. propositam resumens, eam accuratius describit. 2do systematis Præadamitarum falsitatem demonstrant verba illa Cap. 2. v. 5: Et homo non erat, qui operaretur terram. Quomodo enim non erant homines, si existebant Præadamitæ, quorum creatio, docente Peirerio, Cap. 1. narratur? 3tio, sex dierum operibus absolutis, ac recensitis Cap. 1., Deus a creatione cessasse dicitur, imo sabbatum propterea constituisse. Post septimam itaque diem Adamum non creavit. Deinde, quod attinet ad dominicum illud sabbatum a Judæis imitatione exprimi, et celebrari, si Adamus Judæorum Pater ante illud sabbatum creatus non sit. Quarto Gentium Regna, et Principes, Geneseos Cap. 10. ortum duxisse narrantur a Sem, Cham, et Japhet Filiis Noe, qui ad Adamum originem suam referebant. Omnes igitur homines ab Adamo progeniti sunt, Propterea Apostolus, ut legitur Actorum Cap. 17 v. 26 in Areopago sermonem habens, de Deo ait: Fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem Terræ. Alia argumenta et efficacissima equidem sunt, quæ liquido ostendunt, desipere eos, qui Præadamitarum existentiam ex sacris potissimum scripturis demonstrare conantur; sed illa, quæ ex intima Theologia petita sunt, Theologis relinquimus. Ea consulere poterit quis apud laudatum Natalem Alexandrum, et apud Calmetum commentario in Caput 2dum Geneseos. Ceterum, admissa etiam Præadamitarum hypothesi, non erit demonstratum, animas humanas fuisse initio simul avulsas ex universi anima, in aliis orbibus fuisse collocatas, ob scelera patrata fuisse successive in corpora detrusas. Nam præterea, quæ in probatione diximus; secundum systema Peirerianum, Animæ sive Adami, sive Præadamitarum non extiterunt ante creationem corporum, sed fuere a Deo creatæ vel una cum corpore, vel post corporis productionem. Quæ ex Libro Cozar, aut ex Rabbino Abrar allata sunt, quum prorsus sint commentitia, atque ridicula, id nobis postulant, ut tantum commemorentur. Hypothesis denique illorum, qui putant Jovem, Martem, aliosque Planetas suos habere incolas, eam si non revereri nullum tamen habet robur adversus Probationem nostram. Quærimus enim, utrum animæ hominum in aliis cælestibus corporibus quandoque fuerint, atque inde ex illis Regionibus in terram descenderint, nostris constructis corporibus. Quare, tametsi et Joviales, et Martiales e. g. forent homines, non sequeretur tamen fuisse quandoque martiales, aut Joviales animas, quæ unitæ nunc sunt corporibus Terricolarum.

Dices 2do. In Psalmo 118 dicitur Priusquam humiliarer ego deliqui, hoc est, priusquam humiliaretur anima mea per corporis alligationem, in quo, velut in carcere, detinetur, peccavi Deus meus. Hinc studet Regius Psaltes: Educ de carcere animam meam.

R. nimis perturbari ab Origenistis sacros textus, quos eos secundum pravam adeo opinionem interpretantur, et inepte contorquent. Quum postulat David educi de custodia, seu carcere corporis animam, non indicat animam in pœnam peccati fuisse in corpus, tanquam in carcerem, detrusam; sed corpus nuncupat carcerem animæ, propterea quod unita corpori non potest Deum cognoscere et contemplari, quemadmodum separata a corporeis commercio contemplabitur. Ut itaque liberius cognoscere, et consequi Deum possit, exclamat Propheta Regius: Educ de corpore animam meam.

Propositio 3tia. Animæ humanæ per traducem non propagantur ex Parentibus in Filios.

Probatio demonstratur. Animæ humanæ ex Parentibus in Filios per traducem propagari non possunt, quia corporeæ dicantur. Nam, ut apposite P. Fortunatus, quum propagatio per traducem in eo consistat, ut una portio alicuius substantiæ, quæ ex uno in aliud hoc modo diffunditur, decedat ex generante, et genitum subeat, non quod per traducem dicitur propagari

nequit anima, quae in patre existit, propagari in filium, nisi plures particulas ipsa contineat, quarum una seu ipsa a suo toto separari possit, et seminis vehiculo in illud transfundi corpusculum, cui pater ipse, quum filium generat, initium et motum, et vitam, ac proinde nisi sit corporea. Sed humana Anima, ex superius demonstratis, non est corporea. Ergo animae humanae ex parentibus in filios per traducem propagari non possunt. Confirmatur. Nam si spiritualis anima haberi posset ex traduce; vel totus spiritus Patris transiret in Filium, vel pars: si primum; Remaneret itaque sine Anima Pater: si 2dum; spiritus ergo, seu anima Patris foret divisibilis, et materialis. Fieri itaque non potest, ut corporum more per traducem habeat Anima.

Dices 1. Docentibus Scripturis, animae humanae habentur per generationem ex eo ex. Probatur: Genesios Cap. 46 v. 26 dicitur: Cunctae animae, quae ingressae sunt cum Jacob in Aegyptum, et egressi sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex. Ergo etc.

R. negando ad probationem conc. ant. ne. conseq.um quum ait scriptura animas egressas esse de femoribus Jacob, per animam totum exprimit hominem, non incorpoream duntaxat substantiam illam, a qua humani corporis vita dependet, ita ut sensus sit: Cuncti homines, qui egressi sunt de femore Jacob, fuerunt sexaginta sex. Nam, ut pluribus exemplis demonstrari posset, mos est Scripturarum, nomine animae, totum designare hominem; quod et nos tam in loquendo, quam in scribendo plerumque facere solemus, quum fortes homines fortes animas dicimus, vel et aut, animas vel nuncupamus. Quod si quis premat improprium esse dicere hujusmodi loquutionem; propterea quod, et totus homo non habetur ex generatione, neque totus homo egressus dici potest ex femore Patris: respondendum esset, sacras scripturas non fuisse semper loquutas, more Philosophorum, in sensu proprio, et rigido, sed hominum vulgari consuetudini se se saepe accommodasse. Quamobrem, ut totus Filius descendisse dicatur a femore Patris, sufficit ut corpus duntaxat Filii ex generatione descendat a Patre; quia licet corpus non sit hominis pars principalis, ea tamen est, quae in homine nobis immediate occurrit, quaeque sola, quum hominem intuemur, a nobis conspicitur.

Dices 2do. Si animae humanae non propagantur ex traduce ex Patribus in Filios, intelligi non potest propagatio originalis peccati. Nam quomodo in posteros transire, nobisque communicari potuit primi Parentis labes, si animae nostrae ex infecta Adae anima profectae non sunt? Si anima ex traduce non est, argumentabatur quondam D. Augustinus Pelagius, sed sola caro tantum habet traducem peccati: sola ergo poenam meretur. Injustum est enim, ut hodie nata anima non ex massa Adae, tam antiquum peccatum portet alienum; quia nulla ratione conceditur, ut Deus, qui propria peccata dimittit, una imputet alienum.

R. universum humanum genus infectum nasci originalis peccati labe; nec tamen propagari per traducem humanas animas a Parentibus in Filios. Nam si communicatur nobis primi Parentis peccatum, quod animae nostrae sint veluti partes quaedam avulsae ex Adae anima: si Adae primum crimen propagatur in posteros per generationem et per traducem animarum; cur quaeso, non conspicitur quotidie, ut animae Filiorum, quae secundum Adversarios partes sunt decerptae ex animabus Parentum, iisdem pollerent instructae virtutibus, quibus animae Parentum? Cur ex probis, doctisque viris, probi non exoriuntur, doctique Filii? Cur ex improbis atque insanis non proficiscuntur insani semper, et improbi liberi? Nascuntur itaque Filii originali labe infecti, non quod eorum animae ex infectis animabus Parentum per generationem deciderint, sed quia corruptae carni, quae ex Parentibus habetur, conjunctae fuerunt Filiorum animae. Certum tenemus, inquit Auctor Libri de Spiritu, et anima, Cap. 41 quia caro contracta de carne per legem concupiscentiae, quam cito vivificatur, originalis culpae vinculo premitur, ejusque affectionibus anima, quae carnem vivificat, aggravatur. Sub hoc peccati vinculo detinentur parvuli, qui sine remedio Baptismi moriuntur. Habent enim originale peccatum, non per animam sed per carnem utique contractum, animaeque refusum. Carni namque ita unitur anima, ut cum carne sit una persona. Fit enim auctore Deo, anima, et caro unum individuum, unus homo; unde, salva natura utriusque proprietate, adiicitur carni, quod animae est, et animae, quod carnis est, pro unitate personae, non pro diversitate naturae. Quod igitur ibidem singulis est proprium, commune fit amborum; proprium pro natura, commune pro persona. Inde fit anima originali culpae obnoxia, quam caro contrahit, et animae refundit, cum qua unita est in persona, licet divisa in natura. Hactenus Auctor ille. D. vero Augustinus, licet de origine animae fuerit incertus; posito tamen, quod non provenit per traducem, apte docuit, contrahi ab anima originale peccatum quod infectae carni, ineffabili unione, copuletur. Inquit enim Lib. 5. contra Julianum: Profecto aut utrumque (anima scilicet, et corpus) vitiatum ex homine trahitur; aut alterum in altero, (nempe anima in corpore) tanquam in vitiato vase corrumpitur, ubi occulta justitia divinae legis includitur. Quod itaque in universum humanum genus propagetur primi Parentis peccatum, non probat humanas animas, non secus ac caro, propagari per traducem.

Dices 3tio. Homini, non secus ac Plantis, dixit Deus: Crescite et multiplicamini. Sed Plantae multiplicantur per generationem. Ergo etc.

R. ~~distinguo ma.~~ Homini quoad corpus spectato non secus ac Plantis, dixit Deus Crescite, et multiplicamini conc.: Homini spectato secundum animam etc. ne. Min. conc. ma. et sub adata dist.e ne. conseq.um ex iis, quae diximus superius in resp.e ad ob.m primam patet hujus argumenti solutio.

Propositio 4ta. Animae humanae non fuerunt omnes simul initio temporis a Deo creatae, et ut inclusae organicis corpusculis, quae eodem tempore formata a Deo in Evae ovario, et propagata per generationem, in ovis femineis delitescunt.

Ut Propositio haec clarius, quo fieri potest demonstretur, aliqua animadvertere debemus cum tradidis recentioribus Philosophis spectantia ad generationem animalium. Harveus, Steno, Bartholinus, Graafius, Malpighius, Vallisnerius, aliique Empedoclem sequuti existimant animalia omnia oriri ex ovis in prima femina a Deo creatis, propagatisque per generationem in alias feminas (Nam illud intercedit discrimen inter animalia ovipara atque vivipara, ut illa sorte, haec vero intus propria ova foveant. In illis fetus ovo inclusus ex substantia in ovo latente nutriatur, et crescat, in his fetus in ovo latens, et materno existens in utero alimentum recipiat a Matre) Verum ita animalia fiducumque ex ovis oriri, secundum hujusmodi Philosophorum systema, ut non oriantur, nisi facta fecundatione ovi feminei ope seminis masculini. Quare hominis conceptio, seu generatio ex eo fit, quod subtilior, atque vividior virilis seminis portio ingressa femineum ovulum humani corporis machinulae in ovo delitescenti motum communicet, illiusque partes evolvat, efficiatque ut antiquis

redditqe reddant ad eos parendos motus in quibus vita consistit. Hodie pro certo atque explorato habet, inquit Wolfius Psychol. Rat. sect. 4. Cap. 2., fetum in utero materno non generari ex massa seminis rudi, atque indigesta sed ex corpusculo organico preexistente, sive organicum istud corpusculum sit animalculum spermaticum, sive quodcumque aliud rudimentum fetus. Hec posita.

Pro: 1 Probo. Corpusculum illud organicum, quod in ovo latet femineo, antequam fecundetur masculini seminis aura, vel vitę motibus predituм est, vel instar mortui corporis, omni destitutum est motu. Si humana illa machinula motu caret, nullumque in ea habetur vitę signum, predita itaque non est rationali anima. Nam sicuti lex naturę postulat, ut anima humana corpus relinquat, quum amplius non est idoneum ad obeunda vitę munera; ita postulare videtur ut in corpusculo organico non collocet a Deo mens, nisi illud sit idoneum, ut statim ac illi juncta est anima, vitę functiones exerceat. Si vero humana illa machinula spiritu humano animata et movet, et vivit. Sed homo ergo concipiendum, necessum minime est, ut femineum ovum fecundetur a semine maris, sed femina concipiet, quin viro nubat; quod quum maximum sit absurdum, concludendum est, organicum corpusculum in ovulo delitescens femineo destitui rationali anima, antequam fecundum fiat ope aure seminalis.

Pro: 2do Probo. Si feminę preditę sunt animatis ovulis, suaderi istis virginitas nisi generatim posset. Quum enim non constet, quę nam ex illis donatę sint humanis machinulis, quęnam iis destituantur; illę perpetuo virginitatis voto obstringere non possent, quin essent in causa, ut tot perirent animę, quot animata ovula complectuntur. Et recte ergo Christus Dominus tantopere comendavit virginitatem; erravit Apostolus exortans, ut omnes, nullo sexuum discrimine posito, ad sui imitationem perpetuo custodirent celibatum. Preterea, admissa Leibnitiana hypothesi, femine omnes, ne aliqua interiret anima, summo studio niti deberent, ut plures, quo fieri potest, partus emitterent: ubivertum proinde genus humanum polygamiam inducere deberet contra leges majori hominum parti communes, imo contra preceptum Christi pluralitatem uxorum in Evangelio prohibentis: Quę quantum indigna sint, nemo est, qui non videat.

Opponunt 1. Fatentibus divinis Scripturis, Deus initio mundi omnia simul condidit nec deinceps aliquid unquam creavit. Legimus enim Geneseos Cap 2 v. 2: Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat. et requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat. Ergo simul etiam fuerunt conditę omnes humanę mentes, atque in primę Matris ovario collocatę.

R. Deum septimo die requievisse a condendis novis creaturarum speciebus, non autem ab iis etiam creandis substantiis, quę necessarię sunt, ut alicujus intra septem dies conditę speciei propagatio habeatur. Porro, quum Deus rationales quotidie creat animas, non novas aliquas creaturarum species, quas antea non fecerat, producit, sed efficit duntaxat, ut ea, quam ad sui imaginem initio condiderat, species prorsus non extinguatur, et pereat, sed propagatione servetur. Hinc autor Libri de Spiritu, et anima Cap. 41: Quales, inquit, in exordio die sexto masculo et feminę dedit animas, tales quotidie inspirat singulis, nova de nihilo creatione, non nova institutione. Pater, inquit, meus usque modo operatur, et ego operor. Operatur usque modo Pater, et Filius operatione quidem nova, sed institutione non nova, pro illa agens, cum ista quiescens. Res vero corporeę post primam sui creationem novę nullę creantur, sed simul in exordio conditę, temporali formatione propagantur. Animę autem non simul essentialiter factę sunt, sed pro ratione continuli, qua ad imaginem, et similitudinem Dei sunt, et simul factę reputantur, et non simul editę judicantur. Non simul editę pro essentia, sed simul factę pro compari forma ad imaginem, et similitudinem Dei prerogata.

Instabit Wolfius fortasse, autorem Libri de Spiritu, et anima, quicumque ille fuerit, hominem quidem esse varię, multęque lectionis, ut judicabit Erasmus, non tantę tamen autoritatis, ut ejus dicta digna sint, quę in honore habeantur, secus ac summorum Patrum, aut Philosophorum sententię.

R. non solum authorem Libri de Spiritu, et anima, hominem ceteroquin maximę authoritatis, in ea fuisse opinione, sed idem sensisse D. quoque Augustinum, imo totam hanc doctrinam fuisse ex D. Augustino desumptam. Nam Lib. 4. sup. Genesis ad literam Cap. 12. expressis verbis fatetur, locum illum Geneseos de divina quiete a rebus creandis ita posse intelligi, ut sensus sit, Deum requievisse a condendis generibus creaturę, quia ultra jam non condidit aliqua genera nova. Quod docuit optime Epist. 166. scribens ad Hieronimum. Quum enim postulasset S. Hieronimus, ut sibi palam fieret, quomodo adversus Pelagianos defendi posset, singulas animas singulis nascentibus hominibus tamquam a Deo creari, quod ipse Hieronimus in Epistola ad Marcellinum, et Anapsychiam insinuaverat, ostendit Augustinus, ex illo Evangelii loco: Pater meus usque modo operatur, satis non evinci, quotidie a Deo creari animas, et in corpora mitti; sed neque ex eo, quod Deus die septimo quievisse dicatur, id esse falsum satis evidenter posse demonstrari. Ceterum; etiamsi Deus omnes simul initio Mundi condidisset mentes humanas; non recte tamen concluderent Leibnitiani, fuisse illas in Evę ovario inclusas, et per propagationem ovulorum in posteriores feminas propagatas; ut patet ex iis quę in probatione diximus. Hinc oppositi argumenti transmittendum ant: et neganda conseq.

Opponunt 2do cum Wolfio Psych. Rat: sect. 4. Cap 2. Qui sibi metuunt, ne periculosi quid subsit dogmati de preexistentia animarum, propterea quod ab antiquis Ecclesię Doctoribus impugnata fuerit... hominum credulitati obnoxias habent fidem. Non video, quid inde sequatur, quod vel rationali, vel revelatę religioni, vel virtuti sit adversum, si in prima statim rerum creatione animas a Deo ex nihilo productas asseras una cum stamine fetus.

R. antiquos Ecclesię Doctores validissimis rationibus contutasse preexistentiam mentium humanarum tam secundum sententiam Platonicorum, quam secundum sententiam Origenistarum, uti in 2da Propositione vidimus; merito propterea metuere Philosophos, ne periculosi quid subsit dogmati de preexistentia animarum. Atque ea quidem preexistentiam secundum hypothesim Leibnitianorum a Christiano Philosopho admitti non posse ex dictis in superiore probatione adeo perspicuum est, ut non intelligam, quomodo asserere queat Wolfius, nihil ex ea hypothesi fieri consectarium, quod vel rationali, vel revelatę religioni, vel virtuti repugnet. Nam, ut confirmittam sublatam inde virginitatem, et statutam necessario polygamiam, quam pessime sentire cogeremur de ineffabili mysterio incarnationis? Nam Christi quoque anima initio temporis una cum ceteris dicenda est in Evę ovario creata, si pro certo habendum est cum Wolfio, ita Deum quievisse di

septimo, ut nihil postea creaverit, aut creaturus sit ad finem usq. mundi? Animam tn̄ Christi tunc solum a Deo fuisse creatam, quum divini verbi facta fuit incarnatio: Incarnationis autem mysterium fuisse duntaxat adimpletum, quum Angelo nuntianti respondit Virgo. Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum; communis ē sententia SS. Patrum. N̄ itaq. initio temporis creata fuit in suo ovario Christi anima; ac propterea hypothesis Leibnitiana, ex qua tam indignum consequitur absurdum, revelatæ religioni omnino adversatur.

Qd si urgeat Wolfius, incarnationem Verbi divini eē miraculum, n̄ propterea nostri argumenti vim infringit. Fatemur equidem eē illam maximum miraculum; sed neq. p miraculum creare aliquid debuit Deus, si ut putat Wolfius, a rerum condendarum die septimo penitus quievit: Quieti siquidem n̄ minus ea actio opponitur, quæ supra leges naturæ, quam ea, quæ naturæ legibus stare respondet.

Opponunt 3tio cum eodem Wolfio loco superius laudato. Deus die septimo a creando cessasse legitur, unde Theologi recte colligunt, qd hodie nihil amplius creet, seu ex nihilo producat. Scripturæ igitur convenit creatio animarum in prima statim creatione a Deo facta.

R. deceptum fuisse virum cl. quum opinatus ē sententiam de præexistentia animarum consentaneam eē opinioni Theologorum. Falsum ē ex textu illo Geneseos colligere Theologos, rationales animas quotidie a Deo n̄ creari, nisi forte de iis Theologis loquatur Wolfius, qui contra communem sententiam tuentur cum Leibnitio præexistentiam animarum in ovis femineis, vel de antiquioribus illis, qui aut animas præexistere corporibus opinati sunt cum Platone et Origene, vel eas ex Parentibus in filios p traducem propagari existimarunt; quorum tn̄ authoritates Theologorum n̄ tanti faciendam esse putamus. Sed quoniam ad Theologos confert se se Wolfius, audiamus Patres universos Concilii Lateranensis Quinti sub Leone 10. celebrati. Sessione 8. expresse habetur, animas rationales pro corporum, quibus infundit, multitudine singulariter eē multiplicabiles, multiplicatas, et multiplicandas. Porro, si pro corporum multitudine rationalis anima multiplicanda ē, animæ omnium hominum, qui ad finem usq. mundi nascituri sunt, n̄ fuerunt initio temporis a Deo creatæ. Quippe, si simul fuerunt creatæ, multiplicatæ quidem sunt pro futurorum hominum numero, sed n̄ multiplicandæ. Sed et multo ante Lateranense Concilium Oecumenica V synodus id satis evidenter definierat his verbis: Si quis fabulosam animarum præexistentiam, et, quæ ex illa consequitur, monstruosam restitutionem asseverit, anathema sit; Quæ quidem definitio, licet Origenianam duntaxat opinionem proscribat, nec systema Leibnitianum directe reiciat, probat tn̄ quantum a veritate aberraverit Wolfius, quum dixit ex textu illo Geneseos colligere Theologos, Deum post diem septimum nihil amplius aut creasse, aut creare.

Ceterum; n̄ possunt contendere Leibnitiani humanas animas præexistere in suis corpusculis organicis, quin philosophent contra principium rationis sufficientis, qd tanti ipsi faciunt et tam magnifice proponunt. Hujusce n. præexistentiæ animarum nulla occurrit sufficiens ratio, sive divina spectes authoritatem, sive natura ipsa consulatur. Nulla ē ratio sufficiens desumpta ex authoritate divina. Nam ut superius demonstravimus, nihil sequitur contra nos, qd Deus die septimo ab omni opere quievisse legatur: nec alius adduci potest scripturarum locus, quo ostendat Wolfius nihil deinceps p creationem a Deo factum fuisse, aut eē faciendum. Nulla ē ratio sufficiens, si naturam ipsam consulamus. Etenim vero, si aliqua ex hoc capite desumi posset sufficiens ratio, ea profecto esset, quam ipsemet Wolfius se putat ostendere in Theologia naturali, Deum hodie nihil amplius creare, nec creaturum quicquam, quamdiu hic mundus adspectabilis existet. Hæc autem ratio, etiamsi sufficiens esset ratio, non evinceret, nullam spiritualem substantiam ēnunc a Deo creari, sed tantum nihil sensibile de novo confere in Mundo, qd p veram creationem habeatur. Itaq. ne contra principium rationis sufficientis argumententur Leibnitiani, desinant sibi fingere, animas rationales fuisse initio Mundi simul conditas, atq. omnes inclusas organicis corpusculis, quæ Deus in suo ovario collocaverat.

Ppõo 3. Humanæ animæ tunc solum a solo Deo creantur et creantur, et infunduntur, quum ea habetur in corpusculis humanis organizatio, quæ sufficit ad obeunda vitæ munera.

Pro: 1. Ppõnis part, qd nimirum a solo Deo creentur animæ. Ex iis, quæ in superioribus Ppõnibus demonstravimus, patet hujusmodi eē mentes humanas, ut neq. p traducem propagari possint ex Patre in filium, neq. eē possint particulam divinæ substantiæ, neq. ex mundi anima decerpi. Creatæ itaq. fuerunt animæ, seu a Deo ex nihilo productæ. Et sane, quum substantia, quæ intrinsece ingenerabiles solent nuncupari, talis sit, ut n̄ nisi p creationem possit haberi, ut constat in Angelis, qui quum intrinsece sint ingenerabiles, alium habent naturam, quæ tantum p creationem potest oriri. Rationales animæ quum n̄ secus ac Angelicæ mentes simplices substantiæ sint, adeoq. intrinsece ingenerabiles, nonnisi p creationem a Deo habere possunt originem. Neq. n. fas ē, ait D. Augustinus Lib. 12 de Civitate Dei, Cap. 24. ullius naturæ, quamlibet minimæ mortalisq. creatorem, nisi Deum credere, ac dicere. Et Lib. 1. de anima, et ejus origine, Cap. 15. Unum ē, inquit, e duobus. Si ex traduce n̄ ē, ex nihilo ē, ne illa sit a Deo, ut naturæ sit Dei, qd omnino sacrilegum ē credere. Qd autem a solo Deo creari possit anima ex eo constare potest, qd, quum incorpoream substantiam naturam, et partibus carere necesse sit, nihil habere potest in rerum natura, ex quo præexistente intrinsecus componatur, adeo ut produci tantum possit ex nihilo sui et p creationem, quæ soli Deo adscribenda ē, ut cum D. Augustino adnotavimus. Deo itaq. duntaxat creandi virtus competit, propterea a solo Deo creari potuit anima. Quis negat, ait laudatus S. Doctor, Epist. 190, n̄ animus tantum, sed omnium animarum creatorem Deum, atq. factorem, nisi qui ejus eloquiis apertissime refragatur? Sine ulla quippe ambiguitate p Prophetam dicit. Omnem flatum ego feci. animas videlicet intelligi volens, qd verba consequentia manifestant. N̄ itaq. unum, quem facto ex terra homini primo inspiravit, sed omnem flatum ipse fecit, et ipse adhuc facit. Hujusmodi animarum creationem, quam cum D. Augustino docuerunt SS. Ecclesiæ Patres innixi testimoniis Scripturarum, ethnici etiam philosophi opinati sunt sola ducti ratione naturali. Inter ceteros hæc habet Tullius Lib. 1. Tusc. Quæst. Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil n. ē in animis mixtum, atq. concretum, aut qd ex terra natum, atq. fictum eē videatur. Nihil ne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His n. in naturis nihil inest, qd vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, qd et præterita teneat, et futura prævideat, et complecti possit præsentia, quæ sola divina sunt. Nec invenietur unquam, unde ad hominem venire possint, nisi a Deo.

Pro. 2da Ppõnis part, animas scilicet humanas tunc solum a Deo creari, et corpori infundi, quum ea in corpore

habet organizationem, vel ea in præexistente corpusculo facta est partium evolutio, quæ requiritur, ut composita [illegible] sultans vitæ functiones possit exercere. Nam, præter verba illa Geneseos, quæ in prolatione 2dæ Probationis adduximus, quæ Ecclesiæ Patres adversus Origenistas, et Priscillianistas afferre solent, si pro certo habendum est, [illegible] corpore recipere humanam animam, quum corpus prius ad vitales motus gerendos idoneum amplius non est, censendum eodem modo erit, tunc solum animam a Deo creari, et corpori infundi, quum corpus [illegible] proxime aptatum est ad vitæ exercendas functiones. Confirmatur. In concilio Viennensi sub Clemente V, et in Lateranensi sub Leone X definitum est substantiam animæ rationalis, et intellectivæ esse vere, et per se hominis formam. Porro si forma ea dicitur, quæ, tanquam pars essentialis, et operationum principium, totum aliquid constituit, et, si secundum D. Augustini doctrinam, anima est substantia quædam rationis particeps regendo corpori accommodata, tunc solummodo debet corpori infundi, quum corporis partes ita sunt organizatæ, ut ille sit homo per animam, tanquam per formam, primam suam elicere operationem. Certum itaque est, animam humanam tunc a Deo creari et corpori infundi, quum ea habet organizationem, quæ sufficit ad obeunda vitæ munera.

Opponunt 1. Ratione consonum non est ad explicandam animæ originem confugere ad causam, quæ supernaturalis est; quum anima sit res naturalis, et ad rerum naturalium seriem ordinata, neque physicum dogma sit, quidquam ex nihilo produci.

R. Merito nos redarguere non possunt Adversarii, si, quando animæ nostræ originem investigamus, solum Deum esse illius auctorem dicimus. Nam, quum vel ipsi gentiles Philosophi, immaterialis, et simplex sit anima; quæ propterea ex nihilo tantum produci, nec ab alia causa, quam a Deo, potest provenire, id asserimus, quod ratione nihil omnino consonum est. Quum autem affirmamus, animam ex nihilo quotidie a Deo creari, non tales causas facimus, quæ naturæ ordinem superent. Siquidem, quum ipse rerum ordinem, quem in natura Deus instituit, ac sua divina providentia tuetur, [illegible] unde sit, quo hominum propagatio, et cujusque hominis ex corpore, et rationali anima constitutionem decrevit, necesse est, ut eodem ordine productionem animæ ex nihilo statuerit, quam productionem, quæ aliunde esse non potest, sibi metipsi reservavit. Deus autem totius naturæ rerum, sicuti conservans, prout cujusque rei conditio, et institutus ordo exigit, nihil extraordinarium facit, quum, [illegible]. [illegible] rationalem de nihilo creat animam, eamque in [illegible] corpus infundit. Quare, quum neque animæ [illegible] productio sit præter ordinem a Deo in natura statutum, sed anima, quam illius productio dicenda est naturalis. Quod autem ajunt, physicum dogma non esse, ex nihilo aliquid creari, falsum omnino est. Ita sentiant oportet, qui, quum singulares naturæ res intuentur, earumque nullam aliquid ex nihilo facere, sed omnia ex materia moliri vident, [illegible] judicio statuunt nihil ex præexistente materia, vel fieri non posse. At secus argumentantur, qui rerum auctorem, quod existere physicum dogma est, finitis non includunt limitibus. Tantum ergo abest, ut dogma sit a physica abhorrens, esse in Mundi auctore vim, quæ omnes naturæ vires superet, qua possit facere quidquam ex nihilo novum, ut id ex ipsa physica necessario consequatur.

Opponunt 2do, contrarium fuisse sententiæ nostræ D. Augustinum, atque eam potius propugnasse, quæ docet, animas ex Parentibus in Filios propagari per traducem. Epist. 190, n° 2 scribens ad Optatum qui eum interrogaverat, utrum animæ, sicuti corpora, propagatione nascerentur, hæc habet: De qua re, antequam admoneam sinceritatem tuam, scito, in tam multis opusculis meis nunquam me fuisse ausum de hac quæstione definitam proferre sententiam, et [illegible] referre in literas ad alios informando, quod prius mihi non fuerit explicatum. Cautela autem Augustini verba id satis probant, si animæ origo per traducem non probatur, incertum scilicet esse, quomodo oriatur anima. Nam et Prudentius Episcopus Tricassinus, qui floruit nono Ecclesiæ sæculo, id fatetur, dum ait: Natum de carne caro, sed utrum anima similiter de anima nascatur, magna quæstio est, et a Patribus diu, multumque discussa, sed absque certa definitione relicta. Incertum itaque est, utrum anima producatur a Deo ex nihilo...

R. Licent nos citere D. Augustinum non ita nostram de anima sententiam admittere, ut eam palam et aperte tueatur, neque tamen animas ex Patribus in Filios per traducem propagari, certum tamen est, a nostra opinione Doctorem nullatenus abhorruisse. In primis in eadem Epist. 190 n° 13 Optatum monet, ut defendat, quantum potest, assertionem animarum ejusmodi esse novitatem, ut nulla propagatione ducantur. Et scribens ad Renatum monachum contra duos libros, quos de animæ origine Vincentius quidam Victor conscripserat, ita in hac re suam proponit sententiam. Animarum novarum sine propagine insufflationem defendi nullatenus prohibemus, sed [illegible] aliquid invenire vel in Canonicis Libris, quod non [illegible] ambiguum dissolvendæ huic obscurissimæ quæstioni, vel in ratiocinationibus suis, quod non sit contrarium catholicæ veritati, non a [illegible], qualis iste apparuit, qui non inveniendo quid diceret, et deliberationem suam nolendo suspendere, ne se nihil omnino [illegible] non metiens, ne taceret, ausus est dicere. Inquinari animam meruisse per carnem, et esse peccatricem animam peccatricem, cujus nullum meritum, seu bonum seu malum ante carnem potuit invenire. Et parvulis sine baptismo de corpore exeuntibus solvi posse originale peccatum, et offerendum pro eis sacrificium corporis Christi, qui non sunt incorporati per ejus sacramenta in ejus Ecclesia: eosque sine lavacro regenerationis de hac vita emigrantes, non ad requiem tantum ire, sed ad regnum Cælorum posse etiam pervenire. Et alia multa absurda, quæ omnia colligere, atque in isto libro disserere longum visum est. Porro, ut animarum propago, si falsa est, a nobis refutetur, et animarum novarum insufflatio, si vera est, a talibus defendatur. Hactenus D. Augustinus; ex quibus, et ex aliis quæ consequuntur, patet, non alia de causa anxium mansisse S. Doctorem in determinanda novarum in dies productione animarum, nisi quia viros inde occasionem sumebant nonnulla asserendi, quæ catholicis dogmatibus manifeste adversabantur. Ait enim, quod, si ex hac sententia quatuor ista consequi volunt. Primo scilicet a Deo fieri animas peccatrices per alienum originale peccatum. 2do, parvulos, qui sine baptismo decesserint, venire posse ad vitam æternam, regnumque cælorum, originali peccato [illegible] 3tio, animas peccasse alicubi ante carnem, et hoc merito in carnem peccatricem fuisse detrusas. 4to, peccata quæ in eis inventa non sunt, quia præscita sunt, merito fuisse punita, quum ad eam vitam [illegible] non convenit venire. Hæc inquam, quatuor, quoniam [illegible] aliquatenus impium est ex nostra sententia [illegible] D. Augustinus, se non solum non vetare, verum etiam favente, et gratias agente, velle defendi. Accedit, D. Augustini ætate, ac tempore etiam Prudentii Tricassini Episcopi nullam extitisse latam ab Ecclesia de origine animæ definitionem; unde inferendum non est, quod si D. Augustinus hac ætate viveret, nostræ sententiæ subscriberet.

Opponunt 3tio. Creatur, atque infunditur a Deo anima in principio generationis, priusquam corpusculi humani organa sint conformata. Ergo etc. Probant. Nam, antequam perfecte organizatum sit corpusculum, vel ipso in tempore conceptionis, vel brevi post vivere illud, atque sentire certum est.

R. In principio generationis, statim nimirum ac a seminali maris aura feminæ fecundatum est ovulum, creari, infundique a Deo rationalem animam, nec infundi tamen, priusquam conformata sint humanæ machinæ organa. [illegible]

celebrioribus recentioribus Philosophis, præextitit in ovulo ante ullius fecundationem erectus, atque organizatus corpusculum, ita ut prædominantes aurarum ullius [illegible] partes excuterent, et leni, blandoque impetu ad motum quo prius erant destitutæ determinarent. In principio itaque generationis infundi potest anima, imo, secundum recentissimorum systema Philosophorum, infundi debet, nec tamen infunditur, antequam organizatum sit corpus.

Caput 5

De mutuo inter mentem humanam, et corpus commercio.

Commercium mentis humanæ cum corpore dicitur mirabilis ille consensus, quem habent certæ operationes mentis cum certis quibusdam motibus corporis; et vicissim, certi motus corporis cum certis affectionibus mentis, cujus consensus ratione, modo mens corporis, modo corpus mentis veluti interpres existit. Ipsa animæ sequuntur corpora, inquit Aristoteles, et ipsæ secundum se ipsas non sunt impassibiles a motibus corporis, id manifestum fit valde in ebrietatibus et ægritudinibus. Multum namque animæ mutatæ videntur a passionibus corporis. Sed e contrario, quod corpus compatitur passionibus animæ, manifestum est circa amores, et timores, et dolores, et voluptates. Amplius autem et in iis, quæ non fiunt, magis utique aliquis conspiciet, quod corpus et anima ita se habent connaturalia, ut fiant causæ plurimarum passionum ad invicem.

Statuendum autem imprimis est, eam inter mentem, et corpus intercedere harmoniam, legem, atque consensum, ut, positis certis quibusdam motibus in corpore, certæ rerum notiones in anima habeantur. Si enim res extra nos positæ eas corporis nostri partes, quas sensuum organa dicimus, ita afficiant, ut certa in illis motio fiat, eaque ad cerebrum usque propagetur, earundem rerum statim in anima notio excitatur. Constat quippe neque a calore tactum affici, neque visum nostrum a luce, coloreque immutari, quin mens calorem, colorem, atque lucem percipiat, seu quin ea in animo excitetur affectio, quam lucis, caloris, colorisque vel sensationem, vel notionem, vel ideam nuncupamus. Sensibilium autem rerum notiones, quæ, positis quibusdam motibus in corpore, excitantur in anima, ita alligatæ sunt iis motibus, qui ab ipsis sensibilibus rebus fiunt in corpore, ut eodem temporis momento, quo in corpore motus illi patiuntur, notiones illæ in mente excitentur. Impedire enim haudquaquam possumus, ne, quum res extra nos posita corporis organum sufficienter immutaverit, sensatio ipsius rei in mente, nisi aliò tunc vehementer distracta sit, recipiatur.

Ea insuper lege, rerum sensibilium notiones, quæ excitantur in mente, iis motibus respondent, qui a rebus ipsis fiunt in corpore, ut clariores, atque obscuriores illæ sint, prout magis, vel minus efficaces sunt ipsi motus. Nam experientia certum est, clariorem hominis notionem fieri in mente, quo homo ipse coram nobis existens validiori lumine perfunditur, atque adeo, quo fortius visionis organum movet; eandem vero notionem in nobis fieri obscuriorem, quo lumen debilius est, leviusque proinde reticularis oculi membrana ab eo impellitur.

Eodem vero ordine, quo vestigia rerum sensibilium ex immutatione organorum sensoriorum in cerebro primum facta, tum in illo relicta iterum in ipso excitantur, earundem quoque rerum sensibilium ideæ iterum producuntur in mente. Sic quia in stultorum, delirantium, et ebriorum cerebro motus a rebus sensibilibus in organis sensoriis facti, cum tumultu, et sine ordine rursus excitantur, perturbatæ eam, et tumultuariæ iterum excitantur in eorum mente ipsarum rerum notiones; et quia in cerebro eorum, qui compotes rationis sunt, motus illi cum lege, atque ordine iterum efficiuntur, ideæ pariter recto ordine, constantique lege iterum in mente excitantur.

Statuendum est secundo, quod, quemadmodum, positis quibusdam motibus in corpore, certæ excitantur affectiones in mente, ita vicissim, datis certis affectionibus in anima, determinati quidam motus in corpore consequuntur. Mens enim nostra ita in corpus suum exercet dominium, ut corporis partes moveantur ad illius nutum, tamdiu perseverent in motu, quamdiu ipsa velit, atque a motu cessent, quamprimum eidem placet. Nemo est, qui, quandocumque voluerit, hoc animæ dominium in semetipso non experiatur. Manus, et pedes, inquit S. Augustinus Lib. 14 de Civitate Dei, Cap. 23, movemus, quum volumus, ad ea, quæ his membris agenda sunt, sine ullo renisu, tanta facilitate, quanta et in nobis, et in aliis videmus. Neque ea sola membra movemus ad nutum, quæ compactis articulata sunt ossibus, sicut pedes, et manus, et digitos, verum etiam illa, quæ mollibus remissa sunt nervis, quum volumus, movemus agitando, et porrigendo producimus, et torquendo flectimus, et constringendo duramus, sicut ea sunt, quæ in ore, ac facie, quantum potest voluntas movet. Et Lib. 11 de Trinitate, n. 7 hæc habet: Tantum habet virium anima in corpus suum, et tantum valet ad indumenti qualitatem vertendam, atque mutandam, quomodo homo afficitur indutus, qui cohæret indumento suo. Corporis enim partes moventur ad nutum animæ, et, si nihil vetet, adsit in corpore, tanta celeritate moventur, tamque etiam cito, quum anima imperat, quiescunt, ut inter volitionem motus, et motum ipsum, inter volitionem quietis, et ipsam quietem ne minimum quidem temporis momentum discernere possimus.

Quamvis autem certum sit, animam determinare corpus ad motum, modus tamen, quo imperatos ab anima motus corpus exequitur, omnino nos latet, quum ignoramus movendi sint nervi, atque musculi, et qua potissimum lege, ut et ipsos et lingua moveat, et pedes agant, in idem inter se conveniant celebriores alii Philosophi. Verum pro certo habemus, animam, atque corpus, vi tam stabilis unionis, qua inter se copulata sunt, se habere perinde prorsus, ac si corpus revera ageret in mentem, et mens in corpus; propterea, non secus ac si mens a corpore, et corpus a mente in operando revera dependeret. Nam et corpus rerum sensibilium notiones producere videtur in mente, et mentem vicissim eos in corpore motus immediate efficere, qui ad illius nutum ab ipso corpore patiuntur.

Hisce prænotatis, inquirendum est, cur ex mutationibus, quæ fiunt in corpore a rebus sensibilibus, rerum earundem notiones excitentur in anima, perinde ac si corpus vi sua eas in anima produceret; et cur, ad nutum animæ, fiant voluntarii motus in corpore, non secus ac si motus ipsi efficerentur ab anima immediate. Quum enim in hac tam mirabili connexione idearum cum mutationibus, quæ fiunt in sensuum organis, et spontaneorum motuum cum eorundem volitione totum commercium positum sit, assignanda est ratio hujusce connexionis, ut mutuum animæ, et corporis commercium recte explicetur. Atque ut celebriores duntaxat in hac re spectemus sententias Philosophorum.

Primo loco veniunt Occasionalistæ, qui cum Cartesio, Malebranchio, et Silvano Regis negant mentem a corpore, et corpus a mente revera dependere, contendentes id tantum nobis videri propter certas, stabiles; et fixas operationum concomitantias. Inficiunt enim neque corpus physice influere in mentem, quum ex mutationibus factis in organis sensoriis a rebus sensibilibus, res ipsas sensibiles solet mens percipere; neque mentem in corpus, quum ad illius nutum movetur; sed Deum esse, qui, occasione mutationis factæ in sensorio a re sensibili, illius ideam producit in mente, et occasione volitionis motus, quam habet mens, motum ipsum efficit in corpore. Jam autem, inquit P. Malebranchius Parte 2da de inquisitione veritatis L. 6. Cap. 3, constare mihi videtur, voluntatem spirituum vel minimum corpus movere non posse

nam nullam esse connexionem necessariam inter voluntatem nostram e. g. movendi brachium, et motum brachii, evidens est. Movetur equidem, quando volumus illud moveri; ac proinde sumus causa naturalis motus brachii nostri. Sed causæ naturales non sunt veræ causæ. Nihil sunt, quam causæ occasionales, quæ non agunt, nisi vi, et efficacia voluntatis divinæ. Igitur, concludendum est, homines quidem velle movere brachium, sed Deum solum posse, et nosse illud movere. Hæc Malebranchius, ex quibus patet, secundum ejus sententiam, solum Deum esse efficientem causam tum idearum, quæ excitantur in anima, tum motuum, qui a corpore fiunt, adeoque a divina solummodo voluntate repetendam esse causam mutui commercii inter animam, et corpus, ac solum Deum, qui modificat corpus in gratiam animæ, et animam in gratiam corporis, efficere, ut rerum ideæ mutationibus corporis, et motus corporis volitionibus mentis harmonice respondeant.

2do loco ponenda est hypothesis harmoniæ præstabilitæ, quam [illegible] excogitavit Gotofredus Guilelmus Leibnitius, et secuti sunt Wolfius, atque Bilfingerus. Systema autem harmoniæ præstabilitæ, ut explicat in Psych. Rat. Wolfius, illud est, quo commercium animæ, et corporis explicatur per series perceptionum atque appetitionum in anima, et seriem motuum in corpore, quæ per naturam animæ, et corporis harmonicè [illegible] [illegible]. Verum ut hoc systema probe attingatur, tria potissimum inquirenda sunt. Primo, quomodo habeatur series perceptionum, et appetitionum in anima. 2do, quomodo constat series motuum in corpore. 3tio, qua ratione fiat, ut series perceptionum, et appetitionum, quæ est in mente, seriei motuum respondeat, qui simul in corpore fiunt.

Quod attinet ad primum, humana mens per harmonistas talis est naturæ, ut naturali sua vi, independenter a quocumque externo principio, producat in se omnes perceptiones, et appetitiones, quas revera in se producit, adeo ut perceptiones, et appetitiones in anima eodem, quo nunc, modo consequerentur, etiamsi corpus non existeret. Hinc Leibnitius humanam mentem dicit esse substantiam, cujus perceptiones, et volitiones numero innumeræ, serie non interrupta, et interrumpi impossibili, altera alteram sequuntur, cumque hæc non interrupta perceptionum, et volitionum series constat in anima independenter ab omni externo dirigente principio, idcirco mentem ipsam spirituale automaton vocavit, quandam nempe veluti machinam, quæ vi sua, omni excluso extrinseco movente principio, suos facit motus.

Non secus de corporis motibus sentit Leibnitius. Corpus nostrum organicum menti unitum talis est machina, ut independenter ab anima eos omnes faciat motus, quos in ipso fieri deprehendimus. In systemate harmoniæ præstabilitæ, inquit Wolfius Psyc. Rat. Sect. 3. cap. 4. nº 6. 2., vi mechanismi corporis, [illegible] ex ideis materialibus [illegible] (nempe ex motibus qui ex sensibilium rerum appulsu fiunt in cerebro) nascuntur motus volitionibus, et nolitionibus animæ respondentes, citra ullam determinationem extrinsecam immediatam ab anima pendentem. Hinc, sicuti perceptiones, et appetitiones eodem, quo nunc modo in anima consequerentur, etiamsi corpus non existeret; ita, quoniam motus volitionibus animæ respondentes vi mechanismi corporis ex motibus ab impressionibus in organa sensoria factis, citra ullam determinationem extrinsecam ab anima nascuntur, consequuntur, eodem, quo nunc, modo consequerentur, etiamsi anima non existeret. Hæc Wolfius contendens, quod quemadmodum machinæ construi ab hominibus possunt, quæ vi solius mechanismi, plures hominum actiones æmulentur, ita fieri a Deo potuisse machinam, quæ solius partium mechanismi vi motus omnes perciperet, qui totius vitæ cursu fiunt ab homine. In hoc itaque systemate, sicuti mens spectatur veluti automaton spirituale, ita humanum corpus se habet tanquam automaton materiale.

Hoc autem modo mutuum inter animam, et corpus commercium, seu harmoniam explicant. Volunt hæc duo tam dissimilia automata ita a summo rerum omnium Artifice fuisse conita, ut singuli motus, qui vi mechanismi fiunt in corpore, consentiant singulis perceptionibus, appetitionibus, et aversationibus animæ, eodem prorsus ordine sese invicem consequentes, quo animæ modificationes se se invicem excipiunt. Concipe, inquit Gravesandeus Introductio ad Philosoph. Parte 1. Lib. 1. Cap. 17 mentem et corpus, quæ conveniant inter se, ita ut hujus motus cum perceptionibus, et determinationibus illius respondeant, et habebis integrum unionis mentis cum corpore arcanum. Convenientiam hanc vocant harmoniam præstabilitam.

Propositio 1. Mutuum commercium, quod inter mentem, atque corpus est, per occasionalium causarum systema non explicatur.

Pro 1. Probatio. P. Malebranchius De inquirenda veritate Parte 2 Lib 6 Cap 2, Aristotelem reprehendit, quod omnia proponat, et solvat ope, ut terminus generis, speciei, actus, potentiæ, naturæ, formæ, facultatum, qualitatum, causæ per se, causæ per accidens. [illegible] sectatores, inquit idem, vix possunt credere, illis terminis nihil significari, nec quempiam doctiorem fieri, ubi eos audierit dicentes, ignem dissolvere metalla, quia habet facultatem dissolvendi, et homines non concoquere cibum, quia habet stomachum debilem, vel quia facultas concoctrix non bene suas obit functiones. Ignis calefacit, lucet, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] facultate [illegible], atque [illegible] nutrit facultate nutritiva, istæ propositiones extra errorem periculum sunt positæ ... Ejusmodi loquendi formulæ equidem non sunt falsæ, sed revera nihil significant. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] errorem non enunciant, sed veritatem [illegible] [illegible] [illegible]. Hæc Malebranchius, quæ certe in [illegible] merito contra ipsum possumus obvertere. Omnia enim, quæ in mundo fiunt, Dei voluntate fieri, novum dogma non est a Cartesianis inventum. Cum igitur ad examinandum mutuum animæ, et corporis commercium, docet, non alia de causa ex mutationibus, quæ fiunt in corpore a rebus sensibilibus rerum earundem notiones in anima excitari, nisi quia Deus ex occasione mutationis factæ in sensorio a re sensibili, illius ideam producit in mente; et quum ait, propterea ad nutum animæ, motus in corpore fieri, quia Deus motum corpori communicat, ex occasione volitionis motus, quæ viget in mente. Hæc, inquam, quum asserit ea [illegible] asserit, quæ [illegible] certa [illegible] [illegible] sunt; sed nemo hujusmodi explicatione doctior evasit. Quemadmodum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] trahat ferrum, responderet aliquis Philosophus idcirco contingere, quod Deus, ad præsentiam magnetis motum in ferro producat, nequaquam de explicatione illa [illegible] doctior fieret; ita nemo fit doctior, quum [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] harmoniæ causa, hæc una datur responsio; quia eas Deus inter mentem, et corpus leges constituit, ut modificationes utriusque substantiæ sibi mutuo responderent.

Pro: 2do Probatio. Systema causarum occasionalium adversatur intimo sensui, et humanam omnino evertit libertatem, tale proinde est, ut mutuum illud commercium explicare non possit. Adversatur intimo sensui, quum hoc sensu intimus non minus conscii sumus, cogitare nos, et existere, quam, quum judicamus, ratiocinamur, aut aliquid volumus, activam mentis nostræ esse vim, qua se ipsam excitat et ad judicandum, ratiocinandum, volendum se se determinat. Evertit liberum nostrum arbitrium [illegible]

n. secundum hypothesim Occasionalistarum, omni destituta ē mens agendi virtute, si veluti iners substantia se habet [illegible] [illegible] erit inter mentem, et corpora, in quibus ne vestigium quidem ē libertatis, virtutē. Hinc quemadmodum corporum inertia facit, ut quum ab externa impellantur causa, n̄ libere, sed necessario moveantur, ita [illegible] mentis inertia efficeret, ne libere operaretur; Quæ quum Catholico dogmati repugnent, rejiciendum ē systema causarum occasionalium, ubi mutuum mentis, atq. corporis commercium ē explicandum.

Opponunt [illegible] occasionalium causarum systema commercium mentis cum corpore nequit explicari, propterea quia in hoc systemate mens nihil potē agere; sed tantum pati; sed p hoc systema n̄ omnis activa vis auferth menti. ergo etc. Pro. MR ex quo certa [illegible] n̄ insit virtus, male infert, illud omni penitus agendi facultate destitui. Ergo, ex quo mens p hoc systema rerum [illegible] in se [illegible] nequeat, n̄ [illegible], eam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tantum pati.

Confirmatur Propositio ratione, quam nobis suppeditat P. Boullierius in suo Tractatu Gallico de anima Bestiarum, parte 2da § 8. Loquens enim de Cartesio, ejusque hypothesi hec habet. Docens Cartesius non aliud esse Bestias, quam pura automata, Religionis nostræ dogmata tueri voluit. Ita non cogitavat, et prudentissime quidem, vir summus. Id omne separandum a Natura quod aliquam cognitionis speciem prosterere potest, propterea quod discursus, et quidquid eorum animam constituere videtur immaterialem, absolute ibi denegandum est. Ea tunc multorum animos oppleverat opinio, non posse immaterialem animam Brutis concedi, quin statim aliqua, quæ fides credenda proponit, funditus everterentur. Numquam ita sensisset Cartesius, nisi cœptam ille initio contra immaterialem animam Brutorum tantum virum consideret. Omnino machinarum systema objectionibus nullum esse locum relinquit. Admisso systemate Automatum nec contra immortalitatem animæ humanæ, nec contra Dei voluntatem institui ullum argumenta poterant. Hæc Boullierius. Jam vero, si animam Brutorum immaterialem diximus, nihil ex hac sententia consequitur, quod fidei dogmatibus repugnet, Ex alia vero parte, opinio Cartesianorum rationi, et experientiæ adversatur. Asserendum itaque Belluas non esse pura automata a supremo Artifice elaborata.

~~[illegible]~~

Pro 2da Propositione ~~[illegible]~~ Licet [Peripatetici] adhaerenter admodum confingant corpus, licet in puriori, ac vividiori sanguinea mistura ~~[illegible]~~ [Brutorum] anima collocent; semper quærendum erit, quo pacto cogitare illa, velle angere, aliasque exercere functiones possit, quæ materia nullatenus possunt convenire. ~~[illegible]~~ [Profecto si] sanum principium est in Brutis quæ tamen [illegible] actionem, vel asserendum ~~[illegible]~~ erit, destitui Bruta sensu, et cognitione quod tamen in Cartesianis tantopere reprehendunt; vel concedere debebunt Materialistis, hominum quoque actiones repeti posse a principio quodam materiali, præsertim cum tam mira in Brutis sæpe conspiciamus, quæ in plurimis hominibus, ac præsertim in Infantibus, vel numquam, vel raro admodum animadvertimus. Si enim in Brutis materia sentit, cogitat, vult; cur, queso, in nobis eadem non sentit, non appetit materia?

Propositio 2da.
Anima Brutorum non est corporea.

Propositio 3tia
Spiritualis est in Brutis anima

Pro 3tia Propositione ex sentiendi, et percipiendi facultatibus, quas in Brutis, si Cartesianos excipiamus, omnes Philosophi admittunt. Quod attinet ad sensationem, duo in illa distinguenda sunt: unum materiale, impressio scilicet ab externis objectis facta in sensorum organis; Alterum immateriale, hujusce nimirum impressionis perceptio. Sunt ergo in Brutis duo distinguenda sensationes exercendæ diversa principia, unum materiale, in quo fiant externorum objectorum impressiones alterum immateriale, a quo, nostris corporeis impressionibus, et fluidorum motionibus amor, odium, terror, ceteræque sensationes, sive affectus in Brutis nascantur. Neque est cur dicant non recte nos ex iis, quæ in nobis contingunt, statuere, in Brutis quoque rem ita se habere. Nam si ex iis, quæ animus novit, assurgere nolimus, et debemus ad incognita quæ non novit, ubi quæ mutuo sibi comparant æqualia sunt, ex modo, quo nos sentimus, modum quo Bruta sentiunt, recte colligimus. Ut autem pateat, propositum sensationis explicandi modum neque novum esse, neque a recta ratione alienum, audiamus D. Augustinum Lib. 21 de Civitate Dei, Cap. 3. Dolor, inquit, qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet. Animæ enim est dolere, quam in eo loco dolet, ubi ledatur corpus. Sicut ergo dicimus corpora sentientia et corpora viventia, cum ab anima sit sensus et vita, ita et corpora dicimus dolentia, quam dolor corporis nisi ab anima esse non possit. Dolet itaque anima cum corpore in eius loco, ubi aliquid contingit, ut doleat. Dolet, et sola dolet quamvis sit in corpore. Cognoscendi eadem facultas, qua non esse destitutas Belluas certum est, in iisdem evincit spiritualem animam. Nam si rerum, quas non cernimus, naturam aliunde quam ab operationibus cognoscere nequit, ex Brutorum operationibus inferre debemus, quænam sit in illis anima. Jam vero, quæ illæ sunt in Brutis operationes, sensatio nimirum et perceptio, quæ nisi a spirituali principio provenire nequeunt. Quemadmodum itaque, quia nos percipiendi atque sentiendi facultate sumus præditi, recte concludimus præter corpoream substantiam aliam esse in nobis omnino incorpoream, ita cum Bruta et sentire, et percipere compertum est, inferre debemus immaterialem esse in illis substantiam, quæ percipiendi et sentiendi præ[dita] sit facultate.

Pro ~~[illegible]~~ [2do] Propositione ab autoritate Scripturarum, et Patrum. Jeremias Cap. 5 v. 17 legitur Ecce ego adducam super vos [illegible]

vii sub terram, et interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter Cælum. Et Cap. sequenti: In articulo diei illius ... universæ aves omnesque volucres ingressæ sunt ad Noe in Arcam, bina et bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ. Ecclesiastes Cap. 3. v. 21 hæc habet: Quis novit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, et si spiritus jumentorum descendat deorsum? Ex SS. Patribus Bernardus sermone 5 in Cantica inquit: Quatuor spirituum genera nota sunt nobis, pecoris, noster, angelicus, et qui condidit illos. Non est ex omnibus, cui sive propter se, sive propter alium, sive propter utrumque necessarium corpus non sit, corporisque similitudo, excepto duntaxat illo, cui omnis tam corporalis, quam spiritualis creatura merito confitetur, et dicit: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Et infimum quidem (spiritum nempe pecoris) ita corpore egere constat, ut nec subsistere absque illo utcumque possit, si mul quippe et vivificare desinit, et vivere ille spiritus, quando moritur pecus. In eadem sententia fuisse videntur SS. Basilius, et Ambrosius, qui Brutis ratiocinationem tribuerunt. S. denique Thomas 1 parte, quæst. 14 art. 1 id definire videtur, cognitionem rebus substantiis immaterialibus competere posse, ait: Patet igitur, quod immaterialitas alicujus rei est ratio quod sit cognoscitiva; et secundum modum immaterialitatis est modus cognitionis, unde in 2do de anima dicitur, quod plantæ non cognoscunt propter suam materialitatem.

Opponunt 1. Cartesiani Belluas esse mera automata. Licet non aliquæ in illis videantur operationes, quæ cognitionem, et sensum supponere videntur, eæ tamen ex occulto quodam naturæ instinctu duntaxat proficiscuntur.

Verum concedimus Cartesianis, naturæ quodam instinctu Belluas operari; negamus tamen citra illam cognitionem, et sensum instinctum illum haberi posse. Instinctu equidem naturæ ad venandum Canis impellitur, sed nisi in eo esset docilitas, prædam odore olfactu, aut visu deprehensam, tremulo caudæ motu venatorem non admoneret. Quod autem Canes longa consuetudine verberibusque eam, aut blanditiis formari, atque instrui, probat evidenter, eos neque sensu, neque perceptione esse destitutos. Nam, ut scite Du-Hamelius, illa institutio, docilitas, plausus quæ accentus sunt, memoria, metus, prudentia, prædæ ipsius cupiditas citra sensum, cognitionem, appetitum, voluptatem, dolorem intelligi non possunt. Nec subtiles, et exquisitæ quædam rationes apud nos plus valere debent, quam oculorum testimonia, mille experimenta, omniumque pene quæ hactenus extiterunt consensio. Nam si certum est, multas a nobis cum cognitione actiones exerceri, quæ illis sunt consimiles, quas Bestiæ exercent. Oculis non videmus, auribus audimus, tactu gustu et odoratu percipimus, cur Belluis sensum, et cognitionem omnem detrahere debemus? An quum Bruta insidias aliis tendere, noxia fugere, quæ sibi necessaria sunt quærere, ac iisdem uti organis videamus, quæ nos ad res pene consimiles adhibemus, possumus nobis persuadere, hæc, et infinita prope quæ nostris quotidie oculis obversantur, non modo citra ullam perceptionem, sed etiam citra omnem sensum per solum mechanismum perfici posse? Hinc D. Augustinus, qui non ita sciat, cum illud Ælius commisi admirabile esse machinam, cognitionem cum mechanica partium dispositione conjungens inquit Lib. 2 de Ordine: non ergo numerosa faciendo, sed numeros cognoscendo melior sum bestiis ... The non aliud pecori proponit, nisi quod ratio le...; ubi manifeste contendit; opera quidem rationalia, quæ numerosa vocat, a Brutis fieri, ita tamen ut eorum rationes minime efficiant. Non itaque sensus, et cognitio, sed ratio sola nos a bestiis secernit. Clarius autem in Lib. de quantitate animæ, nostræ Augustinus favet sententiæ. Distinguens non solum ratiocinium a ratione, rationem, quæ est quasi ratiocinii finis, uni homini concedit, ratiocinium vero quoddam et Infantibus, et plurimis Brutis largitur. Et Lib. 10 Confessionum, Cap. 10. de Brutorum memoria loquens. Habent, inquit, memoriam et pecora, et aves, alioquin non cubilia, nidosve repeterent, non alia multa, quibus assuescunt, neque non assuescere valerent ullis rebus, nisi per memoriam. Ex quibus hoc argumentum conficitur. In puro automate ratiocinium, et memoria locum habere non possunt. Sed docente D. Augustino, et suadente experientia, est in Brutis et ratiocinium quoddam, et memoria. Ergo Bruta non sunt mera automata.

Opponunt [illegible] 2do Non repugnat, Belluas esse pura automata. Ergo etc. Pro. ant. Non repugnat, Deum tales efficere machinas, quæ ob mechanicam duntaxat partium dispositionem, ita omnes operationes exerant, quas a Belluis fieri conspicimus. Ergo etc. Ant patet. Nam si plerique homines machinas conficiunt, quæ nullo externo impellente, vel dirigente, animalium instar, ambulant, huc, illucque discurrunt, voces humanas edunt, et alia moliuntur, quasi sensu, et cognitione donarentur, multo magis potest Deus tales construere machinas, quæ vi solius mechanismi exerant quascumque operationes Brutorum.

R. ~~[illegible]~~ ne. ant. ad prob: ne ant. Quamvis summus Artifex Deus tales conficere possit machinas, quæ vi solius mechanismi suas exerant motiones, atque ita operentur, ut plures, et mirabiliores sive hominum, sive Brutorum æmulari videantur actiones; non potest tamen quemadmodum sibi induxit in animum S. Fortunatus, talem efficere machinam, quæ vi solius structuræ, omnes illas operationes exerat, quas in Belluis animadvertimus. Esse in Brutis non tantum necessarias, sed spontaneas quoque motiones, satis exploratum est. Quis autem fieri potest, ut aliqua machina vi solius structuræ omnes exerat motiones, quæ fieri solent a Brutis, et motiones tamen illæ sint spontaneæ? Definiuntur spontaneæ motiones a Philosophis, quæ ex animæ nutu pendent, quæ tandiu subsistunt, quandiu perennis est nutus animæ, cessant vero statim ac nutus ille cessat. Num dependentia actionum ab anima consistere potest cum vi duntaxat automatica? Num aliqua concipi potest machina, quæ et necessario et spontanea simul agat? Potest fortasse Deus construere Automaton quod simul et automaton sit, et non sit automaton? Repugnat ergo, Bruta spontaneis acta motionibus constructa fuisse a Deo veluti mera automata. Sed nullæ sunt, inquiunt Cartesiani, spontaneæ in Brutis motiones. Cur, quæso non sunt? Qua suffulti demonstratione necessitatem adtribuunt omnibus Brutorum actionibus? Sed ne imitari videar Adversarios, qui ex hypothesi philosophantur, qui nullo evidenti argumento utuntur, qui in hac re petunt manifeste principium, esse in Belluis spontaneas motiones, ita demonstramus. Regula motus est omnium Philosophorum consensione probata, Corpus in motu positum perseverare eadem velocitate, atque in eadem directione, nisi ab externa aliqua causa aut cohibeatur, aut alias in partes determinetur. Hæc autem regula falsa est quoad utramque partem, si nullæ sunt in Brutis spontaneæ motiones

Enimvero, ~~Bruta quotidie e somno surgere videmus, nulla externa agente causa~~ Pleraque brutorum in impetuoso motu velocissimo repente consistunt, si aut viderint aliquid, aut audiverint aut olfecerint. Grues, Anseresque, aliaeque aves, quae turmatim volitant, aut sibilo audito, aut hominis voce, aut venatore conspecto, velocissimum volatum alio divertunt, eamque per oppositam motus directionem. Canes, Equi, Damae, Lepores, aliaque animalia velocissima, vel objectu aquae, vel rupis, vel profundioris scrobis, vel hominis alicujus, vel alterius animalis aspectu, aut statim consistunt, aut motus directionem repente commutant. Si nunc spontaneos brutis deneges motus, ait Cl. Genuensis, fatearis necesse est, extitisse tantam extra Bruta illa vim, quae eorum velocissimos, concitatosque motus vinceret. Non enim motus extinguitur, aut motus directio mutatur, nisi ob aliqua potentiore aliqua causa. Quis autem dixerit sibilum, vocem, effluvia scrobis, rupis, fluminis tam valere, ut brutorum ista phaenomena producere possint? 2do, consentientibus parum Philosophis, quodcumque corpus in quiete positum natura sua perseverat in statu quiescendi, ita ut ab extrinseca tantum causa possit moveri. Verum nullum est hoc Axioma, si excludantur a brutis spontaneae motiones, Bruta quippe, nulla externa agente causa quotidie e somno surgunt, ita ut concedendum sit a Cartesianis, ingentem Elephantis machinam a quiete ad motum sua sponte natura excitari. Dicere autem, ait laudatus Genuensis, id provenire ex motione ab objectis externis in bruti machina factis, id est mentire. Nam experimento discimus easdem fieri plerasque motiones, immobilibus iisdem brutis. Ostendatur jacenti cani corpus pani simile. Surget ille, accedet, sed quando oculis, naribus, aut etiam gustu se deceptum cognoverit, recumbet iterum. Si ei recubanti rursus ostendatur, fortasse surget iterum hac etiam vice; At, fraude detecta, si ostendatur centies, ne surget quidem quaties, oculos etiam avertet ac dormitabit. Annon ab externo objecto eaedem sunt motiones? Annon eadem est Canis machina? Cur ergo, si ex causis naturalibus, et necessariis iidem profluere deberent effectus, non eaedem consequuntur in Cane motiones? 3tio, omnes analogiae leges demonstrant Bruta spontaneis esse motibus praedita. Nullum enim in homine motus spontaneus, qui in animantibus locum non habeat. Eaedem capitis commotiones, eaedem oculorum conversiones, pectus elevationes, tensiones, contractiones, et hujusmodi omnium eadem causa tam in homine, quam in Bruto. Argumentum autem ab analogia desumptum, inquit Wolfius, esse in probabilium numero et, in rebus tamen naturalibus maximum habere pondus, non ignorant, qui vel in sola Astronomia satis sunt versati.

Opponunt 3tio. Si Belluae non essent merae machinae, sed aliqua in illis esset cognitio, in sua cognitione perfectiores essent ipsis hominibus. Hoc dici non potest. Ergo etc. Pro min. Nam, ut tradit S. Ambrosius, Capra vulnerata dictamnum petit, et de vulnere excludit sagittam. Leo aeger simiam quaerit, ut devoret, quo possit sanari. Leopardus Caprae agrestis sanguinem bibit, et vim languoris evitat. Ursus aeger formicas devorat. Omnis fera aegra canis haustu curatur sanguine; quum solus homo sua non cognoscat remedia. Accedit, Belluas futura praescire. Novit quippe formica, ait idem S. Doctor, explorare serenitatis tempora. Boves impendente pluvia, ad praesepia se tenere norunt: Oves, suo adventu hiemis inexplebiles ad escam, insatiabiliter herbas rapiunt. Hericius, si quid insidiarum praesenserit, spinis suis clauditur; Quae tamen cognitio futurorum in homine non animadvertitur. Erit ergo perfectior in Brutis cognitio.

R. ne min. Argumentum hoc quod tanti facere solent Cartesiani, nullius roboris est ad confirmandam eorum hypothesim. Cognoscunt equidem Bruta, quae sibi proficua sunt, eaque discernere norunt a noxiis melius, quam nos; sed inferas inde concludunt, perfectiori donata esse cognitione. In Brutis motiones eodem semper ordine, ac ratione fieri videmus, in nobis vero novo semper nobilioreque modo fiunt. In Brutis nullum rationis indicium cernitur; In hominibus sensim adolescentibus rationis usum deprehendimus: Quae satis evincunt maximum inter humanam, et belluinam cognitionem discrimen. Hinc D. Augustinus, quum miras enumerasset belluarum actiones, non aliud inquit, me pecori praeponit, nisi quod ratione valeam. Et Lactantius in Libro de opificio Dei. Brutis quum ratione careant naturalia praesidia largius concessit Deus, homini vero rationem dedit, qua non modo maria, sed meliora ac commodiora sibi compararent. Quamvis igitur, ut cum Augustino concludamus, sensuum vi, aut operandi solertia Bruta nos superent, ratione tamen in suis cognitionibus, actionibusque ab hominibus superantur. Eadem utendum est responsione, si ab araneorum telis, ab apum alveariis, ab Avium nidis, caeterisque Brutorum operibus argumentarentur majorem esse in Brutis, quam in hominibus perfectionem. Accedit, Brutorum cognitionem extendi ad res dumtaxat sensibiles, nullam in iis esse abstractionem, nullam reflexionem, uti inferius dicemus. Pertimescendum itaque non est, ne perfectiores in suis cognitionibus Belluas faciamus, si eisdem adscribimus vim cognoscitivam.

Caeterum, oppositum contra nos argumentum nimis probat, et potius Cartesianam, quam nostram infirmat sententiam. Nam, ut egregie Cl. D. Zanchius in suo Libro inscripto Iter Cartesii Mundanum, si nos suadere possumus, animalia omnia a nobis diversa meras esse machinas, licet tam miras exerant operationes, licet ea patrent, quae homines patrare solent cum sensu, et cognitione: si mera sunt automata Belluae, licet in quibusdam actionibus dent signa manifesta perceptionis, doloris, voluptatis, non secus ac per externas motiones demonstrant se homines vel [illegible], vel aegrotos. Profecto suspicari quisque ex nobis potest, omnes sibi similes homines meras esse machinas omni sensu, et cognitione destitutas, quamvis signa, effectus, et alia argumenta suadeant ceteros quosque homines et sentire, et cogitare, sicuti nos, eorumque operationes omnem mechanicam vim superare.

Opponunt [illegible]. Plures in hominibus conjunt operationes sine ulla cognitione, et solo spirituum animalium impulsu. Ergo omnes operationes Brutorum haberi possunt pro solam vim mechanicam. Ant. patet. Nam noctambulorum mira facinora et in omnibus hominibus ciborum digestio, et motus fibrarum, ac fluidorum sine ulla cognitione efficiuntur. Confirmatur natura tam nimis, quam spontanea mentis nostrae imperio latere debent. Quis non novit, quomodo sibi cor moveatur, sanguis per arterias ex corde erumpat?

R. ne ant. Plures nimirum in corpore humano sine ulla cognitione contingunt motus, ideo non habentur ... animalium impulsu, ut alibi diximus, quum nimirum moveri possunt spiritus, nisi aliqua esset in homine vis motrix, sicut nisi esset anima. Ridiculum est haberi aliquas in homine motiones sine cognitione et ... est ...

beri aliquas motiones p solu spiritum aaliu aflaru, seu p nerua mechanicam. Deinde, ut argumentat Cl. Corsinus, si in nobis et in Brutis plurimae operationes sine ulla cognitione haberi non possunt, quod omnes sine hac cognitione fieri possint, ideoque si unica solum cognitio unica solum sensatio in Brutis admitti debet, hunc unica genere verum animam admitti oporteret. Ceterum, in nobis plurimae operationes sine actuali cognitione fiunt, quae tamen antea maxima cognitione fieri coeperunt, et ex ipsa consuetudine facilitas quaedam inducta est, qua, nobis inconsultis, fieri possint. Sic cytharam distracti pulsamus, quod seria, frequentique consuetudine spiritus, musculos, digitosque rite moverimus; ideoque operationes eam, quas in noctambulis tantopere admiramur, praevia saltem cognitione, quia fieri coeperunt, manifestissime ostendunt. Hinc Aristoteles Brutorum corpora machinis rite dispositis comparat; atque illa automatum instar operari dicit, quod facile motum recipere, atque ob admirabilem partium varietatem possint communicare. Non inde tamen efficitur, singulas Brutorum operationes hac sola partium textura fieri; sed anima quoque, sive aliquid admitti debet principium, quod organis ipsis motum imprimat, atque illis veluti instrumentis utatur.

Ad confirmationem; quod nos ignoremus internam corporis nostri texturam, et leges, quibus moveri debent organa, nostra tantum, probat duntaxat, hujusmodi motus fieri sine cognitione animae, non autem citra quamcumque animae vim, de qua disputamus.

Opponunt 3. Spontaneas nullas esse in Brutis motiones, licet, nulla intercedente extrinseca causa, a quiete transeant ad motum, aut a motu ad quietem. Nam hae mutationes producuntur a Deo in eorum machinis, prout objectorum occasio tulerit.

R. immerito, et nihili ingenue confugere Cartesianos ad vim divinam; atque, dum ita argumentantur, non evidentis demonstrationis, sed ex alia hypothesi suam confirmare hypothesim. Unde, quaeso, ut constat, Deum solum producere actiones in Brutis secundum occasionem objectorum? Habentne rationem aliquam naturalem, quae ita eos persuadeat? Cur ergo certa eam non proferunt argumenta? suffulti ne sunt divina aliqua revelatione? Cur itaque illam non manifestant? Sed, ut missam faciamus nos omnem revelationem, sacras semper scripturas, quae commentum hoc Malebranchianum rejiciunt, et Brutorum sive cognitioni, sive spontaneis motibus abunde favent; si Deus motus efficit in Brutis ad objectorum occasiones, hanc sibi legem statuit, secundum Cartesianos, ut iisdem semper existentibus occasionibus, eosdem motus producat. Hanc tamen legem esse falsam, ex superius adductis exemplis patet. Cur non semper Deus movet Canem, si sensu ligneum pani simile illi ostenditur? Cur turmatim volantes aves eandem semper non commutant eodem modo motus directionem eodem audito sibilo? Iisdem positis occasionibus, cur iidem non producuntur motus? Accedit, rationi naturali repugnare, ut, emisso V.C. sibilo, novam producere in machinis Avium motus directionem. Nam, ut apposite ad rem nostram Cl. Genuensis in sua Dissertatione de Anima Brutorum, si Deus omnes mundanos motus producit, eos non alia ratione producere decet, quam ut universi ordo, et pulchritudo servetur, atque ne ejus partes intereant, dissolvaturque ordo. Nova autem haec in Avium motio conservationi Avium necessaria non est, nec non sibilus altissime volantium avibus nocere potest: Quod cum Deus probe intelligat, nulla ratio illum movere potest, qua motum hunc velle efficere suspicemur.

Opponunt 6. Si Bestiae aliqua praeditae cognitio, cujus ductu sua molirentur opera, Bestiae unius speciei non uniformiter, neque semper aeque perfecte omnes operarentur. Sed omnes Bestiae unius speciei uniformiter agunt, et semper aeque perfecte. Ergo. Mr certa videtur quoad utramque partem. Nam primo omnes Canes sunt fideles, omnes hirundines ex eadem materia eodemque tempore, et artificio suos nidos conficiunt. 2do, manifestum est, araneas non perfectiores texere telas, nec apes, quae statim ac natae sunt, aptissimae dulce elaborare mel ab initio, quam in senectute. Pro: Mr. Potentia cognoscitiva nulli certae materiae alligata est, adeout nihili materiam determinatae speciei superare possit. Ergo si Bestiae vi perceptiva donantur, circa quamcumque materiam deberent posse operari, et eundem non semper aeque perfecte.

R. ne. Mm. ad prob. dist. ant: Potentia cognoscitiva cum ratione et reflexione conjuncta nulli certae materiae alligata est, con: ratione, et reflexione destituta sub ne. ant, et sub allata dist.e conseq.m Quod ita operentur Bestiae, ut quae sub eadem specie constitutae sunt, semper eodem modo, et semper aeque perfecte suas efficiant actiones, non demonstrat destitutas esse illas cognitione. Nam, ut praetermittam Bruta omnia ob naturale instinctum operari, mirum non est, si semper aeque perfecta sunt eorum opera, quum semper eodem cogitent modo, de rebus scilicet particularibus, quae a sensibus ipsis exhibentur, neque per reflexionem producere possint ideas abstractas, et universales, quarum ope in suis cognitionibus et operibus majorem in dies acquirant perfectionem. Hinc non est cur ex hominum actionibus diversam secundum diversam aetatis praeteritae perfectionem argumentantur adversarii, idem congere debere in Bestiis potentia cognoscitiva donatis. Homines n, quum non vim tantum sensitivam, ratione quoque polleant, quum non tantum corporea et particularia, verum etiam incorporea percipiant, et universalia, perfectius operari debent, quo perfectior illis est rationis usus, quoque major suppetit illis copia idearum abstractarum. Bruta vero quum ad percipiendas duntaxat res sensibiles sint determinata, neque rationem aut vim reflexivam stricte acceptam habeant, semper uniformiter debent agere, et semper aeque perfecte. Ceterum, uniformitas illa actionum ab instinctu procedens nequaquam potest; quin tamen neque instinctus cognitionem non excludit, ut diximus in resp.e ad objectionem primam.

Propositio 2da. Anima Brutorum non est corporea. Propositio superius est demonstrata.

Opponunt 1, cognitionem admitti posse in Brutis, quin confugiendum sit ad aliquod immateriale principium, eorum quippe ~~[illegible]~~ cognitio est materialis, corporea, externa, et minime reflexiva, talis proinde, ut rei materiali possit convenire, et a materiali principio proficisci.

R. Brutorum perceptionem haberi non posse veluti materialem et extensam, nisi fingere velimus substantiam ipsam cogitantem esse simul extensam, et inextensam, materialem, et immaterialem; et nisi maxima illa consequantur absurda, quae adnotavimus in superiori Libro, Cap. 1. Propositione 1. Sed ut paucis Aristotelicorum hypothesim confutemus, quam, quaeso, ob causam materialis est perceptio Brutorum? num quia a materiali proficiscitur principio? Sed hoc illud est, quod in quaestione ver.

sit, et minus manifeste petunt principium. Nam quia eorum cognitio ad objecta duntaxat externa materialia? Tu inde sequeretur, materiam esse in nobis cognitionem; cognitio quippe si materialis efficitur ab objecto materiali, quotiescumque humana cognitio Planetas, arbores, lapides, aut materiam quamcumque respicet entitatem, materialis erit nuncupanda, quo nihil absurdius. Deinde, si brutorum cognitio ab objectis duntaxat materiis materialis efficitur, in se itaque materialis non est, et immateriale postulat, a quo proveniat, principium. Restat nunc, ut asserant Peripatetici cognitionem esse materialem, propterea quod entitatis quaedam est tamquam materialis, quod tamen ejusmodi nimis infirmum est. Nam si quilibet cognoscendi actus totidem sunt materiales entitates a cognoscendi facultate distinctae, vel ab immateriali proficiscuntur illae principio, vel a materiali: non ab immateriali, docentibus Peripateticis. Asserendum ergo erit entitatem materialem a materiali principio projectam esse posse cogitantem, licet animus claris, atque distinctis ideis suffultus nos moneat non minus repugnare corporeae substantiae cognitionem, quam spiritui extensionem, figuram, divisibilitatem. Accedit hypothesim hanc indignam esse Catholico Philosopho, et Materialistarum, atque Spinozae errori favere. Si enim fieri potest, ut cognitio materialis sit, et a materiali proficiscatur principio, jam humanum animum a corpore non esse dissimilem facili negotio probabunt, qui negant spirituales esse hominum animas. Nam licet cognitio, et loci occupatio sint prorsus dissimiles, tamen possunt unius, ejusdemque substantiae affectiones, si tam cognitio, quam loci occupatio ab una, eademque materiali substantia possunt derivare. Quomodo enim Epicureorum dogma confutabitur, si concedatur materialem quoque substantiam posse cogitare?

At inquiunt Adversarii; cognitionem Brutorum immaterialem non evincere principium, quod eorum cognitio haudquaquam reflexiva sit. Verum cognitionis reflexivae nomine vel intelligunt cognitionem, quae aliquam ratiocinationem praesefert, et qua fiat, ut is, qui cognitione donatur, propter finem aliquem operetur, vel intelligunt cognitionem illam, qua fit, ut qui cognoscit cognoscat se cognoscere, et ex particularibus ideis, quas in se cognoscit, ideas abstractas, et universales inferat. Si primum, certum est reflexivam esse aliquam in Brutis cognitionem. Quis enim non videt fieri videmus, quum in cavitatibus, et nidorum gratia nidulos parant, cibum quaerunt, ova fovent, et tuentur, industria, qua sibi ad vitae conservationem necessaria student comparare, noxia fugere; admiranda in capiendis muribus felium cautio, artesque illae tam sagaces, quibus ad cibos surripiendos utuntur, satis suadent, obscuro saltem modo bellua ratiocinari, et propter finem multoties operari. Si vero 2dum, non est in Brutis reflexiva cognitio. Quanquam, si eorum cognitio vera est cognitio, semper deveniendum est ad aliquod immateriale principium, sive cognitio reflexiva sit, sive non sit. Quemadmodum enim quia figura solius materialis substantiae affectio est, sive ea tribus, sive quatuor constet lateribus, a sola repeti potest materiali substantia; ita quia cognitio substantiae materialis propria duntaxat est, sive ea sit reflexiva, sive non sit, a sola immateriali substantia est repetenda. Caeterum, vel putant Peripatetici non reflexivam Brutorum cognitionem esse immaterialem, vel materialem. Si primum, a materiali principio provenire non poterit. Si 2dum; quaero utrum materialis sit prout cognitio est, vel solum prout est cognitio non reflexiva. Primum affirmare non possunt, asserendum est itaque 2dum. Verum si cognitio non reflexiva materialis est, materiales dici poterunt hominum cognitiones, antequam luminis naturalis divinitus impressi exercitium consequantur, quum ante rationis usum haudquaquam cognoscant Infantes se cognoscere. Ne ergo haec consequantur absurda, fatendum est cognitionem esse spiritualis duntaxat substantiae affectionem.

Opponunt 2do. Principium sensationis, et cognitionis in Brutis corporeum est, et materiale, neque tamen materia, aut corpus est. Confundendum non est materiale cum materia, aut corporeum cum corpore. Nam gravitas, motus, et vires omnes in corpore corporeae sunt, neque tamen sunt corpus. Spatium, quod per se existit secundum Newtonianos, est corporeum, neque tamen est corpus recens

R. sensationem, ac cognitionem potissimum, quam in Belluis Peripatetici admittunt, esse affectiones substantiae duntaxat spiritualis, quemadmodum demonstratum est in Propositione prima superioris Libri; fieri proinde non posse, ut evadant proprietates sive substantiae corporeae, sive corporis, quum spiritualia, et corporea totis essentiis differant, seseque invicem excludant. Verum equidem est, gravitatem, motum, caeterasque corporum affectiones esse corporeas, neque tamen esse corpora. Sed quid inde inferre volunt Peripatetici? An putant ita se habere principium sensationis, et cognitionis in Brutis, quemadmodum se habent et gravitas, et motus in corpore? An principium illud mera est affectio, et merus modus, quemadmodum gravitas, et motus sunt merae affectiones, et meri corporum modi? Cujus ergo tandem naturae substantia illa erit, ad quam, veluti affectiones, vis sentiendi, et cognoscendi Brutorum pertinent? Fieri illa non potest naturae materialis, quum vis sentiendi, et cognoscendi quae essentiales sunt proprietates spiritus, convenire nequeant substantiae materiali; sicuti extensio, figura, gravitas, quae essentialia sunt attributa corporis, convenire haudquaquam possunt Spiritui. Semper itaque deveniendum erit ad substantiam aliquam immaterialem, cui affectiones, seu modi isti inhaereant. Quod si a Peripateticis asseratur, principium sentiendi, et cognoscendi in Belluis neque esse spiritum, neque materiam, sed aliquid esse duntaxat materiale, sicuti spatium neque spiritus est, neque corpus, sed aliquid corporeum; difficultatem propterea haudquaquam solvunt. Nam si [illegible] se habet principium illud in Brutis, quemadmodum spatium in universo; sicuti spatium corporeis dumtaxat donatum est proprietatibus, extensione v.c. figurabilitate, quiescibilitate; ita principium, de quo disputamus, nonnisi corporeis praeditum erit affectionibus. Quemadmodum itaque neque sentit, neque cognoscit spatium; propterea quod tam sensus, quam cognitio spatio materiali repugnant; ita neque sentiet, neque cognoscet materiale illud, quod Peripatetici confingunt in Brutis principium.

Propositio 3tia. Spiritualis est in Brutis Anima. Propositio superius est demonstrata.

Opponunt 1. Si immaterialem dixerimus Brutorum animam, homo jumentis erit insipientibus similis, et nihil amplius erit desiderandum ad statuendam in Belluis rationalem animam. Ut autem ait Lactantius in Libro de ira Dei, Cap. 7. Illud nullus Philosophus asserere unquam, nihil inter hominem, et pecudem interesse.

R. Licet substantiae omnes immateriales in communi substantiae notione debeant convenire, adeoque esse entitates cognoscendi, atque volendi facultatibus donatae, quia tamen hujusmodi facultates perfectiores vel imperfectiores sunt, substantiae spirituales specie ab invicem distinguuntur. Sic quia in Angelis praestantior est cognoscendi facultas, quam in humanis mentibus, dicit Deus minuisse hominem paulo minus ab Angelis, quorum propterea anima licet substantia sit vere immaterialis, specie nihilominus differt a substantia Angelorum. Eadem ratione, a seipsis distinguuntur Angeli. Omnes Angeli, inquit S. Thomas 1 parte, quaest. 50, art. 4. differunt specie secundum diversos gradus naturae intellectualis. Et in resp. ad 2dum. Majus, et minus, secundum quod causantur a formis diversorum graduum, diversificant speciem, et hoc modo Angeli diversificantur secundum majus,

& minus. Quare, si immaterialis humanae mentis substantia specie differt ab immateriali substantia Angelorum, propterea quod omnium Conditor facultatem humanae mentis perceptivam paulo minus minuit a facultate perceptiva Angelorum, si unus Angelus ab alio specie differt, quia Deus facultatem unius Angeli intellectivam paulo minus minuit a facultate intellectiva alterius Angeli, nihil profecto obstat, quin anima Brutorum, licet immaterialis, specie differat ab anima humana, hanc tantum ob causam, quod cognoscendi facultatem in Brutis minuerit Deus a cognoscendi facultate, quam menti humanae concessit. Non igitur, semel ac immateriales dicamus Brutorum animas, consectarium fit, hominem jumentis esse insipientibus similem. Quod addunt, rationalitatem & Brutis tribuendas, admisso in eis immateriali principio, falsum omnino est, si de rationalitate stricte sumpta sermo instituatur. Nam rationis nomine vel illud naturale lumen intelligitur, quod mentis humanae ad res corporeas, atque sensibiles cognoscendas et circa eas disserendum inservit, vel peculiaris illa cognitio, quam Deus super homine signavit, et cujus beneficio illuminati Deum, tum res divinas seu prositatis regulas dignoscimus. Rationem in primo sensu acceptam Brutis convenire, imo & hanc cum Brutis hominibus, ut loquitur S. Augustinus, communicare, libenter concedimus, sed rationem 2do modo sumptam quae proprie ratio appellatur, in Brutis negamus, utpote quae sensibilibus tantum rebus fruuntur.

Si urgeant Peripatetici, Belluas conditas esse ad imaginem, et similitudinem Dei, non secus ac homines, si aliquo modo sunt rationales eadem cum proportione doctrina utendum erit. Nam Dei imagines et similitudines sunt mentes humanae, non quod rationali sint praeditae facultate qua a rebus sensibiles cognoscant, ac de iis disserant, sed quia signatum est super nos divini vultus lumen quo in supremi rerum omnium Conditoris cognitionem ducimur, bonum a malo secernimus atque ad vitae, honesteque vivendum ad normam. Hinc quum Belluae tanto sint lumine destitutae, non sunt, veluti homines factae ad imaginem, et similitudinem Dei.

Opponunt 2do, posita spirituali Brutorum anima, demonstrari non posse, cur ea suum nequeant Conditorem agnoscere. Cujuslibet enim immaterialis substantiae proprium est objecta habere immaterialia.

R. ex dictis in superiori responsione satis patere, cur ita comparatae fuerint animae Belluarum, ut nequeant quemadmodum homines, in Conditoris sui cognitionem venire. Addendum est, placuisse rerum omnium Opifici aliquas condere immateriales substantias tali perceptionis facultate donatas, qua tum materialia tum immaterialia objecta attingerent, aliquas vero ad res duntaxat materiales ordinatas tanta cum percipiendi facultate statuere quanta ad res tantum corporeas percipiendas indigerent. Hujusmodi doctrina nova haudquaquam est. Irrationalis Spiritus, inquit S. Bernardus Serm. 5. in Cantica ubi corporalia per corpus et ipse pascat, corpore tamen suo non ad quod ob innatam stoliditatem ad spiritualia et intelligibilia capessenda, quae beatam spiritualem faciunt creaturam. Hinc non est, cur dicant Peripatetici, proprium esse cujuscumque immaterialis substantiae objecta immaterialia habere. Nam, ut optime argumentatur Boullierius, nulla est sit amplius substantia finita et creata, si hoc ipso, quod immaterialis substantia capax est cogitationis et perceptionis, consequens sit ut cujuslibet cogitationis et perceptionis esse capacem. Quum enim substantia immaterialis finita, et creata in communi substantiae cogitantis, et percipientis conceptu cum substantia immateriali infinita, et increata debeat convenire, quotiescumque immaterialis substantia, hoc ipso quod alicujus cogitationis capax est capax est etiam cujuslibet cogitationis nulla profecto erit propria Dei cognitio quae propria etiam non sit immaterialis cujuslibet finitae, et creatae substantiae. Quemadmodum ipse concludit laudatus Auctor, quod substantiam immaterialem finitam a substantia immateriali infinita discriminat, sunt limites facultatis cognoscentis; ita quod substantiam immaterialem bestiarum ab humanae mentis substantia secernit, sunt limites, quibus Bestiarum cognoscendi facultas ad solas res sensibiles, et corporeas coarctatur. Caeterum, necesse non est, ut immaterialis substantia immaterialia habeat objecta, ex parvulorum mentibus satis constat quae ante rationis usum Dei cognitione destituuntur, licet illum intercedat discrimen, quod Infantium animae, sublato naturae impedimento remoto, et Deum, et caetera immaterialia objecta possunt cognoscere, animae vero Brutorum, [illegible], nunquam in altiorem cognitionem possunt assurgere.

Instabunt. Praeter cogitandi facultatem admittenda est etiam in Brutis facultas volendi; perceptio quippe et volitio operationes sunt spirituales animae. Brutis ergo libertas arbitrii non erit neganda, imo ita agenda erunt libera, ut mereri, et demereri possint.

R. vix aliqua voluntate Bruta esse praedita. Ut enim D. Augustinus scribit lib. 5 de Civitate Dei, Cap. 9. Causae voluntariae aut Dei sunt, aut Angelorum, aut hominum, aut quorumcumque. Rationalium, sic tamen appellandae sunt voluntates aliud rationis expertium motus illi, quibus aliqua faciunt secundum naturam suam, quum quid bonum, malumve vel appetunt, vel evitant. Itaque Belluae, quae ad res duntaxat sensibiles dirigendas ordinatae sunt, fere semper secundum naturalem illam propensionem operantur, quae in anima ab objectis sensibilibus per corporeos sensus adductis excitatur; ideirco earum voluntas vix voluntatis nomen promeretur, quotiescumque cum libera humanarum mentium voluntate conferatur. Hinc falsum est, mereri, aut demereri posse bruta animalia. Certum enim est sive ad meritum sive ad demeritum requiri in primis esse plenam, atque perfectam arbitrii libertatem, quam in voluntate bestiarum esse, asserat nemo. Certum etiam est solam non sufficere arbitrii libertatem, sed ulterius requiri signatum illud super nos divini vultus lumen, cujus beneficio in Dei rerumque divinarum, necnon praeceptorum, mandatorum cognitionem venimus, atque ad honestatis leges cognoscendas adjuvamur. Hoc quum Brutorum voluntati desit, ea, etsi libertate aliqua, seu potius libertatis umbra perfruantur, mereri nullo minus, aut demereri minime possunt. Quod si molestius inquirant, cur spirituali anima donatae sint Belluae, quando neque Deum cognoscere, neque mereri, neque moribus leges adsequi possunt, respondendum est, quod quum Bruta sentire, cognoscere, amare et hactenus provocatum sit, ad hujusmodi functiones exercendas spiritualem illis Deus concessit animam.

Opponunt 3tio opinionem de spirituali anima Brutorum catholicum dogma de naturali humanae animae immortalitate destruere. Si enim Brutorum anima, licet spiritualis substantia sit, est tamen mortalis, recte inde argumentari posse videtur, animam quoque rationalem, licet substantia sit spiritualis, natura sua esse mortalem.

R. ex nostro systemate nihil sequi contra immortalitatem animae humanae. Duplici modo, ut alibi diximus, mors potest contingere; per dissolutionem scilicet partium et per interitum. Si mortem priori modo consideremus, immortalis dicenda erit suapte natura Brutorum anima, non secus ac suapte natura immortalis dicitur anima hominis; si vero mors 2do modo explicetur, non est immortalis suapte natura Brutorum anima, sicuti suapte natura non est immortalis neque humana. Certissime autem credimus, moralibus etiam argumentis demonstravimus hanc esse in Deo voluntatem ut humanus animus aeternum sit extiturus, sed utrum evidentibus argumentis probari possit, immortalitatem nostrarum animarum esse naturalem, magna quaestio est inter Catholicos etiam Philosophos. Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, ait Apostolus 1. ad Timotheum. Et S. Hieronymus in eamdem Epistolam Quomodo solus Deus habere dicitur immortalitatem, quum et Angelos, et multas rationales fecerit creaturas, quibus dederit immortalitatem? Non quod et caeteri non sint immortales, sed quod ille solus naturaliter sit immortalis, caeteri vero immortalitatem ex largitione illius dono consequuntur. Ratione ipsa naturali evincitur animam humanam non esse natura sua immortalem. Quum enim certum sit, Deum solum esse ens necessarium, caetera vero quae extra Deum consistunt esse contingentia; non repugnat, imo naturali rationi consonum est, ut substantia animae ex nihilo, Deo volente, producta rursus in ni

nihilum, Deo ita disponente, redigi. Hoc autem non eo dicimus, quod existimemus, nihil a nobis in hominum animas nosse deprehendi, de argumentari possimus eas æternum esse duraturas. Fatemur quippe quasdam in nobis esse, quæ animam una cum corpore non esse interituram persuadent, sed dicimus non tales esse nostras animas, quæ suapte natura annihilationem excludant. Quæ cum ita sint, nullum ex nostra sententia consequitur absurdum. Nam quia Brutorum anima spiritualis est, sequitur eam natura sua esse incorruptibilem, quemadmodum rationalis anima, non sequitur autem natura sua esse immortalem, sicuti neque immortalis est natura sua hominum anima. Non itaque est, cur argumentemur Adversarii: Anima Brutorum est spiritualis, est ergo immortalis. Nam, præterquamquod spiritualis substantiæ natura immortalitatem necessario non postulat, nihil deprehendimus in anima Bestiarum, unde inferri possit, divina voluntate non esse interituram. Quum ... Bestiæ corporeis tantum necessitatibus inserviant, a rebus duntaxat sensibilibus moveantur, spiritualia non attingant, Dei existentis notitiam nullam habeant, pravitatis regulas non dignoscant, adeoque nec mereri, nec demereri possint, nihil est, quod nos suadeat, divina voluntate non secus ac mentes humanas perpetuo esse duraturas animas Belluarum.

Opponunt ergo aliqua divinarum Scripturarum testimonia, quæ probare videntur spirituales non esse Brutorum animas. Geneseos Cap. 1 ubi de ... de productione Brutorum, hæc habentur. Dixit Deus, producant aquæ reptile animæ viventis, et volatile super terram, Dixit quoque Deus, producat terra animam viventem in genere suo, jumenta, et reptilia, et bestias terræ secundum species suas. Capite vero 2do ... humanæ originem exponit, ita Moyses loquitur: Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ et factus est homo in animam viventem. Ex hujusmodi autem testimoniis ... solam humanam mentem, quam Deus ad sui imaginem conformavit, substantiam esse spiritualem, animas vero Belluarum, quarum productionem aquis, et terræ commisit, esse corporeas, et materiales. Confirmatur. David in Psalmis 31 et 48 inquit. Nolite fieri, sicut Equus, et Mulus, quibus non est intellectus. Homo, cum in honore esset, non intellexit; Comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis.

R. et primo ad textum desumptum ex Cap. 1 Geneseos, verba illa producant reptile animæ viventis et volatile super terram, producat terra animam viventem non indicant aquis revera, et terræ fuisse traditam a Deo vim viventium animalium veræ, et propriæ effectricem. Quum enim recte ait Cartesius Meditatione 3tia de prima Philosophia, tantumdem ad minimum esse debeat in causa efficiente, quantum in ejusdem causæ effectu, et naturalis ipsa ratio suadeat, nullum esse posse effectum propria efficiente causa nobiliorem, intelligi nullo modo potest, quomodo Belluas viventi anima donatas aquæ, et terra, quæ elementa sunt vita carentia, producere queant. Et si experimentis a viris doctissimis institutis nolumus fidem detrahere, falsa sunt quæcumque narrantur de aliquorum animalium nativitate ex putrefactis materiis, quum ex ovis, et semine parva ... , et vilissima animalia, omnes consentientibus recentioribus Philosophis generentur. Hinc laudata sacræ Scripturæ verba ad vulgi captum fuisse duntaxat posita, non immerito asserimus præcipuorum sacrorum interpretum authoritate suffulti, ex quibus Benedictus Pererius hæc habet in primum Geneseos Librum. Verba illa: producant aquæ reptile animæ viventis, aliud non indicant nisi quod aqua est naturalis piscium locus habitationis, generationis, et conservationis, extra quem nec signi, nec bene habere, nec naturales actiones suas exercere, nec vitam tueri queant. Illud autem, producat terra animam viventem, non denotat vim activam, et effectricem ... non ... est, terram capacem esse tantæ virtutis, ut ex se animalia cujuslibet generis generare queat. Itaque nonnulli Hebraicæ scientes intimant illud producat positum esse apud Hebræos, proeo quod procreantur ex terra, et producantur in terra. Hæc Pererius, cujus sententiæ celebriores fere reliqui concinunt sacri Expositores. Id ex ipso Scripturarum contextu magis confirmatur. Nam eodem Cap. 1 vers. 21 dicitur Creavitque Deus Cete grandia, et omnem animam viventem, atque motabilem. Et versiculo 25 et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, et jumenta, et omne reptile terræ in genere suo. Hæc autem haudquaquam Moyses assereret, ut præclare argumentatur Tornielius noster, si aquæ, et terra constitutæ fuissent veræ, et propriæ belluarum effectrices causæ. Eodem modo respondendum erit, si in hac re aliqui objiciantur ab Adversariis SS. Patrum authoritates. Siquidem non sensu rigidiori Philosophorum, sed ad indocte plebis captum loquuntur quandoque sancti Doctores. Sancti auctores, inquit Melchior Canus Locorum Theologicorum Lib. 7. cap. 3, non erant adeo soliciti in Philosophiæ dogmatibus scrutandis, quia Philosophorum Libros, ut totos se divinæ sapientiæ dederent, aut valere jusserant, aut eam interdum a limine salutaverant. Si vero opponatur Doctor Angelicus, fatendum est Aristotelicorum placitis fuisse addictissimum, negandum tamen tanti in hac re faciendam esse illius Autoritatem, ut contra verum Scripturarum sensum, contra naturalem rationem, et contra experientiam rerum omnium Magistram asserendum propterea sit Brutorum animas ex aquis, vel terra produci.

Ad confirmationem, textus ex Psalmis desumpti nostræ adversarentur sententiæ, si intellectus, de quo in iis sermo instituitur, in sensu Adversariorum esset accipiendus. Verum aliter se res habet. Ut enim communis Scripturarum loquendi modus suadet, et viri eruditi interpretantur, nomine intellectus non venit ipsa intelligendi vis, atque facultas sed in sensu latiori uberius illud lumen, quo perfundant humanæ mentes ut divina intelligant, pravitatis leges assequantur, veraque a falsis, turpiaque ab honestis secernant. Unde cum dicitur non esse in Brutis intellectum, dicitur duntaxat carere Bruta uberiori illa luce, quæ solius est humanæ mentis propria, minime vero intelligendi facultate esse destituta. Neque id temere a nobis asseritur. Quemadmodum in Psalmo 31, vers. 8 Davidem alloquitur Dominus: Intellectum tibi dabo, et instruam te in via hac, qua gradieris. Et Psalmo 118 Deum precatur Sanctus Psaltes Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, nec tamen dicendum est, Davidem intellectum a Deo postulantem intelligendi facultate caruisse, sed uberiorem duntaxat lucem postulasse, ita cum Psalmo 31 dicitur Nolite fieri sicut Equus etc. sola negatur Brutis sublimior cognitio, seu divinæ sapientiæ participatio qua eam impii homines ob patrata scelera destituuntur, sed intelligendi vim in illis deficere non asseritur. Accedit quod quum homines, licet maxime peccatores, nunquam eo adduci queant, ut intelligendi facultate careant, non alium sensum laudati textus, quam hactenus expositus. Plura afferri possent ... Augustini, Bernardi, et Thomæ eam clarissima testimonia ... propositam, quæ brevitatis gratia missa facimus. Illud addendum est duntaxat, nimirum vel intellectum in proprio, et stricto sensu acceptum Belluis esse tribuendum, vel contra scripturarum autoritatem, et naturalis rationis ... inter mera Automata esse recensendas.

Opponunt 5. Concilium Lateranense 4tum sub Innocentio 3. hanc fidei formulam proposuit. Firmiter credimus, et simpliciter confitemur, quod unus solus est verus Deus, et unum universorum principium, Creator omnium invisibilium, et visibilium, spiritualium, et corporalium, qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, et corporalem, angelicam videlicet, et mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, et corpore constitutam. Porta autem hac fidei formula, hoc conficiunt argumentum. In Lateranensi Concilio sola humana natura ex spiritu, et corpore dicitur constituta. Ex spiritu ergo, et corpore constituta non est natura Belluarum.

R. cum ..., ..., Turnelio, ... , ..., et Natali Alexandro non omnia, quæ in laudato Concilii Decreto continentur, ad fidei dogma pertinere. Ut enim inquit ... in ... dist. 7 sect. 4. Patrum intentio in eo Decreto constituendo non fuit ut determinarent quasdam esse creaturas mere spirituales, et omnino corporis expertes, sed hoc tantum, Deum esse auctorem, et creatorem omnium, quæ sunt in universo, tam eorum, quæ dicuntur corporalia, et visibilia, quam eorum, quæ spiritualia, et invisibilia, sive hæc proprius corpore careant, sive alia peculiari ratione spiritualia, et invisibilia dicantur. Hæc autem declaratio procedit,

quia vidit Decretum, et id tantum contra hæresim Manichæorum illo tempore non parum grassantem, qui unum verum Deum nega-
bant omnium auctorem. Hæc illius, cui et reliqui concinunt superius laudati viri doctissimi docentes Albigensium hæresim a Ma-
nichæis derivatam, et duo suprema admittentem rerum principia hoc Decreto fuisse damnatam. Oportet igitur, inquit Lectus Sene-
sis, prædictam Synodicæ sanctionis sententiam magis juxta Concilii intentionem, quam juxta sonum verborum interpretari. Aliud
accedit momentum, quod nobis suppeditat Melchior Canus. Nam in laudato Decreto, sicuti una tantum expresse recensetur natura ex spi-
ritu, et corpore constituta, ita expresse dicitur, Deum ab initio temporis Angelicam condidisse substantiam, eamque spiritualem. Nihi-
lominus secundum communem Theologorum opinionem, neque fidei adversari, Angelos ante mundum corporeum asserere creatos, neque ad fidem
spectare quæstionem illam de immateriali substantia Angelorum: Primum quippe, ut præteream Gregorium Nazianzenum, Basilium, Hie-
ronymum, Hieronimum, Damascenum, et Cassianum, qui id expresse docuerunt, neque D. Augustinus, neque ipse Doctor Angelicus,
qui floruit post laudatum Lateranense Concilium, ausi sunt ut fidei contrarium rejicere; Illud vero citra fidei periculum sustine-
ri posse, cum eodem S. Thoma docent celebriores scriptores. Quod autem de Angelis dicimus, de natura quoque rationalis animæ intelligendum,
eam sentiunt Theologi non pauci. Cavendum igitur est, ut vereri utar verbis, ne temere quicquam sub hac sententia statuamus,
prædictorum Concilii verborum occasione hæreticos existimantes quamplurimos illustres viros ejus assertores.

Instabunt. Licet communis sit Theologorum opinio nihil asserere fidei contrarium, qui docent Angelos, aut animas humanas non esse
substantias penitus incorporeas, communis tamen ipsorum Theologorum sententia est, Philosophos ita sentientes temeritatis notham vitare non posse. Ergo eamdem fieri non adversus immaterialis Animæ Brutorum, citra temeritatis notham non potest tamen oppugnari.

R. conc. ant. neg. conseq. Qui non opinantur non esse spirituales sive Angelos, sive hominum animas, temere omnino opinantur, quia licet
contra Catholicæ fidei definitionem non loquantur, id docent tamen, quod est contra expressam Lateranensium Patrum doctrinam. Verum teme-
ritatis redarguendi non sunt, qui belluarum animas asserunt incorpoream, quum in Lateranensi Concilio de ea nulla facta sit
mentio, et aliunde sive scripturarum, sive Patrum testimonia hanc confirment sententiam. Neque dicant Adversarii in laudata
Synodo satis expressam fuisse Patrum doctrinam quoad naturam animæ brutorum, propterea quod Concilium quascumque res creatas in duas
veluti classes distinguens, spiritualium nempe, et corporearum, unicam ab his excepit humanam creaturam ex spiritu et corpore consti-
tutam. Nam Patres ad impugnandam Albigensium hæresim tres utique classes statuere rerum omnium ab uno principio progenitarum, spi-
ritualium nempe, corporalium, et ex corpore et spiritu constitutarum, verum non propterea recte argumentantur, qui a tertia creatu-
rarum classe belluas exclusas volunt, quod nulla de iis facta sit mentio. Quemadmodum non recte argumentaretur, qui probare
contenderet humanam animam non esse substantiam spiritualem, eo quod in prima classe spiritualis substantiæ sola expressis verbis com-
memorata fuerit a Patribus Lateranensibus Angelica substantia, ita non recte eos disserere contendimus, qui sententiam de immateriali
anima belluarum proscriptam volunt, quod inter creaturas ex spiritu, et corpore constitutas sola recensita fuerit expressis verbis
anima humana. Patres igitur Synodi Lateranensis 4tæ solam proposuerunt humanam creaturam ex spiritu et corpore constitu-
tam, non ut belluas excluderent, sed quia satius duxerunt solam illam creaturam ex spiritu, et corpore constitutam expresse de-
signare, de qua præcipua erat controversia inter Philosophos, vel quia iis placuit, illam indicare creaturam, quæ præstantioris, et
nobilioris esset conditionis, eo modo, quo ad statuendam spiritualem substantiam, solam expressis verbis indicarunt creaturam
angelicam.

Alia etiam plura adversus hanc propositionem institui possunt argumenta, quæ tamen quum ex hactenus dictis facile solvi possint, præ-
termittenda sunt.

Philosophiæ

Pars 4ta

Physica

Ventum est ad pulcherrimam, jucundissimamque Philosophiæ partem, quæ quum totam naturæ speculationem contineat, seu de rebus
omnibus naturalibus disserat, Physicæ, vel naturalis disciplinæ nomen obtinuit.

Physica omnis dividi potest in partes duas, Generalem nempe, et Particularem. Prima agit de corpore generatim sumpto de-
2 que primariis, et secundariis ejus proprietatibus. In 2da corporum singula genera, vires, actiones expenduntur.

Objecta Physicæ sunt res naturales, et earum Phenomena. Per res naturales intelligimus Corpus, et Spatium; per Phenome-
na vero omnes situs, motus, mutationes, et actiones corporum, quæ sensibus observantur.

Sed antequam nostram de natura contemplationem ordiamur, tres statuendæ sunt Regulæ illæ, quas præscribit vir incomparabi-
lis Isaacus Newtonus.

Prima est. Causæ rerum naturalium non plures sunt admittendæ, quam quæ veræ sunt, earumque phenomenis explicandis sufficiunt.
Hujusmodi causas, uti docet Musschenbroekius, ex ipsis phenomenis eruere debemus. Erunt autem veræ causæ, primo si eas
revera existere constet, quippe si tantum possibiles sint, nunquam censendæ sunt veræ causæ, etiamsi phenomena illa possint
producere: 2do erunt veræ causæ, si phenomena ex iis manifesta demonstrent fluere. 3tio si corpora variis modis ex-
plorata eorundem phenomenorum easdem causas semper ostendant. Regulam hanc sequenti exemplo confirmamus. Quærenda sit
v. c. causa motus indicis orarii in horologio. Causa hæc deduci debet ex ipso motu indicis horarii. Phenomenon vero pheno-
menon hoc ex pluribus causis oriri potest, aut appenso e. c. pondere, aut intus concluso elatere, aut impetu defluentis aquæ etc. inter pos-
sibiles causas ea statuenda est, quæ revera existit, et operatur, et a qua indicem moveri orarium manifeste demonstratur. Nam
si horologium concluso intus pondere sit instructum, nonne erit ridiculus, qui ad explicandum indicis motum vel elaterem
fingat, vel defluentem aquam. Quod si alicujus phenomeni causæ nec inveniri, nec certo probari possint, non idcirco, quorumdam
Philosophorum more aliquas fingere debemus. Idcirco hypotheses, subdit laudatus Musschenbroekius, ex physica sunt
proscribendæ; quidquid enim ex iis colligitur est inconstans, nec inter demonstrata potest haberi. Præterea hypothesibus aggravatur, non
promovetur scientia: suscitantur controversiæ inutiles: Intorquentur phenomena, imo finguntur quædam, ut hypotheses roborentur, et
defendantur.

2da regula ē. Effectuū naturalium ejusdē generis eędē sunt causę. Nititur hęc regula duobus illis Axiomat. 1. Causę superfluę admittendę ñ sunt. Et natura nunquam efficit per plura, qd præstare potēt per pauciora. Et sane, si terrena v.C. corpora a gravitate aguntr ad Telluris centrū, qd centrū ē eorū gravitatis, cur Planetę in cęlo circū solē delati ñ agentr ad centrū gravitatis a simili gravitate?

3tia deniq. ē. Qualitates corporū, quę intendi, et remitti nequeunt, et quę omnibus, in quibus experimenta instituere licet, corporibus competunt, pro corporū universorū qualitatibus haberi possunt. Quia soliditas v.C. atq. extensio eędē semp, et invariatę in omnibus corporibus hactenus cognitis perstiterunt, utcumq. variata sit temporis, et loci conditio, et quamcunq. mutationē, alterationemve corpora patiantr, recte inferimus eas ēē corporū universorū qualitates, et iis quibuslibet convenire corporibus, quæ illa, quę latent adhuc in terrę visceribus.

Physicę Generalis

Liber Primus

De Corpore generatim spectato

Caput I.

De Corporis natura.

Corporis nomine quęcumq. res venit, quā oculorū acie intueri possumus, vel manibus comprehendere, et palpare, quamq. pressioni resistere experimur; quę tn sit corporis natura sollicite hactenus a Philosophis quęsitum fuit, sed ndum inventum. Cartesiani putantes ita qdlibet corpus extensum ēē in longum, latum, et profundum, ut, hac extensione posita, existeret corpus, ea vero sublata corpus nullum esset, docuerunt naturā, seu essentiā corporis consistere in trina hac dimensione. Alii cum Gassendo eam collocant in actuali soliditate, seu impenetrabilitate: Alii in natura et nāli exigentia extensionis impenetrabilis, uti inter cæteros Du-hamelius, et P. Fortunatus.

Et primo Cartesiani ita suā demonstrare contendunt sententiā, quemadmodū tradit A. Grivelius Elementorum Physicorum Lib. 1. Cap. 2do. Ut intelligamus, inquiunt, quid sit illud, qd corpus appellamus, aliqua consideranda ē ex rebus illis, quas corpora dicimus, saxum v.C. aliqd. Porro saxum concipimus veluti massā quandam extensam in longum, latum et profundum, partibus inter se distinctis compositam, determinatę magnitudinis, ponderis, figurę, coloris, hoc vel illo modo asperam, opacam, duram, densam, resistentem, quietam, et cum aliis demum quibuscumq. circumstantiis, quibus saxum illud potē ēē prēditum. Hac contemplatione premissa, quærimus, cur saxum illud nuncupemus corpus. Ñ equidem propter suam magnitudinem, nam eamsi majus, vel minus esset, illud nihilominus corpus diceremus. Ñ propter illam figuram aut cubicam, aut sphęricam, aut pyramidalem; nam mutatis eis hujusmodi figuris, illud corpus ēē diceremus. Ita postquam a saxo pondus, color, opacitas, durities, resistentia, quies, aliæq. consimiles circumstantię secretę fuerint, ñ tn secreto attributo extensionis in longum, latum, et profundum, illud corporis nomine adhuc appellabimus. Qd si attributum extensionis a saxo auferatur, jam neq. saxum, neq. corpus, sed nihil intelligemus. Concludendum itaq. ñ aliud ēē corpus, quam substantiam extensam in longum, latum, et profundum. Hęc Cartesiani.

Propositio Prima. Natura, seu essentia corporis in trina dimensione, seu locali extensione haudquaquam consistit.

Pro. 1. Propositio. Ea ē rei alicujus essentia, quę sine tali re necēē, nec concipi potē, sed trina dimensio esse, et concipi potest sine corpore. Ergo natura corporis ñ consistit in trina dimensione. Mr certa ē apud ipsos eos Cartesianos: pro. mr. esse, et concipi potē spatium omni corpore vacuum, sed spatium omni corpore vacuum trina pollet dimensione. Ergo etc. Mr certa ē nam si Deus, qui summe potens ē, omnem aerem, et corpus omne in hoc cubiculo contentum destrueret, atq. impediret, ne aliud subinde aer, vel æther intraret; tunc in hoc cubiculo haberetur extensio in longum, latum, et profundum, tametsi nullum in hoc spatio esset corpus.

Pro 2do Propositio. Qd naturā rei alicujus constituit, fatentibus ipsis Cartesianis, ita se habere debet, ut ab ipso omnes illius affectiones profluant. Ñ ita autē in corpore se habet extensio, quum soliditas, ex qua resultat corpus extensum, extensionem ipsam naturā præcedat. Nam ut recte argumentatur P. Fortunatus quum extensum, quatenus ē extensum, presuferat necessario pluralitatem partium, quę ea ratione unitę sint inter se, ut una extra alteram tota remaneat; extensum necessario præsupponit, partes ex quarum unione conurgit, ēē talis indolis, ut queant se se physice tangere, seq. mutuo ab eodem loco excludere. Ergo extensum necessario præsupponit naturalem soliditatem in partibus, ex quarum unione; atq. complexu resultat.

Opponunt 1°, posse Deum ēē hoc cubiculo omnem aerem, atq. corpus omne destruere; neq. tn futurum in hac hypothesi spatium hoc cubiculi omni destitutum corpore. Tunc, inquiunt, cubiculi parietes se se mutuo contingerent; ea quippe tangunt se se, quę nullo corpore interjecto disjunguntur.

R. ñ recte argumentari Cartesianos, quum ajunt fore, ut parietes se se mutuo contingerent. Illud quippe principii loco sumunt, qd adhuc illis probandum ē, quum demonstrandum assumant sit, repugnare spatium aliqd omni corpore vacuum. Deinde, quum se tangunt duo corpora, inquit Du-hamelius, nullum quidem aliud corpus inter ea est, sed ñ necesse ē ea se contingere quę nullo corpore disjungunt. Si ñ Deus novum conderet Globum longe ab Empyreo dissitum, an cogeretur aliud interjacens corpus fabricare? optime propterea ad rem nostram Nemesius Platonicus. Omne corpus triplici dimensione præditum sit; verum tn quidquid triplici dimensione donatur ñ ē corpus. Locus namq. suam extensionem habet, neq. tn ē corpus. Sed de his satis suo loco agemus.

Opponunt 2do cum D. Augustino Lib de quantitate animę, n°3 inquiente. Prius autē te quæro, utrum corpus ullum ēē putes, qd ñ suo modo suo habeat longitudinem, latitudinem, et profunditatem ... hoc demum corporum, quantum mea opinio ē, neq. sentire posse, neq. corpora recte existimari.

R. nullum existere corpus, qd trina dimensione præditum ñ sit, nullumq. corpus ēē posse sensibile, quin aliqua donetur

extensione; inferri tn̄ n̄ posse naām corporis ab attributo extensionis haudquaquam differre. Profecto nullum ē corpus, qd naāli soliditate n̄ polleat, nec poté aliqd corpus eē sensibile, nisi actu solidum sit, et impenetrabile. Verum tn̄ quis Cartesianorum asseret, actualem soliditatem eē corporis naām? Itaq. verba D. Augustini intelligenda sunt de corpore sensibili, quale nus nullum penitus sit, vel eē queat corpus sensibile, qd pro modo suo aliquam n̄ habeat extensionem, n̄ autem qd trina dimensio ad naām corporis primario ptineat: Quo quidem modo Platonis quoq., Aristlis, et ceterorum Philosophorum authoritates explicari poterunt.

Opponunt 3tio, trinam dimensionem eē illud, qd in corpore primum concipitr, qdq adeo, ne cogitaōne quidem separari poté. Reliquis n. detractis, colore v.c. duritie sapore, dummodo res in longum, latum, atq. profundum pateat, corporis habebit raōnem: ubi autem dimensiones a corpore auferantr, jam spiritus futura ē.

R. retorquendo argumentum. Actualis soliditas ē illud attributum, qd in corpore primum concipitr, qdq adeo, ne cogitaōne quidem, separari poté. Nam detractis figura, colore, duritie, dummodo illud impenetrabile, seu occupans locum cum exclusione alterius concipiatr, corporis habebit raōnem; hac vero impenetrabilitate semel sublata, jam n̄ corpus erit, sed spiritus. Ergo in actuali soliditate consistit essentia corporis; qd tn̄ Cartesiani fateri recusant.

Instabunt. N̄ ē in nobis alia corporis notio, seu idea clara, atq. distincta, quam ipsius extensionis, sed de reb. judicare non possumus, nisi secundum ideas, quas de illis formamus. Ergo n̄ in alio corporis essentia posita ē, quam in extensione.

R. ne. tum. Nam prêt extensionem concipimus e.g. in corpore figuram, soliditatem, ita ut æque claram, atq. distinctam de illis habeamus ideam, quam de extensione. Deinde, necesse ē, ut rerum omnium claras, atq. distinctas ideas habeamus, quum mentis nostræ vis finita sit, nec rerum omnium notiones, fatentr Cartesiani, habeat impressas. Nescimus, utrum intima corporis idea clare hactenus, atq. distincte a mente nostra fuerit producta; n̄ n. corpus ipsum, nisi p attributa, aut affectiones cognoscimus, intima vero illius idea tenebris ē involuta, ita ut ex claris, atq. distinctis ideis inferre duntaxat possimus corporis attributa, et proprietates.

Accedit, ideam illam corporis, quæ Cartesianis videtr adeo clara, atq. distincta, n̄ aliunde quam ex sensib. ducere originem. Cartesiani autem n̄ tantam solent sensib. authoritatem tribuere, ut ex iis intimam alicujus rei essentiam velint exploratam, quum ipsi contendant, ex sensuum testimoniis vel de rerum existentia nullam haberi posse certitudinem. N̄ aliunde ergo sumus naām corporis in extensione positam eē, nisi qd nullum corpus nisi extensum videmus. Sed nullum quoq ē qd dividi in partes n̄ possit, qd n̄ sit impenetrabile, qd aliquâ figura n̄ sit comprehensum. Cur igitr essentia corporis n̄ in eo ponitr, qd sit divisibile, aut impenetrabile, aut aliqua figura terminatum?

Opponunt 4to Extensionis ideam a nulla creata naā pendere, neq illam a nobis concipi veluti proprietatem, aut modum ab alio dependentem, sed tanquam aliquam substantiam. Ideam n. extensionis, inquiunt, ex animo evellere n̄ possumus, quum ipsum nihil, qd ante mundi creaōnem fuit, concipere n̄ possimus, quin statim extensionem quandam fingamus.

R. hæc omnia eadem facilitate a nobis negari, qua asseruntr a Cartesianis. Nam et ideam extensionis sensuum ministerio produci a mente existimamus, et ipsam extensionem substantiæ corporeæ veluti affectionem ejus putamus, n̄ secus ac figuram soliditatem, quæ licet a corpore auferri n̄ possint, corporis tn̄ essentiam n̄ constituunt. Illud ergo, ait Du-hamelius Cartesium forte in errorem induxit, qd extensionem, et alias corporum affectiones, ut Geometra expenderit, hoc ē ita naā cogitaōne ipsa separantr. Atq. idem fere, qd pleriq. Peripatetici, videtr peccasse. Ille n. Geometriæ assuetus Mathesim, hi vero Metaphysicam ad naæ explicaōnem transferunt.

Urgebunt; n̄ magis corpus sine extensione concipi posse, quam triangulum sine trib. angulis; aut certe extensionem n̄ minus eē corporis proprietatem, quam in triangulo æqualitas trium angulorum duob. rectis.

R. id quoq. falsum eē. Nam aliud ē, ut superius diximus, n̄ posse existere corpus, quin sit extensum, aliud vero ē, de essentia eē corporis, ut actu sit extensum. Ut actualis extensio corporis constituat essentiam, necesse ē, ut ea primum in corpore concipiatr, sicuti primum in Triangulo tres concipimus angulos; qd quum de extensione n̄ constat, merito asserimus in ea n̄ eē ponendam corporis essentiam. Qd ajunt, extensionem se habere saltem in corpore, veluti in Triangulo æqualitatem trium angulorum duob. rectis, libenter Cartesianis concedimus. Verum quid inde? Num propterea actualis extensio erit de essentia corporis? Minime profecto. Sicuti n., licet in triangulo æqualitas trium ejus angulorum duob. rectis una sit ex primariis trianguli proprietatib., n̄ tn̄ dicimus in hac angulorum æqualitate consistere essentiam trianguli, ita licet extensio una sit ex præcipuis corporis proprietatib., n̄ tn̄ in ea statuenda ē illius essentia.

Alia eām argumentis, ex Eucharistia præcipue petitis, nostra confirmari posset Proō, quæ veluti superflua omittenda putamus.

Proō 2da. Essentia corporis in actuali soliditate, seu impenetrabilitate n̄ consistit.

Pro: Proō. Qd rei alicujus essentiam constituit ita eidem rei convenire debet, ut neq. naāliter, neq. supnaāliter auferri possit; sed actualis soliditas, licet naāliter auferri n̄ possit a corpore (plura quippe corpora naāliter in eodem loco n̄ possunt existere, sive unum corpus n̄ poté naāliter alterum corpus compenetrare) poté tn̄ auferri supnaāliter. Essentia igitr corporis n̄ consistit in actuali soliditate. Mr certa ē, quia rerum creatarum essentiæ participaōnes sunt divinæ naæ, nec posset Deus supnaāliter eam operi mutare creaturarum essentias, quin aliqua proinde eās interdum mutaō caderet. Mr probatr exemplo Xti Domini. Certum n. ē corpus Christi, intacto Virginis utero, prodiisse in lucem, immoto lapide, e sepulchro exiisse; et januis clausis, in Cœnaculum intrasse. Quomodo autem id fieri potuisset, nisi Christus p compenetraōnem uterum, lapidem, ostium superasset? Neq. ē, qd asserant Gassendistæ, præstita hæc omnia fuisse ab incorporea aliqua naā. Nam Xtus resurrectionem suam probare contendens: Palpate, ait ad Discipulos, et videte, quia spiritus carnem, et ossa n̄ habet, sicut me videtis habere. Unde Ambrosius Lib. 10 Comentariorum in Lucam n̄ ergo p incorpoream naām, sed p Resurrectionis qualitatem impervia usu clausura penetravit. Nam qd tangitr corpus ē, qd palpatr corpus ē.

Qui adversus hanc Proōnem afferri solent ab Epicureis momenta nullius roboris sunt. Qd n. januæ in instanti fuerint aptæ, et statim clausæ: Qd ostium, et sepulchri rimas Xtus transierit. Qd denq. hæc ita apparuerint, aliter tn̄ revera

se habuerint, adeo falsu ē, ^ipse^ sacrę scripturę contrarium, ut confutatione, si inf Christianos res agit, n̄ indigeat. Eorum fortasse opinio minus absurda videt, quę statuit nāam corporis in eo ponendam eē, qd neārio, et nāaliṫ exigat extensionem impenetrabilem; sed neq. opinionem hanc ~~admittendam~~ ^admitti posse^ putamus, nam ut plura argumenta nulla faciamus, si nostrę infirmitatem, et limitationes attendimus, fatendum erit alia eē posse in corporibus attributa, quę ratione primarii tributi obtineant, quęq. corporis nāam constituant; quę tn̄ attributa omnino nos fugiant. Concludendum itaq. cum Newtonianis, ignorare nos, in quonam consistat nāa corporis.

Caput 2dum

De primis, atq. intrinsecis Corporum principiis.

Corpora omnia sive maxima, sive minima, sive celestia, sive terrestria ex primis, atq. intrinsecis quibusdam consurgere principiis, et omnium Philosophorum communis sententia ē, et rāo naalis invictissimis suadet argumentis; ubi presertim corporum spectemus perennē alterationē. Nam alia corrumpuntur, et prorsus interire videntur, alia generantur, et crescunt; Alia amittunt eā, qd antea possidebant, alia acquirunt eā, quo prius destituebantur. Quoniam vero ex nihilo nihil fieri posse certum ē, neq. nova illa entitas, quę corporibus advenit, ex veteri entitate, quę prorsus interiit, habere potē originem; neārio admitti debet subjectum aliqd, qd modo unum eē habeat, modo aliud acquirat, ~~[illegible]~~. Ipsa entitas, sive perfectio illa, quę de novo in corpore producitur, sive entitas, et perfectio illa vetus, quę prorsus amittitur, atq. corrumpitur, corporis forma appellatur, entitas autem, sive subjectum, qd varias subinde formas induere, ac recipere solet, materia vocabitur, utrumq. vero principium, māa simul, et forma, prima, atq. intrinseca corporum principia merito dicuntur; nullum quippe in rerum nāa produci potē corpus, quin subjectum, sive māa quędam recipiat aliquam perfectionem, seu formam, cui intime arctissime conjungitur.

Māa itaq. et Forma prima sunt corporum omnium principia, propterea qd omnia sensu corporum ex iis componuntur, sed quid sit illa māa, quidve forma, tam varie disputatum ē a Philosophis, et nostri quoq. temporis disputatur, ut tot sint diversę sententię, quot inf se dissentientes sectę. Ne autem ex tanta rerum, et sententiarum varietate aliqua oriatur confusio, opiniones omnes tam veterum, quam recentiorum ad tria summa capita revocabimus.

Prima sententia illorum ē, qui māam, et formam metaphysice acceperunt, quia propterea talia statuerunt corporis principia, quę neq. sensibus, neq. imaginatione percipere possumus, sed solo intellectu; et admissa ab hisce Philosophis principia nuncupantur metaphysica.

2da eorum ē, qui excogitarunt principia quędam ob partium exiguitatem insensibilia, quę tn̄ facile imaginatione concipimus. Vocantur hujusmodi principia mechanica, qd nihil aliud sint, quam tenuissima quędam corpuscula miro quodam nāę artificio, secundum mechanices leges inf se disposita, atq. conjuncta.

3tia deniq. ē eorum, qui admiserunt principia sensibus subjecta, et propterea dicta sensibilia.

Caput 3tium

De Principiis Metaphysicis corporis secundum Pythagoram, et Xenophanem.

Parens Italicę Sectę Pythagoras Samius, ratantibus antiquis omnibus authoribus, censuit prima rerum corporearum elementa eē numeros; verum quid p numeros intellexerit, varię sunt eruditorum sententię. N̄ desuere insigni rerum ęstimatores, inquit Cl. Corsinus Phys. Gen. Tract. 1. Cap. 1. qui egregiam hanc Pythagorę doctrinam indecore traducerent, atq. contenderent in hoc illum a vero turpiter aberrasse, qd veluti intrinseca, ac prima rerum principia poneret numeros, qui n̄ in rebus ipsis, sed in intellectu solo reperiuntur, qui incorporei, ac indivisibiles sunt, qui ex rebus ipsis numerabilibus oriri debent. Sed illi potius in hoc mirifice deciperentur, qd Pythagorę mentem assequuti minime sunt, quum ea, quę allegorice forent intelligenda, nude, et literaliter explicarent. Pythagoras ergo, quum numeros prima rerum principia eē docuit, n̄ de intrinseco, ac materiali rerum principio disseruit, ac si nimirum corpora ex numeris veluti partibus componi putaret; sed allegorice potius de exemplari rerum causa, vel admirabili partium ordine locutus ē, qui in singulis corporibus observatur. Numeri sequuntur res, rerumq. divisionem, inquit Burnetus; neq. si antecederent, corporibus molem, qua destituuntur, poterant conferre. Manifestum ē, numeros, prout numeros, nihil posse generare. Quapropter, quum omnia ex numeris composuit Pythagoras, subintelligere n̄ noluit causas efficientes, neq. materiales, sed aliquo modo exemplares, imagines nempe quasdam rerum in suis causis exoriuntur. Quemadmodum n̄ numeri exoriuntur ab unitate, sive monade omnium simplicissima radice in magis magisq. compositos, novasq. induunt proprietates in illo progressu, ita a Deo simplicissimo recedunt gradatim rerum productarum classes, retinentque characteres aliquo modo suis numeris analogos. Atq hanc revera fuisse Pythagorę mentem de numeris, verumq. principiis, patet sive ex authoritate Plutarchi, sive ex testimonio Theanus feminę sapientissimę, quę Pythagoram conjugem suum audivit. Hęc n̄ apud Stobęum conspicitur dici a Grecorum multis asseruisse Pythagoram omnia ex numeris generari, quum ille n̄ ex numero, sed secundum numerum generari omnia autumaverit. Hinc Budęus, atq. Bruckerus n̄ immerito fassi sunt Pythagoreorum numeros nihil aliud eē, quam ideas Platonicorum, quamvis n̄ desint, qui putant p illos numeros intelligendas eē atomos.

Xenophanes autem Colophonius Sectę Eleatię Princeps unicum rerum omnium principium posuit ęternum, ingenitum, immobile, sibiq. simile; qd eād illius Auditor Parmenides, et Parmenidis Auditor Melissus asseruere. Sunt qui cum Aristotele, et Plutarcho existimant, negatam fuisse a Xenophane quamcunq. corporum mutationē, et generationē. Quum n̄, uti in superiori Capite diximus, nulla corporum generatio fieri, aut explicari possit, nisi duo supponantur rerum principia, māa nimirum, et forma, qui fieri poterit, ut nova, atq. distincta corporum genera producantur, si unico, eodemq. principio immutabili, sibiq. simili omnia constant? Verum conclusionem hanc immerito adscribi Xenophani, nimis manifestum. Nam Xenophanes, quum unum eē dixit rerum omnium principium, n̄ de intrinseco rerum principio locutus ē, sed potius de Deo vel de universa certe corporum congerie, quam universum dicimus. Xenophanis dogma fuit, ait Sextus Empiricus, unum

veritatem esse unum, et Deum rebus inesse omnibus; esse autem rotundum, et nullis passionibus obnoxium, et immutabilem, et rationalem; ut merito proinde a Plotino, Philopono, atque Ammonio reprehendatur Aristoteles, quod Xenophanis, atque illius Discipulorum sententiam non satis sincere expresserit. Certe Xenophanes, quum de intrinsecis corporum principiis egit, quatuor esse rerum omnium elementa conceptis verbis asseruit, fatente Laertio; alii, ut alienus Placet, omnia fieri ex terra dixerit, sive, ut nonnulli putant, ex terra, et aqua. Parmenides vero illius Auditor, quum Physicam veris illustraret, duo esse elementa voluit, ignem et terram; quod et Aristoteles ipse testatur inquiens: Parmenides calidum, et frigidum principia facit, hæc autem appellat ignem, et terram.

Naturandum itaque est, neque Pythagoram, neque Xenophanem cum suis Auditoribus de primis, atque intrinsecis corporum principiis fuisse locutos, quum illi omnia proficisci ex numeris, isti vero omnia ex uno æterno, infinito, immobili, sibique simili principio docuerunt.

Caput 4tum.

De corporis metaphysicis principiis secundum Socratem, et Platonem.

Socrates, atque Plato, si Plutarcho, Apuleio, et Laertio credimus, tria esse dixerunt rerum principia, Deum, materiam, ideam. Deum, quem mentem nuncupabant, dixerunt substantiam incorpoream, incorruptibilem, infinitam, a qua rerum omnium esset vis, materia, motus; atque divinam hanc mentem per singulas universi partes ita putarunt esse diffusam, quemadmodum humanus animus per singula corporis organici membra. Hinc Deus, secundum Platonicorum opinionem, non modo opifex, seu efficiens causa nomen meretur; sed haberi etiam debet veluti intrinsecum principium, seu forma, unde rerum omnium formæ, et perfectiones oriantur; sicut ac Spiritus, qui humanum corpus fovet, vivificat, et implet, efficiens quidem causa concipitur motionum, quæ producuntur in homine, sed etiam intrinseca forma atque perfectio, qua homines ipsi a ceteris rebus omnibus distinguuntur.

Materiam dixit Plato, ut tradit Laertius in vita Platonis, infinitam, inordinatæ motam, figurarum expertem, ordinatam tandem, atque ornatam a Deo. Ex quibus patet, non dissensisse Platonem a veteribus illis Philosophis, qui Chaos mundo præextitisse opinati sunt; materia enim æterna, et inordinata nihil aliud est quam Chaos. Audiendi proinde non sunt recentiores quidam Philosophi, qui suadere nobis conantur, posuisse Platonem materiam a Deo creatam. Ex eodem Laertio discimus, Platonicam materiam non solum esse æternam, verum etiam ingenite materiam motam, licet perturbata motione Chaos referente. Quod autem plures inquirant Philosophi, quomodo statuta a Platone materia omnis forme expers, id non facile accipiendum est, quasi omni prorsus forma caruerit, sed ita ut perturbata illa motione neque aquam, neque terram, neque ignem, neque ullum aliud corporum genus referret; ut satis manifeste indicat Plato ipse in Timæo inquiens: Consentaneum erat, ut quod formas omnes excepturum erat, omnibus plane formis careret. Hinc matrem, et receptaculum eorum rerum, quæ genitæ, et conspicabiles sunt, neque terram dicimus, neque aerem, neque ignem, neque aquam, neque ea, quæ ex his, neque ex quibus hæc extiterunt; sed invisibilem quandam speciem, quæ omni forma destituatur, quum nullius sit capax.

Quid de ideis senserit Plato, quod ex Plutarcho tertium esse rerum universarum principium, et olim disputatum est acerrime, et nunc disputatur. Posteriorum ferme omnium Platonicorum sententia est, eas nil esse contationes in ipsa divina mente permanentes; quod veteres etiam plurimi Ecclesiæ Patres, atque ipse D. Augustinus, existimarunt. Sed Aristoteles tradente Laertio, per viginti annos Platonis Discipulus aliam magistro suo tribuit sententiam. Nam pluribus in locis librorum metaphysicorum affirmat, Platonem posuisse ideas non veluti imagines in divina mente existentes, sed potius veluti substantias quasdam incorruptibiles, et incorporeas a rebus omnibus, et ab ipso Deo sejunctas, et separatas; quas veluti archetypas rerum formas, et exemplaria inspiciens Deus, ad illarum similitudinem materiam disponebat, resque omnes produceret; quemadmodum fere Pictor, dum Cæsaris vultum in tabula, aut statuam in marmore inducere vult, Cæsaris imaginem oculis suis jectam contempletur necesse est, cui similem colorum dispositionem, marmorisque figuram efficiat. Sunt qui Aristotelem reprehendunt, quod Præceptoris sui non ita sincere in hac re interpretatus fuerit sententiam; sed Aristoteleam interpretationem veriorem esse interpretatione recentiorum Platonicorum, imo explicatione veterum Ecclesiæ Patrum, pluribus argumentis confirmat Bruckerius, cui cum plerisque Criticis adhærendum putamus.

In systemate Platonico primorum principiorum illud primo cum viris eruditissimis reprehendendum existimamus, quod mentem, sive Deum universi formam constituerit. 2do quod materiam æternam, et per motum pollutam, 3tio, quod ideas sive in divina mente, sive extra divinam mentem existentes incorruptibiles, incorporeas inter intrinseca corporum principia ennumeraverit.

Caput 5tum.

De Metaphysicis principiis corporis secundum Aristotelem.

Aristoteles Stagirites, qui universum dixit æternum, et per se ab æterna, et suprema mente ab æterno factum, tria esse docuit universi principia, materiam, formam, privationem. Materiam neque generari, neque corrumpi posse putavit, eamque esse unam, infinitam, immutabilem, simplicem; generari tamen ex materia, et in materia formas rerum omnium, quas noluit esse alterationem, aut commutationem partium, uti Thaletes, et Democritei docuerant, sed substantias veluti quasdam. Hinc in libris de generatione, et corruptione veteres Philosophos carpit, quod generationem, et corruptionem per localem transmutationem partium explicaverint, ignorantes formas substantiales!

Animadverterat Aristoteles alias in rerum natura substantias generari, alias corrumpi; adeoque generationem esse transitum de non esse ad esse, corruptionem transitum de esse ad non esse. Quare ad generationem habendam statuit tria requiri intrinseca principia; primo scilicet non esse, quod relinquitur. 2do esse, quod acquiritur. 3tio subjectum ipsum, quod relinquat non esse, et acquirat esse. Non esse, quod relinquitur, vocavit Aristoteles Privationem. Esse quod acquiritur, Formam. Subjectum, quod relinquit non esse, et acquirit esse, materiam. Quoniam vero, quum res genita fuerit, seu transierit de non esse ad esse, non potest amplius habere non esse; quemadmodum tria esse voluit principia generationis, ita nonnisi duo esse dixit principia compositionis, sive rei jam genitæ, materiam scilicet, et formam, quæ se habeant, generatione facta, tanquam partes intrinsecæ et nec

substantiales.

Secundum hanc doctrinam, Arabes, seu Scholastico-Peripatetici duo distinguebant corporum genera, corpora scilicet, sive, ut ipsi loquuntur, composita naturalia *in fieri*, et composita naturalia *in facto esse*. Horum tria statuerunt principia Mãam, Formam, Privationem, istorum duo tantum, Mãam nempe, et Formam.

Mãa secundum se spectata, ajunt ~~[illegible]~~ non est actus, sed potentia ad actum recipiendum, potentia nempe ad recipiendam formam, per quam duntaxat constituitur in actu, et ita ut sit illud subjectum, ex quo omnes [illegible] educuntur. Hinc celebris illa Mãae definitio ex Aristotele desumpta. Mãa est id, quod nec est *quid*, nec quantum, *nec quale*, neque aliquid eorum, quibus ens determinatur. Et: Mãa est primum subjectum uniuscujusque, ex quo insito, et *remanente* fit aliquid totum per se, et non per accidens, et in quod ultimum, si quid interit, abit.

Forma, quae docentibus Peripateticis, est illud, quod adveniens subjecto, ipsum determinat ad certum genus essendi, dividitur ab illis in naturalem, artificialem, substantialem, et accidentalem. Naturalis vocatur, quae ab ipsa natura in mãam inducitur, et cum mãa naturale constituit compositum. Artificialis, quae inducitur ab arte. Substantialis, quae ex primaria, et directa intentione naturae operantis advenit mãae, et cum ea compositum constituit primo, et per se a natura intentum: Accidentalis, quae consequenter advenit subjecto, adeo ut compositum ex illa consurgens vel nullo modo sit a natura intentum, vel omnino accidentario.

Privationis nomine non intelligunt Peripatetici nisi id, quod ipsa vox exprimit, idest carentiam formae, quae debet advenire objecto idoneo.

Quod attinet ad Mãam, et Formam, nos quoque cum omnibus Physiologis arbitramur ponendam esse in aliis rationem primorum corporis principiorum; verum non in mãa, et Forma secundum systema Peripateticorum. Nam primo neque cum Aristotele intelligimus, ~~[illegible]~~, aut simpliciter, ~~[illegible]~~ mãam dicimus, neque cum Aristotele, et Scholasticis eam illam meram potentiam existimamus. Ideo Mãam et Formam tanquam realia, et physice existentia principia admittimus (res quippe physicae nonnisi ex physicis principiis componi possunt) non autem cum Peripateticis materiam, et Formam accipimus veluti principia in mente tantum nostra existentia. Nam si Mãa est mera potentia a Forma realiter distincta, si Forma est solus, ut ajunt, actus a mãa realiter distinctus; quid, quaeso, sunt mãa, Forma Peripateticorum, si mentis duntaxat conceptus non sunt? Annon quod est mera potentia nullo modo est actu, et nullo existit modo? Mãa itaque prima, quae est mera potentia, nonnisi in mente Peripateticorum suam habet existentiam. Praeterea, quid est actus ille primus, quem a Mãa realiter distinctum formam substantialem nuncupant? Nonne physicum est aliquid imperfectum, finitum? sed quod finitum, atque imperfectum est potest aliquid recipere aliquid in se sive substantiale, sive accidentale. Forma ipsa omnis [illegible] erit potentia, utpote saltem idonea ad aliquid in se recipiendum, non erit praeterea solus actus. Ceterum; [illegible] ut aliquam existit actus [illegible] mãa, sive potentia [illegible] sensibilis? Itaque vel mãa non est pura potentia; vel Forma non est solus actus; vel mãa, et Forma nihil aliud sunt, quam mentis nostrae conceptus, quibus corpora constituere non valent.

Quomodo autem privatio, quae est purum nihil, ad rerum generationem conferat et principii nomen obtineat, nullus umquam intellexit Philosophus; sed neque Peripatetici, ut arbitror, quandoque intellexerunt. De hoc Aristoteleorum principio illud asserendum oportet, quod habet Jacobus Rohaultius Tractatus Physici Parte 1. Cap. 6. Privationem, tanquam aliquod mysterium, putida venditarunt, nec est. Sicut valeat ea vox, nemo unquam nescivit, et privatio ad rerum naturalium rationem explicandam nihil confert.

~~[illegible]~~ Appendit hoc loco ~~[illegible]~~ esset de formis substantialibus, de quibus tam mordaciter disputatum fuit a Scholasticis, ~~[illegible]~~. Plurimi, inter quos Gisbertus Voetius, ita formas dari substantiales pro certo habent, ut earum negationem Scepticismo, et Atheismo pandat viam esse affirmare merito possimus, nemini tamen, quid hae verba formae substantiales significant, intelligibile, quamvis, qui tam contentiose, tamque obstinate eadem re disseruerunt.

Veteres Philosophi paulo clarius de hujusmodi formis sensisse videntur. Nam Plutarchus Lib. 1 de Philosophorum placitis, Cap. 10 post descriptas Socratis, atque Platonis ideas veluti substantias a mãa sejunctas, addit Aristoteles species quidem, et ideas reliquit, sed neutiquam a mãa sejunctas; unde ex sententia Plutarchi Aristotelicae formae substantiales ipsae sunt substantiales Platonis ideae, sed in mãa inhaerentes: quod ex simplicii testimonio confirmat Bruckerus in Hist. Phil. Sect. 1. n. 9. Verum in diverso omnino sensu acceptas fuisse illas a Scholasticis Peripateticis, ex infulsis plerumque eorum Disputationibus satis liquet. Omnis [illegible] de existentia substantialium formarum quaestio ex eo pendet, quod nondum statutum sit inter Philosophos, quid veniat nomine formarum substantialium. Sunt enim ex ipsis Peripateticis, qui putant eam sensibilium proprietatum congeriem formam esse substantialem; ut visum est Alexandro Aphrodisaeo vetustissimo Aristotelis interpreti, et pluribus recentioribus ejusdem ex Aristotele confirmantibus: Et sunt, qui per formas illas entia quaedam absoluta intelligunt a congerie sensibilium proprietatum prorsus distincta, quae concipi debeant veluti radix, fons, et origo earundem proprietatum; quemadmodum vulgus Peripateticorum sentit. Sed ut diminuentes ipsos Aristoteleos prorsus intelligamus, [illegible] veram generationem, seu substantialem mutationem non secundum placita sua nullam Philosophorum, cum majoris partis Peripateticorum.

Meliores Philosophi tam veteres, quam recentiores, neminem unquam, ut aliqua [illegible] persuasum excepto Aristotele, exceptisque duntaxat Arabibus et inferiorum Peripateticorum Scholis, hanc esse veram generationis naturam putarunt, ut in ea non nova quaedam, et a veteri distincta prorsus substantia, produceretur, sed solum veteris substantiae ita alterarentur, ut, ita priori statu, affectione omnia amitterent, novasque a veteri diversas induerent. Tenuissimae a veteri substantia partes ita in generatione [illegible]tur, ita novo quodam ordine plurimae, disponuntur, conjunguntur, ut nova inde novarum proprietatum congeries, ita orta, quae sensibus nostris novam substantiam, novis omnino affectionibus praeditam, sive sensibiliter a veteri substantia diversam repraesentat. Quum crystalli partes in tenuissimum pulverem comminutae, vel cum particulae vi caloris in [illegible]

X.

diggregatę novam substantiam generatione adduciant, ꝑ novam revera exhibent substantiam, sed eandem, [illegible] particularum texturam figuram, ortinem, [illegible] et firmi ratione perseverantem.

[illegible] modo novas proprietates in re genita produci, verum etiam novum esse a veteri esse absolute diversum, ut proinde substantia reperte genita [illegible] sensibilis et [illegible], sed intrinsece quoque et essentialiter a veteri substantia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] novam vero ita denuo produci, [illegible] [illegible].

Inde autem informant formam substantialem, seu novum illud esse quod in generatione acquiritur, esse aliud Ens absolutum a congerie [illegible] sensibilium proprietatum omnino diversum, ut forma proinde substantialis sit principium illud, quo genita res ab aliis distinguitur, et operatur, et principium sit nobilius, atque intelligibile, [illegible] [illegible]. Quum ex ligno incipiunt fit ignis, non modo nova sensibilium proprietatum congeries, calor [illegible], lux perennis, et irrequieta partium agitatio producitur, sed etiam forma [illegible] [illegible], lux [illegible], omnes [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Aristoteles [illegible] [illegible] formam ex [illegible] substantialem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] cita haudquaquam fuerunt in Philosophorum controversiis dirimendis, neque quum animam formam substantialem dixerunt, [illegible] [illegible] formas substantiales Peripateticorum, sed animam [illegible] [illegible] vel proprias Peripatetici sententiam vituperandam volunt; etenim, ut apte ad rem nostram Cl. Corsinus; si rudiores homines, qui [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

Itaque si per formas substantiales corporum intelligere debemus varias complexiones, et texturas exilissimarum materiae particularum, [illegible] formas substantiales [illegible] [illegible] substantiales [illegible] [illegible] [illegible] a congerie [illegible], seu a textura [illegible] [illegible] separatam, negarunt formas substantiales extra mentes Peripateticorum existere. Quae in hac controversia in utramque [illegible] disserunt, videre quisque potest apud Du-hamelium Phys. Gen. Tract. 1. Cap. 2. et 3. [illegible] vero apud Eduardum Corsinum Physic. Gen. Tract. 1. Disp. 4. Cap. 2, 3, et 4; [illegible] [illegible] [illegible] temporis, quod in hisce quaestionibus conteramus.

Caput 6.

De principiis metaphysicis corporum secundum Stoicos.

Stoici, quorum Princeps fuit Zeno, [illegible] ut nonnullis placet, Antisthenes [illegible], ut testatur Laertius in Vita Zenonis, principia rerum ab elementis distinguentes, illa nunquam orta, et nunquam interitura, [illegible] in Mundi exustione interitura docebant. Principia autem per Stoicos duo sunt, passivum unum, scilicet materia, activum alterum, scilicet Deus. [illegible]

[illegible] materiam, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], immotam, ab aeterno [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Zenonis [illegible] [illegible] Philosophos simplices nempe, atque indivisibiles, extensas tamen materiae particulas, ex quibus, veluti ex principiis, corpora omnia consurgerent. [illegible]

Deum, quem mundi animam, mentem, rationem, causam, naturam, aliisque etiam nominibus appellabant, materiae, veluti [illegible], ubique praesentem, et eum materiam compenetrari asseruere. Quid est aliud natura, inquit Stoicus Seneca Lib. 4. de Beneficiis. Cap. 7, quam Deus, et divina ratio toti mundo, et partibus ejus inserta. Et Lib. 2. de naturalibus questionibus, Cap. 45. [illegible], Deum naturam vocare? non peccabis. Est enim ex quo nata sunt omnia, et cujus spiritu vivimus. Quae quidem, [illegible] aliquo modo vera sunt, [illegible] quippe, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] absurda, et indigna sunt [illegible] systemate Zenoniorum. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] demonstravit [illegible] in Physica [illegible] Lib. [illegible] [illegible] [illegible] omnia [illegible], atque movendo. [illegible] omnia fato regi [illegible], cui Deus ipse esset obnoxius, [illegible] [illegible], inquit Tullius Lib. 1. de natura Deorum, aeterna et [illegible] [illegible] Dei decreta, quae in ordinatas universi, et varias motiones abirent.

Ubi materia Stoicorum, seu [illegible] [illegible] [illegible] habenda sit tanquam prima corporum principia, [illegible] [illegible], quum de corporum [illegible] agemus.

Caput 7.

De principiis corporum mechanicis secundum Anaxagoram.

Mechanica [illegible] celebriorum Physiologorum principia ad breve examen revocabimus; quanquam, si res accurate perpendas, aliqua etiam ex recensitis hactenus [illegible] [illegible] [illegible] mechanica, quam metaphysica

Ac primo Anaxagoras Clazomenius, quem Anaximenes Anaximandri Auditor Discipulum habuit, putavit rerum omnium corporearum prima principia esse particulas similares, quas Homœomerias nuncupavit. Illius sententiam ita exprimit Plutarchus Lib. 1 de Philosophorum placitis, Cap. 3. Similares partes principia rerum statuit. Nulla enim ei ratione explicari posse videbatur, qui ex eo, quod non esset, fieri aliquid, aut quod esset in nihilum redigi posset. Sane cibum sumimus simplicem, atque uniformem, ut quum panem edimus, et aquam bibimus. Ipso tamen alimento nutriuntur crines, venæ, arteriæ, nervi, ossa, omnes denique partes, quæ quum sint, fatendum in alimento omnes illas esse, singulis huiusmodi [illegible] particulas [illegible] aptas, itemque nasci rerum omnium [illegible] particulæ [illegible]. Non ad sensum omnia referenda, ut quod panis, et aqua istæc continent, sed in his [illegible] particulæ mente intelligendæ. Quas similares particulas [illegible] existant [illegible] nascentibus [illegible] primordiis, homœomerias, quasi similes [illegible] partes appellavit. [illegible] rerum [illegible] esse dixit, ita quidem, ut mentis locum obtineret [illegible], et quæ [illegible] universa produxit mente. Hactenus Plutarchus.

Sensit itaque Anaxagoras, [illegible] producuntur, non [illegible] repente produci, sed quum in alio præexistente corpore latitantes, et dispersæ [illegible], conjungi debere, et apparere: ita ut aliquas res generari nihil aliud foret, quam tenuissimas [illegible] particulas [illegible] alterius [illegible] particulis, [illegible] conjunctæ, [illegible], separari, et in lucem veluti prodire; sicuti [illegible] ex lapide exilire [illegible]. Hinc secundum Anaxagoram omnia forent in omnibus, seu, ut ait Aristoteles, quodlibet mixtum esset in quolibet mixto, quod ex quolibet fieret, et fluat, quod unica voce eleganter expressit Anaxagoras, dum quodlibet mixtum panspermiam, seu omni-seminarium vocavit quemadmodum ex multitudine particularum cum res compositis homœomerias antea dixerat. Hinc etiam [illegible] similares tenues has particulas in quolibet corpore et infinitas numero admittere debuit, et in infinitum divisibiles, ne particulæ [illegible] similares, aut carnis aut auri, quæ in ferro latitant, detegi, et videri unquam possint. Quæ, si recte animadvertantur, et diligenter explicentur, non est, cur alii Philosophi repræsentant merito Anaxagoricam aut panspermiam, aut homœomerias. Nam rerum omnium corporearum, quæ generantur, præexistunt similares particulæ, quatenus unicam atque eandem semper præexistens materiam, quæ [illegible] diversas particularum texturas, ordinem, figuram, situm diversa potest exhibere corporum genera. In pane e. g. præexistunt similares particulæ carnis, et sanguinis, quum materia præexistens in pane talem [illegible] non [illegible] particularum minutiarum [illegible], ex qua caro consurgat, cum eam dispositionem, ex qua sanguis resultet.

Caput 8.

De mechanicis corporum principiis secundum Leucippum, Democritum, Epicurum, et Gassendum.

Democritus Abderites Leucippi Discipulus, et Democriti in naturali Philosophia sectator Epicurus duo esse docuerunt prima principia, ex quibus omnia forent conflata, Atomos, et inane. Per Atomos intellexerunt corpuscula insecabilia, per inane spatium omni corpore vacuum.

Certum non est, a quo primum corpuscula ista indivisibilia atomorum nomen acceperint. Leucippum hunc fuisse putat Laertius, Democritum Julius, Epicurum Theodoretus, Archelaum Sidonius. [illegible] Quicunque tamen fuerit, qui primus nomen illud invexit, Epicurum esse Atomorum doctrinam Leucippo longe esse antiquiorem. Nam primo Pythagorei [illegible] multo ante senserunt corpora omnia componi ex minutissimis, et insensibilibus corpusculis, quæ unitates vocabant. 2do Empedocles, qui ad Pythagoræ ætatem proxime accedit, quamquam pro numa corporum dixit quatuor vulgaria ista elementa, terram, aquam, aerem, ignem, attamen, fatente Plutarcho de Philos. plac. Lib. 1. Cap. 13, ante quatuor elementa posuit quædam minutissima fragmenta tanquam elementa elementis priora, similarium partium [illegible] Heraclitus ramenta quædam minima, et divisionem non admittentia introducit. 3tio Plato, quem omnia Pythagoreorum dogmata didicisse testatur Julius, scribit in Timæo componi eadem elementa ex particulis, quæ ob exiguitatem incomprehensibiles sunt, et mente solum intelliguntur; quapropter merito propterea censent viri aliqui eruditi totam Epicureorum de Atomis doctrinam a Pythagora fuisse derivatam. Non desunt tamen qui opinionem hanc ad antiquiora rejiciant temporis, quique Mosem atque Phœnices Atomistas faciunt. Mochus enim [illegible], quem ante Trojanum bellum floruisse ex Strabone, et Laertio accepimus, quemque in sua Demonstratione Evangelica Mosem fuisse probat Huetius, Atomorum sententiam ita amplexus est, ut inventor [illegible] haberi meruerit a Sexto Empirico, et ab eodem Huetio. Edmundus Dickinsonus corpuscularem hanc Philosophiam ab ipso Noe deductam contendit; quæ licet erudite, et ingeniose proposita fuerint a recentioribus scriptoribus, plurimis tamen conjecturis, et veterum Autorum fragmentis demonstrata; cum Burneto tamen, et Huetio existimamus hujusce systematis primos fuisse autores Græcos.

Atomos æternas esse, et æterna vi motrice animatas, cum naturam Democritus, ex iis autem in se mutuo incidentibus, et implicatis generari Mundos, senserunt veteres omnes Epicurei.

Atomorum ex Democrito proprietates duæ sunt, figura et magnitudo, quibus Epicurus tertiam adjecit, gravitatem nimirum, sive pondus. Figuræ quidem angulares sunt, non angulares, rectæ, rotundæ, leves, asperæ, hamulatæ, curvatæ, et aliæ numero infinitæ; Magnitudo vero ita est exigua, ut ea corpuscula sint omnino oculis invisibilia. Sed [illegible] tres recensitas proprietates soliditatem etiam suis atomis adscripserunt Epicurei, et motum ab æterna vi motrice perpetuo manantem; nec alia ratione putavant esse istas indivisibiles, quam quia soliditate donarentur, ita ratiocinantes. Cæterum res omnes divisionem [illegible] quatenus inania intercinit spatiola, quum ergo atomi solidæ, et continuæ supponantur, neque ullos admittant poros, nullum divisioni, aut sectioni locum præbere possunt. Motus atomorum in Democrito semper est obliquus, eo collidunt, vel separantur atomi, atque ita res omnes efformantur. Sed Epicurus duplicem etiam motum excogitavit, rectum nempe, et declinationis; addidit autem declinationis motum, tum quia animadvertebat rectilineo tantum motu fieri non posse corpora, quoniam eo motu parallelæ semper ferri deberent atomi, tum, ne libertatem ab universo auferret, si statuisset duntaxat motum rectilineum indeclinabilem. Motum rectilineum derivant Epicurei a pondere, quod atomis esse insitum, et intrinsecum volunt, pondere quippe naturali, ut ait Lib. 2do Lucretius, gravitas atomis, seniturque rectilineam [illegible] [illegible]. [illegible] in eo valde torquent ingenium, undenam motus declinationis nalescat. Rationes, quas afferunt, et

deris nullius sunt; ut merito Cicero Tullius Lib. 1. de Finib. Epicurum reprehendat, qd motum hunc induxerit sine causa, qd Physico ē indignum.

Inane tandem, seu spatium omni vacuum corpore, infinitum ēē dixerunt [illegible], sicuti corpora ēē infinita putabant.

Celebrem hanc Epicureorum sententiam excitavit Petrus Gassendus, qui obsoletam Epicuream Philosophiam suis illustratam commentariis, observationib. experimentis ita auxit, exornavitq., ut inde n̄ veterem tantum philosophandi rationem, sed novum ferme Systema admireris. Expunxit vero, quæ in Deum, providentiam, religionemq. veteres Epicurei congesserant; et Atomos, atq. inane admittens pro intrinsecis rerum principiis, plura in Atomistis antiquis correxit, et novis argumentis spatium potissimum vacuum demonstravit.

Ac primo quidem ea de figura, magnitudine, gravitate atomorum disseruit, quæ Epicurus, pluris addidit illustrationib., admonens tn̄, ut æquum erat, errasse Epicurum, qui atomos istas increatas, a se mobiles, et temere volitantes admisit, atq. illud eum edidisse insanis in Epicuro fuisse, qd mundum ex fortuita atomorum concursione genitum, et nullo divinæ mentis consilio regi docuerit.

2do validissimis rationib. momentis inane admittendum ēē probavit, idemq. triplex concipi posse asserens, primum scilicet separatum, sive extra mundum existens; 2dum disseminatum, seu p. quælibet corpus inane interceptum; 3tium coacervatum, sive grandiusculum ex pluribus minutulis inanibus compositum.

Multa equidem de principiis antiqui Epicurei prædare asseruerunt, quæ ab omnibus Philosophis admittenda sunt. In ceteris mihi, illud imprimis n̄ placet; qd atomos dixerint solidas, et ita indivisibiles: 2do qd inane inter corporum principia, sive semp. aliquando saltem enumeraverint. Quomodo n. probavunt solidas particulas, adeoq. ex partibus consurgentes secari n̄ posse in partes? Aut quomodo inane, ex quo n̄ componuntur corpora, intrinsecum censendum erit corporum principium?

Caput 9.

De mechanicis corporum principiis secundum Cartesium.

Cartesiani tria statuunt universi principia, seu mām in tria elementa dividunt. Primum principium, seu elementum vocant mām subtilem, 2dum mām globosam, 3tium mām crassam, sive striatam.

Mām subtilem, sive igneam constare volunt partib. globulis subtilissimis, partib. aliis figuris; subtilem autem nuncupant qd vacua repleat spatiola inter partes crassiores mæ relicta, dividaturq. secundum spatiolorum extensionem, atq. figuras in minutias infinitæ, seu, ut ipsi loquuntur, indefinitæ parvitatis.

Mām globosam, sive æthream constare dicunt particulis sphæricis valde quidem minutis, si cum iis corporib. quæ oculis cernimus, comparentur, sed determinatæ quantitatis, et in particulas minores divisibilibus in infinitum, seu indefinitum usq.

Mām crassam, seu ramosam, seu striatam compositam asserunt ex particulis crassioribus, quæ propter figuram ad motum sunt ineptiores.

Hoc autem modo explicat Cartesius triplicis hujusce mæ originem 3tia parte principiorum num. 46 et sequentib. Materiam primam fingit fuisse initio a Deo divisam in particulas quamproxime inter se æquales, et magnitudine mediocres, sive medias inter illas omnes, ex quib. cœli nunc atq. astra componuntur. Mām ita divisam putat a Deo impressum fuisse maximum vorticosum motum, quo omnes illæ particulæ vehementer inter se agitatæ circulariter sint eadem ciaruntq., primo quidem omnes circa centrum commune, ac postmodum simul etiam singulæ circa centrum proprium, et particulare; n̄ secus, ac si in pelvi aqua circumagatur baculo. Quemadmodum n., si in pelvi circumagatur aqua, cui aliquæ sint injectæ paleæ, duplici vorticoso motu agitantur aquæ particulæ, primo videlicet circa centrum commune qd circumeunt omnes, deinde circa proprium centrum (constituunt n. circulos in aqua ex quib. quædam circuli sunt vortices, adeo ut dum communi circumferuntur, propria etiam moveantur) ita contendit Cartesius fuisse initio a Deo motas omnes divisas mæ particulas, ut et centrum commune circumirent omnes, et simul circa proprium peculiare centrum moverentur singulæ.

Circulari autem illa motione omnis mæ partibus contigit, inquit Cartesius, ut quia ex iis cuntis, quæ supponuntur figuræ cubicæ, vel parallelepipedæ et multis idcirco angulis constantes, altera in alteram vehementissime impingeret, facile omnes anguli attriti, atq. abrasi sint omnesq. illæ particulæ, quæ antea erant cubicæ, parallelepipedæ etc. globosam postea figuram fuerint sortitæ; directis quippe omnib. prominentibus, et angulis alicujus corporis, corpus illud sphæricum evadat necessum ē. Atq. ex istis globulis, quib. angulorum abrasionem facti sunt, 2dum elementum, mām scilicet globosam constituerit.

Jam vero, quia tantus ille tamq. vehemens motus, quo tota illa mæ massa fuit primum acta, et in globosas partes versa, angulorum apices eliserit, et partium asperitates, si quæ erant, complanaverit prorsus, seu lævigaret; altera et hac parte ut divisione, lævigatione raneta facta sunt partes minimæ mæ exiguæ admodum, et subtilissimæ. Quemadmodum n., dum serra aliqua secantur ligna, dum lima ea, quæ prominent, abraduntur ferri partes, pulverem, atq. scobem ex illa sectione, et abrasione decidere videmus; ita a Cartesio in prima illa corpusculorum elisione supponitur contigisse, ut scobs illa minutissima, quæ ex collisa majusculorum partium prodiit, primum elementum, et mām subtilem a Cartesianis nuncupatur.

Mām 3tii elementi ita explicat Cartesius. Supponit imprimis n̄ omnia illius ramentorum particulas, ex quib. mām constat subtilis, e iisdem ēē magnitudinis, sed nonnullas alias, alias paulo crassiores, uti contigit in scobib. quæ p. terebram, aut serram e lignis decidunt, et in pulvisculis, qui limando corporibus detrahuntur. Addit, qd quia primum et 2dum elementum vorticoso motu agitata a centro vorticis recedere conata sint p. vim centrifugam, quæ convenit omnib. corporib. vorticoso motu agitatis, mæ primi elementi, utpote subtilior, et mobilior centrifugæ motus vi, in spatiola globulorum facile elapsa; a vortice, in quo erat, in circumstantes vortices n̄ raro influxit, ac vicissim in eundem vorticem tantum mæ primi elementi a circumpositis vorticibus irrupit. Hinc primùm infert, ... in hoc transitu mæ subtilissimæ, quidam quasi rami

ramenta minus levia, adeoque minus agitata, ea propter inordinatas figuras sibi mutuo adhæserunt, amissoque motu, moleculas composuerunt crassiores, et ramosas; seu materiam 3tii elementi, cujus particulæ in quantitate extensionis modo auctæ sunt, modo imminutæ. Quod si figura irregulares sunt, multas varias angulos, et prominentes, dum materia primi, et 2di elementi in eas incepit, quas lo[illegible] quidem eas divisit, et angulos abrasit, nunquam vero interiora angulos inclusa motum deperdens sibi [illegible], eorumque extensionem auxit.

Explicata in hunc modum trium elementorum origine, docet Cartesius primum elementum lucida corpora solem nimirum, et stellas fixas efficere; 2dum diaphana, scilicet cœlos, [illegible], et lucis [illegible], Terram vero, Planetas, et cometas. Primi elementi particulæ nullam, ut ipse dicit certam habent, et definitam figuram, quum secundum meatuum angustias figuras induant, quas eadem facilitate amittunt. 2di elementi partes sunt [illegible], et eodem motu, quo in ipso mundi exordio fuerunt agitatæ, indesinenter moventur. 3tii demum elementi materia et crassiorem, et figuræ irregularis fuit, neque sua vi moveri, sed impressionem acceptam vel a primi, vel a 2di elementi materia.

Atque hæc celebris est illa sententia Cartesianorum quoad prima principia mechanica corporum. Dixi, quoad principia mechanica, nam hic sermo sit de principiis, quæ [illegible] sub sensus cadunt, et ipsi contendunt ea esse tantum duo, materiam scilicet, et formam, quamvis in iis explicandis cum Peripateticis minime conveniant. Ceterum autem exposita hactenus Cartesii opinio quoad materiæ divisionem hypothesis loco haberi ab ipso vero, [illegible] in 3tia parte Principiorum n° 45 non dubium esse, quin mundus ab initio fuerit creatus cum omni sua perfectione, ita ut in eo et Sol et Terra, et Luna, et Stellæ extiterint, ac non in Terra non tantum fuerint semina plantarum, sed et ipsæ plantæ, plura tamen continet, quæ ipsas omnino falsas, sibique non coherentes plane evincunt. Quare sit

Propositio unica. Hypothesis Cartesiana trium elementorum sibi manifeste repugnat.

Propositio demonstratur. Aiunt cum Cartesio Cartesiani materiam fuisse primum divisam a Deo in partes sibi æquales cubicas [illegible], vel parallelepipedas, deinde per motum efficacissimum eisdem [illegible] particulis impressum in globulas, postremo abrasis angulis, globulisque levigatis, in subtilissimas. Hæc autem quum asserunt, vacuum aliquod spatium intercessisse fatentur, ideirco sibimetipsis contradicunt. Vacuum, inquam, aliquod spatium fatentur. Nam si prima materiæ divisio contigit in partes vel cubicas, vel parallelepipedas, angulares [illegible], nec non paucæ materiæ partes, nunquam ita simul uniri potuere, ut plurima non relinquerent spatia inter se vacua pront angulos, et prominentias perfectam [illegible] adhæsionem impedientes. 2do in globulos [illegible] levigatos aliquod esse debuisse inane manifestum est. Si enim tres globuli sibi invicem adhæreant, quum ipsi, utpote sphærici, non possint se se contingere nisi in puncto per propositionem [illegible] Lib. 3tii Euclidis; aliquod intermedium spatium, quod alter globulus nequit occupare, relinquere debent, atque idem quidem in hypothesi Cartesianorum omni corpore vacuum. Neque est, ut ad materiæ [illegible] subtilem, asserentes ab ea potuisse spatia intercepta repleri. Quomodo enim id præstare poterat, [illegible] certum est, ut credimus, ex angulorum [illegible], et globulorum levigatione materiam subtilem habuisse originem. Antequam ergo materia primi elementi prodiret, innumera fuere intervalla mortuis non occupata, vacuum proinde intercessit. Præclare [illegible] noster Du-hamelius Physicæ Generalis Tractatu 1. Dissert. 2da, cap. 3tio. Illud autem [illegible], [illegible] an illa hypothesis sit nos [illegible]. Nam si de facto agamus, id [illegible] manifestum, eam hypothesim falsam esse, et Scripturæ sacræ minus consonam. Sed nec [illegible] sibi constare [illegible]. Nam si materia erat [illegible] ac divisa fuit in partes fere cubicas, nullum inane spatium interciperet, primum id intelligi nullo modo potest, qui materia dividi, aut secari potuerit citra ullum inane. 2do [illegible], aut partes cubicæ circa suum quæque centrum torqueri potuisse, quum plena esset omnia. Et [illegible] ita concludit. Hæc, fateor, [illegible], et [illegible] difficultates patiuntur, quæ hypothesim Cartesianam, si minus falsam, et absurdam, certe [illegible], et instabili fundamento [illegible] ostendunt. Hactenus Du-hamelius. Ut pauca omnia [illegible], hoc [illegible] argumentum. Ut vacuum [illegible] excluderet, supponere voluit Cartesius prædictam trium elementorum originem. Sed supposita elementorum origo spatium aliquod corpore vacuum [illegible] admittit. In laudata ergo hypothesi sibimetipsi [illegible] contradicit.

Dicunt primo Cartesiani nullam ex hac hypothesi oriri necessitatem admittendi spatia omni corpore vacua. Nam [illegible], inquiunt, [illegible] Cartesium non potuit Deus tres [illegible] globulos conservare quin relinquat materiam aliquam, quæ opportuna [illegible] interservata constituant, ita asserendum est Deum volentem ex prima mundi materia plures globulos conformare simul parasse materiam subtilem, quæ interstitia angulorum, globulorumque repleret. Inferunt propterea, spatia illa non fuisse repleta a materia subtilissima, quæ postea ex angulis, et globulis fuit [illegible], sed ab alia, quam [illegible] Deus [illegible] forsasse ob hanc causam tunc paravit.

R. non posse Cartesianos ad aliam subtilem materiam confugere, quin laudatam trium elementorum hypothesim renuant, et [illegible] [illegible] manifeste subvertant. Nunquam docuit Cartesius ad [illegible] spatiis omni corpore vacuum peculiarem creatam et [illegible] a Deo materiam subtilem, antequam materiæ prima illa divisio contigisset; imo expressis [illegible] verbis omnem materiam subtilem ortum [illegible], quæ in primo [illegible] materiæ [illegible] dona [illegible] fuere detracta. Sed audiamus Cartesium ipsum 3tia parte principiorum n° 49 primam materiæ subtilis conformationem exponentem. [illegible] spatia omni corpore vacua [illegible], quamvis rotundæ [illegible] particulæ simul junctæ [illegible] angulis intervalla circa se relinquant, necesse est illa intervalla quibusdam aliis materiæ ramentis minutissimis figuras ad [illegible] [illegible] [illegible] particularum, quæ fiunt [illegible], angulis [illegible] [illegible], adeo [illegible], et tanta [illegible] [illegible] [illegible] in ramenta [illegible], hæc [illegible] omnia angulos [illegible] [illegible] [illegible] Cartesius [illegible] [illegible] subtilem [illegible] materiam [illegible] a Deo [illegible] [illegible], [illegible] vacuum [illegible] [illegible].

Dicunt 2do primum vehementissimum motum, quo Deus agitavit omnem illam materiæ massam, non tunc [illegible] instantaneum. Hinc in eodem plane instanti, inquiunt, quo mota fuit a Deo materia, fuit eadem divisa in partes sive globosas, sive subtilissimas, sive crassiores. Itaque quum in prima illa divisione nullum præcesserit instans conformationi materiæ subtilissimæ, nullum præextitit spatium omni corpore vacuum.

R. [illegible] Cartesiano, quum ad suam hypothesim [illegible] [illegible] [illegible] Cartesius. In [illegible] de momentaneo [illegible] motu verbum nullum [illegible] legimus [illegible] [illegible] Cartesium [illegible] [illegible] [illegible] voluit consulere. [illegible] 3tia parte n° 4[illegible]

suam exponens hypothesim: Itaque, ut nostrae legum efficacitatem ostendere incipiamus, considerandum est, illas particulas, in quas totam hujus Mundi materiam initio divisam fuisse supponimus, non potuisse quidem initio esse sphaericas, quia plures globuli simul juncti spatium continuum non replent, sed cujuscumque figurae tunc fuerint, eas non potuisse successu temporis non fieri rotundas, quandoquidem varios habuerunt motus circulares. Quum enim in principio satis magna vi motae fuerint, ut unae ab aliis sejungerent, eadem illa vis, qua everant haud dubie satis magna fuit ad eorum omnes angulos, dum sibi mutuo postea occurrerunt, atterendos. Hactenus Cartesius. Ex his autem, atque ex iis, quae in superiori responsione attulimus, quis non videt, Cartesium vere sensisse, particulas illas a Deo primitus divisas, et motas successu temporis factas fuisse rotundas, et ex angulorum abrasione non uno temporis momento sed successive materiam produxisse subtilissimam?

Praeterquamquod; motus hic instantaneus, licet concipi posset (quod tamen falsum est) in hypothesi Cartesianorum manifeste repugnat. Nam etiamsi concederemus fieri posse, ut plura contigua corpora moveantur in instanti, imo et moveantur simul, et dividantur in instanti in tenuiores partes; Concipi tamen nullo modo potest, quomodo corpus aliquod unico temporis momento et moveatur, et in partes minutissimas dividatur, quum scilicet in minutissimas partes minutiores succedere debeant, minutiores vero minutis. [illegible] quum vero quae successive habent, in instanti [illegible] habeant, [illegible] est, secundum hypothesim Cartesianam [illegible] motum successivum [illegible] instantaneum motum repugnare.

Aliud accedit efficacissimum momentum. In [illegible] illa materiae partitione, secundum Cartesianos effectae sunt globuli unicuique sphaerici. [illegible] ergo [illegible] temporis intervalla. Nam ut corpus aliquod [illegible] sphaericum evadat, [illegible] materiam ipsum circumeuntem, necesse est, ut pluries, ac pluries ab ea circumagatur; secus non vel figuram conicam, vel cylindricam, nunquam vero sphaericam obtineret. Sed concipi non potest, uno, eodemque momento temporis, ab eadem materiae portione fieri plures motus circulares, quia concipitur eadem materiae quantitas eodem tempore in pluribus locis [illegible] videlicet [illegible] quot [illegible] sunt, quae debent constitui, neque circulaverit; quod tamen evidenter repugnat. Certum itaque est motum hunc instantaneum in hypothesi Cartesianorum omnino repugnare, adeoque totam illam hypothesim rejicere destruere.

Quae hactenus diximus adeo manifesta sunt, ut plures ex ipsis Cartesianis hypothesim illam veluti possibilem non tueantur, satis sibi esse dicentes, existere in rerum natura tria recensita elementa, quomodocumque fuerint primo conformata. Verum non desunt quam plura argumenta, quae, rejecta etiam Cartesii hypothesi, evincunt tria illa elementa non esse prima rerum omnium corporearum principia.

Imprimis [illegible], si certum est, a Cartesianis omnem illam motus quantitatem quam Deus materiae [illegible], [illegible] nunc [illegible]; consequens profecto perpetuo hoc motu magis, atque magis et [illegible] crassiores materiae [illegible], et globulos [illegible]. Quum autem in [illegible], quae atterendo, et [illegible], subtilissima Cartesianorum materia [illegible] prope [illegible], ita ut Universi compages vel jam deruta vel in proximo [illegible]. [illegible] Nam [illegible] Cartesium ignita et lucida corpora a materia subtilissima constituuntur oportet profecto ut omnia, quae in Mundo sunt, subtilissimae [illegible] materiae speciem vel maximum componant solem, vel maximum ignem. Imo, quum ex tanto illo temporis intervallo, quod a prima rerum omnium conformatione ad haec usque tempora effluxit, [illegible] illa materia maximus hic vel sol, vel [illegible] deberet nostris sensibus apparere, et, quae adhuc manent crassiora corpora consumere. Tantum [illegible] a veritate alienum est, tria illa elementa corpora universa componere, ut potius illa destruerent.

2do [illegible], statutis [illegible] elementis, vacuum [illegible] admittendum a quo tantopere abhorrent Cartesiani: Nam materia subtilissima vorticoso, et [illegible] motu acta [illegible], qua potest, vi centrifuga a centro sui vorticis recedere conatur, [illegible] Cartesius [illegible] n.o 54 Ea est lex naturae, ut corpora omnia, quae in orbem aguntur, quantum in se est, a centro sui motus recedant. Ea projecto in [illegible] circumstantiam globulorum [illegible], in alios proximos vortices praeterredies. Neque autem [illegible] hunc materiae transitum in centro, a quo discedit, vacuum non adverti[illegible]: si spatium illud ab alio corpore intercipitur, praesertim a materia subtili, quae meatuum viam ex proximis verticibus ingreditur. Verum ab hujusmodi ingressione eandem propulsari ex eo patet, quod ex omni illius vorticis parte alii occurrant materiae particulae [illegible] undique, et conatu eodem resistentes. Quum itaque nullum in toto illo vortice [illegible] [illegible], quod non propulset materiam, quae ingredi et vacuum replere conatur, spatium aliquod in centro vacuum manere certo certius est.

Caput 10.

De mechanicis principiis corporis secundum Leibnitium, et Wolfium.

Leibnitius insignis Mathematicus in [illegible] vasto praeditus, ut nulla fere sit pars [illegible], quam non attigerit. Mundum universum ex monadis compactum esse voluit, esse autem monades substantias simplices vi quadam activa animatas. Monadum quatuor statuit esse genera. Primum earum quae tota in natura sunt praedite, ex quibus composita sunt corpora. Secundum earum, quae mundum repraesentant [illegible], [illegible] distincte ex quibus constant animae brutorum. Tertium earum, quae mundum clare, atque distincte repraesentant, quales sunt animae hominum. Quartum seu potius quarta, eaque perfectissima monas, est illa, quae repraesentat simultanee, et distincte omnia possibilia; et talis monas est Deus.

Sed ut de monadibus agamus quae veluti prima, et intrinseca corporum principia habentur a Leibnitio, Christianus Wolfius, qui eas, uti cetera Leibnitiana dogmata, acerrime propugnavit, in sua Cosmologia Sect. 2. Cap. 2. vocat illas simplices substantias, quae [illegible] in alias substantias [illegible] ita ut monades sint elementa corporum, [illegible] literae quae [illegible] in alia literas sunt elementa vocabulorum. Hinc corpora omnia, quae ex his [illegible] substantiis [illegible], ~~[illegible]~~ aggregata ex substantiis, non autem substantiae [illegible] quippe [illegible] substantiarum [illegible] qua corpora sunt, substantia est. ..

Quod autem elementa corporum simplices esse debeant substantiae, ita demonstrare conatur. Corporum Elementa sunt illa, ex quibus primum corpora [illegible] si autem elementa ex aliis forent composita, non elementa [illegible] corporum [illegible]. Corporum itaque elementa simplices substantiae sunt. Quum autem vero [illegible] partibus [illegible], ipsa ~~[illegible]~~ [corporum] elementa sunt simplicia, consequitur ipsissima elementa non esse corpora. Itaque neque extensa sunt, neque figurata, neque magna. Propterea nullum occupant spatium, nullo internoque motu agitantur; Haec enim in simplicibus substantiis esse nequeunt.

2do, [illegible] in [illegible] simplicibus [illegible] ~~[illegible]~~ [continere debent] ultimae rationes eorum omnium, quae in corporibus deprehenduntur, corporum quippe similitudo, dissimilitudo, identitas, diversitas, et omnia phenomena, quae in iis observantur, pendere debent a monadibus, quae (illae ultimae rationes substantiae) [illegible] secundum [illegible] opinionem [illegible] corporum elementa omnino [illegible] ita ut nec Deus ipse, quum nulla subsit sufficiens ratio, efficere possit, ut unum sit alteri prorsus consimile.

Verum, ut plura nunc missa faciamus absurda, quæ ex systemate Leibnitiano consequuntur; quomodo ex simplicib, et inextensis substantiis corpora extensa, et solida moveri potuerunt? Nec extensæ illæ substantiæ ita penetrarent se mutuo, ut eas si infinitæ colligantur, ne extensum quidem hilum valeant constituere? At, singula, inquit Wolfius, elementa in singula agunt, et a singulis in singula reagunt. Mutua hac actione copulantur; Cadit, ne se penetrent, [illegible]; [illegible] ita unum, ut [illegible] extra alterum existat, extensio habetur, quæ semper partes [illegible] extra partes, [illegible], quia agit [illegible]. Verum [illegible] mysteriosa [illegible] doctrina, neq. responsio solvit difficultatem. Qui [illegible] potest, ut substantiæ magnitudine destitutæ altera agat in alteram et ab altera actione reagant? Quomodo copulari possunt, quin concrescant? Qua ratione quæ [illegible] partes, constituere possunt partes extra partes? Sed sit, ut extensio soliditate careat, [illegible] causa producat soliditatem, quæ [illegible]? Et, quod caput est, quomodo a [illegible] et spatio, aut [illegible] aut [illegible] sine intercepto vacuo spatio, quod tanto [illegible] Leibnitiani?

Caput 11.

De sensibilibus principiis corporum, et primo de sententiis eorum Philosophorum qui unicum sensibile principium admiserunt.

Summa illa [illegible], et maxima illa obscuritas, quam experimur in perscrutanda rerum natura, et prima corporum origine, complures impulit Philosophos, ut nihil vel parum solliciti de metaphysicis, aut mechanicis principiis, ea duntaxat scrutarentur quæ quod sensibus ipsis subjecta sint, et animo facilius percipiuntur, et cum rebus ipsis corruptibilibus, quarum veritatem in Physica inquirimus, arctius conjungi, et cohærere videntur.

Principia hæc sensibilia, ut illa a primis, atque intrinsecis corporum principiis distinguerent, nuncuparunt Elementa. Definiuntque Elementum corpus simplex, quod in partes heterogeneas non resolvitur. Sic aqua dicitur Elementum, quum illius partes eandem [illegible] [illegible] toto, licet in calore [illegible] vapores abeant, hi tamen frigore excussi [illegible] in aquam [illegible].

Ab antiquissimis usque temporibus quatuor numerata fuerunt Elementa, Terra nimirum, Aqua, Aer, Ignis; sed non omnes, qui pro rerum principiis hujusmodi corpora statuerunt, in eo convenere, ut ex omnibus omnia fieri arbitrarentur. Qui simplicia corpora elementa faciunt, ait Aristoteles Lib. 2. de Generatione Cap. 3, alii unum, alii duo, alii tria, alii quatuor esse volunt.

Et Thales inprimis Milesius, Ionicæ sectæ institutor, ac primus fortasse Græcorum, qui ad philosophandum accesserit, principium omnium corporum dixit aquam. Qu[illegible] ex aqua omnia orta sunt, inquit Plutarchus Lib. 1 de Philosophorum placitis, Cap. 3, [illegible] omnia suo interitu resolvuntur, [illegible] ex eo [illegible] conjecit, quod [illegible] humidum est; inde est probabile omnia ex humore nasci tanquam principio. Deinde quod omnes stirpes humido aluntur, [illegible] fœcunditatis causam habent [illegible] destituta exarescunt. Præterea [illegible] exhalationibus [illegible] adeo [illegible]. Itaque etiam Homerus aquæ rerum omnium primordium adscribit hoc versu

Oceanus cunctis præbet primordia rebus.

Idem de Thalete testatur multo ante Plutarchum Aristoteles Lib. 1. Metaph. Cap. 3, qui [illegible], ac alii vetustissimi Philosophi pro rerum principio aquam admiserint.

Ex terra cuncta componi docuit Pherecydes Syrus Pythagoræ Præceptor, testantibus Laertio, et Cyprio, quem secutus est Xenophanes, qui opinionem suam expressit celebri illo versu

Omnia de Terra, atque in Terram cuncta revertunt.

Inter quos [illegible] fuerunt Hippocrates et [illegible].

Aerem rerum omnium principium dixere Anaximenes, Anaximandri Milesii Discipulus, [illegible], et eum Idæus [illegible], et [illegible] Aristoteles, Laertius, Plutarchus, atque [illegible].

Heraclitus, et Hippasus Metapontinus, ait laudatus Plutarchus [illegible] de Philosoph. placit. Cap. 3, ignem esse rerum omnium principium exhibuerunt. Omnia enim dicunt ex igne nasci, et in ignem resolvi, et ignis extinctione universum hoc creatum esse. Primum enim crassissimas ejus partes in se se coeundo terram constituisse; Deinde vi ignis laxatam terram aquam edidisse; hanc exhalando aerem ortum [illegible]. Porro Mundum, et omnia corpora [illegible] in [illegible] Universi. Ita ignem principium esse, ex quo existunt omnia, et tum in quem omnia recidunt. Hactenus Plutarchus. Plurimi tamen existimant Heraclitum non ignem, sed aerem istum pro ejus loco [illegible]. Aliud [illegible] veterum sententias [illegible] alii [illegible] secundum alios ignem. Neque mirum esse debet si [illegible] scriptores adeo ambigua fuit Heracliti [illegible], ex [illegible] Philosophum [illegible] obscurissimus, [illegible] naturæ [illegible] memoravit, ac [illegible] dicere, intelligi noluerit, ut [illegible] scripta [illegible] dixerit Socrates, eam Delio natatore indigere.

Sed [illegible] ad recentiores [illegible] Veterum opiniones, [illegible], unum esse [illegible] rerum [illegible], seu elementum, [illegible] Cap. 2, et [illegible] diximus, et præclare confirmat Lucretius Carus Lib. 1. de rerum natura.

Caput 12.

De sententiis eorum, qui plura admiserunt sensibilia principia, seu Elementa.

Qui [illegible], sed plura pro omnium principiis posuere Elementa [illegible] admisere. Sed ut in tanta Veterum Philosophorum obscuritate [illegible] sententias eorum attingamus [illegible], qui apud Capitis Terram atque Æthera [illegible] duo [illegible] principia [illegible] corporum, terram [illegible]; Æthera [illegible] nomine [illegible] tradit Aristoteles. [illegible] Onomacritus [illegible] fatente Laertio, ignem admisit, aquam et terram. His addi possunt Xenophanes atque Parmenides [illegible] putant Xenophanes ex Terra omnia [illegible], ex [illegible] terra adjecit aquam, et [illegible], aerem, et ignem, Parmenides [illegible] terram [illegible] dixit rerum omnium; quod et de Melisso intelligendum esse observat Galenus.

[illegible] Elementa [illegible] quatuor elementis [illegible] omnia [illegible]. [illegible] opinionis [illegible] quatuor [illegible] Terram, duo autem [illegible] et [illegible] quod [illegible] admisit res, [illegible] dixerunt. [illegible] quatuor quidem materia Terram, Aquam, Aerem, et Ignem, duo autem agentia, Amicitiam, et Litem. Empedoclem tamen præivisse, [illegible] videtur Herodotus, et antiquior [illegible] Herodo Orpheus. [illegible] Zoroastres [illegible] dicunt, de quibus tamen [illegible] Vitruvius.

Emicuit [illegible] omnino ex Recentiorum Philosophiae sectatoribus vir Emmanuel Magnanus [illegible] Ordinis [illegible], qui systema elementaristarum rursus invexit, et a multis, quibus [illegible] erronea [illegible]. Asserat autem Magnanus [illegible] vulgaria elementa non esse corporum omnium principia, sive omnia ex [illegible] molecululis quas minima elementaria, primas atomos, et corpuscula elementaria appellat, immediate consurgere et in eas ultimo tandem resolvi; [illegible] et [illegible] Auditor propugnavit.

Caput 13.

De principiis primis corporum secundum Chymicos.

Chymici, qui etiam Alchymistae, Empirici, Hermetici, et Spagyrici nuncupantur, [illegible], quae ex corporum resolutione, prima eorum principia sperata nobis esse posse acerrime contendunt; et quoniam in resolutione [illegible] corporum praeter Terram, et Aquam quas vocant substantias omnino inertes, [illegible], tria haec, salem videlicet, sulphur, et spiritum, seu Mercurium [illegible] sublici multis probant experimentis, opinantur ex Terra, Aqua, Sale, Sulphure, et Mercurio, veluti ex quinque principiis, corpora universa componi.

Inter plura experimenta, quae [illegible] possunt, notissimum illud [illegible] a Chymicis. Animadvertunt itaque [illegible] Alembico impositum ignis calore in varias partes exhalari, ita resolvi. Primum spiritus seu Aqua ardens in aliud vas [illegible] exstillat, quam Mercurium nominant; Mercurium excipit Aqua insipida, quam Phlegmatis nomine placuit designare. Quod autem in fundo Alembici, praeter materiam viscosam, et [illegible], nihil remanet, hac [illegible] historia dici solet translata et elementatio ipsa [illegible], primum [illegible] phlegmatis, tum liquor [illegible], quem [illegible] Mercurium appellant, [illegible], et oleosus humor egreditur, quem oleum, aut Sulphur nuncupant. Quod superest jam valde exsiccatum igne comburunt, tum in vas terreum conjiciunt, cui aqua fervida apponitur. Haec sale [illegible], [illegible] filtrata, per chartas bibulas [illegible] lacinias trajecta, et calore exhalata salem in vasis fundo deponit. Quod remanet ex cineribus Terra est, seu Caput mortuum. In [illegible] itaque resolutione praeter Terram et Aquam, primo [illegible] Spiritum, seu Mercurium [illegible], et inflammabilis, qui leni calore primus egreditur, et [illegible], penetrans acer, et [illegible]. [illegible] oleosus liquor, sive Sulphur majori ignis vi extrahitur: [illegible] tandem sal ex cineribus habetur. Haec, et alia plurima de suis principiis tradunt Chymici.

Ut autem, quae in hac re sentit animus, proferamus; [illegible] in quovis corpore quinque Chymicorum substantias [illegible] continere. [illegible] quippe est, quod [illegible] Philosophi [illegible]. Hujusmodi [illegible] magna [illegible] ad [illegible] Boyleus. [illegible] tantum [illegible] seu potius [illegible] dissolvit, quae partes corporum heterogeneas sub una communi forma constrictas tenebat; qua facta dissolutione, componentes partes particulae disjunctae, et libertatem nactae [illegible], et saepe [illegible] ignis operatione [illegible] associant, vel potius loca illa capiunt, quae diversi gradus levitatis, et gravitatis, fixitatis, vel volatilitatis ipsis assignant. In quinque tamen laudatis principiis [illegible] corporum principiorum [illegible] collocanda, pro certo habemus; quod [illegible] argumento probamus.

Ea sunt prima principia corporum, in quae ipsa corpora per extremam, et ultimam analysim resolvuntur. Hujusmodi autem non sunt quinque principia Chymicorum. Nam licet per primam, et magis obviam analysim forte prodeant; ea tamen possunt in partes simpliciores adhuc dividi, ut Chymici [illegible]. Certe [illegible] inflammabilis magna ex parte in aquam convertitur, quae acerrimum relinquit in lingua saporem, adeo ut spiritus [illegible], seu Mercurius in aquam, et sali [illegible] volatili resolvatur. Mitto quamplura alia experimenta, quae a [illegible], et a [illegible] [illegible] accedit, tantam in his vocibus salis, sulphuris, et Mercurii esse ambiguitatem, ut [illegible] denotet [illegible], ac multo minus principiorum loco haberi possint. Chymici [illegible] inter se, quid Mercurii quidve Sulphuris nomine [illegible], quin imo nec [illegible] Autor [illegible] consentit. Quare tergo ut aliquibus placet, quinque substantiae Chymicorum ~~[illegible]~~ ut quomodo esse possunt corporum principia, primaria tamen haudquaquam sunt.

Caput 14.

Quaenam habenda sint corporum prima principia. ~~[illegible]~~.

Quamquam difficile admodum est aliquid certi statuere inter dissidentes summorum Philosophorum tot, tamque diversas sententias; ex corporum tamen phenomenis [illegible] [illegible], prima, seu metaphysica principia esse duo, materiam nempe et motum. Materiae nomine intelligimus primum illud subjectum, ex quo [illegible] universa corpora componuntur. Nomine motus translationem materiae ex una in aliam [illegible] partem.

[illegible], [illegible] in primo principio demonstrando immoremur; quum omnes Physiologi in eo [illegible] conveniant, ut nolint [illegible] corpora produci ex materia, licet alio illam designantes vocabulo [illegible]. [illegible] forsitan [illegible] difficultas circa alterum principium, motum scilicet, quod [illegible] [illegible] clare detegamus. Verum, spectata corporum generatione, corruptione, aut quacumque alteratione, manifestum est diversa omnia corporum genera per motum vel excitatum in materia ~~[illegible]~~, vel suffocatum haberi; ita ut motus [illegible] forma, qua corpora inter se [illegible], generantur, corrumpuntur. Ligna [illegible] longa temporis spatia mutantur, et licet [illegible] in pulverem; sed omnis haec mutatio inducta fuit ab aere, et [illegible], partes [illegible], volatiliores avulserunt, reliquas a se mutuo separarunt. Idem cum proportione contingit in omnibus corporibus quae corrumpuntur. Idem in iis, quae generantur; a motu quippe dependet mutatio texturae in [illegible] particulis, [illegible] quam corpora [illegible], seu [illegible] definiunt. Recte ergo philosophantur, qui in [illegible] et corporeo hoc universo (spatio tamen [illegible] excepto) nihil esse ajunt praeter materiam, et motum; quod ex tota Physica patebit [illegible], quum in praesentiarum ad demonstrandas hujusce [illegible] veritates physicas omnes quaestiones, [illegible] corporum [illegible] percurramus.

Quaecumque sit causa motus, qui corporibus inducitur, certum est, corpora omnia moveri secundum [illegible] constantes quasdam leges. Sunt autem Leges, de quibus loquimur, constantes illae apparentiae, quae [illegible] in similibus occasionibus ponant corpora, semper eodem modo se habent. Plantae v.g. et Alia certa; et constanti lege producuntur ex semine. Cum in se [illegible] corpora certis, atque constantibus in se agunt legibus [illegible] natura, [illegible] translatione in alia corpora. Quare ex observatis cognitisque legibus aliquot praevidere effectus possumus. Nam si corpus A, determinata quadam vi impellens [illegible] in corpus B, illud in motu ponit, certissime praevidemus cum erat pari vi posita, [illegible] corpus A motarum vel B, vel consimile C.

Leges illæ certæ, atque constantes, secundum quas corpora moventur, cognosci possunt ex solis sensuum observationibus, nemo quippe licet perspicacissima mente donatus, excogitare illas potuit solis animi meditationibus: pendent vero Leges illæ a liberrima creatoris voluntate, qua statuit, ut certi motus in certis occasionibus semper peragerentur, et quoniam divina voluntas est constantissima, constantissimæ sunt. (interl.: inter mortales)

Constat quomodo leniter intelligi, quid sit quid naturaliter, quid miraculose contingit. Naturalia enim sunt phenomena, quæ eveniunt secundum leges naturæ, quæ scilicet constanti eodem modo observantur, positis corporibus in similibus occasionibus; miracula autem sunt, quæ phenomena legibus illis contraria eveniunt.

Physicæ Generalis

Liber 2dus

De Corporum Attributis.

Quamquam acuratiores, perspicacioresque Physiologi post institutas diuturnas meditationes Corporis naturam determinare non audent; plura tamen in corporibus esse explorata, de quibus dubitare nullo modo possumus, unanimi consensione fatentur. Ut autem colligamus omnia, quæ hactenus fuere observata; nonnulla in corporibus deprehendimus, quæ omnibus omnino (interl.: in iis semper) conveniunt, nonnulla vero, quæ aliquando tantum, aut singularibus corporibus competunt. Quæ omnibus semper insunt, dicimus Attributa, quæ aliquando, aut singularibus duntaxat inhærent, appellamus vel Proprietates, vel Qualitates.

Ex Attributis nonnulla sunt, quæ nunquam intenduntur, aut remittuntur, quæ nimirum eadem semper sunt in eodem corpore, quin vel augeantur, vel minuantur. Hujus generis sunt Extensio, Soliditas, Inertia, Mobilitas, Quiescibilitas, Figurabilitas, corpus quippe A semper, atque eodem modo est extensum, solidum, iners, mobile, quiescibile, figurabile. Alia vero sunt attributa, quæ intenduntur, et remittuntur; ut Gravitas, et Vis attractionis. Diminuta enim corporis A distantia a centro, ad quod vel gravitatem, vel attractionem tendit, gravitatis et attractionis vires in eo augentur, aucta autem distantia a centro, eædem vires minuuntur, quemadmodum suo loco videbimus. Octo recensita attributa ita se habent, ut hactenus nullum inventum fuerit corpus sive magnum sive parvum, sive firmum, sive fluidum, cui omnia simul, et semper non conveniant.

Inter Proprietates corporum sunt Opacitas, Lucididas, Pelluciditas, Fluiditas, Firmitas, Colorabilitas, caloris, frigus, sapidum, insipidum, odorum, inodorum, sonorum, insonorum, durum, elasticum, molle, [illegible], quæ etc. Hæc enim ita comparata sunt, ut modo in corporibus deprehendantur, modo non deprehendantur.

Dissertatio I.

De Corporum Extensione, Soliditate, Inertia, et Figurabilitate

Caput I.

De Extensione.

Fig. 1.

Extensio, sive magnitudo [illegible] recte definiri potest illud, quo unum alteri ajustum, unum comparatum (interl.: tur) aut vel æquale, vel inæquale invenitur.

Fig. 2.

Triplex est Extensio longa uti linea; longa et lata, uti superficies; longa, lata et profunda, quemadmodum est solidum. Triplex hæc extensio diversæ omnino est naturæ, adeo ut nunquam earum una mutari possit in aliam. Nam lineæ sibi impositæ, aut juxta positæ nunquam componere possunt superficiem, et superficies uti neque linea, soliditas efficere nequeunt extensionem trium dimensionum.

Fig. 3



Ita autem triplicem hanc concipimus extensionem. Si consideramus duo puncta A, B, (interl.: Fig. 1) a se invicem distantia et quod inter duo hæc puncta extenditur spatium, ideam formamus Extensionis longæ sive lineæ. 2do, si concipimus duas lineas CD, EF (Fig. 2) a se mutuo remotas, et quod inter duas hasce lineas medium est spatium, ideam acquirimus alterius Extensionis, quæ longa est, et lata, seu ideam superficiei. 3tio si excogitamus duas superficies IGH, KLM Fig. 3. a se remotas, et quod inter illas hæret spatium, ideam producimus illius Extensionis, quam Mathematici solidum appellant.

Qualiscumque fuerit Extensio, ex partibus [illegible] (interl.: extensibilibus) minoribus composita, ideoque Extensionem consequitur divisibilitas. Quodcumque enim corpus, quoniam constat ex partibus (interl.: extensis), secari potest in partes. Verum quoad corporum divisibilitatem variæ, et discrepantes sunt tam veterum, quam recentiorum Philosophorum opiniones. Corporum divisibilitatem in infinitum post Thaletem atque Pythagoram statuit Aristoteles, cui ex recentioribus adhærent Cartesiani et Newtoniani; Corporum vero divisionem quibusdam coercent limitibus, quemadmodum sunt Democritus, [illegible], [illegible], Du-hamelius, Leibnitius, Wolfius, alii.

Fig. 4

Propositio 1. Magnitudo omnis est in infinitum divisibilis, adeo ut nulla concipi possit tam parva extensio, quin detur minor. Probatur 1mo argumentis ex Geometria desumptis. Sit linea AB, Fig. 4. Inter duo extrema puncta A, B interponamus positione punctum aliquod mathematicum O, atque inter A, et O intelligere eam ponamus, positum esse aliud punctum C, et sic in infinitum. Nam vero, quia punctum longitudine caret omnino, nullum punctum intermedium tangit alterutrum extremum punctum. Quilibet ergo ista linea constabit ex innumeris sive adjacentibus lineolis; et, sive magna, sive infinite parva fuerit, non erit aliud simplex, sed compositum ex lineis aliis sibi similibus, adeoque quælibet linea infinite eam parva dividi erit in alias lineas minores infinite parvas usque in infinitum.

Fig. 5.



Aliud argumentum suppeditat noster Cl. [illegible] tractatus [illegible] Cap. 9 n° 4. Ducantur duæ lineæ AB, CD, inter se parallelæ, et infinitæ utrinque uno atque æqualiter distantes Fig. 5, quarum positis rectis EF duas istas parallelas perpendicularis erit. Sumpto deinde in recta EF puncto I, a latere rectæ EF, sumantur etiam in recta CD, ad dexteram eidem rectæ EF, quæcumque libuerit puncta G, H, D etc. quotcumque inter certa æqualiter distantia ad quæ a puncto A ducantur totidem rectæ AG, AH, AD etc. Recta AG transiens per rectam EF in puncto I perpendicularis EF. Recta AH paulo altius in puncto L. Recta AD adhuc altius in puncto M, atque ita in infinitum. Quoniam vero recta CD infinita supponitur, in qua sumi potest infinitus numerus punctorum, quæ puncta G, H, D sunt similia, totidem rectas a puncto A, aliaque ita puncta educas in perpendiculari EF infinita, punctorum numerus intervallis, nec est notaturus, quæ quidem puncta et inter se sint diversa, et ab extremo puncto E ex ordine propius, atque propius sint accessura, ita tamen, ut nulla ex istis lineis per punctum E sit transitura, quia rectæ CD, AB ex hypothesi sint lineæ parallelæ. Quare pars perpendicularis EF ad arbitrium sumpta est unicuique tantum longitudinis, eadem autem demonstratio cuilibet alteri longitudini accom

Fig. 6.



modari posset, asserendum est infinitum punctorum numerum in quavis determinata magnitudine admittendum esse, propterea quamcunque magnitudinem esse infinite divisibilem.

Sed hujus propositionis veritas ex eo etiam demonstratur, quod quaedam sint magnitudines, quae nullam habent communem mensuram. Sit Quadratum ABCD. Fig. 6. Demonstrant Geometrae illius lateris AB, et diagonalis BD nullam habere communem mensuram. Si ergo recta AB, unius v.g. uncie in centum milia partium inter se aequalium cognitione dividatur, et singulae illae partes in centena milia partium inter se partim aequalium, et rursus singulae illae partes in centena milia partium inter se [illegible] aequalium et ita in infinitum, nunquam tamen ad partes adeo exiguas devenietur, ut hae possent rectam BD certum earum numerum continere, nec amplius. Sed hoc minime contigeret, si ita extensio dividi posset infinite; nam si latus AB in minimas partes, in quas duntaxat vel extensa dividi posset, divisum esset, diagonalis BD certum ac determinatum istarum partium numerum continere deberet. Concludendum itaque est quamlibet rem extensam in infinitum dividi posse.

Pro 2do. Probo physico argumento ex motu deprompto. Si magnitudo, seu extensio seu quantitas constaret ex indivisibilibus, sequeretur omnes motus aequivelocos fore, nec minus in eodem tempore conficeret spatium [illegible] testudo quam [illegible] velocissimum. Supponamus [illegible] velocissime currentem, testudinem vero repentem [illegible]. Si magnitudo ex indivisibilibus constaret, non posset testudo in aliquo dato tempore minus conficere spatium quam [illegible] velocissimum. Nam [illegible] in uno temporis instanti [illegible] non posset testudo minus spatium in eodem temporis momento transire, quia ex hypothesi non datur minus spatium [illegible] ... Transibit ergo testudo eodem temporis momento aequale spatium cum [illegible] velocissimo, quod [illegible] in alio quovis temporis momento et in quovis alio [illegible] spatio dicendum est [illegible] et ab [illegible] velocissimo spatia [illegible] aequalia, et proinde [illegible] non plus conficiet spatii una et eadem temporis mora quam testudo lentissima, quod maximum est absurdum. Innumerae aliae adduci possent Demonstrationes quae [illegible] [illegible]. Sed quid omnia [illegible]? Allata argumenta non minorem habent vim ad asserendum, quam demonstrationes quaevis in Elementis Euclidis [illegible], ut ea convellantur, quin simul Geometriae fundamenta corruant, ut recte animadvertit Joannes Keilius Intr. ad veram physicam Lect. 3

Opponunt 1mo. cum Joanne-Baptista Du-hamelio Demonstrationes ex Geometria petitas nihil evincere, aut evincere duntaxat magnitudines Geometricas esse in infinitum divisibiles, non autem magnitudines physicas, quae reipsa existunt in rerum natura. Magnitudines siquidem, Geometrarum concipiunt tantum, quum puncta, lineas, superficies quemadmodum ab illis accipiuntur, in idea tantum nostra existant. Non recte ergo ex divisibilitate in infinitum Geometrarum magnitudinis concludi potest, physicas quoque magnitudines, seu corpora omnia esse in infinitum divisibilia, quod foret demonstrandum.

~~Quod~~ Cum vero Cl. Joanne Keilio [illegible] doctrinam in [illegible]. Demonstrationes Geometricae recte transferuntur a nobis ad res physicas, quum [illegible] Geometricas hypotheses, atque magnitudines non esse certas, atque reales, non sunt [illegible] intellectus abstractiones quae nullam extra geometrarum mentem [illegible] existentiam. [illegible] et reipsa existit, existant quoque [illegible] in rerum natura puncta, lineae, superficies [illegible]. Quod ita demonstramus. Corpus omne, quum infinita extensione, seu magnitudine non sit donatum, aliquibus terminis debet esse comprehensum [illegible] corporis [illegible] libet corpore hujusmodi termini vere debent existere, vere existunt superficies, prout a Geometris definiuntur, extensiones scilicet longae tantum, et latae. 2do. hi quoque corporis termini, seu illae superficies suos habent [illegible] praeditos; secus termini superficiei essent aliae superficies, et aliarum superficierum aliae superficies, atque ita in infinitum. Quemadmodum [illegible] magnitudines in longum [illegible] tandem quae quoque [illegible] terminos lineas, latitudinis [illegible] extensione, nisi velimus asserere terminos linearum esse alias lineas in infinitum, de quibus tamen post infinitas divisiones idem semper esset dicendum. Hi autem linearum termini sunt puncta qualia volunt Geometrae existere, signa nempe in magnitudine individua, atque omnino extensionis expertia. Itaque si corpus in rerum natura existit, existant quoque necesse est puncta, lineae, superficies, et quidem prout docent Geometrae illa existere.

Ad [illegible] argumentum ~~[illegible]~~ Zenonicum [illegible]. Verum etiamsi non sint [illegible], possunt tamen esse magnitudines [illegible], et possunt in natura existere, veluti illius modi; eo pacto, quo figura non est corpus, sed modalis corporis affectio, quae in datis terminis continetur; quod cum [illegible] demonstrationem ex [illegible]. [illegible] ... Sed demus reipsa non existere. Quibus rationibus [illegible] demonstrant perfectarum hujusmodi [illegible]? Certe [illegible] demonstrationes [illegible] vera [illegible] demonstratio. Sed [illegible] corpora talia [illegible] superficies formasse [illegible] corporum attributis et [illegible], libere possint accommodatas ex Geometria demonstrationes adducere.

Opponunt 2do. [illegible] ad magnitudinis infinitam [illegible] probandam ex Geometria [illegible] vera quidem sunt mathematice, non tamen physice. [illegible], inquiunt, concedis a centro v.g. Circuli duci posse tot lineas, quot puncta in circumferentia sunt, simul quippe coinciderent: Resp. concedis a quovis puncto unius lateris Quadrati totidem lineas ad puncta lateris oppositi posse duci. Demonstrationes ergo [illegible] corpus mathematicum, non autem corpus physicum.

R. Geometricas, quae in hac re afferri solent demonstrationes, veras esse et mathematice et physice [illegible] longum, latum, et profundum. [illegible] corpori mathematico [illegible] ergo corpori [illegible] det, neque corporis tam physicis, quam mathematicis convenient? Certe si Logicorum documenta spectentur, quidquid de ..

vere dicitur, de omnibus etiam speciebus sub ipso contentis predicatur. Non oportet igitur, quum de magnitudinis divisibilitate agitur, distinctiunculam illam usurpare, *mathematice*, *physice*. Nam si intelligunt, corpus non esse physice in infinitum divisibile, quia dari non [illegible] partes [illegible] in [illegible] [illegible] spatium [illegible] ut [illegible] [illegible] [illegible] mathematice, sive physica sive inanis extensio, que quum immobilis sit, nullam certe pati potest actualem separationem. Si vero putant non esse corpus physice divisibile in infinitum, quia [illegible] in corpore [illegible] infinita, que tamen in corpore mathematico possint assignari; quæstio, [illegible] ratione demonstratur [illegible] a centro circuli non possunt duci tot lineæ, quot puncta sunt in ejus peripheria, aut [illegible] in [illegible] tot [illegible] quot puncta sunt [illegible] opposito. [illegible] quemadmodum in mathematica extensione [illegible] concedunt [illegible], que [illegible] carent [illegible]. [illegible] profecto [illegible] circulos sive quadrata [illegible] in tot [illegible] [illegible]. At [illegible] talis datur linea latitudine et profunditate carens, nisi in hominum idea. Verum hoc probat, non posse reipsa separari puncta, non autem designari non posse. Si autem designari possunt, et concipi veluti divisa, quia conceptus chymericus sit, sed realis, et verus, quemadmodum in superiori respe. diximus, jam vident Adversarii eorum argumenta penitus corruere.

Opponunt 3tio contra propositam superius demonstrationem ex motu desumptam. Et primo inquiunt minorem Testudinis motum explicari posse per interjectas morulas. Nam si Cervus, vel homo velocissimus quinque temporis indivisibilibus instantibus quinque percurrat individua spatii puncta, que non pertranseat Testudo, nisi per quindecim indivisibilia temporis momenta, dici potest, Testudinem primo instanti unum tantum unum spatii acquirere, duobus vero sequentibus instantibus quiescere. 2do fieri posse, inquiunt, ut Cervus, vel homo velocissimus [illegible] saltus, ita ut a primo spatii puncto ad quartum, vel quintum transeat.

R. ad primum, majorem, vel minorem motum non posse a majori, vel minori interruptione estimari. Ponantur duo Circuli concentrici, a quorum communi centro [illegible] recta. Si intelligantur [illegible] moveri certum est majorem circulum velocius ferri quam feratur minor, qui propterea in sententia Zenonicorum necesse est aliquando quiescere. At, si quiescat, linea recta debet inflecti; non puncta minoris circuli cum punctis circuli majoris eandem [illegible] servare proportionem; quod tamen falsum est, utpote experientiæ contrarium. [illegible] observamus [illegible] motum [illegible] comparari cum motu Stellarum fixarum ea ferme proportione, quam habet unum ad centum millia. Si ergo concipiatur hora in centum mille partes divisa, consequens secundum Adversariorum sententiam, ut [illegible] in una tantum ex [illegible] partibus moveatur, quod maximum est absurdum. Illud vero omnem captum superat, quomodo scilicet [illegible] illa per quietem omnem non deperdat motum: Quum sicuti minimus motus quietem, ita minima quies motum omnem auferre debeat.

Ad 2dum, Illud pro certo assumunt Zenonici, quod omnino repugnat. Assumunt [illegible] veluti [illegible] instantaneum a loco in locum, non percursis mediis, quod constat naturaliter haberi non posse.

[illegible] in infinitum forent in [illegible] infinitæ partes; Hoc repugnat. Ergo etc. [illegible] patet [illegible]. Repugnat [illegible] continere infinitum, sed si in [illegible] forent infinitæ partes, finitum [illegible] contineret infinitum. Ergo etc.

R. conc. maj., ne. min. ad prob. dist. maj. Repugnat finitum continere infinitum, hoc est repugnat magnitudinem finitam continere magnitudinem infinitam conc.: repugnat finitum etc., hoc est, magnitudinem finitam continere partes numero infinitas ne. maj., et dist. eadem proportione min., ne. conseq. [illegible] Adversarii; posita divisibilitate [illegible] in infinitum, necessario consequi, quod in finito [illegible], explicare imprimis debent, quid per infinitum intelligant. Nam si de infinita magnitudine loquantur, certum est infinita magnitudine non posse contineri [illegible] magnitudinem; secus vero, si sermo sit de partibus exiguis numero infinitis, quas nos [illegible] infinitam divisibilitatem tuemur posse, imo reipsa in magnitudine finita contineri pro certo habemus. Quod si [illegible] partes illas numero infinitas, et infinite exiguas in finita magnitudine contineri, hoc ipsum est, quod illis probandum [illegible] repugnare, quod [illegible] finita componant magnitudinem, [illegible] [illegible] quælibet finita magnitudo habere [illegible] infinitas [illegible] Adversariorum argumenta, [illegible] rationibus [illegible] infinitæ demonstrant.

[illegible] dixinus, [illegible] sive sint finitæ sint, sive infinitæ. Quemadmodum non $\frac{10}{10}$ constituunt unitatem, $\frac{100}{100}$ unitatem adhuc efficiunt et $\frac{1000}{1000}$ nunquam unitatem excedunt, atque ita in infinitum, [illegible] partes finitæ magnitudinis [illegible] finitam magnitudinem equavunt. Quod nonnullis geometricis rationibus confirmamus.

[illegible] Circuli [illegible] ponunt puncta mathematica numero infinita. A quolibet puncto ad [illegible] duci potest linea. [illegible] infinita sint posita puncta, infinitæ erunt ductæ lineæ, et quum infinitæ sint in circulo lineæ, infinitæ etiam erunt interceptæ superficies, adeoque infinitum, seu partes numero infinitæ, et infinite exiguæ contineri possunt in finita magnitudine.

Fig. 7



C. AB : 1 : n.

2do. Ponatur una magnitudo AB, et altera magnitudo C Fig. 7. Magnitudo C eandem habeat rationem ad magnitudinem AB, quam habet unitas ad quemvis numerum n. His positis, quantitas C multiplicata per numerum n magnitudini AB erit equalis. Nam quum per hypothesim [illegible] magnitudines C, AB, et unitas, atque numerus n sint inter se proportionales, erunt extremi [illegible] C, n in se invicem ducti, seu per se invicem multiplicati equales [illegible] AB, et unitati in se invicem [illegible] [illegible] Theorema [illegible] Geometrarum. Sed quum magnitudo AB per unitatem multiplicata [illegible] equalis remaneat (unitas quippe multiplicationem non auget) ideo quantitas C multiplicata per numerum n erit quantitati AB equalis. Jam vero supponamus numerum n multiplicantem magnitudinem C crescere usque in infinitum, ita ut ea proportione, qua augetur multiplicans numerus n, magnitudo C partium magnitudine diminuatur; jam in magnitudine C partes infinitæ intelliguntur, [illegible] multiplicans numerus n, [illegible] infinitis partibus magnitudo finita resultavit, equalis [illegible] finitæ magnitudini AB.

Opponunt 5. Si magnitudo divisibilis esset in infinitum, quælibet minima magnitudo equalis foret cuilibet maximæ magnitudini. Hoc repugnat. Ergo etc. Pro maj. Si magnitudo esset tam in maxima quam in minima magnitudine partes forent numero infinitæ. Hoc posito, quælibet minima magnitudo etc. Ergo etc. Maj. patet [illegible] certa [illegible]; quum unum infinitum non possit esse majus alio.

R. ne. maj. ad prob. dist. maj. Si magnitudo esset tam in maxima, quam in minima magnitudine partes forent numero infinitæ, non tamen equales conc. partes forent numero infinitæ, et inter se equales ne. maj., et dist. eadem proportione min. ne. conseq. Adversariorum argumentum fallit [illegible] hypothesi, quum falso supponant omne infinitum [illegible], et verum sit multa dari infinita se superantia. Hinc non recte argumentantur, quod si magnitudo divisibilis esset in infinitum, quælibet minima magnitudo equalis foret cuilibet maximæ magnitudini. [illegible] quælibet magnitudo, corpus, per divisibilitatem in infinitum contineat partes numero infi-

Nam p[illegible]
clidis,
cata p[illegible]
Circula[illegible]
dupla [illegible]

nitis, hetm partes in magnitudinibus inequalibus mole, et quantitate sunt inequales. Quemadmodum n. si utraq. inequalis magnitudo in centum finitas partes dividatur, n. ideo una alteram equaret, quia subinde centesima pars majoris magnitudinis duplo vel triplo major foret centesima quavis parte magnitudinis minoris, ita prorsus, licet in utraq. divisa inequal. magnitudine partes sint infinite, quum tn. ea debeant mole inequales, majores scilicet in majori magnitudine, in minori minores, ex quibus eam cumulum, seu conservem debent consistere. Hinc merito in magnitudines inequales, vel nihil [illegible], quum pares quidem multitudinem, n. parem habeant molem, seu quantitatem.

Ad si urgeant, posita hac doctrina, admitti oportere in majori magnitudine partes duplo vel triplo majus infinitas, quam in minori magnitudine, adeoq. admitti oportere, unum infinitum majus esse posse alio infinito n. difficilem a nobis auctorem nostrum. Neq. ulli axiomati, neq. infiniti nam repugnat ut ab alio infinito superetur. Nam, ut Lanonij utar exemplis, si infinitus esset hominum numerus, duplo magis infinitus esset numerus oculorum longe vero infinitior numerus [illegible], et capillorum. Si Mundus [illegible] eterni duraret, infinitus esset numerus annorum, infinitior mensium, longe autem infinitior horarum, et minutorum. Hec certe nullo modo repugnant, sed sponte ex ipsius rei natura sequuntur. Hinc [illegible] [illegible] Lap. 2 ex

Nam si diameter 2dam, [illegible] 12. Euclidis, Circulorum proportio ē duplicata proportionis diametrorum; adeoq. circulus, cujus diameter alterius dupla ē; illius erit quadruplus.

ronea ē hypothesis, omne infinitum ēē sibi equale, quum dentur multa infinita se se superantia. Sint duo Circuli, quorum alter diametrum duplo majorem habeat altero. Poterunt in utroq. circulo poni puncta numero infinita, et linee infinite. Verum in majori poterunt poni quadruplo plura puncta, et quadruplo plures linee, quam in altero, positis omnibus [illegible] equalibus. Si vero tot idem serventur linee in uno, quot in altero, erunt ille in Circulo majori longiores, quam in minori.

Instabunt; Infinitum dici illud, cui nec addi aliquid potest, nec detrahi; adeoq. fieri n. posse, ut aliquid sit infinitum majus alio.

R. facile solvi instantiam hanc, si intelligatur quid sit illud infinitum de quo disputatur. Nos in hac re haudquaquam convenimus cum Adversariis, qui, quoties de infinito loquuntur, accipiunt semper infinitum omnium maximum, cui nihil et nihil addi, nihil detrahi potest, prout de Deo dicitur, qd infinitus sit. Existere infinitum majus alio patet ex superius dictis, et alteri demonstrari possent [illegible], que a [illegible] tradita sunt de infinitis infinitorum, et infinite [illegible] ordinibus. Infinitum itaq. hoc loco a nobis sumitur n. omnium maximum qd soli convenit Deo, sed illud, qd ita dividi nequit in partes suas, ut tandem deveniendum sit ad partem ultimam. Istorum autem infinitorum [illegible] majora, [illegible] minora, certum ē ex superius demonstratis.

Opponunt 6. Si magnitudo, seu continuum esset divisibile in infinitum, partes in eo actu distincte in ipso continuo deberent agnosci. Inde autem duo necario consequuntur. Primum ē, Deum posse qdvis continuum in partes suas infinitesimas resolvere, qd si fiat, jam datur pars ultima, ac tandem exhaurietur continui divisibilitas. 2dum ē, dari actu infinitum Categorematicum, qd omnino repugnat.

R. negare nos nihil nos posse, quemadmodum revera plerique negant, in continuo partes infinitas actu distinctas existere, quo posito, statim argumentum corrueret. Concedamus tn. eas actu existere distinctas. Que contradictio propterea inde consequitur? Nempe posse Deum in suas infinitesimas partes dividere continuum. Sed si partes infinitesimas intelligant [illegible] infinite parvas, que ulteriori divisione n. sint obnoxie, negamus posse Deum secare continuum in partes infinitesimas. Infinitesime quippe, que supponuntur partes, seu partes ille ultime, [illegible], quum semper essent extense, semper essent adhuc divisibiles. [illegible] provocent nos Adversarii ad summam potentiam Dei. Fatemur n. Deum posse [illegible]. Sed jam demonstratum fuit, nullam ē magnitudinem, que ulterius dividi n. possit; nec summa potentia Dei ita posse secare [illegible] [illegible] supersit amplius divisioni locus.

Ad 2do loco inferunt nullam involvit repugnantiam. Revera n. datur actu infinitum categorematicum, si partes infinite in continuo actu distincte existunt. Qd si molestius urgeant, dari n. posse infinitum clausum, facilis ē solutio. Nam si sensus sit, partes numero infinitas n. posse finito numero comprehendi, verum ē. Falsum vero, si velint eas finita quoq. extensione n. posse claudi, quum partes ille infinite finite equivaleant extensioni.

Opponunt 7. Infinitum [illegible] n. potest. Ergo quevis magnitudo infinitis constans partibus [illegible] n. poterit. Consequentia [illegible] Antequam tota magnitudo [illegible], debet [illegible] magnitudine [illegible] constat infinite [illegible] infinite sunt [illegible]. Ergo [illegible]. Hinc fit, quemadmodum argumentatur Zeno, ut Achilles [illegible] Testudine distans intervallo [illegible] unius milliaris, etiamsi centies celerius velocius moveatur, nunquam tn. [illegible] Testudinem assequi possit. Dum n. Achilles unum [illegible] milliare, Testudo per unam centesimam milliaris partem movetur, [illegible] Achilles centesimam [illegible], Testudo interim movetur [illegible] [illegible], [illegible] in infinitum [illegible], nunquam ad Testudinem perveniet Achilles.

R. dist. ant. infinitum, qd n. equivalet finito, [illegible] n. potest conc. Infinitum, qd [illegible] finito, [illegible] n. potest [illegible] ant, vel subdist. [illegible] n. potest tempore, qd constat instantibus indivisibilibus conc. tempore, qd constat instantibus tempore divisibilibus [illegible] ant: et conseq. ad prob: conc: Mm, dist. Mm: Infinite sunt medietates, que tn. equivalent magnitudini finite conc: que n. equivalent magnitudini finite [illegible] Mm et conseq. Certum ē tempus qdlibet, [illegible] quamcunq. [illegible] quantitatem, ēē in infinitum divisibile, magnitudo quippe omnis adeoq. etiam tempus, in partes equales, et numero infinitas potest secari. Quare, sicut divisibilitas hec in infinitum n. obstat, quominus [illegible], aut alie magnitudines [illegible] adhuc finite, ita et temporis in infinitum divisibilitas n. obstat, quominus tempus ipsum sit finitum. Neq. ex hac opinione consequitur, ut argumentatur Zeno, impossibilem fieri corporum motum. Nam si in quo est corpore [illegible] licet in infinitum divisibili [illegible], [illegible] corpus [illegible] omne [illegible] ē extensione preditum) optime [illegible] potest tempore [illegible], qd [illegible] partibus constat, ē tn. finitum.

Ad sophisma illud Zenonicum respondemus Achillem assequuturum Testudinem [illegible] ita demonstramus. Supponamus Achillem [illegible] hore spatio percurrere unum milliare. Iam una centesima hore parte centesimam percurret milliaris partem una hore parte [illegible] [illegible] milliaris partem decemmillesimam, et una parte hore millionesima percurret partem millionesimam milliaris [illegible], atq. ita in infinitum. Iam vero quum hore pars centesima, una cum decemmillesima una cum millionesima etc. sit series [illegible] in proportione geometrica decrescentium, hujus seriei summa est finite quantitati equalis parti scilicet hore nonagesime nona. Itaq. post horam unam, et nonagesimam nonam hore partem ad Testudinem perveniet Achilles.

Opponunt 8. Ea tantum dividi possunt, que composita sunt, sed post hanc et illam divisionem [illegible] [illegible] composita [illegible] ergo etc. Pro Mr. Post hanc et illam divisionem [illegible] debet resolvi in puncta Zenonica, sed puncta Zenonica n. sunt composita. Ergo etc. Mr. patet, quia puncta Zenonica prima sunt corporis componentia. Mr. [illegible] constat, quia [illegible] puncta

nullis partibus componuntur.

R. conc: maj. ne min. ad prob. ne min. Puncta Zenonica statui non possunt veluti prima corporum componentia, proindeque tenendum non est, ne corpus omne dividendo in hujusmodi puncta resolvatur. Quum n. talia sint non puncta illa, et minima, utpote extensionem haberent, nullisque tamen partibus componantur, asserendum est ea esse chymerica, talia proinde, ut admitti nequeant veluti prima corporum principia. Neque id immerito asserimus. Fatentur n. ceteri omnes Philosophi, ea, quae partibus omnino carent, nec minimam extensionem habere, adeout non minus extensio repugnet sine partibus, quam triangulum sine tribus angulis, aut sine rotunditate circulus. Quod autem prorsus inextensum est concipi nequit, quomodo extensam magnitudinem possit constituere. Ad magnitudinem quippe efficiendam requiritur, quod duo ita se tangant, ut unum quoad se totum extra alterum sit. At quis mente concipi potest, duo puncta, quorum nulla pars est, ita se conjungere, ut unum quoad se totum sit extra alterum? Qua ratione hujusmodi puncta ita successive disponi poterunt, ut aliquam efficiant lineam? Nam si duobus punctis in directum positis tertium adjungatur, non poterit illud conjungere 2dum, nisi in ea parte, in qua 2dum a primo conjungitur, quum nulla alia pars possit effingi. Idemque de omnibus aliis, quae addi possunt, dicendum est, praeterea etiamsi infinita hujusmodi indivisibilia puncta unirentur, nunquam extensionem aliquam constituerent eo pacto, quo, si infinitos spiritus simul conjungi intelligamus, nunquam ex illis aliquod vel minimum coalesceret corpus.

Instabunt primo. Indivisibile punctum alteri indivisibili puncto unitum potest aliquam extensam constituere, eo modo, quo unitas, quae numerus non est, alteri adjecta unitati numerum facit. Revera n., quamvis nullae sint hujusmodi punctorum indivisibilium intrinsecae partes, sunt tamen extrinsecae diversi nimirum respectus, variaeque superficies, unde ipsis addi poterunt alia puncta sursum, deorsum, antrorsum, retrorsum, ad dexteram, ad sinistram, quae non compenetrentur. Illa quippe non se penetrant, quae occupant indivisibilia spatii puncta inter se distincta.

R. constanter negando ex minimis indivisibilibus aliquam consurgere posse magnitudinem. Argumentum a numeris desumptum nihil evincit, cum nimium quippe versetur discrimen inter numericam discretam quantitatem, et magnitudinem continuam, cujusmodi sunt corpora universa. Quantitas numerica discreta ex quantitatum distinctione componitur; Hinc quum quaelibet unitas suam afferat distinctam quantitatem, ex additione, vel detractione unitatis certus est vel augeri, vel minui numerus. Sed quantitas continua oritur ex partium extensione; unde ut crescat, vel decrescat, oportet partes superadditas, vel detractas extensionem aliquam vel afferre, vel detrahere; quod praestare nequeunt puncta indivisibilia omni prorsus extensione carentia. Neque difficultatem solvunt, qui partes extrinsecas, seu diversas superficies minimis illis punctis attribuunt. Quomodo n. ipsis esse possunt diversi illi respectus, diversae superficies, diversaeque figurae sine partibus? Haec certe omnia vel ex ipsis partibus oriri debent, vel sine partibus nec esse, nec concipi possunt. Ceterum, si unum punctum diversos habet respectus, tot erunt puncta illud circumscribentia, quot sunt ipsi respectus, qui communiter sex assignantur, sursum nimirum, deorsum, antrorsum, retrorsum, dextrorsum, sinistrorsum. Unum ergo punctum ambietur ab aliis sex punctis, ista a punctis triginta sex, atque ita de reliquis. Quod addunt, indivisibilia illa puncta non compenetrari, propterea quod occupant indivisibilia spatii puncta inter se distincta, non minus chymericum est. Concipi nequit, quomodo duo indivisibilia puncta contineant in distinctis spatii punctis. Nam si diversa illis concedantur spatia, oportebit, unum punctum quoad aliquam sui partem alterum conjungere, quoad aliam vero partem extra ipsum consistere, sicque plures in uno puncto partes admitterentur, contra hypothesim patronorum Zenonicorum.

Instabunt 2do. Dum perfecta sphaera tangit planum perfectum, illud tangit in solo puncto indivisibili. Ergo datur tangens punctum Zenonicum. Praeterea, si super planum moveatur sphaera lineam ex solis punctis conflatam describit, si vero super idem planum moveatur Cylindrus, veram habebitur superficiem, quae pariter solis constat punctis. Aliquid ergo extensum ex solis resultat punctis, quod pariter in illa puncta ultimo erit divisibile.

R. neminem qui summis labiis Geometrica Elementa attigerit, ignorare Circulos 3 se, seu rectam lineam in unico puncto tangere, proindeque sphaeram perfectam in puncto indivisibili perfectum planum contingere. Verum omnino differunt puncta Geometrica a punctis indivisibilibus Zenonicorum. Puncta a Geometris considerata neque extensa sunt, neque secundum se sola extensionem constituunt, sed ex punctorum fluxu lineae, et ex fluxu linearum superficies, ex fluxu superficierum generantur corpora: Puncta vero Zenonis talia sunt ut extensione careant, et nihilominus magnitudinem intrinsece componant. Atque si supra planum perfectum moveri intelligatur vel sphaera, vel Cylindrus, intelligetur quidem lineam, vel superficiem generari, non tamen ex punctis partium indivisibilibus, sed ex fluxu sive punctorum, sive linearum.

Opponunt 3 plura simul, Ac primo. supposita materiae divisibilitate in infinitum nihil foret creatum. Hoc repugnat. Ergo etc. Pro min. Quodlibet creatum debet esse simplex; sed nihil esset simplex, supposita materiae divisibilitate in infinitum. Ergo etc.
2do. Admittendae sunt in continuo partes, quae vere conveniant rationi partium, sed si omnes magnitudines sunt in infinitum divisibiles, nequit ipsis convenire ratio partium. Ergo etc. Pro min. Quaelibet magnitudo foret composita. Ergo etc.
3tio Posita sententia divisibilitatis materiae in infinitum, sequeretur quamlibet minimam magnitudinem, arenulam v.g. implere posse aliquod magnum spatium, quod videtur incredibile.

R. ad primum, ne min. ad prob. dist. maj. quodquod est creatum debet esse simplex, cujus scilicet et partes non praeexistant, conc. debet esse simplex, ita ut nullis omnino partibus constet ne maj., et dist. eodem modo min. ne. conseq. Quamvis totum compositum a suis partibus componentibus dependeat, id tamen non prohibet, quin totum ipsum suis constans partibus uno, eodemque actu divinae voluntatis extrahatur ex nihilo. Id probe tenendum neque in hypothesi indivisibilium solum, negandum. Sint n. dixeris, non tantum Atomos seorsim creatos fuisse a Deo, sed simul ad diversas corporum species efformandas, simul fuisse connexos. Deinde, quum Atomi illi ponantur materiales, et extensi, negandum est, sine partibus consistere, quum materiam, et extensionem sine partibus nulla vis ingenii imaginari possit.

Ad 2dum conc. maj., ne min. ad prob. dist. ant. quaelibet magnitudo foret composita, et simul esset componens suum totum conc., non foret simul componens suum totum ne. ant. et conseq. Pars enim non dicitur, nisi per comparationem ad totum compositum, ad quod efformandum quotiescumque magnitudo aliquid confert, merito pars appellatur, quamvis, si in se ipsa spectetur, obtineat rationem veri compositi. Sic v.g. Caput est quoddam totum pluribus ex partibus consurgens, quod tamen negat illud esse totius humani corporis praecipuam partem.
Ad 3tium respondeo id quidem sequi in sententia nostra, nec tamen inde aliquid absurdum. Data n. minima quavis materiae particula et dato quovis amplo spatio, fieri potest ut talis materiae particula ad totum spatium diffundatur, atque ita ipsum adimpleat, ut nullus in eo sit porus, qui superet minimam datam lineam; quod ita demonstramus cum Cl. Gravesandio Institutionum Philosophiae Newtonianae Lib. 1. Parte 1. Cap. 4. Spatium quodcumque maximum concipiatur divisum in cellulas cubicas, quarum sin

gula latera sint datæ minimæ lineæ æqualia. Quoniam cellularum cubicarum finitus est numerus, quælibet minima materiæ particula in tot secari potest minores partes, quot cellulæ supponuntur existere, ita ut in singulis cellulis singulæ concipiantur positæ particulæ. Jam vero inclusæ singulis in cubis singulæ particulæ concipiantur figura præditæ sphærica. Quælibet profecto sphæra propter materiæ divisibilitatem ita augeri et dilatari potest minuendo materiæ crassitiem, ut cubo sit inscripta, seu omnia cubicæ cellulæ latera contingat: quod quum de singulis globulis intra latera aliarum cellularum interceptis dici possit, ita singulæ sphæricæ illæ materiæ particulæ dilatari poterunt, ut tandem se se mutuo tangant, et omnes simul datum illud maximum spatium repleant.

Propositio 2da. Corpora dividi actu possunt in admirandam subtilitatem, in subtilissimas nimirum, minutissimasque particulas, non autem actu in particulas numero infinitas.

Probatur 1. Propositionis pars ex pluribus experimentis, et observationibus, quas Viri clarissimi Rohaultius, Boyleus, Halleius, et Leeuwenhoekius instituerunt. Ac primo Halleyus in Actis Philosophicis n.º 194 demonstrat unum auri granum, quartam scilicet partem unius digiti, seu pollicis aurei, secari posse in 10000 visibiles partes. Quum autem unum auri granum, ut notat Keilius, æquale sit circiter parti centummillesimæ unius digiti cubici una, et viginti vicibus sumptæ, sequitur unum digitum cubicum auri dividi posse in partes 4761904[?]7, quæ omnes sint nudis oculis satis spectabiles.

2do testatur Rohaultius Tractatus Physici Parte 1. Cap. 9. se vidisse plures cylindricas massas argenti singulas ponderis octo librarum apud Opifices, qui aurum in fila ducunt, quarum una, quæ regularior videbatur, duos pedes et octo pollices longa erat, et duos pollices, ac novem lineas ambitu comprehendebat [illegible], adeout superficies illius cylindrica 12672 linearum quadratarum esset. Quum hæc [illegible] pluries [illegible] aurei, quæ omnes [illegible] habebant [illegible], contecta fuisset, totus cylinder [illegible] in filum tenuissimum ducturus. Cujus fili 25 hexapedæ [illegible] ponderatæ, 36 grana ponderis, dempta tantum $\frac{1}{64}$ habebant. Itaque totus cylindrus in filum 307200 pedes longum duci debuit, ex quo sequitur eum 115200 vices longiorem factum, quam antea, [illegible] quadruplo [illegible] habere extensionem, quam antea. [illegible] addatur, fili scilicet [illegible] tenuissimi in lamellam reducti superficiem duplo majorem fieri, sequitur argenteæ cylindricæ massæ superficiem [illegible] octoginta vicibus majorem factam, quam prius, atque adeo 8616960 quadratas lineas continere. Sed [illegible] in lamella [illegible] tota superficie [illegible] sola [illegible] auri, qua lamella [illegible] fuit, adeo tenuis evasit, ut [illegible] superficies sit 8616960 linearum quadratarum. Jam vero, quum hæc superficies 325795 vicibus superet auream [illegible] unicialem, quæ habet extensionem 26 lineas quadratas, et $\frac{22}{49}$. Sequitur aurum, quo contecta est argentea lamella, non amplius tandem habere altitudinem, quam $\frac{1}{325795}$ dimidiæ altitudinis, vel $\frac{1}{651590}$ totius altitudinis uncialis cubi aurei, atque ita lineas $5\frac{1}{7}$ in 651590 æquales partes fuisse divisas.

3tio in Libro de [illegible], et subtilitate Effluviorum fatetur Boyleus se dissolvisse unum Cupri granum in spiritu Salis Armoniaci, et solutionem infusam 28534 granis aquæ eam penitus ceruleam reddidisse. Hoc posito experimento, [illegible] quantitas aquæ ponderis unius grani [illegible] animadvertunt Keilius, et [illegible], $\frac{37}{10000}$ unius digiti cubici, erunt 28534 grana aquæ in magnitudine æqualia digitis cubicis 10557. [illegible] unum Cupri granum tantæ aquarum copiæ colorem potest communicare ceruleum, [illegible] cupri, [illegible] prædictæ aquarum copiæ; adeoque quot sunt partes in ea quantitate aquæ oculo visibiles, in tot ad minimum partes [illegible] unum cupri granum. Jam vero sit linea, cujus longitudo [illegible] exhibeat digiti [illegible] adeoque multo magis erit [illegible]. Quare, quum cubus cujus latus est pars digiti longi centesima, sit pars digiti cubici millionesima, sequitur ad minimum in 10557 digitis cubicis aquæ [illegible] partes sensu [illegible] 10557000000, adeoque [illegible] in tot [illegible] partes [illegible] unum cupri granum. [illegible] unum cupri granum in magnitudine æquale est digiti parti circiter $\frac{55}{100000}$, adeoque [illegible] digitus cubicus continebit [illegible] 2000 talium particularum, sequitur digitum cupri cubicum in ~~[illegible]~~ 21114000000000 partes [illegible] [illegible] ut diameter [illegible] pars [illegible] millionesima, [illegible] millionesimas particularum [illegible] continet.

4to Leeuwenhoekius per microscopia observavit animalcula, quorum [illegible] erat æquale parti 1000,0000,0000000 00000,0000000 unius [illegible] cubici, [illegible] particulas [illegible] in eodem animalculo [illegible] digiti cubici 1000,000 100,000000,00000,000000, Unde arenæ granum, posito hoc calculo, plures ex hujusmodi particulis continet, quam granula arenæ in decem [illegible] montium [illegible]. [illegible] de animalculorum [illegible] quod observavit et [illegible]. [illegible] animalculum [illegible] microscopio [illegible], grano tritico [illegible] pedes, [illegible] motus [illegible] potest, [illegible] animal [illegible] oculorum, quæ [illegible], [illegible] spiritus [illegible] subtilitas [illegible] debuit. [illegible] alia argumenta afferre possent ad mirum confirmandam actualem materiæ subtilitatem de [illegible] ex fumo corporum, ex oleo, et [illegible], et [illegible] ex [illegible] corporibus [illegible], [illegible] fuerunt [illegible] ductionis ad veram physicam [illegible].

Probatur 2da Propositionis pars [illegible] corpora [illegible] actu [illegible] infinitum. [illegible] ad demonstrare [illegible] ordo, quo ex [illegible] corpora [illegible], eodem modo, tempore, loco. [illegible] ex [illegible] forma, [illegible] ad eandem magnitudinem, [illegible] autem partes nutrientes non [illegible] divisæ, quando [illegible] plus temporis ad plantarum [illegible] diversa forma, firmitas, virtus [illegible] [illegible] materiam quantitates [illegible] miscentur. [illegible] diversam [illegible] naturam. [illegible] in plantarum [illegible], et proinde infinite diversum discrimen daretur, quale tamen non observatur. Quod autem de plantis dicimus, dicendum etiam est de animalibus, et fossilibus.

2do nulla corpora de novo producta observantur, [illegible] eadem genera [illegible] plantarum [illegible] ante centenas annos generabantur. Quamobrem quæ resolvuntur corpora, et aliorum corporum nutrimentum evadunt, non in infinitas partes dissolvuntur, partes [illegible] ex [illegible] partibus acervatis, variaque modo [illegible]

oriventur infinite diversi ordines particularum, atque ex his partes majores hucusque, quae non possent non convenire in massas majores, proindeque non possent non producere nova corpora diversissimis inter se proprietatibus predita.

3tio Ignis elementa, quae inter omnia hucusque cognita corpuscula haberi minima solent, possunt quidem omnia magna corpora dissolvere; ipsa tamen nullo unquam modo mutata apparuerunt.

4to ignis vehementissimus, tam artificialis terrestris, quam solis in foco vitrorum causticorum collectus, quia summus confector et consumptor omnium, corpora in determinatos duntaxat subtilitatis gradus reducere potuit, non in infinitum dividere. Nam aurum in fumum duntaxat tenuem potuit convertere, similesque determinatos effectus attenuationis in alius etiam corporibus exercet.

5to adtritus corporum supra se invicem partes magnas quidem a se removet, non tamen eas ulterius in infinitum usque parvitatem, uti ex vitrorum supra porphyrites diuturna tritu, similibusque aliis corporibus constat. Quae omnia autem sic argumenta, quae et Musschenbroekio attulimus, satis evincunt, omnes divisiones, quae in majoribus corporibus, actu esse finitas, et limitatas. Separando vim cohaerentiae, quae partibus corporum est, separans a se invicem partes, quae unitate copulantur, sive ea dicantur Atomi, sive elementa, sive ultima solida sive individua, non autem divino partem ipsorum, sive unitatem frangit. Concludendum itaque corpus omne, licet in infinitum sit divisibile, quatenus nulla in eo pars excogitari potest, quin detur minor; actu tamen in infinitum numero partes naturae viribus secari non posse.

Caput 2dum

De Soliditate

Soliditas, sive impenetrabilitas est attributum, quo corpus omne ceteris undequaque prementibus corporibus resistit, ne eundem cum ipso occupent locum. Sic corpus e. c. aliquod, si extra manus teneatur, nunquam ad mutuos contactus manus pervenire patitur, quamvis maxima vi undequaque prematur.

Cartesiani, et Leibnitiani sequuti Aristotelem, soliditatem fluere ab extensione opinati sunt, statuentes fieri e. c. non posse ut ubi extensio pedis cubici datur, alia extensio pedis cubici eundem occupet locum, nisi priori destructa extensione; adeoque idea ipsa soliditatis dependeret ab idea extensionis. Verum non recte argumentato. Pulsis ex eo nates, quod si nunquam corpus aliquod pressissemus, eamque conspexissemus tantum extensum, nunquam habuissemus aliquam de ejus soliditate ideam. Patet etiam ex imaginibus corporum a cavo speculo redditis, et in aere pendulis, quae extensione donantur, non secus ac corpora ipsa, et soliditate tamen destituuntur. Hoc quippe, si nemo prius hujusmodi imagines vidisset, nihil tetigisset, formasset quidem ideam extensionis, nunquam vero soliditatis.

Omnia corpora sive firma, sive fluida deprehenduntur solida. De firmis nullum occurrere potest dubium, sed et Fluida in vasculis conclusa, et pressa eandem, quam corpora firma, resistentiam ostendunt, ne excepto quidem aere, ceteroquin mollissimo. Nam licet magna pressione aliquantum soleant introrsum cedere propter poros, quos solidi partes ingrediuntur, impletis tamen poris, maximae etiam pressioni resistere experimur. Hinc nisi corpora soliditatem obtinerent, et minimas pressiones in similes averent. Similiter deorsum premi posset cubus, ut superior suprimus inferiorem tangeret, quid, ubi inter utramque suffi[illegible] intermedium est, destructum foret.

Ex hactenus dictis consequitur primo soliditatem, quae corporis est attributum, diversam esse a soliditate Geometrarum, qui eas magnitudines nuncupant solidas, quae extensae sunt in longum, latum, atque profundum, quaeque propterea solida se mutuo penetrare posse supponunt. Non enim solent Geometrae, sicuti Physiologi, opponere magnitudinem solidam magnitudini penetrabili, sed extensioni duntaxat planae, vel curvae, lineari nimirum, et superficiei.

Consequitur 2do corpus omne distingui per soliditatem a quacunque magnitudine, quae licet trina polleat dimensione, predita tamen non est extensione impenetrabili. Quoniam vero extensionem hanc penetrabilem, quae spatium dicitur, plures adversus Cartesianorum placita re ipsa existere supponimus, aliunde vero illius demonstratio Physicae nostrae demonstrationum omnino necessaria est, res ipsa monet, ut hoc loco de illa agamus.

Caput 3.

De Spatio.

Spatium est immobilis magnitudo extensa in longum, latum, et profundum, in qua corpora collocari, atque moveri concipimus. Existere spatium, ex antiquis hoc Philosophis docuerant Leucippus, Democritus, Epicurus, Lucretius, ex recentioribus Patritius, Gassendus, Morus, Newtonus, Lockius, Clarkius, Gravesandius, Musschenbroekius, Keilius. Non existere vero post Aristotelem opinati sunt Cartesius, Malebranchius, Regius, Rohaultius, Hobbesius, Leibnitius, Hartsoekerus, Wolfius.

Triplex cum Gassendo distingui potest spatii genus, spatium nempe separatum, seu extra universum existens, coacervatum, et disseminatum. Spatium separatum extensio est immensa, et infinita extra mundum existens, cujus scilicet nulla concipiuntur termini: spatium coacervatum notabilis dicitur extra universum extensio spatium dispersum, seu disseminatum extensio vacua et ipsa imaginatione exigua. Sic spatium V. C. parallelepipedum inter latera figurae cavitate contentum si omnia ab illo Deus extraheret corpora, spatium, seu vacuum esset coacervatum; pori autem minutissimi inter particulas eximinimas arenulas intercepti, si omni destituerentur materia, spatiola, seu disseminata forent vacuola. Quoniam vero qui spatium omne destitutum corpore excludunt, asserere solent primo nullam formari posse ideam spatii vacui, 2do fieri non posse, ut spatium illud existat; 3tio reipsa in universo non existere, sit

Fig. 8.

Fig. 9.

Prop. I. Concipi potest spatium omni corpore destitutum.

Probatur cum Musschenbroekio Cap. 3 Elementorum Physicae ita demonstramus. Primo concipi potest punctum A Fig. 8 mathematicum et procul tale aliud punctum B. Inter puncta A, et B habetur distantia, seu spatium, quod capere potest lineam mathematicam A B. utrinque in B terminatam. Concipi ergo primo potest, mathematicum omnium corporum, seu spatium corpore omni corpore vacuum.

2do praeter lineam A B, concipere ponimus aliam lineam C D a priori diversam, et illi parallelam. Inter duas hasce parallelas interjacet spatium, quod capere potest mathematicam superficiem A B C D. Concipi ergo 2do potest spatium longum, et latum, seu spatium planum.

Fig. 10.



Fig. 11.



3tio praeter superficiem mathematicam A B C D Fig.a 10 concipi potest alia superficies E F G H priori parallela, inter quas spatium interjaceat a binis prioribus spatiis diversum, quod corpus triplicis dimensionis revera non est. Vel concipimus contingere Fig. 11 primam superficiem A B C D, secundam E F G H, 3tiam A B E F, quartam C D G H, quintam B F D H, et sextam A C E G; quae omnes simul comprehendunt spatium trinae dimensionis, in hoc tantum a spatio praecedenti, [illegible] diversum, quod undique terminatum, et circumscriptum exhibeatur. Possumus itaque 3tio formare ideam spatii quod extensum sit in longum, latum, et profundum.

Jamvero formatam hactenus spatii ideam repraesentare duntaxat menti extensionem triplicis dimensionis, neque esse confundendam cum idea corporis; quamquam res manifesta videtur; ita tamen majoris claritatis gratia demonstratur. [illegible] sex superficies, Fig.a 11, conceptae nec sunt partes spatii quod comprehendunt, neque ad illud ullo modo pertinere possunt. Nam primo spatium, Fig.a 11, conceptum est extensio triplicis dimensionis, superficies vero duplici tantum pollent dimensione, adeoque, quum sint res non diversae, simul non sunt confundendae. 2do, spatium Fig.a 10 conceptum non undique superficiebus terminatum. Spatium itaque triplicis dimensionis, quod huc usque concepimus, non sua superficie destituitur, ergo differt a corpore, quod semper superficiebus undique terminatum concipitur. Verum quod magis evincit, omnino esse diversam efformatam spatii ideam ab idea, quam solemus producere corporis, illud est; quod extensionem sive inter duas superficies Fig.a 10, sive inter sex superficies Figurae 11 interceptam ab aliquo corpore penetrari posse intelligimus; extensionem vero inter sex v.c. aurei cubi superficies comprehensam ab alio cubo posse penetrari, ne fingere quidem valemus.

Dicunt 1. Cartesiani ideam spatii eandem esse cum idea materiae; quum ubi concipitur extensio, ibi necessario concipiatur materies. Colligere licet, ait Rohaultius Tractatus Physici parte 1. Cap. 8, inane quod vocant Philosophi, nullum esse posse. Si inane [illegible] intelligunt spatium sine materia; nobis autem spatium, seu extensio unum, et idem est materia. Et quaerere, utrum spatium sine materia possit esse, idem est, ac si quaeras, utrum materia sine materia possit esse, quae inter se repugnant manifesto.

R. Secundum systema Cartesianum, et Leibnitianum eandem esse ideam spatii cum idea materiae, non secundum principia ceterorum Philosophorum. Qui corporis naturam in trina dimensione positam esse volunt, quique extensionem spatii a corpore non distinguunt, fateantur necesse est, ideam spatii non esse diversam ab idea materiae. Sed nos, qui corporis essentiam in trina dimensione non collocamus, qui penetrabilem extensionem ab impenetrabili distinguimus, qui corpora cum spatiis non confundimus, recte philosophamur, quum aliam esse dicimus ideam materiae, aliam spatii materia destituti.

Dicunt 2do. Nulla est idea spatii omni corpore vacui. Ergo etc. Probant antecedens: spatium corpore vacuum est purum nihil. Ergo

R. neg. ant. ad prob. neg. ant. Quanquam, si sensus nostros consulamus, vix quidquam percipi potest, nisi per modum rei sensibilis et corporeae; nihil tamen vetat, quominus a corporis proprietatibus praescindentes, solam, et nudam extensionem incorpoream, seu potius extensionem corpore privatam intelligamus, in qua vel corpora continentur, vel contineri possunt. Quare idea hujusce extensionis est utique idea nihili, si nihil illud esse volunt, quod neque spiritus est, neque corpus; non est autem idea nihili, si putant ideam spatii esse ideam alicujus entis independenter a nostro intellectu existentis. Quod si urgeant, supremum substantiae, seu entis genus dividi a Philosophis in corpus, et spiritum, respondendum est, dividi etiam a summis Philosophis in corpus, spiritum, et spatium.

Dicunt 3tio cum Willichio. Si impenetrabilitas constitueret discrimen inter spatii, et corporis extensionem, praecisa impenetrabilitate, darentur duo extensa solo numero differentia, et in omnibus convenientia. Sed repugnat dari res solo numero differentes. Ergo etc.

R. cum Muschenbroekio impenetrabilitatem haudquaquam discrimen facere inter extensionem spatii, et corporis, sed inter spatium, et corpus. 2do nolim non posse impenetrabilitatem a corpore naturalibus saltem viribus. 3tio impenetrabilitatem non solum discrimen facere inter corpus, et spatium, sed plurimas alias proprietates, quae vel sunt in corporibus, et desunt spatio, vel desunt in corporibus, et spatio conveniunt. Nam spatium v.c. est infinitum, corpus superficiebus terminatum: spatium est immobile, corpus mobilitate donatum. Itaque etiamsi impenetrabilitas sejungi posset a corpore; non tamen spatium, et corpus essent duo extensa solo numero differentia, et in omnibus convenientia.

Propositio 2da. Fieri potest, ut in Universo existat spatium omni corpore vacuum.

Propositio demonstratur. Non repugnat summe potentem Deum creasse Sphaeram A. Fig.a 12, in ea creatam omnem materiam inclusisse, sphaeram, atque materiam interceptam in absoluta quiete posuisse. His positis, nullam involvit contradictionem, quod Deus omnipotentia sua in nihilum redigat portionem materiae B. Fieri ergo potest, ut destructa, seu annilata materia B, remaneat in Sphaera A, quam pro universo sumimus, spatium vacuum B.

2do, concipiamus Deum universam materiam inclusam voluisse duabus se se contingentibus Sphaeris A, et B Fig.a 13. Quum duae illae Sphaerae se se in solo puncto tangant, quis non videt spatium extensum D C E, et F G L necessario remanere omni materia destitutum? Fieri ergo potest, ut existat in universo spatium vacuum; nisi asserere velimus, non posse Deum tales construere sphaeras, quod de Deo summe potenti ne fingere quidem possumus.

Dicunt 1. contra primam nostram demonstrationem; anihilata materia B, spatium illud repletum iri a materia, quae reliquas constituit partes Sphaerae A; adeoque neque in facta hypothesi vacuum futurum spatium B.

R. destructa illa materiae portione, necessario futurum spatium B omni materia destitutum. Quomodo enim materies, quam supponimus fuisse Sphaerae A inclusam a Deo omni motu carentem, tanta esse potest virtutis, ut moveatur statim ad replendum spatium B? Potestne materia a semetipsa incitari ad motum? Non concedent, ut arbitror, Cartesiani, nisi innumera nobiscum esse admittenda, quae inde consequerentur absurda. Sed demus, portionem aliquam materiae in facta hypothesi moveri notasse ad occupandum spatium B. [illegible] intercedere debuit aliquod vacuum post annilatam materiam B, antequam reliqua materies suo loco moveretur, et totum repleret spatium B? Concipi ne potest, in puncto temporis moveri materiam a puncto vel C, vel D, et simul esse in spatio B? Deinde, si moveretur materies a puncto C, vel D; annon semper vacuum aliquod spatiolum remaneret infra C, vel D? Eo itaque deveniendum semper est, ut concedatur spatium vacuum nullam repugnantiam involvere.

Fig. 12.



Fig. 13.



Dicunt 2do contra 2dam nostram demonstraonem, duas illas spheras A, et B mutuo in facta hypothesi habituras interme dium spatium; futurum quippe esset, inquiunt, ut non in solo puncto, sed in tota superficie se se contingerent, quoniam ea necessario se deberent contingere, inter quas nullum interjaceret corpus.

R. inclusa universa mãa in duabus sphæris A, et B futurum necessario intermedium spatium omni corpore vacuum. Nam nisi velint Adversarii duas illas spheras non esse amplius spheras, et nisi totam Geometriam evertendam esse putent; fieri non potest imo neq. concipi, quomodo duæ sphæræ se se contingant in tota superficie. Quum autem ajunt ea se contingere, quæ nullum habent interjectum corpus, petunt manifeste principium. Sed huic argumento satisfecimus in precedenti Libro, Cap. 1 Propone 1 in resp. ad Objectionem primam.

Dicunt 3tio. Si non repugnat spatium destitutum corpore, non repugnarent etiam spatia extra mundum infinita, sed spatia extra mundum infinita repugnant. Ergo etc. Mr patet ex responsione ad objectionem 3tiam precedentis Propois. Pro mr. Nam spatium illud infinitum hypotheticum e, quum nulla sit illius idea, sitq. improductum, et independens a Deo.

R. ex possibili alterius mundi existentia, et ex divina immensitate inferri satis manifeste, spatia extra mundum infinita, quæ spatia communiter imaginaria nuncupantur, non repugnare. Nam si potest Deus alterum mundum etiam infinite ab hoc nostro dissitum condere, spatium aliquod existat necesse est quod plurimum distet a spatio, in quo mundus hic existit, ut possibilis ille mundus collocetur. 2do, si Deus immensus est, debet infinita spatia replere, secus infinita illius natura concipienda esset veluti finito spatio conclusa. An forte Dei substantiam, interrogat D. Augustinus Lib. 11 de Civit. Dei Cap. 15, a tantis locorum extra mundum spatiis absentem esse dicturi sunt, et uno tantum, atq., in comparatione illius infinitatis, tam exiguo loco, in quo mundus est, occupatam? et respondet vir sanctus, non opinor, eos in hæc vaniloquia progressuros. et merito quidem adversariorum argumenta vaniloquia nuncupat. Demus n. Deum extra mundum non extendi. In hypothesi, quod Deus novum mundum creare vellet, ipsi quoad substantiam presens fieri deberet, quum Dei operao ab illius substantia non distinguatur. Verum, quomodo novo mundo presens fieret, quin moveretur loco; quod divinæ immensitati repugnat? Fatendum igitur est, Deum in infinitis extra mundum spatiis existere.

Neq. asserant, infinita spatia esse chymerica, et nullam de illis efformari posse ideam. Nam si spatia concipiuntur finita; cur concipi non poterunt infinita? Concipiatur linea in infinitum ducta, et producetur idea spatii infinite longi. Supponatur superficies in infinitum protracta; et habebitur idea spatii infinite longi, atque lati. Sex illæ superficies Fig. 11, excogitentur a se invicem removeri usq. in infinitum, et acquiretur idea spatii immensi in longum, latum, atq. profundum extensi. Rursus sex illæ superficies, quas claritatis gratia efformavimus, ex mente deleantur; et formabitur idea spatii interminati, ac magnitudine infiniti. Sed spatium infinitum, inquiunt, improductum conciperet, et independens a Deo. Ex nostra sententia duo hæc non consequuntur absurda. Quamvis n. ad constitutionem spatii nihil aeris, nihil ignis, nihil, uno verbo, mãæ concurrat, concurrit tamen aliquid dimensionis, et capacitatis, quod et productum fuit, et dependet a Deo.

Instabunt. Deus satis concipitur infinite extensus per hoc, quod possit infinita spatia occupare, preserti quum Deum minime deceat existere in spatiis, in quibus nihil creandum, vel conservandum foret, et in quibus neq. adorari possit, neq. cognosci.

R. immensum Deum infinita actu spatia occupare debere. Quemadmodum n. quia infinite sapiens est, infinita percipit objecta intelligibilia, ita quia infinite extensus est, infinita replet spatia, quæ si actu non occuparet, nunquam occupare posset, quia Deum locomoveri oporteret. In hisce autem spatiis nihil utiq. creandum, nihil conservandum occurrit. In Judæa nota est Dei notitia, nullus cultus! Verum neq. erant ista in spatio, in quo mundus positus est, ante ipsius mundi creaone. Nunquid tamen Deus in hoc spatio non extitit, ubi mundum condidit? Deinde, nisi velint Adversarii Jovem, Martem, Saturnum, omnesq. Planetas tam primarios, quam 2darios, suos habere incolas, nisi in Sole, ac singulis Cometis, nisi in singulis Stellis fixis habitatores sunt; in iis certe orbibus nulla est ~~Dei~~ Dei cognitio, nullus cultus. Nunquid propterea in iis corporibus non existit Deus?

Quod si molestius a nobis postulent, quare in hac potius, quam alia spatiorum parte Deus condiderit mundum, et cur mundum ipse per infinita hæc spatia continuo non vagetur, respondebimus ad primum, inutile esse rem hanc inquirere, quemadmodum inutile foret investigare raonem, ob quam hoc potius, quam alio tempore conditus fuerit mundus. In his n. tota rao facti est voluntas facientis. Ad 2dum, quum nullum sit extra mundum centrum, quo corpora ferantur, mirandum non est, ne circumquaq. mundus vagetur.

Dicunt 4to. Si spatium existit infinitum, in quo sit Deus, jam spatium erit ens absolutum, æternum, independens a Deo, et passionis expers. Sed ens extra Deum, absolutum, æternum ~~-~~ etc. repugnat. Ergo spatium repugnat.

R. ne Mim. Quamvis concedamus spatium esse ens, sicuti corpora, et spiritus entia nominantur; non consequitur tamen esse illud ens absolutum, æternum, et independens a Deo, quemadmodum neq. corpora, neq. spiritus talia entia sunt. Ingenue equidem fatemur non posse nos intelligere spatii creaonem; sed neq. creaonem mãæ ex nihilo possumus intelligere. Creatum autem fuisse spatium, pro certo habemus, quum non sit absolute necessarium, et potuerit non creari; si n. Deus neq. corpora, neq. quidquam aliud creare voluisset, necesse non fuisset, ut spatium existeret. Hinc neq. pre omni notum spatium, neq. ante Deum existere potuit ~~potuit~~, neq. cum Deo simul existere cepit. Nihil quippe in spatio est, quod agat, nulla in eo vis continetur, qua esse inciperet. Spatium itaq. non est æternum, proindeq. neq. independens a Deo. Tandem passionis expers est spatium, si intelligatur non posse moveri, sicuti moventur corpora, aut corporum more in partes secari, proprie tamen passionis, seu mutaonis est capax, quum vel repleatur corporibus, vel ut illis, vacuum fiat.

Ceterum, non repugnare immensum, atq. infinitum spatium, imo necessario esse admittendum, plurimis, ut ajunt, positivis argumentis confirmari potest. Unum duntaxat proponimus cum Petro Gassendo, quo usus est olim Stoicus Cleomedes. Omne terminatum, sive finitum aliquo alterius generis terminatur. Sic corpora alio alterius generis terminantur, superficie scilicet, quæ corpus non est. Superficies terminatur linea, quæ diversi est generis a superficie. Et linea punctis, quæ lineæ non sunt. Necesse est itaq. si spatium, quod mundum amplectitur, est finitum, seu terminatum, in aliquid aliud alterius generis desinere. Nihil autem alterius generis excogitare possumus diversum a spatio, in quod spatium ipsum desinat. Ergo infinitum est spatium. Si quis alias exoptaret demonstraones ad spatium potissimum infinitum probandum, consulat laudatum Gassendum Physicæ Sect. 1. Lib. 2. Cap. 2. Quæ n. hactenus diximus sufficiunt ad evincendum, illud saltem non repugnare.

Fig. 14.

Propo 3tia. Existit in Universo spatium vacuum, quod Coacervatum dicitur.

Fig. 14

Pro 1. Propo ex sola consideraone motus in corporibus. Sint duo Parallelepipeda A, et B quæ se se contingant planis C, et D. Duo hæc Parallelepipeda a se invicem removeantur in quamcumque distantiam. Tum tempore illo, quo mutuo separabantur in tercedet spatium omni corpore vacuum. Nam etiamsi, dum erant parallelepipeda simul unita, subtilissima undiq. ambirentur fluida mãa; etiamsi fluidum illud preditum esset mobilitate celerrima, qua inter duo parallelepipeda interflueret impleturum

Fig. 15.



omnia intervalla; necesse semper est, ut dum inserit se se, procedat ex partibus exterioribus, prius veniat ad partes altiores, vel inferiores ee, ff, quam ad intermedias partes gg. Antequam ergo interceptum inter duo parallelepipeda spatium fluido suo tilissimo repleat, intercedent aliqua temporis momenta medium spatium quo omni destitutum corpore. Existit ergo in universo vacuum coacervatum.

Pro: 2do probo ex corporum Resistentia. Corpora omnia predita esse vi inertiae, qua fit, ut a statu suo vel quiescendi, vel movendi difficulter deturbentur, omnes fatentur Philosophi, licet non omnes in exprimendo corporeo hoc attributo, vocabulo inertiae utantur. Jam vero, quoniam universa corpora inertia sunt, consequens porro, non posse aliquod corpus moveri per spatium fluido eam subtilissimo repletum, quin Resistentiam, adeoque Retardationem patiatur. Sit igitur digitus A Fig. 15, qui movendus sit directione A D. Si omnia in Universo plena corporibus sunt, ita ut inter A, et D nullum intercedat spatium vacuum, moveri non poterit digitus A, quin promoveantur, seu loco moveantur corpora omnia ab A usque ad D. Hisce positis, sit A punctum aliquod in superficie Telluris; D autem sit Stella fixa, quae O C. Syrius nuncupatur. Recentiorum Astronomorum observationes docent tanta esse distantiam inter Syrium, atque Tellurem, quantam globus ex tormento bellico expulsus emetiri tantum posset spatio annorum 104166666636. Ut ergo moveatur digitus A directione A D tot erunt loco movenda corpora, quot pertransiret seu percurreret globus e bombarda summa vi explosus tempore centum quatuor mille [illegible], centum sexaginta sex millionum, sexcentorum sexaginta sex mille, sexcentorum triginta sex annorum. Sed digitus A movetur versus D, insensibili ferme momento temporis, ad minimam distantiam. Ergo insensibili ferme momento temporis, tot promovent corpora a digito A, quot promoverentur a globo bellico spatio 104166666636 annorum. Quid autem dicendum, si tantum concipiatur spatium inter A, et D quantum erat inter superficiem Telluris atque fixas illas, quae in via Lactea, secundum accuratiores Astronomos, infinito adhuc majori distant intervallo? Quid dicendum si tantum concipiatur spatium inter A, et D, quantum revera concipiendum est inter superficiem Telluris, et concavum corporis cujusdam Universi finem? Annon infinita numero movenda erunt corpora inter A, et D intermedia? Annon infinitorum ferme numero corporum, propter inertiae vim, immensa ferme erit resistentia? Annon immensam illam resistentiam nonnisi vis infinita superare poterit? Quomodo ergo digitus A finita, et admodum exigua vi donatus infinita illa promovere poterit corpora? Sed experientia constat esse, vix ea vocata vi, moveri digitum A directione A D, ne tanta quidem corporum resistentia. Ergo inter A, et D pauca dantur corpora si comparentur cum spatiis destitutis materia [illegible] quae quum vi careant inertiae digito se se moventi A haudquaquam valent resistere. quae cetera corporis alia figura donatis in magnitudine ad motum

Pro. 3tio probo ex Motu corporum coelestium. Observavit, demonstravitque Newtonus solidam aliquam Spheram in fluido ejusdem secum densitatis circumactam amittere debere dimidium suae velocitatis, antequam spatium percurrat equale triplo ejusdem Spherae diametro. Sed, si omnia sunt plena, omnia sunt equaliter densa. Ergo Planetae, atque Cometae qui in spatiis coelestibus circumferuntur, motum, quem initio a Conditore acceperunt, deperdidissent aut omnino, aut saltem maxima ex parte. Hoc est contra experientiam; Corpora quippe Planetarum, Cometarumque feruntur circum Solem iisdem nunc ordinatis Periodis, quibus ferebantur sexcentis abhinc seculis, imo ab ipso principio Universi. Ergo Planetae, atque Cometae, qui nullam patiuntur resistentiam suas circum Solem conficiunt ordinatas Periodos, moventur per spatia destituta corporibus. Existit ergo in universo vacuum coacervatum, et quidem maximum.

Opponunt 1. Aristotelei. Si in hoc sensibili universo plena forent omnia, Dei potentia, sapientia, bonitas magis elucerent. Nam, quo plus materiae existit in mundo, eo major occasio praebetur Deo, ut agat, suamque potentiam, sapientiam, et bonitatem ostendat, Deus quippe operari non potest in spatium, sed tantum in materiam. Ergo, ut operetur Deus, nullum erit in Universo spatium vacuum, sed ubivis erit materia.

R. cum Cl. Mussenbroekio Elementorum Physicae Cap. 3, n° 87 Deum eque operari in spatium vacuum, ac in corpora quae ipsum, non secus ac corpora, creaverit, conservet, et sua immensitate repleat. Si Deus voluerit creare spatium, et corpora, aut Vir Cl. annon in hac creatione non satis eminet summa potentia, et sapientia? An vero non satis magna sunt, quae creavit? Certe, quum spatium infinitae magnitudinis ex nihilo produxit, et Solem centies millies majorem Terra, et Fixas Stellas Soli totidem superantes numero infinitas in hoc spatio posuit; non minor sapientia in creando spatio, quam in corporibus eminet. Si vero discrimen hic ponatur quoad praestantiam, si in praestantissimas modo substantias Deus operari dicatur, cur quis minorem putet tantum spatio infinito, quam corpori finito inesse demonstravit? Tum, quomodo sunt, Deus modo in praestantissimis substantias, et non in omnibus operari? non sunt enim praestantiores corpore homines, bruta, [illegible], clarisque possibilia? Num propterea Deus, neglectis corporibus, operabitur tantum in animos?

Instabunt 1. majorem in pleno mundo, quam pleno simul, et vacuo esse perfectionem. Certe, inquiunt, perfectior [illegible] si illius partes simul unitae conspiciantur, quam si per interjecta spatia vacua intelligantur divisae.

R. majorem hanc perfectionem in pleno, quam vacuo et pleno mundo summis Philosophis [illegible] haudquaquam probari. Porro refert quidem Aristoteles, rejecto vacuo, perfectiorem extaturum mundum. Nos [illegible] novorum virorum auctoritate suffulti, et efficacissimis rationibus innixi in illa mundanarum partium mutua conjunctione maximam universi perfectionem animadvertimus. [illegible] Universi motus, a quo rerum omnium productio, et conservatio dependet, quique proinde majorem, imo totam constituit Universi perfectionem, nullus in universo fuisset.

Instabunt 2do, exclusio vacuo [illegible] motus [illegible] universum esse plenum [illegible] nonnisi unum corpus, dum vires suas corporibus intermediis communicat, corpora eam longissime distantia movere. Verum [illegible] ponant vacua, quum vacuum [illegible] nulla erit [illegible] communicatio motus.

R. [illegible] vacuo nec haberi nec ullo modo concipi motum posse; moveri quippe corpora non possunt [illegible] motus definitione, nisi varias dissitas intervallo [illegible]. Hinc, si mundus plenus foret, vel nullus esset in corporibus motus, vel [illegible] corpora, ut unum duntaxat moveretur corpus; quemadmodum argumentabantur olim Epicurei inquientes: moveri non potest corpus A, nisi [illegible] corpus B, [illegible] moveri non potest nisi [illegible] corpus C [illegible]. Vel itaque corpus A comparatum [illegible] debet corpus B, et corpus B [illegible] corpus C [illegible] impossibile, [illegible] movere corpora A, et B, [illegible] prius movenda sunt corpora, quod porro est impossibile.

Opponunt 2do cum Leibnitio, attenta perfectione Dei et ratione sufficienti, vacuum repugnare. Praetermittit, inquit Leibnitius Ep. 4.

ad Clarkium, quamplurimis aliis rationibus, ex amore ac perfectione Dei et ex ratione sufficienti argumentandum contino. Pro certo habeo omnes perfectiones, quas Deus conferre potuit creatis rebus, sine ceterarum perfectionum incommodo reipsa fuisse collatas. Si coitat [illegible] spatium aliquod omnino vacuum. Deus potuisset in hoc spatio materiam aliquam collocare; et, citra ullum rerum aliarum creatarum detrimentum. Ergo, si potuit, eam revera collocavit. Ergo nullum est spatium omnino vacuum; ergo plena sunt omnia. Sed et aliud occurrit argumentum a necessitate rationis sufficientis rationem accepturum. Fieri non potest ut aliquod principium determinandi proportionem materiae, scilicet pleni cum vacuo, aut proportionem vacui cum pleno. Dicet fortasse aliquis, unum esse debere aequale alteri. Sed quum materia sit vacuo perfectior, ratio docet servandam esse proportionem geometricam et tanto majorem esse debere quantitatem pleni, quanto magis plenum est vacuo praeferendum. Itaque nullum hoc modo erit vacuum quia perfectio materiae se habet ad perfectionem vacui eo modo, quo se habet res aliqua ad nihil. Haec acute Leibnitius meminit.

R. duo haec Leibnitiana argumenta nec ipse Aristotelea mirum addita, spectato corporum motu, omnino corruere. Atque ad primum quod attinet, potuit ille Deus in spatio vacuo aliquam collocare materiam. At num plenam eam revera collocavit? Minime, prout [illegible], ut demonstratum est, haberi non potest corporum motus, si plena sunt omnia: et, si motus praecipuas conferat universi perfectiones, non potuit Deus universi perfectionem consulere, si vacuum nullum esse decrevit. Quare oppositum argumentum in adversarios [illegible] convertimus. Pro certo habemus Deum reipsa contulisse universo omnes perfectiones, quas rebus creatis conferre potuit, citra detrimentum aliarum perfectionum, quae in primis universo a nobis conspiciuntur. Sed Deus citra detrimentum aliarum ullarum perfectionum imo vero primas, ac praecipuas perfectiones, potuit rebus mundanis conferre motum. Ergo revera illum contulit. Sed motus secundum [illegible] leges conferri non potuit, nisi aliquod esset spatium vacuum, in quo corpora moverentur. Ergo voluit Deus spatium hoc vacuum existere, ergo plena non sunt omnia.

Ceterum quod ait Leibnitius, Deum scilicet omnes illas perfectiones rebus creatis contulisse, quas conferre potuit sine detrimento aliarum perfectionum, quae in iisdem rebus insitae jam sunt, negare merito possumus. Nam sine detrimento perfectionum, quae sunt V.C. in Angelis, alias procreare potuit quum summe sapiens, et summe potens sit, eisdem Angelis tribuere perfectiones quod tamen haudquaquam fecit. Sine detrimento perfectionum universi, majorem V.C. universo amplitudinem, aliasque amoenitates, varietatibus et pulchriora genera majora uno verbo, ornamenta conferre potuit, nec tamen contulit. Rursus, quemadmodum potuit Deus et homines, et Angelos in majore numero condere, quos tamen non condidit, ita potuit fortasse citra imperfectionem universi creare omnia plena, nec tamen creavit.

Ad 2dum argumentum, etiam nos asserimus determinari non posse proportionem pleni cum vacuo, aut vacui cum pleno. Quantitatem vacui esse debere quantitati materiae aequalem non dicimus; imo multo majorem esse putamus vacui quantitatem, ut corporum praecipue coelestium haberi possit motus. Quod vero subdit Leibnitius falsum omnino est. Inprimis non, etiamsi plenum, seu materia vacuo esset perfectior, non sequeretur tamen servandam esse proportionem geometricam videlicet non plerumque asseverandum foret quod si [illegible] V.C. pleni perfectio ad vacui perfectionem rationem habeat octuplam, ita quantitas quoque pleni ad quantitatem vacui rationem habeat octuplam. Nam quae, quaeso necessitas Deum impulisset ad hujusmodi proportionem servandam. Num rerum magnitudines, et perfectiones debent esse proportionales. Cur fieri non potest, ut corpus A quoad suas perfectiones majorem habeat rationem ad corpus B, quoad magnitudinem vero ad idem corpus B minorem habeat rationem. Etiamsi igitur major esset materiae perfectio, non plerumque quidem materiae quantitas, et perfectio cum vacui quantitate, et perfectione deberent esse homologae. Falsum etiam est, quod postremo addit Vir Cl., perfectionem scilicet materiae eandem habere rationem ad perfectionem vacui, quam habet res aliqua ad nihil. Nam, ut superius dictum est, spatium omni corpore vacuum non potest dici nihil, quum aliud sit idea vacui, aliud idea nihili. Asserere saltem debuerat perfectionem pleni eandem habere rationem ad perfectionem vacui, quam habet extensio impenetrabilis ad extensionem penetrabilem; quum duae hujusmodi extensiones sint aliquid.

Quamquam, totum hoc etiam argumentum secundum nostra principia retorqueri potest contra Leibnitianos. Ita nempe ratiocinamur: Nullum dari potest principium, quod determinet proportionem pleni cum vacuo aut vacui cum pleno. Dicet fortasse quispiam unum esse debere alteri aequale. Verum, quum vacuum perfectius sit pleno (admisso siquidem vacuo, habetur materiae, adeoque ipsius pleni motus, rejecto autem vacuo, et unice statuto pleno, nullus haberi potest secundum leges naturae corporum motus) ratio docet observandam esse proportionem geometricam, adeo ut tanto sit in universo spatium vacuum, quanto ad motum pleno spatio perfectius est vacuum. Tum vero quam maxima erit vacui quantitas, quum, sublato vacuo, omnino plenum quiescat, vacuo vero existente, ipsum plenum aliquo concipi possit motu donatum.

Opponunt 3tio haberi, et concipi posse in pleno motum corporum, quin infinita removenda sint corpora, ut unum durtaxat moveatur. Nam sicuti, inquiunt, quum rota circa suum centrum vertitur, eodem momento, quo una rotae pars suum locum deserit, pars altera eundem locum subit; ita motu circulari sic moveri potest in universo quodcumque corpus, ut locus a quolibet relictus ab alio juxta posito statim occupetur, quin infinita, antequam loco moveatur, concipi debeant corpora in motu posita. Explicari etiam potest, quomodo rectilineo motu ferri possint corpora in pleno uno fere indivisibili temporis momento. Nam sicuti navis in aqua natans capite, aut rostro quod aquae introrsum propellit, hic vicinas, et laterales partes, illae partes alias obtrudunt, donec aqua, in puncto fere temporis, ad candem recurrat. Idem contingere potest in omnibus corporibus, quae in universo motu rectilineo aguntur.

R. motum corporum sive per lineam rectam, sive per circularem, sive per ellipticam, omnino intercipere, si plena sunt omnia quod ut demonstremus, considerandus est corporum coelestium motus. Inprimis autem, si plena sunt omnia, observamus cum Newtono Planetas, atque Cometas non posse describere orbitas suas, nisi intra corpus aliquod fluidum, a quo undique et circumdentur, et premantur. Atque, si ita se res habet, vel Planetae atque Cometae a corpore fluido feruntur, quemadmodum ab aqua alicujus fluminis injectum deorsum lignum traditur, vel ipsi provehuntur, findunturque corpus fluidum eo modo, quo pisces aliquando cisternae aquas natando findere videmus. Neutrum autem dici potest. Non primum: quum enim diversae sint, atque ad diversas distantias in Planetis motuum rationes, diversae etiam esse deberent rationes motuum corporis fluidi, a quo Planetae traherentur, quod tamen sine maxima confusione nec intelligi potest neque perfici: quumque, quotiescumque moventur Cometae, eos circumvolvi videamus ad diversas a Sole distantias, et certum sit eos moveri per fluidum Solaris systematis et diversis directionibus, et diversis velocitatibus, concipi et explicari non potest, quomodo unum duntaxat corpus fluidum tot, tamque diversis motibus queat agitari. Sed neque 2dum asserere possumus, corpora nimirum coelestia propellere fluidum. Nam si Planetae fluidum findant, eo modo, quo a natantibus piscibus finditur, quomodocumque subtile sit fluidum, in quo moventur, oportebit, quemadmodum [illegible] [illegible], ut eorum motus semper retardetur, ob continuam resistentiam, quam incurrunt. Quae omnia quum [illegible] [illegible] omnino repugnent, asserendum est fieri non posse, ut corpora circulari etiam motu moveantur in pleno. Quod attinet [illegible] rectilineum, illum quoque haberi non posse in pleno, ex eadem resistentia

corporum ut satis constat.

Instabunt. Regulares, atq. inter se diversi cœlestium corporum motus explicari possunt per diversos mãæ ætheræ vortices, a quibus tam Planetæ feruntur, quam Cometæ.

R. pluribus cõi admissis inter se diversis vorticibus, concipi n̄ posse ordinatos motus corporum cœlestium. Quum n. vortices (sive diversorum mãæ ætheræ vorticum) isti omnino conformes eẽ debeant in suis motibus Planetarum, Cometarumq., quos deferunt, motibus, qui fieri potẽ, ut unde regulares tam inter se diversi vorticum motus per tot secula integri conserventur; præsertim quum in eodem cœli spatio contineantur tum Planetarum, tum Cometarum vortices, et sese compenetrent, seu confundantur? Hinc merito Newtonus, postquam Lib. 3 Optices, Quæst. 28 Cartesianorum vortices rejecit, concludit inquiens. Ut locus sit diuturnis, et regularibus Planetarum, Cometarumq. motibus, omnino necesse ẽ, ut spatia cœlestia omni mãa sint vacua. Fluidum densum nullo modo utile ẽ potẽ ad explicanda phenomena nãæ quando Planetarum quidem, et Cometarum motus ope gravitatis melius explicantur sine illo. Nihil aliud facere potẽ istiusmodi fluidum nisi ut magnorum illorum corporum motus retardaret, efficeretq., ut nãæ ordo languesceret; et in occultis corporum meatibus nihil aliud, quam sisteret partium suarum motus vibrantes in quibus calor ipsorum, et vis omnis actuosa consistit. Porro, ut ad nullam rem utile ẽ istiusmodi fluidum, et contrario autem impediret operationes nãæ, languidioresq. eas redderet, ita nulla firma rão ẽ, quæ nos adducat, ut existere id omnino credamus: ideoq. penitus rejiciendum ẽ. Hactenus Newtonus.

Opponunt 4to. Existit globosa ætherea Mães. Ergo nullum in spatiis cœlestibus datur vacuum. Pro ant. autoritate veterum Philosophorum, Platonis potissimum, atq. Aristotelis, qui in suis libris docuerunt existere substantiam subtilissimam per Universum diffusam, quæ cuncta ad motum excitaret, suprema infimis, infima mediis, media summis, et inis occulto quodam nexu uniret, unita tueretur, locumq. nullum vacuum relinqueret.

R. veterum Philosophorum autoritates nulla rãone innixas, et nullo efficaci argumento suffultas mãam illam ætheream existere nec ipsum quidem Cartesium, multo minus persuasos nos facere. Nunquam docuit Vir Cl. revera universum plenum eẽ mãa ætherea, sed ad explicanda phenomena eam duntaxat supposuit, ut quisq. intelligere potẽ ex Cartesianæ Philosophiæ principiis. Qd si tanti facienda ẽ opinionum antiquitas, ut ab eã discedere vel Philosopho indignum putent; cur, quæso in reliquis ceteris veteris Philosophiæ dogmata, potissimum vero Platonicæ, atq. Aristotelicæ n̄ amplectuntur Cartesiani? Aut cur saltem Leucippi, Democriti, Epicuri aliorumq. veterum in hac re autoritatem parvi eẽ faciendam volunt? N̄ obstat itaq. qd contraria sit nonnullorum aliquorum veterum sententia, Atq., tamen si obstaret, tanta, cum nos habemus antiquorum autoritates mãam illam excludentes, ut parum inde timescendum foret. Istiusmodi medium (ætheream scilicet mãam) ut rejiciamus, inquit Newtonus (Lib. 3. Optices, Quæst. 28, autores nobis sunt antiquissimi illi et celeberrimi Græciæ, Phœniciæq. Philosophi qui principia Philosophiæ suæ Spatium inane, atomos et gravitatem atomorum posuerunt, tacite attribuentes vim gravitatis alii alicui causæ a mãa densa diversæ. Cujus quidem causæ Physici recentiores in rebus nãæ speculandis nullam rãonem habuerunt hypotheses commenta confingentes, quibus phænomena omnia ex mechanicis legibus explicarent, et contemplationes aliarum causarum in Metaphysicam rejicerent; Quum e contrario Philosophiæ nãalis id revera præcipuum sit et officium, et finis, ut ex phenomenis sine fictis hypothesibus arguamus, et ab effectibus rãocinãone progrediamur ad causas, donec ad ipsam demum causam primam, quæ sine dubio mechanica n̄ ẽ, perveniamus, nec tantum mundi mechanismum solummodo explicemus. Hactenus Newtonus.

Qd si Cartesiani adeo mãæ isti globosæ et ætheræ dediti eẽ velint, ut nullum patent eẽ in cœlo spatium, qd ab ea n̄ sit repletum, videamus, ait Cl. Cotesius Præfatione in Principia Mathematica Newtoni, quo tandem oporteat illos pervenire. Vel n. dicent hanc, quam confingunt, mundi per omnia pleni constitutionem ex voluntate Dei profectam eẽ, propter eum finem, ut operationibus nãæ subsidium præsens haberi posset ab æthere subtilissimo cuncta permeante, et implente: Qd tn̄ dici n̄ potẽ, quum jam ostensum sit ex Cometarum phænomenis nullam eẽ hujus ætheris efficaciam; vel dicent ex voluntate Dei profectam eẽ propter finem aliquem ignotum. Qd neq. dici debet, quum diversa mundi constitutio eodem pariter argumento stabiliri posset; Vel tandem n̄ dicent ex voluntate Dei profectam eẽ, sed ex necessitate quadam nãæ. Tandem igitur delabi oportet in fæces sordidas Gregis impurissimi. Hi sunt, qui somniant fato universa regi, n̄ providentia: Mãam ex necessitate sua semper et ubiq. extitisse, infinitam eẽ, et æternam. Neutiquam profecto potuit oriri Mundus pulcherrima formarum, et motuum varietate distinctus, nisi ex liberrima voluntate cuncta providentis, et gubernantis Dei. Huc usq. Cotesius.

Instabunt. Cam Newtonus supponit cœlorum spatia n̄ eẽ vacua. Docet n. ea plena eẽ vaporibus, et exhalaonibus. Certe Newtonus in Quæstionibus Opticis spatium mundanum fluido æthereo repleri supponit, quamvis illud rarissimum habet, et tenuissimum. Ac Robertus Greenius animadvertit Newtonum in altera Optices editione vacuum, qd in prima affirmare constituerat, convertisse in fluidum æthereum; ut legitur in Actis Lipsiensibus ad annum 1729, pag. 240.

R. nunquam docuisse Newtonum immensa cœlorum spatia aliqua eẽ mãa repleta. Docet manifeste in sua Optica explicari n̄ posse corporum cœlestium motum, nisi excludantur spatiis ætherea Cartesianorum mãa plena. Loquens n. de resistentia hujusce mãæ ait Quæst. 28. Aquæ vis resistens oritur præcipue, et fere tota ex vi inertiæ mãæ suæ, et consequenter si spatia cœlestia æque densa essent, ac aqua, haberent utiq. vim resistendi n̄ multo minorem, quam aqua. Si æque densa essent, ac argentum vivum, vim resistendi haberent n̄ multo minorem quam argentum vivum. Si perfecte, planeq. densa essent, sive mãa plena sine ullo omnino spatio vacuo quantumvis fluida, et subtilis esset ea mãa, vim resistendi tamen haberet majorem, quam argentum vivum. Globus plane solidus in istiusmodi medio amitteret amplius dimidiam motus sui partem, interea dum spatium ternas sui diametros longum percurreret et globus n̄ plane solidus, qualia sunt Planetarum corpora citius sisteretur. Hæc Newtonus. Qd si in spatiis cœlestibus aliquam vir summus voluisset admittere mãam, ea admodum diversa ẽ a mãa ubiq. diffusa Cartesianorum. Hæc n. habet superius citata Quæst. Quo itaq. locus sit diuturnis, et regularibus Planetarum, Cometarumq. motibus, omnino necesse ẽ, ut spatia cœlestia omni mãa sint vacua, nisi forte excipiantur erant tenuissimi aliqui vapores, exhalaones, vel effluvia, quæ oriantur ex atmosphæris Terræ, Planetarum, et Cometarum; et æthereum aliquod medium longe, lateq. rarissimum. Ceterum, quidquid Robertus Greenius, et cum eodem aliis asserat, sententiam nostram mutaturi n̄ sumus, etiamsi (qd n̄ concedimus) eam mutasset Newtonus. Docente ipso Newtono, Pythagoreorum consuetudinem detestati semper sumus. Nec movent nos Newtoni dicta, sed argumenta.

Prõ 4ta. Existit in Universo spatium vacuum quod disjunctum, seu disseminatum dicitur.

Pro: 1. Pr̃o. Omnia, quæ sunt intra Universum corpora ex moleculis exilissimisconveniunt aliqua figura donatis, et simul artificiose contextis. Quum autem ex minimis ejusmodi moleculis aliæ cubicæ sint, aliæ sphericæ, aliæ hexahedricæ, aliæ prismaticæ, aliæ cylindricæ, aliæ conicæ, ac nulla demum sit geometricarum figurarum tam regularium, quam irregularium species, quæ in iis non reperiatur; fieri profecto non potest, ut ita sibi invicem adhæreant, seque mutuo contingant, ut secundum omnem superficiem mutuum earum contactus fiat; tum quia ex omnibus figuris rectilineis sola triangula, quadrilatera, et hexagona regularia spatium quod est circa punctum omnino replent, tum quia, si earum contactus secundum omnem superficiem fieret; nulla inter eas haberetur artificiosa dispositio, in qua consistit sua tantibus corporum forma. Consectarium itaque est, ut plurima interspersa vacuola omni penitus corpore destituta ab illis relinquantur naturæ, proinde nullum esse corpus sensibile, in quo vacuum disseminatum reipsa non habeatur.

Atque ut id clarius noscas, et evidentius, cumulum arenarium considerimus. In eo arenæ granula varie configurata conspicimus. Jam demus Adversariis fluidum subtilissimum inter grana quamtentissima se recipere, et poros omnes acutissime implere, non contendent, opinor, ejusque fluidi partes non esse figuratas. Moveatur jam cumulus arenæ [illegible] arenarius, ita ut nullum granum in eodem contactu maneat. Quis, quæso, crediderit posse in tanta porositatum permutatione semper in promptu fuisse particulas fluidi ita figuratas, ut omnia interstitia adamussim impleverint?

Pro 2do Pr̃o ex diversa fluidorum resistentia. Etenim si unum idemque corpus in hydrargyro moveatur, maximam patitur resistentiam; si eadem celeritate moveatur per aquam, resistentiam reperit quater et decies minorem; si eadem rursus celeritate moveatur in aere, dat resistentia quatuor decies millies minor. Jam, si in hisce fluidis nullum vacuum interstitium existeret, ea æque diverse resisterent eidem corpori immerso; resisterent enim in ratione quantitatis materiæ e suo loco pellendæ. Sed, si omnia essent plena, quodlibet esset par quantitas materiæ expellendæ. Deberent igitur singula illa fluida ex æquo resistere. Sed vix resistit aer, multo magis aqua, et magis adhuc Mercurius. Minor ergo materiæ quantitas in aere, multo major in aqua, et major adhuc in Mercurio debet agnosci, proindeque in hisce fluidis concedendum est vacuum. Aliud afferri posset argumentum ex condensatione aeris compressione in tubis, et maxime in sclopeto pneumatico, quod veluti superfluum prætermittimus.

Opponunt 1. Cartesiani. Utcumque minutissima arenæ grana in cumulo arenario diversa figura sint donata, existit tamen subtilissimum aliquod fluidum, quod implere potest, et reipsa implet interstitia ab illis relicta. Etenim, quum fluidum hoc subtilissimum supponas, et citissimo eam motu præditum, facili negotio se se cuicumque figuræ sive ordinatæ, sive inordinatæ accommodat, ut videre est in liquoribus, qui vasis, a quo recipiuntur, figuram quamcumque induunt. Deinde, quum materia hæc subtilissima in infinitum sit divisibilis, quis non videt eam ita attenuari posse, ut vel minimos poros subeat? Hinc igitur proprietatibus subtili materiæ concessis, recte intelligitur quomodo nullum sit inane spatium quod ab ipsa non repleatur.

R. Non est cur ad subtilissimam materiam confugiant Cartesiani, ut relicta a minutissimis corporibus spatia vacua impleant; siquidem subtilis materiæ partibus sua certe figura negari non potest, nisi ad corpus esse negent. At, si figura donantur, dicant, quæso, utrum rotunda, vel quadrata, vel triangulari? Si ex sui constare velint Cartesiani, sphericam, vel prope sphericam figuram illis tribuant necesse est, figura enim hujusmodi plus minus ad fluiditatem confert: materia autem de qua agitur, fluidissima est. Verum quis ignorat sphericas superficies se se in unico puncto vix contingere? Plurimum ergo inter se spatii intercipiunt.

Dicent, fortasse, hoc spatium a subtilioribus corpusculis implendum. Verum, quum secundum celebre Procli Theorema tres tantum figuræ ordinatæ, nempe sex triangula æquilatera, quattuor quadrata, tria hexagona, aptæ sint ad omne spatium implendum, quærimus, num sint figuris donatæ memoratæ particulæ? Si affirmant, jam non erunt partes fluidi, quemadmodum supponunt a Cartesianis, nec moveri poterunt, nisi spatium relinquant; si negant, idem semper consequitur, quod nempe vacuum intercipiant, non enim tali figura præditæ sint ut omne valeant spatium implere.

Neque aliquid conficit aut celerrimus motus, aut mira hujus materiæ aptitudo ad omnem induendam figuram, aut denique ejus in infinitum divisibilitas. Nam, ut singula expendamus, utcumque motus citissimus sit, non potest non esse successivus. In divisione itaque duorum corporum A, B, dubium non est nam materiam debere prius ad partes altiores, quam ad medias, vel interiores accedere, ut diximus in probatione superioris propositionis. Parum quod urgent ex capacitate cujuscumque figuræ subtilis materiæ partibus adscripta: inanis est evasio. Nam licet fluidum totum tale sit naturæ, ut se se figuræ vasis recipientis accommodet, quod probant opponentes ex liquorum exemplo; si tamen spectentur solidæ partes, ex quibus ipsa se invicem perenni motu revolutis fluidum ipsum componitur, eæ profecto non quoscumque poros occludent, sed illos duntaxat, qui æquales sint et figuræ, et magnitudinis. Desinant quidem Cartesiani hoc argumento provocare ad tenuitatem, et divisibilitatem materiæ confugere. Verum quum, supposita quavis divisione, eadem in infinitum usque institui quæstio possit, hæc nunquam solvent, nisi materiam jam in infinitas partes actu divisam esse concedant, quod tamen nullus concessit hactenus Philosophorum.

Opponunt 2do. Alia assignari potest majoris, vel minoris resistentiæ causa in fluidis, quam ad unum vacuum confugiendum sit. Ergo etc. Pro ant. [illegible] materia in majori, vel minori copia [illegible], vel minus [illegible] fluidorum poros pervadens potest in ipsis fluidis diversam resistentiam inducere. Confirmo. Pro ant. Si aliqua est difficultas, ex eo sane quia subtilis hæc materia sua resistentia carere non potest; sed hoc facile explicatur. Ergo etc. Pro min. Hæc quippe materia fluidissima est, perenni celerrimo motu agitata, quo fit, ut nullum ab aliis corporibus intra fluidum motis premendum recipiat.

R. Neg. ant. ad prob. neg. ant. ad prob. neg. sam. Ut hanc difficultatem satisfaciamus, animadvertendum est resistent

XI.

cujuscumque corporis quantitati materiae semper respondere. Constat vero resistentiam esse in quovis corpore in ratione ponderis; pondera autem sunt semper quantitatibus materiae proportionalia. Primo quidem, quia in vacuo, seu medio non resistente, non plus impendet temporis in suo descensu minutissima plumula, aut lanae floculus, quam grandis plumbi [illegible]. Deinde, quia, ut expertus est Cl. Newtonus, si duae aequales lignae pixides, in quarum una ligni quantitas, in altera aequalis auri pondus collocetur, ex aequalibus filis suspendantur, ubi penduli instar longa pedes, juxta se posita [illegible] et videantur [illegible] oscillationes, idem esse contigit, si loco auri ponantur argentum, vitrum, arena, aqua, triticum. In quo experimento quamque videt [illegible] gravitatis quaesito esse sive in ligno, sive in auro. Ubi vero eandem habent actiones, aequalia poni debent obstacula; si vero haec diversa essent, esset actio foret inaequalis. Sed obstacula ista nequeunt esse, nisi quantitates materiae. Ergo materiae quantitates esse debent actionis gravitatis, sive ponderis proportionales. Si autem pondera sequuntur rationem quantitatis, hanc quoque sequuntur resistentiae, quae semper, ut diximus, ponderibus respondent. [illegible]

Haec postrema [illegible] certa, et inconcussa sunt, non video quam ob causam exiguam materiae ab hac communi lege sit eximenda, nisi, dum [illegible] imaginentur diversas proprietates sub [illegible] Cartesiani, velint ex assumpta hypothesi in terris non esse aliquam materiam, quae gravitate careat [illegible] et resistentia. At, si vera loqui volunt, fateri debent istam materiam, cujus natura ab aliis materiae speciebus non differt nisi diversa modorum congerie, aequalem esse sortitam [illegible] ponderis, et resistentiae. Atqui [illegible] ne [illegible] synthesis [illegible]; nec hoc fluidissimus aether sua vi corpora premens, esse gravitatis causam. Quomodo ergo gravitati pareat, resistetque corporibus pigrum, et fluida motibus [illegible]

Hoc unum restat Cartesianis effugium, quod subtilis subtilissima materia cum [illegible], et [illegible] fluidorum poros moveatur [illegible] de externo motu participet. Verum futile parit hoc effugium ostendere. Atque, ut omittam hanc responsionem cum eorum doctrina haudquaquam cohaerere, qui [illegible] in hac materia esse conciliandam gravitatem corporis, ea [illegible], et quaquaversum movendi; non potest materia non participare de corporis motu, nisi corpus ipsum ita sit dispositum, ut omnes poros habeat directioni motus parallelos: Alioquin, si contra pororum latera reflexiones fiant, movebitur materia ipsa simul cum corpore, cujus poros replet. Atqui corpus in motu [illegible] sive in [illegible] angulis ad lineam directionis inclinatos. Ergo tum materia intra poros contenta erit cum corpore promovenda, ac proinde ejusque resistentia a vi motrici [illegible]. Sic ergo [illegible] subtilis materia veteris [illegible], quam ea quoque, velint, nolint Cartesiani, gravitate, et resistentiae [illegible], aequalis [illegible] in [illegible] materia.

[illegible]

Opponunt [illegible]. Esse in sententia Newtoni debent necessario admitti igneas particulas, quae [illegible] interfluentes earum ad se invicem attractionem impediant. [illegible] excludi, statim [illegible] debent corpora evadere, ut patet in metallis liquatis, quae igneas particulas avolantibus [illegible] deducunt. Igneae vero, non secus ac subtilis Cartesianorum materia, nulla videtur [illegible] vis gravitantis. Ferrum quippe candefactum eandem fere ponderis, [illegible] frigidum; [illegible] autem, et stannum [illegible] leviora fiunt. Atqui haec corpora multas continent igneas particulas. Oportet ergo eas [illegible] gravitare ...

R. Quod metalla, cera, aliaque similia corpora ignis actione liquentur, aliunde vero nulla cognoverimus corpora, quae ignem non contineant, probabiliter inde arguunt [illegible] eundem ignem praecipuam esse liquiditatis causam. Esto licet ignea corpuscula in fluidis dispersa sint, ea tamen non statuunt ejusdem indolis cum subtili Cartesianorum materia, quam [illegible] contendunt omni gravitate carere. Ignem [illegible] gravem esse extra dubium ponunt experimenta factis ab illustribus viris Boileo Hombergio, aliisque. Quamobrem [illegible] igneas particulas in fluidis corporibus concedamus in aliqua copia discurrere, eas tamen non carere pondere, neque resistentia. Nec quidpiam [illegible] ex ferri candentis, aliorumque corporum experimentis, quae ut ignis calefacta [illegible] esse liquata leviora reddunt. Si non consideremus corpora haec [illegible], et in majus volumen vi caloris expandi, ex alia vero parte corpora in majus volumen extensa [illegible] esse a resistente aere [illegible] [illegible] quam ob causam [illegible] corporum pondus minui debeat [illegible] aeris majori aequilibrantur. Hinc esse patet cur ferrum [illegible], ut candens, idem ferme pondus [illegible] parum varias, parum esse crescit aeris resistentias, cujus [illegible] [illegible] pondus [illegible] [illegible] ...

Opponunt [illegible]. Resistentia habet esse proportionalem quantitati materiae corporis. Pro quo experimento Cl. [illegible], sumptis duobus globis, plumbeo uno, altero ligneo ejusdem voluminis, eos ex pari altitudine certa quadam [illegible] demisit, atque observavit [illegible] eodem tempore decidisse. Tamen vero, ut uterque globus eandem ab aere [illegible] resistentiam [illegible] voluminis [illegible] esse [illegible]. Atqui inaequales supponuntur quantitates materiae. Ergo gravitas non est proportionalis materiae, proinde nec resistentia.

2do. [illegible] resistentia [illegible] quantitati materiae, [illegible] corpora in diversis fluidis retardari deberent in suo motu pro diversa ratione quantitatis materiae. Sed contra experientiam. Ergo etc. Pro Mr. Observatum est [illegible] globum plumbeum, cujus gravitas est duodecupla gravitatis aquae, conficere in libero aere pedes quadraginta octo tempore duorum [illegible], quo duodecim pedes aquae percurrebat. Si huic experimento [illegible] aquae resistentia non plus quam tres quartas superat resistentiam aeris. Et quid [illegible] diceret in aequali aquae volumine quantitatem materiae esse tantum tres vices majorem ea quantitate, quae in [illegible] aeris continetur? Resistentia ergo attendi debet potissimum [illegible] partium crassitiem extensionem, et tenacitatem, quae [illegible] in liquoribus, talis est tamen, quae [illegible] diversam creare valeat resistentiam. Id manifestum est experimento acus calibeae, quae si munda, et sicca sit, aquae

frigidæ innatare conspicitur. Qd eādem convenit in lamina cuprea ponderis triginta granorum, diametri undecim digitorum quadratorum, et in bracteis auri, argenti, stanni, plumbi, quæ, ut habemus ex historia Regiæ Academiæ Parisiensis, antequam excidant, multis parvis ponderibus onerari possunt.

R. ad primum, posse de hac observatione merito dubitari, tūm n. convenit cum pluribus experimentis hac in re factis a celebri præsertim Desaguliero. Demisit enim in Templo Paulino Londinensi ex altitudine bis centum, et septuaginta duorum pedum modo vesicas siccas in globos formatas, modo sphæras cartaceas modo vitreas quidem ferme diametri, atque in eorum lapsu notabilem animadvertit temporis diversitatem; vesicas namque tempore minutorum secundorum viginti unius, cartaceas minutorum septem, vitreas minutorum sex spatium illud percurrisse: cujus rei aptissima affertur ratio, quum dicitur æqualem resistentiam inæquali gravitati oppositam a majori facilius, quam a minori gravitate esse vincendam.

Ad 2dum. Quamvis fluidorum partes parum admodum cohæreant, illas tamen vi quadam cohærere extra dubium est; proinde, dum corpus in fluido movetur, magis, vel minus in suo motu retardatur, eam pro majori, vel minori cohæsione. Nam hæc retardatio sequitur exacte rationem densitatis fluidi, qd probat experimentum de corpore in aere, et in aqua eadem velocitate impulso, qd retardationem tantum triplo majorem patitur in aqua, quam in aere. Id tamen non evertit nostræ opinionis fundamentum. Nam in solidorum immersione alia videmus observari, quæ a resistentia ex cohæsione repeti non possunt. Constantes sunt hydrostaticæ leges, qd corpus specifice gravius diversis fluidis immersum tantum in ipsis debilat sui ponderis, quantum specificæ gravitatis ipsis fluidis inest, idque verum est, ad quamcumque altitudinem demergatur corpus: qd probat eandem esse sive in superioribus, sive in inferioribus partibus fluidi densitatem. Pariter, si corpus levius in fluidum gravius vi aliqua deprimatur, sursum attollitur, validius quidem, vel minus valide, prout major, vel minor est specifica fluidorum gravitas. In his, aliisque similibus hydrostaticæ notionibus nullum videtur habere locum resistentia ex cohæsione promanans. Si n. locum haberet, jam quum cohæsio non semper sit ponderi proportionalis, sequeretur corpus quandoque minus sui ponderis amittere in fluido graviori, magis vero in minus gravi; qd est contra experientiam.

Rursus, quum de fluidis, æque ac de mollibus corporibus, in quibus cavitates formantur, loquendum sit; quemadmodum mollia corpora a levioribus excavata hæc non repellunt, ita nec fluida post factas in ipsis cavitatem poterunt unquam corpus specifice levius repellere, maxime quum in inferioribus partibus fluidi major densitas fingi non debeat. Hæc itaque repulsio derivari debet ex majori fluidi gravitate, ob quam quum fluidum magis premat immersum corpus, quam hoc fluidum urgeat, ut equilibrium servet, illud sursum attollit. Hæc autem major pressio est ipsa resistentia, quam diximus densitatibus fluidorum proportionalem; nam ea quæ concipimus majorem in uno, quam in altero fluido esse quantitatem materiæ sub eodem volumine.

Qd de acu calibea opponitur, quum experimentum successu pari non constat, si aqua calida sit, aut acus immunda, dubium nobis injicit, aliquam forte vi frigoris levissimam crustulam in fluidi superficie induci, quam acus superare non valeat. Bracteæ vero idem stanneæ, vel plumbeæ quoad crassitiem ita attenuatæ pro majori earum superficie majorem patiuntur a fluido resistentiam. Ita n. fit, ut multo plures e loco dimoveri debeant fluidi partes.

Instabis. Fluida gravitant in ratione basium, et altitudinum. Ergo non gravitant in ratione materiæ, proinde nec in tali ratione resistunt. Consequentia patet. Nam in vase divergente premitur fundus non a tota massa contenta, sed a solo cylindro basi incumbente.

R. dist. ant: Fluida gravitant, id hoc est fundum premunt in ratione basium, et altitudinum conc. gravitant in tali ratione gravitate absoluta, et individuali [illegible] et conseq. in terminis distinctionis. Quum vasis fundus premi non possit, nisi ab iis partibus fluidi, quarum [illegible] [illegible] perpendiculariter incumbunt, hinc sola altitudo et vasis in hac pressione consideranda est. Actio tamen ista, qua fluidum fundum premit, distingui debet ab absoluta, et individuali fluidi gravitate, quæ toti quantitati materiæ respondet. Si n. ope bilancis fluidum in quovis vase contentum liveris, [illegible] non est ipsum ponderare in ratione propriæ densitatis.

~~[illegible]~~: Scholium.

In superiori 2da Propositione asseruimus non repugnare spatia extra Mundum hunc infinita, atque immensa, etsi tamen sint creata. Verum adversus tam finita, quam infinita spatia creationem spatii potissimum efficacissima argumenta excogitarunt Philosophi, quæ præferenda merito nobis sunt. Primum est, si spatium post creationem existit, alicubi collocari oportuit. Concipi ergo debet spatio aliquod præexistens, qd spatii postea creati veluti receptaculum, et locus esset. Præexistebat ergo [illegible] spatio spatium. 2dum est. Si ante creationem spatium nullum erat spatii spatium, nec nullus spatii locus, ante creationem spatii nihil erat extensi. Omnia ergo æqualia erant puncto Geometrarum. Sed quomodo, si tunc nihil erat extensi, immensus esse poterat Deus? 3tium est. Spatium si est creatum, adire eam poterit in nihilum. Cum contentis ergo corporibus abeat ex hypothesi in nihilum, Deo ita volente. Anne superest adhuc spatii distantia ab una ad aliud spatii punctum? Anne vacui eam tunc pariunt dimensiones? igitur, vel contra hypothesim spatium non abiit in nihilum, vel erit admittendum spatii spatium! 4tum est. Si Deus alterum conderet Mundum, ut conderet in extra nostrum, nec concipietur increatum spatium. Nam vel novus Mundus a nostro distaret, et tunc ipsa distantia spatium erit non conditum, vel alter Mundus nostro foret contiguus, et tunc, utroque Mundo statuto sphærico, nonnisi unicum commune contactus punctum, cetera utrinque sufficientem puncta essent distantia, adeoque medium adhuc foret spatium haudquaquam conditum.

Ad vitandam hujusmodi argumentorum vim, docuere nonnulli cum Petro Gassendo spatium esse introductum, æternum, independens, neque tamen consequi inde aliquid absurdum, nam increatum spatium, ut ipsi putant, non est aliquid positivum, sed tantum

spatiorum nihil, seu simplex corporis, et corporearum dimensionum negatio. Verum, ut alias mittam difficultates, quibus in hac re systhema premitur Gassendistarum; qui, quaeso, concipi potest tamquam nihil, quod existit? quomodo nihil habet positivi, quod ad capienda corpora, atque ad ipsum circumscribendum, excipiendumque materiale universum intervit?

Existimarunt alii spatium ab ipso Deo, ejusque immensitate non distingui, ideoque de Deo ab Apostolo dictum *In ipso vivimus, movemur, et sumus*. Placuit haec sententia post Leonardum Lessium Jesuitam Henrico Moro, Josepho Rapsono, Isaaco Newtono, Samueli Clarkio. Sed, ut pace tot clarissimorum virorum dicam, nimis audax censenda est hujusmodi hypothesis, eamque merito veluti indignam confutarunt pluribus argumentis Arnaldus, Musschenbroekius, et Genuensis. Nos solam obiter animadvertimus extensionem, quam spatio cum corporibus esse communem scimus, repugnare Deo, et quibuscumque spiritibus, satis exploratum habemus.

Quid itaque? Creatumne, vel increatum dicendum erit spatium? Superius est illud creatum pronunciavimus; Verum etiamsi increatum diceremus, nihil omnino sequeretur contra spatii vacui existentiam, quam satis evidenter demonstravimus. Fateamur enim, si placet Adversariis, ignorare nos originem, et naturam spatii; sed fateantur ipsi dari reipsa spatium corporibus vacuum, et a corporibus distinctum, de quo quaestionem instituimus. Caeterum, quattuor illa opposita argumenta talia non sunt, quae nullam solutionem inveniant, praesertim si ab Aristotelicis, Cartesianis, et Leibnitianis conficiantur. Nam ad primum, Alicubi certe collocari debuit creatum a Deo spatium; Verum ante creationem non praeexistebat locus, quum locus spatii a spatio ipso non distinguatur, non ergo necesse est, ut admittamus increatum spatium ante spatium conditum. Ad 2dum. Retorquemus in Adversarios argumentum ita ratiocinantes. Si ante creationem mundi nihil nulla erat materies, ante creationem mundi plane nihil erat extensi; omnia ergo aequalia erant puncto Geometrarum. Sed quommodo, si tunc nihil erat extensi, immensum esse poterat Deus? Ad 3tium. In hypothesi, quod spatium restituatur in nihilum, nullae ipsae possunt distantiae a spatii punctis ad alia spatii puncta, nullae dimensiones. Quid enim aliud est spatium, quam variae distantiae, variaeque dimensiones? Spatio ergo ex hypothesi in nihilum redacto, nullae concipi deberent dimensiones, nullae distantiae; secus nulla foret hypothesis. Ad 4tum. Alter mundus possibilis sive a nostro quammaxime distans, sive eidem contiguus claram conditi spatii inducit ideam. Nam quum mundus creari non possit, quin praeexistat spatium, in quo collocetur, non potest concipi novus a nostro distans mundus, nisi prius supponatur conditum novum novi mundi spatium. Rursus, quum distantia alterius mundi a nostro mundo nihil aliud sit, quam diversae dimensiones utrumque mundum mediae, quae dari non possunt, quin fuerint creatae, spatium quoque intermedium una cum novo mundo censendum esset a Deo creatum. Verum, uti nuper diximus, sive aeternum sit spatium, sive conditum, sive immensum, sive terminatum, sive finitum, sive infinitum, parum nos solliciti sumus, illud duntaxat contendentes, existere nimirum spatium omni corpore destitutum; quod erat demonstrandum.

Caput 4tum

De Corporum porositate.

Corpora omnia tantam praeseferentia magnitudinem, ut tractari a nobis possint, porosa deprehenduntur; sive ea fuerint animalium, sive vegetabilium, sive fossilium; quod instituta per microscopia observationes ostendunt mirum in modum. Capiatur enim tenuis aurea lamella, quae deaurandis corporibus inservit. Ea vitro imposita, tum microscopii ope conspecta plurimos exhibebit poros. Idem in caeteris metallis contingit, idem in vegetabilibus. Nam sive a teneris plantis, sive a durissimis lignis novacula acutissima excissae taleolae tenuissimae, secundum qualemcumque positionem conspectissimos poros spectandos praebent, adeo non tam angustis exhibentur donatae poris partes corporis animalis.

Quoniam ex dictis Cap. 3tio quidquid est in corporibus solidum nequit a corpore penetrari, massa omnis corporea, in quam alia ingrediuntur, necessario erit porosa.

Inter corpora, quae facili negotio caeterorum corporum penetrant tenuia foramina, primo loco veniunt Fluida propter exiguitatem sphericarum particularum, ex quibus componuntur; Inter fluida autem principem occupat locum ignis tam coelestis, quam terrestris. Nam radii solis penetrant per omnia corpora, ubi fuerint ita in tenues lamellas redacta, ita ut perluceant durissima etiam metalla vel luci opposita, et nudis oculis conspecta, vel saltem beneficio microscopii considerata: et nullum hacterus inventum est corpus sive firmum sive fluidum, quod subdito igne non calescat, adeo ut corporeus ignis ingrediatur corpora universa per eorum poros, et per poros iterum exeat. Sed alia sunt crassiora fluida, quae penetrando corpora ea porosa esse demonstrant. Mercurius enim penetrat in aurum, argentum, cuprum, orichalcum, stannum, plumbum, cutem humanam, et quodcumque corium, non secus ac aqua in spongiam. Aqua penetrat in omnes animalium membranas, in omnes partes vegetabilium, in saccarum, in salia, eademque arella transit per argentum, stannum, plumbum, crustosos lapides; quod et de oleis confirmat experientia. Fluida ipsa, quoniam porosa sunt, penetrari ab aliis fluidis exploratum est. Teste enim Musschenbroekio, si in tubum continentem oleum vitrioli infundatur determinata aquae copia, et ex tuborum factis antea infusionibus notata fuerit vera altitudo, ad quam utraque mista fluida deberent assurgere; mixtura facta, sedataque effervescentia minoris voluminis massa animadvertetur propter aquam intra poros olei vitrioli ingressam. Idem contingit in aqua permixta cum spiritu vini, cum spiritu nitri, cum sale marino cum lixivio salis Tartari: Idem in Aceto permixto cum lixivio salis Tartari, aut sodae, fatentibus Hookio, Hauksbejo, Reaumurio.

Pororum magnitudo, multitudo, et figura in corporibus variorum generum diversissima est. Contemplantes per microscopium aliqua corpora, tantam in iis deprehendimus pororum multitudinem, magnitudinemque, ut corpora ipsa vix ex partibus solidis constare videantur. Hujusmodi potissimum sunt spongia, suber, et leviora ligna. In Plantis praecipue mira est varietas, de quibus fuse Malpighius, et Leeuwenhoekius in descriptione Plantarum.

Dolendum equidem est nullam hacterus fuisse inventam tractabilem corpoream massam omnino solidam, et non porosam. Nam si aliquando innotesceret, cognosci posset quantum solidi, et quantum porosi insit quolibet caeterorum corporum volumine dato. Statuamus V.C. corpoream aliquam massam omnino solidam magnitudine unius pollicis cubici, pondere sex unciarum,

sitq. consimilis in magnitudine massa B pondere trium unciarum. Jam quisq. videt in massa B tantum ee pororum; quantum solidi.

Ut autem imaginatione comprehendamus facilius, quomodo se habeant in corporibus pori, fingamus aliquas rarioris tegminis sindones, quæ cribris conficiendis inserviunt, sibi mutuo imponi. Massa inde consurget innumeris foraminibus undequaq. perforata. Hoc modo comparata sunt magna omnia corpora: et sicuti per cribrorum transmitti solent corpora cribri foraminibus minora, ita per corpora cribriformia transire solent particulæ cribriformium corporum poris subtiliores. Hinc spiritus fumans sulphureus volatilis tingit colore fusco argentum licet multis chartis, et linteis involutum: Hinc sal volatilis urinæ transit, aeque ac per poros vitri albi: Hinc odores moschi, zibethi, aliorumq. corporum per ligneas capsulas: Hinc vinum, ejusq. spiritus per ligneos cados. Quod si quandoq. per poros corporum amplos subtiliores particulas non transire experimur; tribuendum est hujusmodi phenomenon vi cuidam repellenti, quæ inter nonnulla corpora datur. Hac de causa Aqua, et vinum non transfluunt per suber: Lux vix penetrat purissimas albas chartas: Electrica subtilia effluvia, quæ facile transeunt per vitrum, ceramq. sigillatoriam, transire respuunt per tegmina rarissima, et chartas licet foraminibus perforatas.

Caput 5.

De Compositione majorum corporum.

Majora corpora sequenti ordine videntur esse composita. Concipiantur vel tria, vel quatuor, vel plurima ultima solida conjungi in aliquam massam cujuscumq. figuræ. Erit hæc massa primi ordinis, sive particula minima. Ex hujusmodi minimis aliquot particulis efficiantur iterum complexiones, et copulationes in firmas quasdam massas. Consurget massa 2di ordinis, seu particula major. Aliquæ hujuscemodi majores particulæ acerventur denuo, et conjungantur in coherentem massam. Jta hæc massa 3tii ordinis particulam efficiet. Dari hujusmodi particularum ordines constans est sententia Philosophorum diversis innixa observationibus. Nam in sanguine V.C. animalium experti sunt Microscopiorum ope rubicundum globum ex sex componi serosis flavescentibus globis, in quos sponte resolvitur; quemlibet autem serosum globum constare iterum ex sex aliis lymphaticis: quod quoütq. continuetur videri non potuit.

Fig.a 16.

Si ultima solida fuerint sibi omnino similia, poterunt particulæ primi ordinis ex iisdem componi sibi aut omnino similes, aut aliquantum diversæ pro vario concursu, et applicatione ultimorum solidorum. Sint n. ultima solida sphere equales, quarum sex Fig.a 16 componant particulas primi ordinis. Poterunt uniri modo A, vel B, vel C, vel D sibi utcumq. simili, aliquantum tamen diverso. Ex quibus patet discrimen aliquod figuræ in particulis majoribus nequaquam arguere, ultima solida figuram discrepantem possidere.

Si vero ultima solida sibi non fuerint similia, ex concurrente eorum equali numero poterunt oriri particulæ primi ordinis diversissimæ constitutionis, magnitudinis, figuræ. Possunt igitur particulæ primi ordinis admodum inter se differre magnitudine, figura, porositate, densitate, gravitate, coherentia, pro vario numero, situ, figura et magnitudine minimorum solidorum eas componentium. Atq. eodem modo valde diversæ esse possunt particulæ 2di ordinis et ita altiorum ordinum. Hinc infinita varietas corporum quoad figuras, magnitudines, gravitates, coherentias, densitates.

Corpora magna, quæ componuntur ex particulis unius ordinis, erunt admodum homogenea; Corpora autem homogenea possunt esse infinite diversa pro ordinis discrepantia.

Si ordines primi, 2di, 3tii, tum et ordines sibi dissimiles quoad figuram, magnitudinem, densitatem concurrant, corpus inde consurget Heterogeneum, atq. eo magis, quo plures ordines inter se magis discrepantes coiverint.

Suadente experientia, omnia ferme magna corpora heterogenea sunt. Componi n. metalla ex sale, sulphure, mercurio unanimi fere consensu demonstrant Chimici; sal vero, et sulphur heterogeneum esse rursus compositum ab iisdem probatur. Idem dicendum de Lapidibus, semimetallis, et Vegetabilibus; ex variis quippe omnia coalescunt. Animalium vero partes exhibent subtiles Spiritus, Aquam, salia volatilia, Phosphorum, oleum, terram; nec aliter cetera majora corpora comparata sunt.

Particulæ variorum ordinum ab aliquibus Philosophis corpuscula derivativa appellantur. Hæc autem derivativa corpuscula, quum ex pluribus coaluerunt, et tanta magnitudine donata sunt, ut vel oculo, vel microscopio videri possint, observantur plerumq. dissimilia. Plerumq. inquam, non semper. Mercurius quippe purissimus, si in fumum concitatus, aut trans poros corii pressus supra mundum speculum excipiat, globi sibi simillimi observabuntur. Vapor calidæ aquæ puræ eodem modo se habet, et forte multorum aliorum corporum partes. Jam n. repugnat ex similibus ultimis solidis oriri particulas primi ordinis sibi similes, atq. ex his oriri alias alterius ordinis sibi quoq. similes. Quamobrem mirandum non est corpuscula ope sensuum sibi simillima sæpe observari.

Quia particulæ cujuslibet ordinis, quemadmodum fuere compositæ, ita resolvi possunt in inferiorum ordinem, et ex infimo ordine in minima usq. solida; patet cur magnum quodcumq. corpus in minimas particulas tritu, igne, fermentatione, putrefactione, menstruo resolvi possit. Verum minima hæc solida, in quæ resolvi potest quodcumq. corpus, iterum conjungi possunt in formam vel similium, vel aliorum ordinum. Hinc ex partibus unius animalis, vel Plantæ dissolutis crescunt partes alterius Plantæ vel Animalis per vim fabricæ in principio creationis seminibus inditam, quæ diversissimis modis ordines partium mutat. Hinc ex eodem fimo eadem aqua irrorato crescit Aloe amarissima, et Arundo saccarifera dulcissima; Acetosa acescens, fetida Atriplex, gratissima Rosa, nauseosa senna.

Partium quoq. unius ordinis varia applicatio corpora potest constituere diversissimæ texturæ. Aqua e.c., quæ constare videtur ex particulis unius ordinis (nullum n. Chymicorum ex aqua pura aliquid præter Aquam elicuit; adeo ut sit ea corpus simplicissimum, seu homogeneum) in vase collecta massam exhibet fluidam satis gravem; In vapores elevata, recedentibus a se particulis, format nebulam, nubemq.; e celo decidens, et in globos coalescens exhibet pluviam, In filamenta oblonga conglomerata, et congelata profert nivem; In pluviam versa, et in glaciem deinde concrescens representat grandinem. Ex his patet generationem majorum corporum nihil aliud esse, quam partium exiguarum novam accumulationem, et compositionem, Corruptionem vero eorundem corporum esse resolutionem majorum partium in minores.

Caput 6.

De Corporum Inertia.

Fig. 17.

Inertia ē illud attributum, quo fit, ut corpus omne de statu suo vel quiescendi, vel movendi difficulter deturbetur. Sit e.g. corpus A Fig.ª 17. in plana horizontali tabula quietum, vel libere ex filo pendulum. Corpus hoc in quiete æternum manebit, nisi causa aliqua mutationem inducens accesserit. Verum si in corpus A quietum incurrat alterum motum corpus B, tunc corpus A renititur in se agenti corpori B, ita ut tali renixu tollatur vis ex corpore B, et ingrediatur corpus A; corpus quippe B n̄ eandem post actionem in corpus A habebit velocitatem, quam antea præseferebat. Nunquam vero in corpore B virium jactura consequeretur, nisi in A resistentia, seu Inertia fuisset. Si n. in A hujusmodi inertia, et inde resultans luctatio cum corpore B n̄ fuisset, B eadem celeritate, qua in A ruerat, ipsumet corpus A quammaximę eam magnitudinis secum rapuisset. Atq. ita effectus infinite magnus a minima causa produci potuisset. Qd nimis ē absurdum.

Sed ut clarius explicemus quid sibi velit in corporibus inertię vis; animadvertendum primo, materiam ita a natura fuisse comparatam, ut nullam possit ex semetipsa inducere status sui mutationem. Si quiescit, ex se nunquam excitari potē ad motum: si movetur, in motu semper perseverabit: si hac, vel illa prędita ē figura, eandem indesinenter conservabit. Atq. hęc interna materię dispositio vis inertię, seu nulla vis nuncupatur. Animadvertendum ē 2do, qd tametsi materia nullam valeat ex se status sui mutationem inducere, omnem tn̄ excipere potē, et reipsa excipit, quę in ipsa inducitur ab externa causa. Nam si corpori A quiescenti alterum B vel leviter motum occurrat, mobebitur statim A per omnes suas partes communicatum motum in se recipiendo. Qd si eidem A moto alterum B versus oppositas partes tendens occurrat, statim in motu ipsius A mutatio contingit, qualem nempe ipsius B motus quantitas exiget. Animadvertendum ē 3tio plurimis experimentis compertum ēē, in quacumq. materię mutatione ęqualem ēē reactionem externę cujuscumq. causę actioni; ita quidem, ut quam motus quantitatem impactum corpus recipit, eandem illud impellenti ad partes contrarias tribuat, seu (qd idem ē) eandem motus quantitatem in impediente perimat.

Vis inertię proportionaliter quantitati materię, dupla scilicet in duplo majori, tripla in triplo majori, competitq. ęqualiter minimis eam singulis solidis. Hinc ęque ē in fluidis, ac firmis corporibus, eademq. inertiam habet pollex cubicus Aquę, quam inde prognata glacies.

Utrum vis inertię constituat corporis essentiam, vel potius sit vis a Deo corporibus impressa, semperq. agens in corpora, omnino ignoramus. Illud certo scimus, inertiam ēē corporis attributum; qd quidem tunc clarius detegitur, quum corpora in se ruunt, minus vero clare, quum corpora quiescunt. Rursus: utrum vis inertię tolli possit a corpore, quin destruatur corpus, nescire nos candide fatemur. Certissimum autem ē, qd nisi inertia in corporibus universum componentibus foret, brevi actum esset de pulcherrimo rerum omnium motu, atq. ordine. Nam minimum corpusculum tollere posset omnium maximorum corporum motum, idemq. minimum corpusculum movere posset summa rapiditate totum Universum; Atq. ita summa in rebus omnibus foret confusio.

Caput 7.

De Figurabilitate.

Quodcumq. corpus magnitudinis ē finitę, et determinatę; termini autem corporis, seu superficies, quę illud ambiunt diverso ordine, numero, et magnitudine, efficiunt, ut corpus sit figuratum: Et quia figurę innumerabiles sunt, plurima corpora infinite discrepantibus inter se modis figurata sunt. Figuratum ē ęque corpus maximum, ac minimum cum hoc solummodo discrimine, qd minimum figuram, quam semel acquisivit, semper retineat (corpus quippe minimum n̄ videtur actu ēē divisibile) maximum vero corpus sui divisione, sui aliorum corporum minimorum appositione, et cumulo varias figuras possit acquirere. Atq. id appellari solet Figurabilitas, quę unum ē ex attributis quorumcumq. corporum.

Quemadmodum omne corpus sive magnum, sive parvum aliqua ē figura donatum; ita qdlibet corpus et mobile ē, et quiescibile; mobile quidem, quum possit ex uno in alium transferri locum, quiescibile vero, quum necessario n̄ moveatur, et aliunde, si motum fuerit, possit ipsius motus deleri, subsistente corpore. Quare recensitis hactenus corporum attributis eam duo ista addenda sunt, mobilitas scilicet, et Quiescibilitas, de quibus in sequenti Dissertatione agemus.

Dissertatio 2da

De Motu, et Quiete.

Philosophi omnes cum Aristotele adeo necessariam putant motus cognitionem, ut, eo ignorato, ignorari quoq. naturam existiment. Et merito quidem. Nam quid aliud ē in hoc sensibili universo, si spatium excipimus, pręter materiam, atq. motum? Aristotelei motus nomine intelligere solent quamcumq. mutationem, quę alicui substantię potē advenire; Hujusmodi autem mutationum tria assignant genera. Prima dicitur a n̄ ēē ad ēē, quum lignum v.c. transit a n̄ igne ad ignem, quę communiter nuncupatur Generatio. 2da ab ēē ad n̄ ēē, ut quum lignum transit ab ēē ligni ad n̄ ēē ligni; et appellari solet corruptio. 3tia ab uno modo essendi ad alium, quę pariter triplex distinguitur. Nam si corpus ab una qualitate transit ad aliam qualitatem, mutatio hęc dici solet Alteratio: si transit ab una quantitate ad aliam quantitatem appellatur Incrementum, vel Decrementum. Si demum transitus fit ab uno ad alium locum, Translatio, seu motus localis nuncupatur.

Quoniam vero mutatio omnis in corporibus aliquo locali motu fieri exploratum ē, idcirco sive prisci, sive recentiores Philosophi de motu locali pręcipue agendum ēē putarunt, atq. eam diligenter excolendam ēē voluere Physicę partem, quę Mechanica appellatur. Prima illius fundamenta a Pythagora, Democrito, atq. Epicuro fuisse tradita communis ē Eruditorum sententia, eam tn̄ a viris cl. Galileo, Cartesio, Gassendo, Newtono, aliisq. recentioribus fuisse illustratam satis notum ē. Nos in rebus tam arduis, tamq. necessariis faciliora, simulq. utiliora attingemus. Et quia localis motus naturam percipi n̄ potē, quin prius intelligatur, quid Locus sit, quidve Tempus, propterea sit

Caput 1.

De Loco, et Tempore.

Duplex ē Locus secundū Physiologos, Absolutus scilicet, et Relativus.

Locus Absolutus in sententia Aristotelicorū, et Cartesianorū ē concava superficies, qua qdlibet circumscriptū ē corpus; In sententia autē nostra ē pars spatii Universi occupata a corpore omnino immobilis.

Locus Relativus ē situs, quē habet aliqd corpus respectu aliorū corporū in sensus nostros incurrentiū, quibuscū illd corpus comparatur. Si quispiā v.c. sedeat in navi, locus ipsius absolutus erit pars illa navis, quā occupat sedens; situs vero ille, quē habet sedens respectu aut ceterarū partiū navis, aut ceterorū corporū, ad quę pos illum referre assumus, locus erit Relativus. Hinc sequiť mutari posse locū absolutū, quin muteť relativus, et vice versa mutari posse locū relativū, quin muteť absolutus.

Tempus, ñ secus ac Locus, duplex partiť, Absolutū, et Relativū.

Tempus Absolutū, qd Verum dicitť, et Mathematicū ē, durāo, quę aequabiliť fluit, [illegible] scilicet nunquā tardius, nunquā velocius procedit, sed absq. relaõe ad [illegible], [illegible] motu [illegible] tenore.

Tempus Relativū, qd Apparens, et Vulgare nuncupaťr, ē sensibilis [illegible] durationis ope motus mensura.

Caput 2dum.

De Motu locali, et Quiete.

Motus localis ē translāo corporis ex una in aliā spatii partē; et dividiť in Absolutū, in Relative communē, et in Relative proprium.

Motus Absolutus ē illa succedens existentia corporis in diversis partibꝰ spatii universi immobilis. Concipi nequit hic motus, nisi simul concipiamus Universi spatium in partes distinctū. Atq. hic solus ē verus motus, quē simul cum celeritate sua cognosceremꝰ, si Terra quiesceret.

Motus Relative communis diciť, quando corpus una cū aliis delatum, horū respectu eundē situm servat, atq. ita quiescere videť, sed tā una cū iis corporibꝰ transit per varias spatii universalis partes. Hoc motu Nauta in navi [illegible] sedens fertur: Hoc motu quęcunq. corpora in superficie Telluris una cū illa circa suum Axem, et circa Solem moventť. Atq. hoc motu mortuus in flumine piscis una cū fluente aqua provolviť.

Motus Relative proprius ē illa succedens applicāo corporis ad diversas partes corporū ipsum immediate ambientium et consequentiū; Atq. hoc motu omnia moveri ferri videntť, quę in hac Terra moveri dicimus.

Quies dividiť in Absolutam, et Relativam.

Quies Absoluta ē permanentia corporis in eodē loco absoluto, in iisdē scilicet partibꝰ spatii Universi. Ignoramus, utrū, in Regionibꝰ saltē nostris, aliqua sint corpora vere, et absolute quiescentia. Nā corporū quies ñ aliunde dignosci potē, quā ex eorū situ, seu loco invicē comparato. Cum autē spatii partes sensibꝰ ñ subjiciantť nostris, quo pacto scire possumus, utrū corpora in iisdē permaneant spatii partibꝰ.

Quies Relativa ē permanentia corporis in eodē loco relativo, hoc ē existentia corporis in eodē situ cum aliis proximis, aut immediate ambientibꝰ comparato. Hoc modo quiescit Tellus respectu Atmosphęrę, qua ambitť; quiescunt corpora Telluris superficiei infixa, omnia denq. quiescunt, quę aliis corporibꝰ hęrent inclusa. Potē ergo corpus, qd motu communi relativo moveť, relative quiescere. Et potē corpus amarere delatū motu relative proprio, qd tā in absoluta sit quiete. Fingamus in Tellurē quiescere, et Navē in ejus superficie ferri ab Occidente in Orientē. Si aliquis in prora sedens projiciat lapidē versus Occasum, ad puppim scilicet, eadē velocitate qua Navis ipsa progreditť in Ortum, tunc certe lapis spectatori in navi posito moveri videbitť versus Occidentem, qui tā alteri extra Navē posito absolute quiescens apparebit, imo revera quiescet, cum in eadē maneat parte spatii universalis.

Disputant inť se Philosophi, utrū Quies sit aliqd positivum attributum, an potius negativum, negāo scilicet, seu privāo motus. Disputāo ex eo capit originē, qd in corporibꝰ quietis vim quandā deprehendamus, quā superius vim inertię nuncupavimus. Nā si corpus quiescens ab altero in se impacto unum gradum motus recipiat, eo modo resistere animadvertetť, quo, si uno donatū gradu motus in obicem incurreret resistentem, eaq. impeditione omnem motum perderet. Verum hęc vis inē corporibꝰ sive quietis, sive in motu positis, adeoq. ñ potē nuncupari vis quietis, qua, hoc posito, in quiescentibꝰ tantum foret corporibꝰ. Quies ergo nihil aliud ē, quā privāo motus. Si n ex corpore moto concipiamus momento temporis omnem tolli motum, quamvis nihil accesserit, corpus quiescet. [illegible]

Prōo Unica. Quies ñ ē modus aliquis realis positivus afficiens corpus, sed mera ē privāo motus in corpore, qd dicitť quiescere.

Pro Prōo fit sequentibꝰ argumentis. Primum sit. Si Quies aliquid esset reale, et positivum corpori superadditum, fieri posset, ut corpus esset simul in motu, et in quiete, Nulla quippe evidens repugnantia in eo reluceret, ut duo contraria, si positiva sint, in eodē subo simul compareantť. Sed maxima ē contradictio, qd idē corpus simul et absolute moveatť, et absolute quiescat. Quies ergo quiescenti corpori nihil superaddit reale, et positivum.

2dum argumentū ē. Si motus et quies sunt modi reales, ac positivi, posset corpus utroq. privari. Cum n utrumq. ab extrinseco corpori insit, ñ video cur Deus efficere nequeat, ut corpus simul utroq. careat, quemadmodū efficere potē, ut neq. album sit, neq. nigrum. Posset itaq. corpus nec moveri, nec quiescere. Sed omnino repugnat, qd idē corpus neq. absolute moveatť, neq. quiescat. Repugnat ergo quietem ē aliquid positivum.

3tium argumentū ē. Corpus in quiete positum ex eo duntaxat quiescere concipitť, qd concipiatť motu destitutum eo ferme modo, quo corpus animale concipitť mortuum eo ipso, qd intelligitť anima privatum, aut aer tenebrosus ex eo, qd concipiatť lumine destitutus. Quies ergo consistit in mera privatione motus, proindeq. quidpiam ē negativum.

Dicunt primo Cartesiani motum localē importare aliquid positivum in corpore, qd moveť, adeoq. eā quietem

[illegible] compori [illegible] ratione motus [illegible] quies non pote dici privatio motus.

R. [illegible] argumentum [illegible] in corpore [illegible] motus [illegible] corpori [illegible] tenebras [illegible] lucido [illegible] [illegible] motus [illegible] tenebras [illegible]. Ceterum, [illegible] motus [illegible] ad motum.
Imprimis, ut corpus locali motu feratur necessario requiritur actio alicujus potentiæ, qua [illegible] determinetur ad motum, et quidem actio omnino distincta, atque diversa ab actione illa, qua eidem corpori tribuitur existentia. Ut vero quiescat corpus, nulla requiritur a tio distincta actio, [illegible] tenebrarum. Nam actione distincta opus est, ut aer illuminetur, non autem, ut tenebrosus evadat. Deinde, localis motus pluras [illegible] velocitas, [illegible], compositio, quantitas, oppositio! Quies autem nulla positiva affectione donatur, ut consideranti patet.

Dicunt 2do. Ut corpus localiter moveatur, major requiritur vis in impellente alio corpore, quam sit ipsius quieti corporis resistentia; inest ergo cuilibet corpori vis, qua determinatur ad quietem. Est ergo quies aliquid [illegible]

R. [illegible] Nam vis illa, qua corpus quiescens impulsio motui resistit, non est vis, qua [illegible] determinatur [illegible], sed vis qua ~~[illegible]~~ corpus omne sive motum sive quietem [illegible] perseverare nititur in statu suo sive motus, sive quietis, uno verbo vis inertiæ, de qua superius [illegible] quæ ab ipsa corporis vel quiete vel motu distinguitur.

Dicunt 3tio. [illegible] quietis non aliud [illegible] intelligitur, quam [illegible] corporis in eodem loco. [illegible] positivum. Ergo etc.

R. [illegible] Tametsi concedamus, non aliud intelligi [illegible] quietis, [illegible] corporis in eodem loco, non propterea [illegible] quietem esse quidquam positivum. Nam quod [illegible] in eodem loco nihil aliud sit, quam negatio successivæ existentiæ corporis in pluribus locis, [illegible] quietem nihil superaddere quiescenti corpori reale, et positivum; quod erat probandum.

Caput 3tium

De Motu simplici, deque Velocitate

Motus generatim sumptus dividi primo potest in simplicem, et compositum. Motus simplex dicitur [illegible] ab una tantum potentia inducitur: compositus, qui a pluribus simul potentiis habetur. Concipiamus ergo corpus aliquod moveri [illegible] Ex [illegible] motu [illegible] recta [illegible] motus [illegible].
Animadvertendum tamen est [illegible], quod licet corpus simplici motu delatum feratur semper in linea recta, [illegible] nihilominus [illegible] corpus in linea recta motum semper [illegible] motu [illegible] composito [illegible] in linea recta [illegible] simplex corporis motus est semper [illegible] in vacuo [illegible] motum ~~[illegible]~~ in sua recta semper motum continuaret; Nullæ quippe in vacuo aut sunt, aut concipi possunt causæ quæ corpus deflectant ab incepto tramite.

Fig.a 18.

Motus simplex dividitur in Directum, et Reflexum. [illegible] corpus fig.a 18, currat versus D. Reflexus, si postquam idem corpus a puncto A cucurrit ad D, a D redeat ad A.

Linea a corpore moto descripta, aut percursa, ut AD, eadem [illegible], vocatur Spatium a corpore percursum.

~~[illegible]~~ Linea, quæ ducta concipitur a corpore, quod movetur, versus partem, in quam movetur, aut in qua, dum movetur, provehitur, ut AD, eadem Fig.a, nuncupatur Directio motus.

Quantitas motus, [illegible] Momentum, est potentia [illegible] corporis moti [illegible] movens.

Si concipiamus moveri corpus motu simplici, neque illud ad instar puncti consideremus, erit motus per omnes corporis partes æqualiter distributus. Quare tota quantitas motus quæ divisibilis concipi potest, ac corpus ipsum, erit in qualibet corporis parte proportionalis magnitudini corporis. [illegible] quantitas motus [illegible] partis corporis [illegible] tota, [illegible] motus sit in ratione composita ex magnitudine corporis, et celeritate.

Si corpus [illegible] moto [illegible] spatium [illegible] tempore [illegible] quam [illegible] dicitur celerius moveri [illegible] tardius. [illegible] affectio, qua dato tempore datum spatium percurrit, vocatur celeritas, sive Velocitas. [illegible] celeritate; Cognoscitur autem celeritas attendendo ad tempus, et spatium in eo percursum.

Velocitas est [illegible] magnitudo, quæ infinitas habere potest gradus. [illegible] extra [illegible] extra [illegible]

Duo corpora [illegible] spatium [illegible] tempore percurrit. Et quo tardius [illegible] spatium pervenerit. Itaque manente eodem spatio, erunt celeritates in ratione inversa temporum. Percurrant enim duo corpora A, et B idem [illegible]. Corpus A percurrat tempore [illegible] horarum, corpus B tempore [illegible] horarum: erit velocitas A ut [illegible] velocitas B ut [illegible], [illegible] ut [illegible] et [illegible], quæ inversa temporum ratio nuncupatur: Notum quippe est fractione eodem numeratore donatas denominatorum reciprocam rationem servare. Quod si diversa sint spatia eodem tempore [illegible], et spatium [illegible] a corpore B eodem tempore [illegible], [illegible] velocitas A [illegible] B [illegible] licet, ut [illegible] 10, et 15; Fractiones quippe eundem habentes denominatorem [illegible] numeratores.

Si corpus moveatur motu [illegible] in vacuo movebitur [illegible] velocitate, [illegible] directione [illegible] æqualibus temporibus æqualia describet spatia. [illegible]

[illegible] Quoniam [illegible] nulla [illegible] corpus [illegible], et directione moveri in infinitum. Hinc patet lex illa Newtoniana: Corpus omne perseverat in statu suo quiescendi, vel movendi uniformiter in directum, nisi quatenus a viribus impressis cogatur statum illum mutare.

Corpus, [illegible] moveri [illegible], et secundum eandem directionem, in qua primo fuit motum, moveri dicitur motu æquabili. [illegible] æquabili [illegible] mensura celeritas. [illegible] quantitas celeritatis proportionalis [illegible] quod corpus dato tempore absolveret, si motu æquabili abriperetur.

Si corpori moto æquabili motu novus accesserit in eadem directione motus, corpus [illegible] celerius movebitur, et majus spatium eodem quo antea tempore describet. Erit [illegible] proportionale [illegible] velocitatis. Hic autem motus vocatur Acceleratus.

Si a corpore moto discesserit, seu potius imminutus fuerit motus, in eadem plaga tardius feretur, et pari tempore minus spatium [illegible] decrementum velocitatis. [illegible] motus [illegible] Retardatus.

Quum corpori moto æqualibus temporibus æqualia accedunt velocitatis incrementa vocatur motus [illegible] acceleratus. Quum a corpore moto æqualibus temporibus æqualis detrahitur quantitas velocitatis, dicitur motus æquabiliter retardatus.

Si duorum motorum corporum directiones [illegible], aut [illegible] sunt parallelæ, et in easdem partes tendunt, duo isti motus erunt Conspirantes. Motus vero dicuntur contrarii, seu directe oppositi, quorum directiones [illegible] quidem, aut saltem sunt parallelæ, sed in oppositas vergunt partes.

Si velocitates duorum corporum fuerint æquales, erunt spatia percursa in ratione temporum; ideoque vocatis Velocitatibus U, u, Spatiis S, s, et Temporibus T, t, erit S. s :: T. t.

Si velocitates duorum corporum fuerint inequales, et tempora æqualia; erunt spatia percursa in ratione velocitatum: sive S. s :: U. u. Positis ergo velocitatibus, et temporibus inequalibus, erunt spatia percursa in ratione composita ex rationibus velocitatum et temporum, sive erunt [illegible] producta, quæ [illegible] ex tempore multiplicato in velocitatem. [illegible] S. s UT. ut.

Velocitas Relativa dicitur illa, qua duo corpora a se mutuo fugiunt.

Caput 4tum

De Motu Composito.

Omnis motus qui a duabus, vel pluribus causis dependet, dici solet compositus. Si corpus [illegible] A, Fig.a 19, una vi impellatur ad directionem [illegible] lineam AB et alia vi impellatur eodem tempore ad [illegible] lineam AC, motus utriusque causæ actione productus, erit motus compositus.

Verum, ut cognoscamus, qua directione corpus a duabus causis impulsum moveri debeat, ducantur, Fig.a 20, duæ rectæ [illegible] corpus motu [illegible] debuisset, si utraque causa [illegible] effectum suum obtinuisset. Ducantur itaque rectæ AB, AC. et [illegible] dato tempore in [illegible] æquales partes, dividatur eadem linea AB in tot [illegible] partes ad puncta E, F, G: et linea AC [illegible] puncta H, I, L; [illegible], si prima duntaxat causa effectum suum obtinuisset, corpus A post primam dati temporis partem punctum E attigisset, post 2dam punctum F, post 3tiam punctum G, post [illegible] punctum B. [illegible] vero 2da sola causa effectum suum obtinuisset, corpus A post primam temporis partem punctum H attingere debuisset [illegible] 2dam punctum I post 3tiam punctum L, post 4tam punctum C. Ducantur deinde rectæ EM, FN, GO, CD rectæ [illegible] et puncta [illegible] T, U, D quæsitam lineam a corpore duabus causis simul acto describendam designabunt.

Certum enim [illegible] causæ [illegible] prima dati temporis parte corpus A attingat lineam EM, [illegible] secundæ [illegible] primo tempore [illegible] rectam HR. Itaque ambas causas [illegible] A uno, eodemque tempore utramque [illegible] lineam EM, HR attingat, [illegible] poterit [illegible] corpus A ad punctum commune [illegible]. Certum [illegible] primæ causæ [illegible] 2da temporis parte, corpus A [illegible] ad rectam FN; [illegible] 2dæ, [illegible] tempore [illegible] ad rectam IQ. Ut itaque [illegible] ambabus causis [illegible], [illegible] corpus [illegible] eodem tempore utramque [illegible] lineam, [illegible] punctum commune T attingere debere. Eodem modo [illegible] corpus A rectis GO, LR attingere debere commune punctum U; ac tandem [illegible] debere ad [illegible] BD, CD commune punctum D.

Si [illegible] velocitate, quæ æqualis [illegible] velocitatum ex omnibus componentibus. [illegible] aliqua [illegible] promoveatur ab occasu in ortum, sedeatque in ejus puppi Nauta. Nauta hic uno, eodemque motu, ac celeritate, qua movetur Navis movebitur. [illegible] Nauta [illegible] Nauta [illegible], altero [illegible] Navi communi, altero proprio [illegible] Nautæ celeritas ab occasu ortum versus composita ex [illegible] propria, et celeritate navi[illegible]. [illegible] deinde moveri simul et Mare [illegible] Navemque una [illegible]. Tunc motus Nautæ ex tribus motibus compositus [illegible], Navis, qua vehitur, Navis [illegible] quarto motu agetur Nauta; eritque illius celeritas æqualis summæ ex quatuor celeritatibus profectæ.

Si motus compositi sint oppositæ directionis, erit velocitas, qua corpus [illegible] differentiæ velocitatum. In [illegible] in ortum [illegible] Nauta a prora versus puppim dimidia [illegible] velocitate, qua navis [illegible]; erit [illegible] Nautæ velocitas æqualis dimidiæ velocitati, qua Navis vehitur.

Si corpus A Fig 19, moveatur directione [illegible] æquabili AB, [illegible] alia potentia agatur directione AC, [illegible] velocitate, qua [illegible] AC et AB, si ambæ [illegible] causa [illegible] Corpus A utraque potentia actum [illegible] in Diagonali AD, [illegible] ABCD, cujus duo latera [illegible] lineas AB, AC, ut [illegible] Fig.o 20, [illegible] demonstravimus.

Causis quæ corpus promovent, [illegible], erit via a corpore [illegible] tempore eo major, quo directiones plus conspiraverint, seu minorem angulum [illegible] easdem plagas [illegible], Contra, erit via, quam corpus [illegible] eo minor quo directiones magis [illegible] oppositæ fuerint. [illegible] A B. Erit Diagonalis

Fig.a 19.

Fig.a 20.



Parallelogrammi AD, quæ a corpore A per[illegible]it. Si directiones plus conspiraverint, uti AG, [illegible] AH major, quam AD, quia angulus obtusus A[illegible] major ē angulo recto ACD. Si directiones fuerint [illegible] erit Diagonalis AK minor, quam AD, quum angulus acutus AIK minor sit angulo ACD; Quæ omnia [illegible]ta sunt p Propōnē 19. Lib. 1. Euclidis

Fig.a 21.

Caput 5.

De Causis motus.

Septem communiter recensentur causæ motus. Prima causa Deus ē, a quo magna omnia corpora vehementi [illegible] jectili motu commota fuerunt in mundi exordio.

2da causa in universi nostri Systematis Planetarii corporibus ē Gravitas, quæ tam efectum, quam [illegible] corporum producit motum.

3tia causa movens Naturæ videtur in facultate Animæ tam humanæ, quam Brutorum. Excitant quippe, volente mente, in fluidis corporis aālis, atq. inde in solidis motus ad requisitam usq. celeritatem.

4ta causa sunt Vires Attrahen[illegible], magnetica, electrica, quæ inter se tam differunt quammaxime.

5ta ē elasticitas, quæ quamplurimum generat motus, ut patet in tensa chorda musica [illegible] cillat.

6ta causa ē corpus in motu constitutum, in aliud corpus incidens, illudq. feriens.

7ma causa ē ignis tam solis, quam terrestris. Plures adhuc fortasse sunt causæ, quæ hacterus detectæ n̄ sunt. A quacunque autem septem harum causarum motus fuerit productus, [illegible] Cl. Musschenbroekius, videt eandem leges sequi, ac si a corpore premente, vel feriente originem traxisset. [illegible] causarum tractasse [illegible] effectus cerni potē, donec leges motus, quas causæ sequuntur, detectæ nobis fuerint.

Caput 6.

De Newtonianis Naē Legib, seu de primariis legib motus.

Tres sunt Naē leges a Newtono ex Phenomenis collectæ, atq. statutæ, quæ propterea [illegible] ad eas omnia corpora constanter observare exploratum sit.

Prima ē. Corpus omne perseverat in statu suo quiescendi, vel movendi uniformiter in directum, nisi quatenus a viribus impressis cogatur statum illum mutare.

Lex ista satis patet ex iis, quæ Cap 6 [illegible] Dissertationis, et præcedenti Cap 3 diximus. [illegible] corpus ob eam quæ vi [illegible], sive motum, sive quiescens n̄ mutabit statum suum, nisi extrinseca causa accesserit. Corpus [illegible] semel in motu positum movetur [illegible] in eadem recta linea, et cum eadem velocitate, quousq. invenerit obstaculum, tam certum ē, quam qd certissimum.

2da Lex ē. Mutaō motus ē semp pportionalis vi motrici impressæ, et fit semp secundum rectam lineam [illegible] vis illa imprimitur.

Hæc quoq. Lex ex superius dictis consequitur. [illegible] produxit motum, ut dupla [illegible] generet, tripla triplum, quapropter certe mutaō inveniet nobis [illegible] pportionalis. Aliunde vero, [illegible] movetur in directum corpus, ut n̄ potest [illegible] secundum aliam plagam, nisi [illegible] nova vis [illegible]; at nova accedente vi, movebitur corpus secundum rectam illam, qua nova fuit vis impressa.

3tia Lex ē. Actioni semp contraria, et æqualis ē reactio, sive corporum duorum actiones in se mutuo æquales sunt, et in partes contrarias diriguntur. Hoc ē, p actiones, et reactiones æquales motus mutaōnes in corporib in se invicem agentib producuntur, quæ mutaōnes versus contrarias partes imprimuntur. 3tia ista Lex constituat Propōnem unicam, quæ ita demonstratur:

~~[illegible]~~ Primo, si corpus aliud [illegible] alterum [illegible] quiescenti tantundem [illegible]. Nam si corpus A. Fig.a 22 cum duodecim motus partib versus corpus B ferat, [illegible] quinque partes motus, restabunt [illegible] A motus partes tantummodo septem; adeoq. mutaōnes, quæ utriq. corpori contigerunt, æquales erunt, idemq. omnino erit effectus, ac si vis quinque partium, motus æquivalens, impelleret corpus B versus C, et alia huic æqualis in corpus A ageret, ipsumq. in contrarias partes versus H urgeret.

Fig.a 22

2do, si corpus B, eadem Fig.a, n̄ quiescat, sed tendat versus C, et corpus A celerius motum in [illegible], tantundem motus deperdit corpus A, quantum corpus B lucratur, et mutaōnes motus [illegible] corpore productæ (scilicet incrementum motus unius, et decrementum alterius) æquales erunt.

3tio, si corpora A, et B, eadem Fig.a, sibi obviam venerint, et A feratur versus C cum duodecim motus partib, B vero versus H cum trib motus partib, qualiscunq. motus mutaō corpori B accidat, eadem omnino contingit corpori A. Nam [illegible] post occursum ferat B versus C cum duab partib motus, mutaō motus, quæ [illegible] inducta ē, erit partium quinque, æqualis scilicet summæ duorum motuum, illius tempe, quo prius versus H ferebatur, quique p [illegible] corporis A destructus ē, et illius, quem de novo recipit, quocum versus plagam C tendit; et motus in corpore A amissus [illegible] quinque motus [illegible] æqualis erit adeoq. idem omnino sequitur effectus, qualis fuisset, si vis cum quinque motus partib pelleret corpus B versus C, et alia huic æqualis imprimeretur in corpus A, quæ illud versus partes H ageret.

N̄ desunt aliqui Philosophi, qui 3tiam hanc Newtonianam motus legem falsam ē putant, asserentes, ea semel admissa, nullam unquam haberi posse in rerum naā corporum motum. Nam ita ratiocinantur. Moveatur corpus A versus quiescens B. Jam si reactio corporis B in A tanta ē, quanta ē actio ipsius A in B, nullus sequuturus erit motus in B. Sed moveri B reipsa videmus. Falsum ergo ē Actioni semp ē æqualem, et contrariam reactionem.

Verum, ut huic argumento satisfiat, audiamus Jacobum Hermannum, qui primus laudatæ legis Newtonianæ verum, atque genuinum sensum expressisse videtur. Circa notissimam naturæ legem, ait Vir cl., qua cuilibet actioni æqualis, et contraria dicitur esse reactio, egregii nonnulli viri hærere videntur; existimantes nunquam motum sequi debere actionem, si huic æqualis semper, et contraria sit reactio. Nam si, ut in exemplo a celeberrimo Newtono inter alia adducto equus lapidem funi alligatum trahens æqua vi retrahitur in lapidem, quomodo progredi equus, lapidemque movere poterit, si vis agens ab æquali, et contraria resistentia absorbetur tota, atque retunditur. Sed hæc objectio ab æquivocatione circa nomina vis, et actionis nata esse videtur, quæ tamen duo accurate debent distingui. Vis corporis non est actio ipsa. Nam actio est applicatio vis cujusdam subjecto habili, seu cui applicari potest, illi vero soli corpori applicari censetur, quod resistit, quod renititur, quod reagit. In rerum natura nulla est actio proprie sic dicta, ubi nulla est reactio. Equus A, qui cornus nihil resistens post se trahit, nihil trahere, vel non trahere, dici nihil aliud agere, quam simpliciter incedere censetur. In omni ergo actione corporea est collisio inter vis agentis, et renixum corporis patientis. Applicatio vis agentis in corpore actionem suscipiente, hoc est actio ipsa æqualis est, et contraria renixum patientis, quæ est ejus reactio, quia hic renixus, vel hæc vis inertiæ corporis patientis debet tota, ut corpus moveri possit ab agente. Non tamen ideo sequitur vim totalem corporis agentis totam impendi superandæ reactioni patientis, sed ejus partem tantum et hæc pars vis totalis corporis, quæ tollendæ resistentiæ corporis patientis insumitur, ea est vis, a qua actio proprie manat. Residuum ejusdem vis totalis, quum nullam habeat resistentiam, vel renixum absorbendum, in actionem nihil influit. Ideirco quum actio quæcumque æqualis, et contraria dicitur reactioni corporis patientis, hoc aliud non significat, quam istud, in omni scilicet actione corporea tantum virium corpori agenti decedere, quantum corpus actionem suscipiens lucratum est. Hactenus Hermannus. Itaque nullus sequeretur in rerum natura corporum motus, si vires impingentis corporis A æquales essent, et contrariæ viribus impacti corporis B; motus autem ex eo non tollitur, quod actio corporis A æqualis sit, et contraria reactioni corporis B; ut ex adductis superius exemplis liquido constat.

Caput 7.

De Potentiis Prementibus.

Potentia premens est vis corporis agentis in aliud, quod attingit, idque vel suo loco movens, vel movere nitens.

Potentiæ prementes vel manent in quiete simul cum corpore, in quod agunt: ut quum duo U.C. ligni globi tabulam premunt marmoream: vel una cum corpore, in quod agunt, moventur: ut quum iidem globi massam e.g. premunt argillaceam.

Potentiæ prementes, et quiescentes primo sunt viva animalia manibus, pedibus, totoque corpore prementia cetera corpora, quæ ex loco movere nituntur. 2do gravitas corporis, quæ unum premit ad alterum, quod sustinet; ut in adducto exemplo ligneorum sphærarum marmoream planum prementium. 3tio vis elastica elateris compressi, inter duo alia corpora positi, et se se restituere conantis; ut virga viridis ambobus compressa manibus, seu potius inter duas compressa manus. 4to vis attrahens, aut magnetica, quæ non aliter ad se invicem premit corpora, quam si a viribus manibus contrario nisu prementibus ad se appressa fuissent. Hinc si magnes suberis frusto, itemque ferrum simili frusto imponatur, ut libere utrumque in aqua innatet, mutuæ attractionis vi, ad invicem ambo accedent. At quum ad contactum pervenere, neutrum propellet alterum, æqualitate scilicet mutuæ attractionis, qua nisum eorum conatus sustentant; quemadmodum in viribus manibus contrario, et æquali nisu se invicem prementibus neutra alteram movet. Eadem de causa si globus terraqueus inæqualiter divideretur, plano scilicet non transeunte per centrum, alterutrius in alteram partem gravitas, vel attractio eadem, sive æqualis est; atque ob æquales, et contrarias in se prementes potentias, nullum earum sequitur effectus. Æquales vero eas potentias esse oportet; secus Tellus tota in libero æthere fluitans majori pressioni cedens abiret in infinitum.

Potest potentia premens ex loco moveri, dum tamen interim corpori, quod premit, atque quocum movetur, manet applicata; ut si manu premeret pondus tabulæ impositum ad intervallum 10 U.C. pollicum; aut, si pondus tabulæ impositum una cum tabella, quæ inflectitur, descenderet; vel si elater inter duo compressus corpora se se restituat, binaque obstacula ipsum continentia removeat, quæ, dum sibi redditur, premere pergit.

Quodcumque autem corpus, quod resistit actioni prementis potentiæ, vocari solet Obstaculum.

Effectus potentiæ prementis in obstaculum est translatio obstaculi ab uno in aliud locum, dummodo obstaculum a potentia moveri possit. Verum sive potentia premens obstaculum suo loco moveat, sive non, quamdiu potentia premit, semper ipsi obstaculo resistentia, sive reactio, quemadmodum ex dictis superiori capite consequitur. Premamus manu tabulam. Hæc sive mota, sive non mota remanet manum, ... tabulæ repremeret alio comparata modo, ac si altera sua manu nostram tantopere repressisset.

Actio potentiæ prementis est momentanea. Si vero quasi continuata, componitur ex momentis se mutuo sequentibus, quæ singula tempore infinite parvo exeruntur, et ut momenta temporis, fluxu non interrupto, sibi succedunt. Quare singulus effectus prementis potentiæ ab actione dependet momentanea, quemadmodum effectus continuatus deperdit ab actione continuata potentiæ. Atque ut de momentanea actione potentiæ potissimum agamus, sequentia animadvertenda sunt cum Manfredo ... theoremata.

1mo. Si potentia premens moveat obstaculum, poterit actio potentiæ dividi tum respectu magnitudinis obstaculi, tum respectu velocitatis, qua movetur obstaculum, ideo et tota actio potentiæ cognosci debeat ex magnitudine, et velocitate obstaculi. Nam manente eodem obstaculo, et aucta, vel minuta velocitate, in ratione velocitatis augebitur, vel minuetur actio potentiæ. Manente vero eadem velocitate, et aucto, vel minuto obstaculo, augebitur, vel minuetur actio potentiæ in ratione obstaculi. Datis ergo duabus rectis, quæ velocitatem et obstaculi magnitudinem repræsentent, ... continentur rectangulum, potentiæ actionem poterit designare.

2do. Quum in una potentia premente nihil cognoscitur absolute magnum, comparanda est cum alia potentia in idem agente obstaculum.

3. Si duæ Potentiæ prementes promoveant duo obstacula æqualia, singula singulis, velocitate æquali, erunt earum Actiones æquales.

4. Si duæ Potentiæ prementes promoveant duo obstacula inæqualia pari velocitate, erunt actiones Potentiarum, ut magnitudines obstaculorum. Vocentur itaque Potentiæ P.p. obstacula vero O.o. Tum P.p::O.o.

5. Si duæ sint Potentiæ prementes, et duo obstacula æqualia, quorum unum promoveatur velocitate duplo majori, quam alterum, erunt actiones Potentiarum, ut velocitates obstaculorum. Velocitatibus ergo litteris V.v notatis, P.p. V.v.

6. Si duo obstacula inæqualia moveantur dispari velocitate, erunt actiones Potentiarum in ratione composita ex velocitate, et magnitudine obstaculorum. Sive P.p:: OV.ov.

7. Si actiones Potentiarum fuerint æquales, et obstacula inæqualia, erunt magnitudines obstaculorum in ratione inversa velocitatum. Et semper quum magnitudines obstaculorum fuerint inversè, ut celeritates, Potentiæ erunt æquales. Quum enim P=p. erit OV = ov. adeoque O.o.:: v.V.

8. Si actiones Potentiarum dividantur magnitudinibus obstaculorum, emergent velocitates obstaculorum si vero dividantur celeritatibus obstaculorum, emergent magnitudines obstaculorum.

9. Si duæ Potentiæ æquales conatum habentes opposita premant directione, erit ex ista concursione, adeoque corpora premen tia immota manebunt, eorum premonitus se se destruentibus. Tum integra quantitas conatus premonii, actionisve in utraque perit, ut evidenter patet in duobus Luctatoribus sibi æquipollentibus.

10. Si tantum sit obstaculum, ut a Potentia premente moveri nequeat, facit obstaculum idem, quod Potentia nitens directione opposita. Quare hoc eodem modo conatus, nisus, et actio prementis Potentiæ destruitur.

11. Duæ Potentiæ se se contraria, seu opposita directione prementes mutuo, sibi instar obstaculorum sunt. Earum itaque actiones considerari possunt tanquam obstacula, quæ aliqua velocitate moverentur, si sibi libere forent commissa.

12. Si duæ Potentiæ opposita directione se premant, atque una superet aliam, habebunt actiones inæquales; illa quidem, quæ superat, majorem; ista, quæ superatur, minorem. Hinc per excessum validius agentis Potentiæ, retrorsum agitur Potentia, cujus actio erat imbecillior.

Caput 8.

De Motu Reflexo, atque Refracto.

Ubi Cap. 3. diximus, atque ex prima universali Newtoniana lege infertur, omne corpus, quod movetur, quantum in se est moveri pergit in perpetuum motu æquabili secundum rectam illam lineam, secundum quam, accepta motrice vi, primo moveri cœpit. Quoniam vero terrestria potissimum corpora cum omnibus iis, quæ haudquaquam moventur in Vacuo, experientia constat esse mutare directionem motus, neque in eadem ferri semper recta linea, propterea quod ab aliis obviis corporibus medio in cursu impediuntur; agendum nunc est de compositis motibus Reflexo, atque Refracto, qui in moto aliquo in directum corpore prorsus opposito obice enascuntur.

Ac primo quidem si concipiamus motum aliquod corpus A, Fig.a 23, incidere in planam alterius corporis superficiem BC, secundum rectam AD ad punctum D. Tum idem corpus A post impactum ad punctum D supponamus ad eandem regredi partem, a qua antea recesserat, secundum aliam rectam DE: Quemadmodum itaque motus directione AD nuncupatur Directus, ita ejusdem corporis motus 2da directione DE vocatur Reflexus. Recta autem AD dicitur linea, seu via incidentiæ: Recta DE linea, seu via reflexionis: Plani BC commune punctum D erit punctum incidentiæ, et reflexionis: Angulus ADB inter lineam incidentiæ AD, et planam superficiei BD contentus, dicitur Angulus incidentiæ: Angulus EDC contentus inter lineam reflexionis DE, et planam superficiei DC, appellatur Angulus reflexionis: Recta FD incidens perpendiculariter in D commune punctum incidentiæ, et reflexionis, dicitur Axis reflexionis. Planum AF transiens per viam incidentiæ, perque axem reflexionis, vocabitur Planum incidentiæ: Planum denique EF transiens per viam reflexionis, perque axem reflexionis, nuncupabitur Planum reflexionis.



Fig.a 23.

2do Motus Refractus dicitur, quum corpus motum in obicem impingens ita directionem mutat, ut non retro revertatur, sicuti in motu reflexo, sed moveri pergat versus eandem ferme plagam, versus quam ante impactum tendebat. Sit enim tenuissima plana superficies AB, Fig.a 24, quæ dividat superius spatium MO a spatio inferiori QH: Tum in superiori spatio MO irruat globus M in superficiem AB, secundum rectam Mi, eamque superficiem perrumpat. Si globus M, prupta superficie AB, moveri pergat in spatio inferiori QH, secundum rectam iH, quæ jacet in directum cum recta Mi, nulla in moto globo M continget mutatio motus. Verum, si moveatur vel per rectam iR, vel per rectam in, tunc dabitur motus refractus, mutata nimirum in globo M ad punctum i directione motus, illius tamen motu versus eandem ferme plagam continuato. Recta autem XiZ, quæ ex puncto incidentiæ i perpendicularis hinc inde ducitur ad planum AB, vocatur Axis refractionis: Recta Mi dicitur linea, seu via incidentiæ. Recta in, seu Recta iR linea, seu via refractionis: Angulus MiX, quem continent linea incidentiæ, et axis refractionis, appellabitur Angulus incidentiæ: Angulus niZ, vel angulus RiZ, quem linea refractionis, et axis refractionis continent, dicitur Angulus refractionis: Si angulus refractionis superet, seu major sit angulo incidentiæ, hoc est, si globus M in spatio inferiori QH moveri pergat per viam superiorem iR, appellabitur Refractio a perpendiculari: Si vero angulus refractionis sit minor angulo incidentiæ, hoc est, si globus M in spatio inferiori pergat ire per viam inferiorem in, appellabitur Refractio ad perpendicularem.



Fig.a 24.

Postquam explicavimus quid sibi velint Motus Reflexus, atque Refractus, Quoniam diversa esse possunt obstacula, unde aut Reflexio nascitur, aut Refractio alicujus corporis motus: considerandum etiam est, quomodo possit corpus in alterum impingere, quæve intercedere possit discrimen tam inter corpora impenetrabilia, quam inter corpora impacta.

Primo autem, qdcumq. corpus potē in alterum impingere vel directe, vel oblique. Impinget directe, quum Recta secundum quam corpus movetr, superficiei impacti corporis erit perpendicularis: uti X 1, vel Z 1, Figa 24. Impinget vero oblique, seu indirecte, si recta, secundum quam corpus impingens fertr, superficiei impacti corporis n̄ sit perpendicularis: uti M1, vel H 1, eadem Figa.

2do corpus, qd impingit, et qd impingitr vel ē durum, vel molle, vel elasticum. Corpus perfecte durum dicitr, qd ictui resistit, qd scilicet nunquam cedit, qdve, ne pro minimo quidem tempore figuram suam amittit. Corpus molle appellatr, qd ictui ita cedit, ut pristinam figuram amittat, et nunquam se ad eandem restituat. Corpus elasticum ē, qd ictui aliquantisper cedit, sed postea in pristinam figuram propria se se vi restituit. Corpus denique perfecte elasticum ē, qd se eadem vi in pristinam figuram restituit, qua fuerat ab ea dimotus.

Traditis hujusmodi Definitionibus, quaerendae sunt tam causae, quam leges sive Reflexionis, sive Refractionis. Atq. ut a Reflexione ordiamur, supponamus, corpus qdcumq. A cum data vi aliqua incurrere in corpus B ita magnum, ut e suo loco movere nequeat. Quoniam corpori A objectum ē insuperabile obstaculum B, corpus profecto A totam vim suam impendet ad agendum contra immobile corpus B: Et quia actioni semp aequalis, et contraria ē reactio, corpus immobile B reagendo, retundet, ac destruet omnem motum corporis A; ita ut post percussionem tam corpus B, quam corpus A debeat quiescere. Aliunde vero, quum experientia quotidiana compertum sit corpus A reflecti ab [interdum] ob.o corpore B (Globus n. v.c. eburneus a pariete reflectitr) inquirendum ē, quaenam censeri debeat causa hujusce reflexionis.

Cartesiani, qui putant eandem semp conservari in rerum universitate motus quantitatem, docuere corpus [motum] in aliud quiescens impingens nihil omnino de suo motu deperdere, sed motus solummodo directionem mutare. Inquit n Cartesius 2da parte Principiorum, no 36. Deus [qui] omnipotenti sua virtute creavit mām motu, et Quiete donatam, tantam eamnunc conservat in mā sive motus, sive quietis quantitatem, quantam ipso Creaōnis initio mā contulit. Licet n motus nihil aliud sit, quam modus quidam mā motae, ē tn in mā determinata quaedam ejus quantitas, quae nec augetr unquam, nec minuitr, tametsi in aliquibus mā portionibus aliquando major sit, aliquando minor. Quum itaq. pars aliqua mā, quae duplo minor ē altera mā parte, movetr velocitate duplo majori, quam altera duplo major pars mā, existimandum ē tanta ēe motus quantitatem in minori portione mā, quantam in majori, adeo ut imminuto alicujus particulae motu, tantumdem proportionaliter motus in altera particula augeatr. Haec Cartesius qui sequentibus no 40, et 44. clarius eam suam proponit sententiam, inquiens. 3tia, quam animadverto, mā Lex ē, qd si corpus motum impingens in alterum minores habet vires ad continuandum motum in linea recta, quam alterum ad ei resistendum, tunc amittit determinationem, quin aliquid amittat motus.... Notandum quippe ē motum n̄ ēe contrarium motui eam velociori, sed dari solummodo oppositionem [duos motus] [scilicet] inter motum, et quietem, seu inter velocitatem et tarditatem motus, quatenus tarditas participat naam quietis: praeter determinaōnem ejus motus, qua impeditum ē aliquod corpus, et resistentiam aliorum corporum, quae ipsi obviciuntur, sive sint illa quiescentia, sive diverso motu acta, opposita directione.

Porro ex adductis Cartesii verbis tria consequi volunt Cartesiani. Primo nihil unquam motus perire in hac rerum universitate: 2do corporum reflexionem contingere in indivisibili puncto temporis: 3tio in corporum reflexione fieri tantum mutaōnem directionis ~~[illegible]~~.

Ppōo 1. In rerum naā n̄ eadem semp habetur quantitas motus.

Pro: 1. Ppōo. Motus, n̄ secus ac cetera corporum attributa, nihil aliud ē, quam mae affectio, seu modus a mā indistinctus. Sed cetera corporum attributa, eo ipso, qd entitates n̄ sunt a mā distinctae, augeri possunt, vel minui ut cuiq. patet. Ergo corporum quoq. motus n̄ obstat, quominus in rerum naā aut augeatr, aut minuatr. N̄ ē ergo eadem semp quantitas motus in rerum naā.

Pro: 2do Ppōo. Momentum, seu quantitas motus ē vis illa, qua corpus mobile secundum suam tendit directionem; atque si duo corpora sibi mutuo occurrant opposita directione, vires illae, quibus in contrarias promoventur plagas, ~~[illegible]~~ [erunt sibi] omnino contrariae. Sed si vires duorum eorundem corporum erunt contrariae, destruent se se mutuo, ubi supponantur aequales; destruetr vero motus, qui ē minoris efficaciae, ubi supponantur inaequales, per 3tiam Newtonianam naē legem. Motus itaq., quum deficiat vel singulis impactis corporibus, vel uni ita tn, ut alteri n̄ accedat corpori impellenti, inquam periit.

Dicens cum Cartesio 2da Parte Principiorum, no 36. Cognoscimus hanc ēe in Deo perfectionem, ut n̄ solum naā sua sit immutabilis, verum eam in suis operationibus, ut propterea eodem semp modo operetr. Quare praeter mutaōnes illas, quas vel in mundo conspicimus fieri, vel contigisse per revelaōnem scimus, absq. ulla mutaōne creatoris; nullas alias supponere fas ē in ejus operibus, nisi Deum inconstantem et mutabilem dicere velimus. Itaq. quia Deus diversis modis communicavit in creaōne particulis mae motum, et quia eodem semp modo, [eas conservat] iisdemq. legibus ~~[illegible]~~, quas in ipso creaōnis sanxivit, inferendum ē servari indesinenter a Deo in mā eandem motus quantitatem.

R. argumentum in hac re a summa Dei immutabilitate petitum n̄ solum nullius ēe roboris, sed dignum ēe reprehensione, in Cartesio potissimum, qui fatetr motuum leges dependere a liberrima Creatoris voluntate. Nam, quo pacto illud a voluntate Dei liberrima pendet, qd censendum ē immutabile? Qd vero addit Cartesius, praeter eas mutaōnes quas in hoc mundo conspicimus, aut revelaōne divina accepimus, quaeq. citra creatoris mutaōnem factae sunt, nullam aliam in ejus operibus admitti oportere, ne Deo inconstantiam tribuere videamur, id sane, inquit Cl. Du-Hamelius vix ferendum puto quasi voluntas divina n̄ sit prima omnium causa, aut, si quid praeter ultimam naē ordinem moliatur sua sibi raō n̄ constet, aut inconstantiae argui possit. Quare hec raō ab immutabilitate Dei deprompta praetermitti potuisset. Sed forte alia ei n̄ praesto erat, quae id persuaderet, qd primum loco sumit, eandem semp manere motus quantitatem.

Dicent 2do. Quamvis videatur deficere corporibus motus, potest tamen in Universo eadem conservari semper motus quantitas. Sit enim corpus V. C. A, quod impingat in corpus B quiescens. Post impactum minuetur equidem, quandoque etiam cessabit motus corporis A; nullum tamen contingit in rerum natura motus decrementum, quum motus vel imminutus, vel extinctus in corpore A, totus communicetur corpori B. Idem censendum erit de duobus corporibus, quae opposita directione in se invicem ruant. Nam quantum ex mutuo occursu detrahitur uni motus, tantum alteri corpori communicatur.

R. non solum aliquibus materiae portionibus deficere determinatam motus quantitatem, propter obvium illius obstaculum; sed quamplurimum motus in universali materiae massa, seu in toto Universo quotidie perire. Enimvero, quo quotidiana suadente experientia, ita corpus A impingit quandoque in quiescens corpus B, ut post impactum utrumque quiescant: Atque ita etiam quandoque duo corpora sibi mutuo occurrunt, ut post mutuum occursum utrumque suum deperdant motum. Quae tamen contingere nullatenus deberent, si eadem semper haberetur in rerum natura quantitas motus. Neque est, quod confugiant Cartesiani ad motus communicationem. Nam qui queso fieri, aut concipi potest, ut motus corpori A detractus communicetur totus corpori B, si post impactum tam A quiescit, quam B? Concipere ne potest, ut corpus aliquod et quiescat simul, et moveatur? Quod si motus corporis A corpori B, utpote quiescenti, non communicatur; quis non videat perire in rerum natura motum corporis A?

Dicent 3tio. Fieri fortasse posse, ut corpus aliquod [illegible] impingens quiescere cogat, [illegible] communicato [illegible] corpori motu; fieri etiam posse, ut duo corpora directe oppositis acta motibus suum post mutuum occursum amittant motum; quin tamen deficiat aliquid motus universali massae materiae. Cur enim motus illa quantitas, quae vel in uno, vel in utroque corpore cessat, communicari non potest aliis materiae particulis, circumstanti V. C. aeri, aut vaporibus? His autem communicato motu, eadem manet in Universo quantitas motus; ut quisque videt.

R. Argumentum hoc, quo neque Cartesius usus est unquam, neque aliquis alicujus nominis Cartesianus, omnino corruere [illegible] 2da Newtoniana lege naturae. Si enim mutatio motus est semper proportionalis [illegible] motrici impressae et [illegible] semper secundum rectam lineam, qua vis illa imprimitur; qui queso in duorum occursu corporum, totus [illegible] communicari potest aeri, sive vaporibus motus? Ponamus corpus A motum, Fig. 22, impingere directione A C in corpus quiescens B, ita ut post impactum, omnino immoto corpore B, deficiat motus omnis in corpore A. Per 2dam legem [illegible], quum vires impressae sint secundum rectam A C, si aliqua contingere deberet mutatio, adeoque communicatio motus in aere, ea fieri deberet secundum rectam B C. Sed, quo pacto promovebitur aer directione B C, si corpus A, a quo sunt impressae vires impingit in corpus quiescens B? Aliquis ergo communicari potest circumstanti aeri motus a corpore A, [illegible] nota [illegible] maximus motus; non potest tamen totum illi communicare motum suum, quemadmodum totum non communicat [illegible] maximus motus. Idem dicendum esset in hypothesi, quod corpora A, et B oppositis directe moverentur directionibus, et post occursum, motum utrumque deperderent. Nunquam enim communicatio motus in aere [illegible], [illegible] vi non posset secundum rectas B C, A H, quibus vires ipsae imprimerentur. Deperiret ergo in rerum universitate quantitas aliqua motus, atque ea quidem non exigua; Quod erat demonstrandum.

Propositio 2da. Corporum reflexio contingit in puncto temporis.

Pro 1. Propositio. Nisi corporum reflexio haberetur in puncto temporis, in puncto incidentiae, et reflexionis corpus, quod reflectitur, aliquantisper saltem quiesceret; sed quiescere aliquantisper corpus concipi non potest, quin posita vel minima quiete, et omni interrupto motu, intelligi non potest, unde novus potuerit procreari in illis, seu novus motus. Necessum itaque est, ut corpora reflectantur in temporis puncto.

Pro 2do Propositio experimentis a Gassendo Massiliae institutis. Nam in Triremibus celerrimo motu actis e pede mali sursum projecta vice diversis vicibus plurima corpora, quae semper ad pedem mali ceciderunt; ut fuse describit Gassendus ipse Dissertatione, et Epistola 1 ad Petrum Puteanum, quas inscribit De motu impresso a Motore translato. Sed corpora illa [illegible] ad pedem mali haudquaquam cecidissent, si in puncto reflexionis aliquantisper quievisse debuissent. Reflexa itaque sunt in puncto temporis ad mali pedem.

Dicent 1to [illegible] mobile transire non potest in puncto temporis ab uno motu ad [illegible] contrarium motum. Sed transiret corpus [illegible] in puncto temporis [illegible] contrarium motum, si reflecteretur in puncto temporis. Ergo in puncto reflexionis intercedit aliquod medium, hoc est punctum saltem quietis.

R. dist. maj. Idem mobile transire non potest in puncto temporis ab uno ad alium sibi revera contrarium motum conc. ad alium contrarium duntaxat in directione motus ne Trn. dist. cum proportione min., et nego consequentiam. Dicere merito possumus, nullos esse motus sibi vere contrarios, quum ii, qui directe opponi [illegible], seu contrarii [illegible] non ratione motus, qui idem semper est, contrarii sunt, sed ratione directionum, quae versus oppositas, seu contrarias plagas habentur. Hinc nullum excogitandum est medium [illegible] [illegible] foret excogitandum, deveniendum non esset ad punctum quietis. [illegible], [illegible] [illegible], non esset [illegible] utrumque motum media, sed utroque motu natura sua contraria esse [illegible], majorem illam propositionem cum summis Philosophis negare etiam [illegible]. Nam motus licet contrarii habere medium nullatenus possunt.

Dicent 2do. Corpus sursum secundum perpendicularem lineam projectum tamdiu ascendit, quamdiu impressa [illegible] vis superat [illegible] [illegible], et aeris resistentiam. Ergo [illegible] vires corpori impressae [illegible] vi gravitati sive ipsius corporis, sive aeris ad [illegible] qualitatem [illegible], tunc quies aliqua in corpore intercedit.

R. [illegible] ant. [illegible] conseq. Nam quum vires impressae sursum projecto corpori [illegible] ad [illegible] cum [illegible] gravitatis [illegible], quum [illegible] corpus, descendet immediate, nullo intercepto puncto quietis. Eo quippe temporis puncto, quo sursum [illegible], [illegible] directum desinit motum, incipit motus [illegible] reflexus. Quod si instarent [illegible], nulla interposita mobula, eundem semper haberi motum, respondendum esset cum distinctione, eundem [illegible], hoc est non interruptum haberi motum, non tamen eundem ratione diversae, seu reflexae determinationis.

Dicent 3tio. Quum corpus aliquod elasticum impingitur, ratione elasticitatis illius partes introprimuntur, deinde explicant se [illegible]

siliant, et pristinum restituant in locum. Ergo in concursu saltem corporum elasticorum aliqua intercedit quies in puncto reflexionis, quum non in puncto temporis, uti supponunt ad contactum venerint, possint partes corporis introprimi, et suum in locum restitui.

R. in occursu corporum elasticorum reflexionem numquam attingi in momento temporis; adeoque nullam admittendam esse morulam in puncto reflexionis. Licet enim post spatium, duorum corporum elasticorum nam, quae ad mutuum devenere contactum, comprimi [illegible] debeant, et quasi complanari, deinde elastica vi priorem in locum, pristinamque in figuram restitui; necesse tamen non est, ut concipiamus utraque corpora in puncto reflexionis aliquo tempore momento quiescentia, quum ad partium introprestionem, et restitutionem sufficiat mutuus in puncto temporis corporum contactus. Nonne enim in puncto temporis constellas concipimus vires? Cur itaque, [illegible] viribus, seu pacto contactu, non statim reflectentur corpora a puncto reflexionis, sive contactus, ita ut dum reflectuntur, seu diversa post impactum directione feruntur, eorum interim partes propter percussionem comprimantur, tum propter elasticitatem in pristinum statum restituantur? Quod si alicui fortasse nostra haec responsio minus probetur, illud saltem certum est, alienas [illegible] vel projecti corporis partes complanari et veluti quiescere, dum tamen interim aliquando corporis partes sese restituere nituntur, aut communicato tremore, et tremitu quodam [illegible] concutiuntur; ita ut impossibile sit totum quiescere aliquantisper corpus in puncto reflexionis. Tandem, si aliquis opponeret [illegible], alicubi temporis [illegible] esse [illegible] mutabilem [illegible], adeoque non contingere reflexionem in temporis puncto; respondendum esset [illegible] habendum esse [illegible], verum non idcirca confugiendum fore ad aliquod quietis punctum in puncto reflexionis. Nam quum moveri corpus dicimus in puncto, seu momento temporis, momentum illud in alia minora momenta divisibile, seu constitui ex infinitis exiguis momentis concipimus, nec tamen dum movetur intra temporis momentum, quiescere in aliquo minimo momento intelligimus. [illegible] quum [illegible] reflexionem corporum in puncto temporis, punctum temporis physicum, nulla interposita quiete, significare volumus, non punctum mathematicum in morem [illegible] patum.

Propositio 3tia. Falsum est corporum reflexionem contingere propter oppositionem directionum; seu, in reflexione corporum non sola contingit mutatio directionum.

Pro 1. Propositio. Interdum contingit reflexio quin nulla est directionum oppositio. Nam si corpus A celerius motum impingat in B longe majus, quod tardius movetur versus eandem plagam, versus quam movetur corpus A, interdum reflectetur corpus A, eamque utrumque corpus eadem tendat directione, scilicet, cum vis omnis in utroque corpore existens ad eandem dirigatur partem. Sed concipi non potest, cum ad eandem plagam tendentem generare posse motum versus partem oppositam. Falsum itaque est reflexionem contingere propter oppositionem directionum, quum per 2dam Newtonianam naturae legem omnis mutatio motus contingat secundum lineam, qua fuit vis impressa.

Pro 2do Propositio. Si in reflexione corporum sola contingeret mutatio directionum, reflexa corpora eandem in oppositis directionibus servarent motus quantitatem: et corpora omnia in obstaculum impingentia deberent reflecti: utrumque est contra experientiam. Ergo reflexio non in sola consistit mutatione directionum.

Dicent 1. Numquam haberi reflexionem corporum sine oppositione aliqua directionum. Nam in allato superius exemplo corpus A, quod celerius movetur, quodve versus eandem plagam impingit in B longe majus, tardiori tamen motu actum, reflectitur utique a corpore B; verum non reflectitur, nisi propter oppositam directionem corporis B. In corpore quippe B vires [illegible], quibus una cum corpore A fertur in eandem plagam, alias in partibus oppositis supponi debet viribus praeditum, quibus et resistat corpori impingenti A, et ipsum opposita directione resistens reflectat; adeo ut reflexio omnis contingat propter oppositionem directionis.

R. in corpore B moto non posse a nobis fingi oppositam directionem, nisi fingamus idem corpus B aliquibus viribus tendere in unam partem, et aliis simul viribus tendere in partem oppositam, quod maximum equidem foret absurdum. Sit enim Fig. 22, corpus B, quod moveatur directione BC. Si corpus A celerius motum in illud impingeret, et reflecteretur directione BA propter oppositionem directionis in B; jam B et moveri deberet directione BC, et ferri simul deberet directione BH. Neque est, quod asserant Cartesiani esse in corpore B vires, quibus tendit versus C, et oppositas simul vires in plagam oppositam BH, quibus scilicet resistat corpori impingenti A, ipsumque opposita directione BH reflectat. Nam corpus B, quod acceptis viribus promovetur directione BC, per vim inertiae, et per primam Newtonianam naturae legem ita suum prosequi debet in eadem directione motum, ut numquam deflectat, quousque inveniat obstaculum. Quomodo itaque praeterea debet vires in partem oppositam BH, seu, ut verbis Cartesianorum utar, quomodo praeterea simul potest oppositam directionem BH; ita ut ab hac opposita directione corporis B, reflectatur corpus A a directione AC in directionem AH. At, inquient, corpus B motum directione BC per vim inertiae non solum perseverare nititur in eadem directione, verum etiam cum eadem quantitate motus. Hinc quum per impulsum corporis A versus eandem plagam acceleretur eius motus, per vim inertiae resistit novis impressis viribus, et resistendo ipsum corpus A reflectit in plagam oppositam AH. Haec equidem recte asserunt Cartesiani; sed difficultatem tamen haudquaquam [illegible]: non enim confundendae sunt vires cum directionibus, quum in eadem directione concipi possint eodem tempore oppositae vires, concipi autem non possint eodem tempore oppositae directiones. Etenim, ut eodem exemplo insistamus, corpus B tendens directione BC cum [illegible] partibus [illegible] habet, et exercet vires oppositas in corpus impingens A, quatenus viribus [illegible] C aliis motus partibus ab A acceptis resistit, ut cum [illegible] duntaxat partibus suum prosequatur motum. Sed corpus B ita post impactum, seu ita in ipso impactu resistit, ut haudquaquam reflectat directione opposita BH, immo celerius feratur eadem directione BC. Quare id tantum ex vi inertiae corporis B inferre possunt Cartesiani, corpus scilicet impingens A per vim corporis B reflecti in partem oppositam AH; quod nemo umquam negaturus est; non autem reflecti per oppositam directionem corporis B, quae cum eadem directione BC celerius post impactum pacta ne fingi quidem potest.

Dicent 2do. Motui esse non potest motus contrarius. Ergo quum corpus aliquod reflectitur, sola consequitur mutatio directionis in contrariam directionem, non mutatio motus in reflexum, adeoque contrarium motum.

R. ne ant. Licet non determinatio, seu directio motus per mentem distinguatur a motu generatim spectato, re ipsa tamen distinguenda non est a motu aliquo speciatim sumpto, quum hic, vel alter particularis motus in aliquam certam partem dirigatur, atque determi-

nes, adeo ut, ubi contrariæ sunt directiones, ibi quoq. contrarii sint necessario motus. Præterea, ut animadvertit Joannes Keilius Introduc. ad veram Physicam Lect. 14, si motus motui n. esset contrarius, multo facilius esset corpus semel motum in contrarias partes dirigere, quam penitus illud sistere; In priore n. casu motus corporis in mani reflectendi n. recipit, sed tantum in contrarias partes vertit; In posteriore vero casu, motus ille omnis in corpus reflecten.. perdit, qd tn. e contra manifestam experientiam. Denique si nihil motui contrarium esset, ubicunq. corpus in aliud obstaculum incurreret, fieret semper reflexio, qd tn. experientiæ repugnat. Nam plumbum, lutum, cera, aliaq. corpora, si in pavimentum cadunt, n. reflectuntur, quum tn. pilæ ex lana, vel pluma conflatæ, globuli eburnei, marmorei, vitrei, et alia ejusmodi corpora in idem pavimentum demissa fortiter resiliant. Reflexio ergo corporum aliunde proficiscitur, quam ab oppositione directionum.

Prop. 4ta. Vera Reflexionis causa e elasticitas corporum concurrentium.

Pro: 1. Probo. Corpora, quæ omni elastica vi destituta sunt, aut quæ minima vix elasticitate donantur, ut patet in plumbo, luto cera, quum in aliqd impingunt obstaculum, n. reflectuntur; partes quippe habent, quæ per impactum flectuntur, quæ tn. postea n. resiliunt. At corpora, in quib. e elaterium, ut videre nobis in chalybe temperato, maxima vi reflectuntur. Corporum ergo reflexio dependet ab elasticitate. Confirmatur. Corpora parum elastica vix reflectuntur, maxime elastica quammaxime reflectuntur. Nullo modo elastica, nullatenus reflectuntur. Omnis ergo reflexionis causa censenda e vis elastica.

Concipiamus itaque corpus aliqd elasticum A Fig. 25 impingere in corpus immobile B. Propter resistentiam vero corporis B comprimetur introrsum superficies corporis A, eaq. compressio durabit, quousq. penitus extinguatur vis, quæ illud corpus A promovebat versus B: Ea autem vi extincta, corpus compressum A se se restituere incipiet in formam pristinam; qd fieri, et fieri n. potest, nisi retro feratur corpus A, ex quo reflexio proficiscitur. Hinc sequi debet Reflexio, sive elasticitas sit in corpore tantum percutiente, sive sit in corpore percusso, sive in ambob. simul. In primo n. casu motus versus partem oppositam C, eadem Fig.a ortum ducit a restitutione corporis percutientis A: In 2do casu nascitur a restitutione corporis percussi B: In 3tio denique casu a restitutione utriusq. corporis A, et B.

Fig.a 25.



Dicent 1. Cartesiani. Globuli eburnei atq. marmorei, qui quammaxime reflectuntur, n. videntur corpora elastica. Ergo n. reflectuntur propter vim elasticam. Pro ant. Hujusmodi corpora apparent durissima, adeoq. inflexibilia. Ergo etc.

R. ne ant: ad prob: ne ant. Nam licet globuli eburnei, aut marmorei sensorio nostro organo tantum duri atq. inflexibiles recta videantur; aliter tn. se rem habere inde concludere possumus, qd percussi sonitum quendam, seu tinnitum edunt qui n. nisi a vibrationib. percussi corporis, uti in percussa corda musica, duci/ducere potest originem. Sed corpus, in quo excitatur sonus, seu in quo vibratorius efficitur motus, n. potest e durum, et inflexibile. Globuli itaq. eburnei, vel marmorei inter corpora dura recenseri nullo modo possunt.

Sed alio evidentiori uti possumus argumento, qd nobis suppeditat Lect. 14. superius laudatus Joannes Keilius. Sint n. Fig.a 25. duo globi vel eburnei, vel marmorei A, et B. Si essent perfecte sphærici, se se in uno tantum indivisibili puncto tangerent; Quia tn. humana arte construi sphæræ perfectissimæ n. possunt, globuli illi A, et B se se contingent in puncto physico divisibili, hoc e in parte quadam minima visibili. Sit ergo superficies globi B inducta atramento, aut quovis colore, qui facile possit deteri, atq. in ipsum B quiescentem impingat alter globus A: Experimento constabit n. solum physicum punctum impingentis globi A tingi atramento, aut alio colore, sed partem dimidiam subtilem, aliis majorem. Sed hoc fieri n. potest, nisi sufficienti utriusq. globi A, et B ictus vi mutatæ fuerint. Aliunde vero certum e utrumq. globum post reflexionem pristinam recuperare figuram. Certum itaq. e marmoreos, aut eburneos globulos n. e corpora dura, sed habere vim elasticam, qua se in pristinam figuram ex ictu deformatam restituant.

Dicent 2do, n. e repetenda corporum reflexio a vi elastica, si corpus durum, et inflexibile impactum in aliud durum, et inflexibile debeat resilire. Ita se res habet. Ergo etc.

R. conc. Tma, ne Tma. Corpus n. durum, et inflexibile, quod neq. a se ipso, neq. ab alio repellatur, resilire nullo modo potest. Nam primo, si fingamus globulum durum, atq. inflexibilem impingere in parietem inflexibilem, propter inflexibilitatem, et vim inertiæ parietis, globulus ille omnino sistetur. 2do, si concipiamus duos globulos A, et B omnino inflexibiles, et æquales occurrere sibi invicem oppositis directionib. cum æquali motus quantitate, per 3tiam nam legem ambo necessario quiescent. 3tio demum si globus A celerius motus impingeret in globum B eadem directione motum tardius, vel si globus A incurreret in B quiescens minoris tum diametri, tum gravitatis, impelleret B secum in eandem plagam secum abduceret, per eandem 3tiam nam legem. Corpus itaq. durum impactum in aliud durum, secundum leges nam resilire n. debet.

~~[illegible]~~

Dicent 3tio. Causa reflexionis e percussio, seu impetus impressus mobili; sed impetus hic occursu corporis durissimi n. extinguitur. Ergo quum ultra progredi mobile n. potest, in oppositam partem flectitur. Ergo reflecti corpus necesse e, etiam si nulla vi elastica polleret.

R. dist. Tma. Causa reflexionis e percussio cum elasticitate conjuncta conc: e sola percussio ne. Tma dist. Tma impetus hic n. extinguitur, quum corpus objectum e durum minori corporea magnitudine donatum conc: majori, vel æquali corporea magnitudine præditum ne. Tma et sub allata dist. conseq. Corporum reflexionem ab impressa a nam impetu e repetendam, ignorat nemo; Vi quippe elasticitatis nunquam corpora resilirent, nisi prius unum impingeret in alterum, seu nisi aliqua impressa percussio haberetur. Verum n. in sola percussione statuendam e causam reflexionis ex eo

patet, qd plumbum, lutum, cera, aliaq. corpora in pavimentum cadant, seu pavimentum percutiant, quin tn ullo modo a pavimento reflectantur. Percussio itaq. seu impressus impetus ē causa reflexionis, quatenus, nisi praecedat hic impetus, nullatenus corpora reflectuntur: Proprie tn n̄ ē causa reflexionis, quum secundum leges nat. n̄ omne corpus impingens in alterum, ab eodem reflectatur.

Ceterum, ut accuratiores Physici animadvertunt, superfluum ē inquirere, utrum durum, et inflexibile corpus impingens in aliud durum, et inflexibile reflecti debeat, nec ne. Quaestio ista ē tantum de possibili, quum nullum omnino corpus in rerum nāa reperiatur, qd durissimas partes aliquo modo n̄ habeat flexibiles.

Cap. 9.

De Legib. et via Reflexionis.

Corpora n̄ eodem modo reflecti, sed alia magis, alia minus, quotidiana experientia satis compertum ē: Omne autem reflexionis discrimen petendum ē a majori, vel minori elastica vi, ex iis, quae superiori Capite disputata sunt, conseq[illegible] necessario. Si utrumq. corpus tam impingens, quam impactum, aut alterum saltem perfecte esset elasticum, tunc equidem impingens corpus eadem vi, qua irruisset in obstaculum, ab eodem obstaculo resiliret, seu eadem prorsus velocitate reflecteret, qua ferebatur antea versus obstaculum, quum vis sit in ratione velocitatis. Nam facta compressione sive in utroq. corpore, si ambo fuerint perfecte elastica, sive in altero duntaxat, si alterum tantummodo fuerit perfecte elasticum, ē [illegible] proportionalis vi corporis percutientis, seu ipsius corporis percutientis velocitati. Sed in corporibus perfecta elasticitate praeditis vis [illegible] compressae partes in pristinum statum restituuntur, ē semp aequalis vi, qua eaedem partes fuerant antea compressae. Ergo vis qua compressae corporum partes restituuntur, prorsus proportionalis est [illegible] velocitati, adeoq. aequalem velocitatem versus oppositas partes procreabit.

Qd si ex corporibus impingente, et impacto neutrum sit perfecte elasticum tunc corpus impingens reflectetur minori velocitate, et decrementum velocitatis in motu reflexo metiendum erit ab imperfectione vis, qua restituitur. Nam si vis, qua corpus comprimitur, sit ad vim, qua restituitur, ut m ad 1, erit velocitas reflexionis ad velocitatem percussionis inverse ut 1 ad m; adeo si m sit numerus infinitus, hoc ē, si vis, quae ē in corpore restituendi se se, sit nulla, velocitas pariter reflexionis erit nulla, et corpus post impactum quiescet. Illud tn advertendum ē, velocitatem reflexionis n̄ augeri ab elasticitate utriusq. corporis, percutientis nempe, et percussi, quia compressio facta in utroq. corpore, quando ambo sunt elastica, tanta sit, quanta esse solet, quum alterum duntaxat ē elasticum.



His ita explicatis, considerare modo debemus tum semitam reflexionis, tum ejusdem leges. Sit itaq. Fig.ª 26, Obstaculum quod durum A B, qd neq penetrari, neq loco moveri possit, cujusq. superficies sit levigata, omniq. scabritie et prominentia destituta, in quam incidat primo corpus impingens X secundum perpendicularem directionem X I. Si tam corpus percutiens X, quam corpus percussum A B nihil habeant elasticitatis, post impactum utrumq. quiescet. Verum si aliqua erit vis elastica aut in corpore percusso, aut in percutiente, aut in utroq. simul, corpus X reflectetur vel cum tota sua velocitate si aut ipsum corpus X, aut percussum corpus A B erit perfecte elasticum, vel cum tanta parte suae velocitatis, quae sit ad velocitatem primam, ut se habet vis restitutiva corporis minus elastici ad vim comprimentem. Reflectetur autem corpus X secundum eandem rectam X I, secundum quam incidit in planum A B, quum vis elastica, unde reflexio proficiscitur, versus illam partem dirigatur. Atq. ita semp se res habet in percussione directa, quum scilicet corpus perpendiculariter incidit in alterum.

Fig.ª 26.



Impellatur nunc, eadem Fig.ª, globus m contra planum A B secundum directionem obliquam m I. Ex puncto I ducatur ad planum A B perpendicularis I X, ad quam ex centro corporis m demittatur perpendicularis m X. Jam motus obliquus m I corporis m resolvi potest in duos motus m X, X I, quorum motuum alter ē parallelus plano A B, alter vero ē perpendicularis ad idem planum. [illegible] corpus m percutiet planum A B non cum toto motu m I, sed tantum cum parte X I, reliqua quippe pars m X, quum parallela sit plano A B, in ipsum agere nequit. [illegible] neutrum corpus sit elasticum, in percussione consumetur tantum vis, sive motus, sive velocitas I X, integra vero manebit vis velocitas m X, cui planum n̄ obsistit; adeoq. post impactum debet corpus moveri super plano A B cum vi, sive velocitate m X, quae erit ad velocitatem incidentiae ut m X ad m I. Directio autem motus habebitur, si recta, m I, [illegible] X agat planum; [illegible] intersectio communis I B erit via, qua corpus m procedet post impactum. Et quidem si vel in superficie obstaculi, vel in globo adsit aliqua scabrities, globus incipiet circumagi; sin vero obstaculi superficies sit recte levigata, et globus perfecte rotundus, post impactum debet moveri globus secundum obstaculi superficiem.

Res autem diversa habet locum, quum neq. corpus percutiens neq. percussum elastica sunt. Supponamus modo, eadem Fig.ª, vel alterum vel utrumq. perfecte ēe elasticum. In hoc casu duorum motuum m X; X I, in quos resolvitur motus obliquus corporis m primus m X integer manet post impactum, quum planum A B nullam illi opponat resistentiam, alter vero I X, cum quo fit percussio, licet consumatur adversus obstaculum A B, post impactum tn integer excitatur in corpore m ob perfectam vim elasticitatis, cum hoc tantum discrimine, qd ejus directio ē versus motui oppositam. Itaq. ad cognoscendam viam reflexionis duo isti motus componendi sunt, quos nunc [illegible] agitat globus m. Producatur m X usq. ad n, ita ut sit n X aequalis m X, jungaturq. I n. Quia post impactum globus m duos urgetur motus, quorum directiones, et quantitates sunt I X et X n, ex quibus componitur motus obliquus I n, consequitur globum post impactum moveri secundum rectam I n. Quare, quia ob aequalitatem triangulorum m X I, n X I sunt aequales tum rectae m I, n I, tum anguli X I m, X I n, ergo velocitatem corporis post reflexionem aequalem ēe ejus velocitati ante percussionem, propterea corpus post reflexionem tantum aberrare a perpendiculari I X, quantum ab eadem perpendiculari deflectebat quum incideret in planum A B.

Qd si neutrum corpus sit perfecte elasticum tunc via reflexionis determinari poterit, quum cognita sit ratio inter vim comprimentem, et vim restituentem, sive inter velocitatem impactus, et velocitatem reflexionis. Eadem Fig.ª 26, in qua demonstratum ē m I repraesentare motum, sive velocitatem corporis obliquam, m X velocitatem plano parallelam, et I X velocitatem perpendicularem ad idem planum, referat I C velocitatem reflexionis. In plano transeunte per rectas m I, I X ducatur ex puncto C recta C D perpendicularis ad I X, quae sit aequalis ipsi m X sive X n, et jungatur recta I D. Manifestum ē globum m post impactum moveri per rectam I D quum post percussionem urgeatur duobus motibus, quorum directiones, et quantitates designantur per rectas C I, C D ex quibus componitur motus obliquus I D. Quoniam autem I D minor ē, quam I n, angulus vero D I X major ē angulo m I X, liquet velo

citatem post reflexionem semper minorem esse velocitate incidentiæ, ac propterea corpus post reflexionem magis aberrare a perpendiculari IX, quam, quum incideret, ab eadem perpendiculari deflecteret.

Hinc infertur, observandas esse leges reflexionis corporum tam perfecte, quam imperfecte elasticorum, quæ tres recenseri solent. Prima lex est, ut planum incidentiæ, et planum reflexionis sint unum, et idem planum cujus legis sensus est, quod viæ incidentiæ, et reflexionis MI, ID sint in eodem plano cum axe reflexionis. 2da lex est, ut tangens complementi anguli reflexionis DIC sit ad tangentem complementi anguli incidentiæ MIX, uti se habet vis restituendi se se ad vim comprimentem, sive eam, uti IC ad IX. Itaque, quia tria possunt in hac re contingere, primo, ut vis restituendi se se adæquet vim comprimentem, ut in corporibus perfecte elasticis: 2do ut vis se restituendi minor sit vi comprimente, ut in corporibus imperfecte elasticis: 3tio, ut vis se restituendi nulla sit: si primum contingat, erit angulus incidentiæ æqualis angulo reflexionis, si 2dum, angulus incidentiæ minor erit angulo reflexionis, si denique 3tium, angulus reflexionis erit rectus, scilicet movebitur corpus secundum longitudinem plani absque ulla reflexione. Atque hæc omnia vera sunt, si corpus M oblique incidat in planum AB. Nam si incidat perpendiculariter, tunc vel omnino quiescet, si nulla sit elasticitate donatum, vel reflectet secundum eandem perpendicularem, si corpus aut perfecta, aut imperfecta sit elasticitate preditum. 3tia tandem lex est, ut velocitas incidentiæ sit ad velocitatem reflexionis, uti se habet secans complementi anguli incidentiæ ad secantem complementi anguli reflexionis.

Caput 10

De Refractione

Ut corporum habeant refractus motus, duo necessaria sunt. Primo, ut corpus irruat directione obliqua in alterius corporis superficiem 2do ut corporis superficies vel prosit, vel noceat motui corporis irruentis. Nam primo, si corpus incidat perpendiculariter in planam superficiem, neque ad dexteram flectet, neque ad sinistram, sed perget eadem perpendiculari; ita tamen, ut perrupta superficie, illius velocitas vel augeatur, vel minuatur. 2do, corpus etiam oblique incidens, perrupta superficie, perget deorsum sine ulla refractione per spatium inferius, quando superficies corporis, quam perrumpit, neque juvaret, neque moraretur irruentis corporis motum.

Omnis refractio oritur ex mutatione velocitatis, quam corpus refractionem patiens subit. Quod ut intelligamus, sit Fig. 27, globus M incidens in superficiem AB secundum viam obliquam MI, ita ut, perrupta superficie, illius motus vel augeatur, vel minuatur sitque velocitas globi in spatio superiori ad velocitatem ejusdem globi in spatio inferiori, uti a ad b. Ex centro globi M demittatur MC perpendicularis ad planum AB. Si recta MI referat motum, seu velocitatem globi in spatio superiori distinguetur in partes duas, quarum altera erit perpendicularis ad planum AB, altera vero eidem plano parallela. Et quoniam superficies AB agere quidem potest in velocitatem perpendicularem MC, nullo autem modo in velocitatem parallelam, seu transversam CI, postquam globus fregerit superficiem AB, velocitas transversa CI eadem manebit: adeoque sumpta ex altera parte IB æquali CI, ductaque perpendiculari BH, quo tempore globus M transiit motu transverso de perpendiculari MC ad axem refractionis XZ, eodem prorsus tempore idem globus de axe refractionis discedens perveniet ad alteram perpendicularem BH.



Fig.a 27.

Fingamus modo MI secari in puncto O, ea lege, ut MI sit ad OI, quemadmodum se habet a ad b, Deinde ex centro I, radio IO, describatur circuli circumferentia secans perpendicularem BH in puncto R. Quoniam ex hypothesi a est ad b, ut velocitas globi M in spatio, seu medio superiori ad ejus velocitatem in spatio, seu medio inferiori, sive, ut cum Newtono loquar, ut velocitas incidentiæ ad velocitatem emergentiæ, erit quoque MI ad IO, sive IR, ut velocitas incidentiæ ad velocitatem emergentiæ adeoque quo tempore globus priori velocitate describit spatium MI in superiori medio, eodem prorsus tempore idem globus posteriori velocitate transiet spatium IR in medio inferiori. In motu quippe æquabili, quando spatia sunt inter se velut velocitates, tempora proinde sunt æqualia. Sed globus M quo tempore describit spatium MI, ante incidentiam decurrit transversa velocitate spatium interjacens inter perpendiculares CM, XZ, et post emergentiam decurret spatium æquale inter perpendiculares XZ, BH interpositum. Ergo globus in fine illius temporis reperietur in R, ejusque semita esse debebit recta IR

Tria autem ex hactenus demonstratis consequuntur. Primum est, refractionem semper fieri a perpendiculari, quando velocitas incidentiæ majorem velocitate emergentiæ, seu quando superficies AB obest motui globi M perrumpentis eandem superficiem in puncto I nam in ea hypothesi IO, sive IR minor est ipsa IM adeoque producta MI usque ad H, via refractionis IR superior erit ipsa IH, quæ æqualis est ipsi IM. 2dum est, refractionem semper fieri ad perpendicularem, quum velocitas incidentiæ minor est velocitate emergentiæ, sive quum superficies AB prodest motui globi irruentis: nam in ea hypothesi IO, sive IR major est ipsa IM adeoque producta MI usque ad H, via refractionis IR inferior erit ipsa IH quæ æqualis est ipsi IM. 3tium est, nullam prorsus fieri refractionem, quando velocitas incidentiæ adæquat velocitatem emergentiæ, quando nempe superficies AB neque juvat, neque moratur motum corporis incidentis: nam in ea hypothesi via refractionis IR adæquat ipsam IM, adeoque coincidit cum recta IH, quæ jacet in directum cum recta MI.

Sumatur nunc in via refractionis IR ulterius producta recta IQ æqualis IM, atque ex punctis M, et Q demittantur perpendiculares MX, QZ ad axem refractionis XZ, quarum posterior secet rectam BH in puncto R. Sumpta recta MI, sive IQ pro radio, erit MX sinus anguli incidentiæ, et QZ sinus anguli refractionis. adeoque sinus anguli incidentiæ erit ad sinum anguli refractionis, uti MX, sive CI, sive IB, sive ZR ad ZQ. Atqui ZR est ad ZQ, uti IR ad IQ, sive eam uti IR, ad IM. Ergo ob rationum æqualitatem erit pariter sinus anguli incidentiæ ad sinum anguli refractionis, uti IR ad IM, adeoque ut velocitas emergentiæ ad velocitatem incidentiæ. Inde autem rursus consequitur refractionem fieri ad perpendicularem, quando velocitas emergentiæ excedit velocitatem incidentiæ, fieri vero a perpendiculari quando velocitas emergentiæ minor est velocitate incidentiæ, nullam denique haberi refractionem, quando velocitate

incidentiæ, et emergentiæ sunt int. se æquales. Consequenter ergo nullum est refractioni locum, quando via incidentiæ est perpendicularis. In hac n. hypothesi sinus anguli incidentiæ nullus est: adeoque nullus pariter sit oportet sinus anguli refractionis.

Tres ex hactenus dictis recensendæ sunt Refractionis leges. Prima est, ut planum incidentiæ, et planum refractionis sint unum et idem, scilicet, ut viæ incidentiæ, et refractionis sint in eodem plano cum axe refractionis. 2da lex est, ut sinus anguli incidentiæ sit ad sinum anguli refractionis, ut velocitas emergentiæ ad velocitatem incidentiæ. 3tia demum, ut refractio fiat a perpendiculari, quando velocitas incidentiæ major est velocitate emergentiæ, fiat vero ad perpendicularem, quando velocitas incidentiæ minor est velocitate emergentiæ.

Causa ergo refractionis est, quia corporis in tenuissimam superficiem oblique incidentis velocitas vel augetur, vel minuitur, uti quotidiana experientia comprobatur.

Cap. 11.

De Percussione.

Percussio vocatur actio illa, qua corpus in motu positum omni sua vi in aliud corpus impingit: et triplici modo contingere potest. Primo, quum corpus motum in alterum quiescens impingit: 2do, quum corpus celerius motum assequitur aliud corpus lentius procurrens: 3tio quum duo corpora opposita directione in se invicem ruunt.

Percussio alia est directa, alia obliqua. Percussio directa habetur, quum linea directionis transit per centra gravitatis amborum corporum, et per illas partes superficierum, quæ in percussione se se mutuo contingunt. Quare, si ponamus duas sphæras in se mutuo impingere, quarum utraque ejusdem sit materiæ ejusdemque densitatis, percutient se se directe, transeunte recta linea directionis per centra sphærarum, quæ in sphæris homogeneis eadem sunt cum centro gravitatis, et per illas partes superficierum, quæ se mutuo in percussione contingunt. Quocumque alio modo corporum percussio contigerit, semper obliqua percussio nuncupabitur.

Percussio locum habet in corporibus duris, mollibus, et elasticis. Quoniam vero corpora perfecte dura non dantur tam magna, ut de iis experimenta capere liceat (elementa quippe, seu minima solida, quæ perfecte dura esse debent, propter subtilitatem qua prædita sunt, sensus nostros omnino fugiunt) idcirco mollium duntaxat, atque elasticorum corporum percussionem spectare possumus.

Velocitas illa, qua duo corpora ad se invicem accedunt, aut a se recedunt, respectiva appellatur. Quamobrem si unum corpus quiescat, et alterum versus quiescens moveatur, velocitas respectiva eadem erit cum absoluta: si ambo corpora ferantur in eadem directione ad eandem plagam, erit velocitas respectiva æqualis differentiæ ambarum velocitatum, qua corpora vel ad se accedunt, vel a se recedunt. Si duo corpora in se invicem opposita directione ferantur, erit velocitas respectiva æqualis summæ ambarum velocitatum.

Si duo corpora mollia se invicem percutiant, mutabuntur amborum figuræ, eorum partibus intropressis, aut separatis: si corpus durum inciderit in molle, erit mollis corporis figura mutabitur; partes autem intropressi nequeunt, nisi superetur vis qua cohærent. Quamobrem, quotiescumque corpus molle percutitur, destruetur ea vis corporis impingentis, quæ impenditur in mutatione figuræ, qua corpus molle erat præditum.

Si corpus A in corpus molle B ipsi æquale, et quietum inciderit, post percussionem movebuntur A, et B conjunctim, velocitate duplo minori ea velocitate, qua A inciderat: adeoque dimidia perit quantitas virium, quæ consumpta fuit in mutatione figuræ. Si corpus v. g. A impegerit B centum virium gradibus, et velocitate decem graduum, post percussionem velocitas utriusque corporis, erit quinque graduum. Ergo vires pro quolibet seorsim corpore sunt vigintiquinque, et summa ambarum 50 adeoque periere vires 50, quæ consumptæ sunt in mutatione figuræ.

Plura alia sunt jucundissima Theoremata circa percussionem tam directam, quam obliquam corporum sive mollium, sive elasticorum. Ea consulere quisque potest apud Musschenbroekium Elem. Phys. Cap. 16.

Caput 12.

De Viribus Corporum motorum.

Quam maxime inter se disputant Philosophi, quum supputandæ sunt motorum corporum vires. Nam alii statuendas esse putant in ratione composita ex velocitate, et pondere. Alii in ratione ponderis, et quadrati velocitatis. In prima sententia fuerunt post Mersennum Gassendus, Ricciolus, Desaguliers, Mairanius ^ Chatelet, et Negrius noster. : In 2da post Leibnitium Joannes Bernoullius, Hermannus, Wolfius, Gravesandus, Polenus et Femina Marchionissa de

Ut de hac quæstione, quæ summos exercuit Mathematicos, ^ Physicos æque, ac ~~[illegible]~~ aliquid ~~attingamus, nequem proponimus experimentum, [illegible]~~ ~~[illegible] mus omnium [illegible] Mersennus, [illegible]~~ æquipondio ad alterutrum Libræ caput appenso, eodemque subjecto plano horizontali innixo, ex opposita libræ parte grave quoddam in libræ scapum demittatur. Tam pro majori altitudine, ex qua decidit grave, majorem esse constat ictum, quo scapus percutitur. Ea ergo sit altitudo casus, ex qua hujusmodi percussionis vis in scapum excitatur, ut ponderi ex altera libræ parte suspenso sit æquilibrata, adeo ut tantillum, ea aucta altitudine, æquipondium sustollatur. Ponamus eam altitudinem esse, ut 1, alias vero altitudines, ex quibus idem grave decidit in scapum esse, ut 4, 9, 16 etc. Profecto si vires corporis decidentis ex altitudinibus 1, 4, 9, 16 etc. compositam haberent rationem ex velocitate, et pondere, seu ipsas velocitatum rationem sequerentur, quoniam idem semper est pondus, æquipondia ex altero libræ capite pendentia, quæ iis viris æquilibrantur, oporteret sequi rationem 1, 2, 3, 4. Ex gravitatis n. theoria liquido patet velocitates corporum decidentium ex altitudinibus 1, 4, 9, 16 etc. esse, uti eorundem numerorum radices 1, 2, 3, 4 etc. Si vero eorundem corporum vires eam haberent rationem, quæ convenit quadratis velocitatum, æquipondia forent, ut 1, 4, 9, 16 etc., seu ut ipsæ altitudines, quæ sunt ratione quadratorum velocitatum.

Nos in re tanta, tamq. a summis Viris, et integris Nationib. controversa, nihil veluti certum statuere volumus; praesertim quum sine longissima dissertatione expediri, uti vere, haudquaquam possemus. Aliqua tn. praeferenda nullo modo sunt quoad virium distinctionem, atq. notam, ut saltem quid sibi vires velint intelligatis, adq. superata nominis confusione, clare, distincteq. percipiatis.

Vires corporum distingui possunt in mortuas, motrices, et vivas. Vis mortua ea est, quae nititur quidem motum in corpore producere, sed illum actu non producit, prout vis aliqua in contrarium aequaliter resistente. Vis motrix dicitur, quae motum creat simpliciter, neq. aliud efficit. Vis tandem viva dicitur, quae post motum cui est conjuncta, aliquid efficit, et efficiendo absumitur. Tres istae virium species in uno eodemq. globo alicui incumbenti plano sic explicant a Cl. Zanotto in Commentariis Academiae Bononiensis. Nam vis, qua globus incumbit plano, est mortua; qua vero planum ferit, est motrix, et qua superat resistentiam plani est viva. Primam vim transit, seu destruit planum, quod pressioni incumbentis globi in contrarium aequaliter resistit. 2da vi supra planum projecto moveret globus, si omnis a plano resistentia tolleretur. Itiat vero paulatim tertii ipsius plani resistentia.

Distinctionem virium in mortuas, et vivas, si mera attendatur vocabula, primus omnium excogitavit Leibnitius: nam si res, seu diversa haec virium nota spectetur, certum est vires mortuas, atq. vivas non latuisse priscos Philosophos. Erunt fortasse aliqui, quibus non ita probabilis distinctio illa in vivas, atq. motrices. Verum, ut suo, et elegante more suo Nepsius noster in Dissert. de Magnitudine Virium Cap. 1, dici quidem potest omnem vim viva esse motrix, sed non potest contra dici, omnem vim motricem esse vivam, quod eam ostendit natura ipsa utriusq. virium. Nam vis motrix motum creat, et non est ipsa ex motu, sed motus ab ipsa. Contra vis viva motum consequitur, et absumitur in effectu edendo, fractione, excavatione, erectione, tractione, vectione. At vis motrix nam sua semel ingressa in corpus, illud ad infinita spatia transfert. Itaq. vis motrix omnino a vi viva distinguitur.

Posita hac virium distinctione, communis fere est Physicorum opinio, vires sive mortuas, sive motrices esse in ratione ponderis, et velocitatis, sed quoad virium vivarum mensuram duo illi sunt discrepantes int. se sententiae, quas singulas recensebimus; ut non desint eam Philosophi, qui Leibnitianam virium vivarum distinctionem renuendam putant; inter quos Macranus.

Ad vires nobilissimum mortuas quod attinet; quamquam ex iis (ut patet in globo planum urgente) nullus ob impedimentum sensibilis oritur motus, concipitur tn. a Physicis, hac praesertim aetate, qua infinitesima sic placent, oriri singulis momentis ex viribus mortuis incrementum velocitatis, seu infinite exiguam velocitatem, quam initialem nuncupant, quae tn. difficultate, et resistentia obstaculi continenter destruitur. Quod sicut velocitatis incrementa, quae dato tempore producuntur, conservari omnia in corpore possent, eorum summa finitam corpori conciliaret velocitatem, adeoq. sensibilem motum, ita ut amplius esset vis mortua, sed viva.

Illud ergo interest int. vim mortuam, et vivam, ut mortua consistat in simplici velocitatis incremento, seu in infinite exigua et initiali velocitate; viva vero in summa infinitorum incrementorum velocitatis, seu in finita velocitate, quae constituitur ex summa infinitorum incrementorum velocitatis. Hinc sponte sua fluit vim vivam comparatam cum vi mortua esse infinitam propterea nullam esse rationem, seu veram int. utramq. comparationem; Quod notum fuit clarissimis Physicis Galileo, Torricellio, Borellio, qui docuere vim percussionis cum pondere comparatam habendam esse infinitam. Et sane corporum motorum vim diminui ex diminuta velocitate, ambigit nemo. Si ergo velocitas in infinitum minuatur, hoc est si ponatur corpus quiescere, eam vis diminuta erit in infinitum, quae quum in vim mortuam tunc transeat, patet hanc prae vi viva, infinities esse minorem.

Caput 13.

De Viribus Centralibus.

Centrales vires vel Centrifugae esse possunt, vel Centripetae. Vis centrifuga dicitur, qua corpus actum in orbem a centro orbis recedere nititur. Talis est vis lapidis fundae impositi, et una cum funda in orbem circumacti. Nam quamdiu in funda circumagitur lapis, ita fere in orbem nititur, ut trahat manum, quae fundam tenet, et quasi centrum orbis occupat. Vis centripeta nuncupatur, qua corpus versus sui motus centrum fertur. Talis est vis manus fundam tenentis, et circumagentis, quae lapidem ad se, hoc est versus centrum motus trahit.

Docent Physici accuratiores corpus vi centrifuga actum in orbem moveri in linea recta orbem tangente. Quod ut percipiamus, moveatur per vim centrifugam lapis fundae impositus, et moveatur motu circulari. Descripto per peripheriam circuli intelligere primo possumus inscriptum triangulum, tum quadratum, postea pentagonum, deinde exagonum, tum vero decagonum ac demum chiliogonum; ita ut omnes inscriptae figurae sint regulares, earum autem minime deflectat a concava circuli peripheria triangulum, aliquanto plus accedat quadratum, aliquanto magis pentagonum, adhuc magis exagonum, adhuc multo magis decagonum, atq. multo quidem magis chiliogonum. Jamvero, supponamus figuram regularem circulo inscriptam constare ex infinitis lateribus, quorum tn. singula exiguissima sint. Hujusce figurae declinatio a circuli circumferentia erit nulla; adeo ut circuli, aliarumq. curvarum perimetri haberi possint tamquam figurae rectilineae infinitorum laterum, quorum singula latera extensionem infinite parvam obtineant. His positis, quoniam ex hypothesi, movetur actus per fundam lapis in circuli circumferentia, movetur in figura rectilinea infinitorum laterum, quorum singula sunt infinite parva, adeoq. ita in circuli peripheria conatum exercebit centrifugum, ut moveatur secundum lineas rectas contingentes circuli peripheriam, in qua movetur.

Vis centrifuga corporum in lineis curvis motorum ab ipsa oritur inertia Mat. qua semper fit, ut si corpus secundum datam rectam moveatur, per eamq. in directum continenter moveri pergat, nisi extrinsecus impediatur. Hinc si corpus se

velut in Circuli circumferentia cernimus, asserendum est adesse vim aliquam perpetuo agentem in corpus, quæ ipsum retrahit de cursu rectilineo, et gradatim in reliqua polygoni latera flectit, atque hanc ipsam vim centripetam dicimus, quatenus ad aliquod punctum veluti centrum dirigit. In omni itaque corpore, quod in lineam curvam movetur, duæ spectandæ sunt vires indesinenter in illud agentes, quarum una a semita curvilinea in tangentem corpus retrahit, altera ad aliquod punctum, veluti centrum impellit; ita ut ex duabus hisce viribus simul agentibus omnis resultet in curvis directionibus corporum motus.

Dissertatio 3tia

De Gravitate, et Vi Attractionis. Cap. 1. Quid sit Gravitas, et quotuplex.

Gravitas definiri potest cum Petro Musschenbroekio Cap. 7. Elementorum Physicæ, vis quædam, qua corpora terrestria in aere apto, aut in vacuo sibi libere commissa, ex quiete in linea perpendiculari ad Horizontem terrestrem deorsum feruntur. Retenta autem, nec lævitia in eadem perpendiculari premunt ea, quibus incumbunt, et se, aliaque corpora hac pressione deorsum movere conantur. Duplex ergo est effectus gravitatis, scilicet vel pressio, vel verus motus. Ipsa autem potentia premens obstaculum subjectum nomine venit Gravitatis.

Duplex communiter distingui solet Gravitas, Absoluta nimirum, et Specifica, seu Relativa. Gravitas Absoluta quæ vis etiam centripeta dicitur, est vis illa, qua corpus in suum centrum tendit, vel tendere nititur; sive est vis illa, qua corpus omne terrestre nostra sua parte versus Telluris centrum, et qua corpora omnia Systematis Planetarum feruntur versus commune centrum, seu versus Solem. ~~[illegible]~~ Gravitas Specifica, seu relativa ea est, quæ spectatur ut plura corpora invicem comparata.

Corpora omnia æqualem habent gravitatem absolutam, non tamen relativam. Ut experta est Londinensis Academia, suber, atque Plumbum eadem velocitate ferunt versus Telluris centrum, proindeque æqualem habent gravitatem absolutam; quia tamen in æquali volumine Plumbum est suber gravius, inæqualem habent gravitatem relativam. Ratio itaque diversæ specificæque gravitatis petenda est a varia corporum constructione. Sint n duæ Sphæræ, quarum una duas contineat Massæ partes, et unam vacui; altera duas vacui, et unam Massæ. Nam quisque videt primæ sphæræ inesse duplam gravitatem relativam sive sphæræ, gravitate specifica duplam.

Quum Gravitas Absoluta corporis spectat, intensio ejusdem gravitatis spectatur, vis scilicet, qua aliquod grave ad suum tendit centrum, et a qua proficiscitur velocitas, qua idem grave ad centrum tendit. Verum quum Gravitas Relativa attenditur, extensio gravitatis consideratur, unio scilicet partium aliquod grave componentium. Aqua v.c. et Aer duo corpora sunt quoad intensionem æqualiter gravia, non tamen quoad extensionem: utriusque quippe partes eodem modo, eademque velocitate ad suum centrum tendunt, sed non eadem velocitate æqualia volumina Aeris, et Aquæ; quum in volumine Aeris una, et 5. contineantur gravis partes, in æquali autem volumine Aquæ contineantur partes graves fere octingentæ.

Nisus, seu pressio unius corporis in aliud subjectum corpus; sive vis ipsa, qua corpus versus suum centrum tendit, corporis gravitatio nuncupatur.

Caput 2dum.

De Centro Gravitatis, et Linea Directionis.

Centrum gravitatis vocatur in corporibus punctum aliquod imaginarium, ex quo, si suspendantur, sunt ab omni parte suæque quilibrata. In hoc centro tota cujuslibet corporis gravitas posita supponitur, reliquis illius partibus quasi omni pondere destitutis. Hoc centro suspenso vel sustentato totum sustinetur corporis onus, suspendere quippe, vel sustinere hujusmodi corporis punctum, idem est, ac suspendere, vel sustentare pondera simul omnia, quæ in corpore circa predictum punctum æquilibrantur, quæque a descensu impediuntur. Quare, quum in quolibet corpore considerari possit punctum unum, circum quod omnes æquilibrantur corporis partes, et in quo totum consistat corporis pondus, hoc punctum centrum gravitatis nuncupatur.

Si tota corporis Massa fuerit æqualis, et homogenea, centrum illius gravitatis idem erit cum centro illius magnitudinis. A centro tamen magnitudinis erit diversum, si corporis Massa fuerit heterogenea. Centrum gravitatis alicujus Sphæræ homogeneæ v.c. aureæ idem est cum centro magnitudinis ejusdem Sphæræ; seu cum centro Sphæræ; verum, si ita composita fuerit Sphæra, ut dimidia illius pars sit aurea, dimidia argentea, centrum gravitatis in Sphæra non idem erit cum centro Sphæræ. In Cylindro homogeneo centrum gravitatis positum est in illius Axis puncto medio; non tamen in Cylindro ex partibus heterogeneis composito. Quamobrem et diversa corporum figura, et diversa corporum natura spectanda est, ut centrum eorum gravitatis cognoscamus.

Linea Directionis in gravi est recta quædam, quæ producta conjungit a centro gravitatis ad centrum, versus quod grave tendit. Hinc directio centri gravitatis, non secus ac gravium directio, perpendicularis est ad terrestrem horizontem et corpus omne vel in ipso centro gravitatis, vel in quolibet puncto lineæ directionis potest sustineri, ita ut quolibet in ea sustentato puncto, totum sustineat corpus, et uno non sustentato illius puncto, totum deorsum corruet. Ut homines, et cætera animalia, inquit Cl. Crivellius, stare possint erecto capite, necesse est, ut linea directionis cadat supra pedes, quæ premunt uterque. Hinc adeo et in hoc tota consistat eorum ars, qui supra tensas chordas vel deambulant, vel saltant. Quum nos stamus erecto capite, linea directionis cum utramque cadit sustinendum; verum, quum se loco movere incipiunt, atque alterum unum pedem v.c. dextrum, tunc quoque ad dexteram confert se se linea directionis. Quum pedem moves sinistrum, transit a dextera ad sinistram partem linea quoque directionis. Hinc recte traditum fuit a Cl. Alphonso Borellio in Lib.° 1 de motu [illegible]

XII.

licet, ita qdcumq. moveri stale corpus, ut in spatio percurrendo, ab extremo lineę directionis puncto, obliquam, et [illegible] [illegible] describat lineam. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], mutato stitu centri gravitatis, et consequenter lineą directionis. Hac de causa Bajulus pondus ferens humeris impositum curvat se se anterius, ne directionis linea locum suum ex utr[illegible] [illegible] [illegible] mutet, qd in [illegible] [illegible] hominis [illegible] Hac de causa curvat se [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Brachiis; qd in gravidis etiam Mulieribus quotidie videmus.

Newtoniani existimant Gravitatem esse attractionem communem omnis corporis, et merito quidem omnia n[illegible] terrestria corpora quę hacterus explorata sunt sive ea solida sint sive fluida, gravia detecta sunt. sed in contrariam abiere sententiam Peripatetici, et Cartesiani, contra quos sit

Prop. 1. Terrestria omnia corpora gravia sunt.

Pro 1. Propo. Corpora omnia, quę Tellurem constituunt, ita a natura debent esse ordinata, [illegible] unita, ut unum maximum corpus sphericum, aut quasi sphericum efficiant, effectumq. tueantur. Manifestum autem est, ad hunc finem obtinendum, nullum esse medium magis aptum, quam, ut singula corpora in unum commune punctum perpetuo nitantur. Nulla quippe fit unio per mutuum recessum eorum, quę simul conjungi debent, sed per mutuum eorundem accessum. Omnia ergo corpora, quę intra Telluris globum continentur, in unum commune punctum tendunt, adeoq nulla sunt positive levia, quę natura sua semper, [illegible] [illegible] sursum tendant. Hinc merito secundum Democriti, Epicuri, aliorumq. vetustissimorum Philosophorum doctrinam cecinit Lib 2 de rerum natura Lucretius

Nullam rem posse sua vi
Corpoream sursum ferri, sursumq. meare.

Pro 2do Propo. Cum natura nihil frustra operetur, et nunquam efficiat per plura, qd efficere potest per pauciora, absoluta levitas a terrestribus corporibus omnino est excludenda. Nam omnia naturę phenomena, quę in levitatem absolutam refundi solent [illegible] gravitatem explicari commode possunt, per levitatem nimirum relativam quę [illegible] distinguitur a gravitate relativa. Per gravitatem [illegible] tendit, cur aliqua corpora [illegible] aliis posita sursum moveri debeant, perpetuoq. [illegible] sursum tendant et per gravitatem [illegible] explicatur, cur secus alia corpora sub aliis existere postulent, et sub illis reperiri continuo nitantur. Frustra itaq in corporibus absoluta admittitur levitas, quando ad omnes explicandos naturę effectus sufficit gravitas.

Pro 3tio. Experientia constitit flammam, et fumum in machina Pneumatica, post extractum aerem, sursum non ascendere, [illegible] liquoris instar, superficiem horizonti parallelam constituere. Nam stupa, vel alia combustibilis materia, [illegible] [illegible] [illegible] ope cristallinę lentis directe radiis solaribus exposita, fumus, non prout consuevit in aere, sursum petit, sed incurvat se se, et ad instar aquę ex fonte decidentis deorsum [illegible]. Quęcumq. itaq. sponte sursum ascendere nobis videntur, ea absolute levia [illegible] [illegible] non sunt, sed tantum minus gravia, quibus innatant; adeo nimirum, ut ea sursum non ascendant vi [illegible] intrinseca, sed quatenus duntaxat a graviori fluido sursum urgentur, et propelluntur.

Opponunt 1. Cartesiani existere ętheream subtilem materiam, quę omni destituta est gravitate.

R. cum Musschenbroekio Elementorum Physicę Cap. 7 materiam illam subtilem meram esse chimęram, cujus [illegible] existentiam [illegible] hacterus demonstravit, neq [illegible] [illegible] argumento probabilem reddere potuerit. Petunt manifeste principium [illegible] [illegible] [illegible] utuntur. Non datur vacuum, ergo datur materia subtilis, et datur materia subtilis ergo non datur vacuum. Pro [illegible] [illegible] imaginationis subtili materię diversas proprietates attribuunt Cartesiani, [illegible] ex [illegible] [illegible] hanc quoq [illegible] [illegible] hypothesis, qd nempe subtilis materia nulla sit predita gravitate. Applicare ad rem nostram [illegible] Cotesius Prefatione in Newtonianam Philosophiam [illegible] subtilis fabulam [illegible]. Licebit, inquit [illegible] causas [illegible] phenomena [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible]. Ad veram Philosophiam [illegible] [illegible] [illegible] ex causis vere existentibus [illegible] re [illegible] [illegible] querere, quibus voluit summus Opifex hunc Mundi pulcherrimum ordinem stabilire, non eas, quibus potuit si ita visum fuisset. Rationi [illegible] consonum est, ut a pluribus causis [illegible] [illegible] [illegible] diversis [illegible] possit effectus [illegible]. [illegible] autem vera erit causa, ex qua vere, [illegible] [illegible] [illegible] Reliquę locum non habent in vera Philosophia. In Horologio Automatis [illegible] indicis [illegible] motus vel ab appenso pondere, vel ab [illegible] [illegible] elatere oriri potest. Qd si oblatum horologium [illegible] [illegible] sit instructum pondere: ridebitur, qui fingit elaterem, et ex hypothesi [illegible] [illegible] conficta motum indicis explicare [illegible], et oportet in internam machinę fabricam [illegible] [illegible], ut ita motus [illegible] [illegible] principium veram exploratam habere possit. Idem, vel non absimile [illegible] judicium de Philosophis [illegible], qui materia quadam subtilissima cęlos, et corpora omnia terrestria esse repleta, hanc [illegible] gravitate carere. Nam si phenomenis vel accuratissime satisfacere possent ex hypothesibus suis, veram tamen Philosophiam tradidisse, et veras causas motuum [illegible] cęlestium invenisse [illegible] [illegible] sunt, [illegible] vel has revera existere, vel saltem alias non existere demonstraverint. Hactenus Cotesius. Immerito [illegible] [illegible] [illegible] materia [illegible] Cartesiani dari aliqd corpus, qd non sit gravitate preditum. Nam si nos cum accuratioribus Philosophis materiam [illegible] [illegible] fabulas recensemus, [illegible] non [illegible] ex illius natura [illegible] adversus nostram sententiam adducere. Ceterum, etiamsi [illegible] ita existeret, non tamen gravitate careret, quemadmodum demonstravimus in Propone 4ta capitis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] 2

Opponunt 2do. Aer est absolute levis. Ergo existunt corpora absolute levia. Pro ant. Aer sursum [illegible]. Ergo [illegible].

R. neg. ant. ad prob. dist ant aer sursum fertur non tamen veluti ad suum centrum conc: veluti ad suum centrum neg. Aerem esse pondus, adeoq. absolutam gravitatem adscribendam post immortalem Galileum innumeris experimentis demonstrarunt Torricellius, Mersennus, Homberius, Pascalius, [illegible], Boyleus, [illegible], Regnaultus, Musschenbroekius, omnesq Philosophi recentiores, solis veritatem hanc negantibus Peripateticis. At certe miramur eos, qui tanti faciunt Aristotelis autoritatem, Aristotelicam prętanta deseruisse sententiam. Nam summus ille Philosophus apte docet Lib 4 de Cęlo, omnia gravitatem habere [illegible] [illegible], in sua regione cuncta gravitare, etiam aerem [illegible]. Non est [illegible] itaq. [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] a centro Terrę [illegible] recessit, [illegible] [illegible] levia ex principio levitatis [illegible] ducebant Peripatetici. [illegible] hanc experimentis ostendamus. Primo, [illegible] [illegible] aqua [illegible], ad perpendiculum horizonti insistens, [illegible] [illegible]

aqua deorsum ruente, evacuam, per supremum foramen tubi, nisi aer ingrediatur simulque cum aqua deorsum sponte move-
tur, et tubum replet. Aer itaque, non minus quam aqua, suam habet gravitatem, non posset velocius deorsum ruere, vel ce-
deret, si absolute levis foret. 2do, Hemisphaeria cuprea cava sibi imposita, evacuato interno aere, adeo valide appri-
muntur ab aere externo, ita ut nonnisi magna vi divelli queant. 3tio, si orbis vitreus, vel plumbeus planus, atque tenuis
imponatur Recipienti Machinae Pneumaticae, ex quo aer exantlatur, a pondere incumbentis aeris in Recipiens irruentis,
frangitur. 4to. Vasa sphaerica, vel fornicata Tabulae Antliae Pneumaticae imposita, educto interno aere, ab externo
aere, incumbentis aeris pondere ad Tabulam apprimuntur. Mitto quamplurima alia experimenta, ac suspensionem
potissimum Mercurii in Tubis Torricellianis, quae non aliunde, quam ab aeris gravitate est repetenda.

Verum quam clarissime, inquit Musschenbroekius, Elementorum Physicae cap. 20, aerem esse gravem demonstramus e, ut pondus ad
Stateram exquirendo. Concurrit nempe Phiala aeris plena: Haec aere vacua multo est levior. Admisso aere gravior iterum de-
prehenditur. Attamen omne pondus suum, non omne pondus aeris ad admixtos vapores, et exhalationes pendeat. Conse-
quenter partem ab iis pendere est quam certissimum. Si in Regione humida aer per millenos cineres clavellatos in vas vacuum
[illegible] una cum aere ponderatur, transeat, nequidem pondus minus habet, quod aer ante eductus. Verum Caelo sudo si
id fiat experimentum ejusdem ponderis est aer, qui per totum alcalinum transiit, ac qui ante eductus erat. Si tamen aer purus
gravis non foret, quomodo in ipso nubes natare, aut suspensae haerere possunt? Hae quippe graves, a nullo sustentatae pon-
dere deorsum ruerent.

Opponunt 3tio, Ignem esse absolute levem. Nam mentiuntur, inquiunt, secundum Aristotelis doctrinam, locus Ignis est supra ae-
rem in Regione suprema Caelorum. Confirmatur quia Ignis, subtracto impedimento, et nulla alia occurrente sensibili ex-
trinseca causa, sursum fertur.

R. Nullum esse hactenus inventum corpus, quod sua non esset gravitate praeditum, adeo ut experimenta ab Academia potissimum
Florentina facta rem hanc certam, et indubitatam, ad dies usque Philosophos fecerint. Hinc absoluta levitate praeditum dici non
potest Ignis Elementum, quidquid cum Peripateticis, authore Aristotele, asserat Cl. Amortius. Atque etiam nimis speratam illam Ig-
nis sub Caelo Lunae positam, Peripateticorum esse figmentum, non immerito arbitramur. Nam si Ignis in ea Regione existeret, et a
nobis videretur, et lucem, splendoremque emitteret, et nobis calorem indueret, quae sunt Ignis proprietates. Deinde, qui, quaeso, fie-
ri posset, ut stellas fixas cerneremus, posita hac ignea sphaera? Sine, si haberet impedire visionem siderum, experien-
tia constitutum est, id eo vel magis contingere deberet, ubi esset interposita sphaera Ignis. At nimis inutile est commentitium Aristo-
teleorum inventum efficacioribus argumentis confutare.

Id clarius evincam Ignem absolute esse gravem et ponderosum, et augere corporum, quibus adhaeret. Invenies hac in re suppetit nobis ex-
perimentorum copia, quae a Viris Cl. Du-Clos, Boyleo, Homvergio, aliisque fuere descripta. Atque ut nonnulla adducamus; po-
suimus esse 100 Libras Plumbi igne magno calcinatae pendere 110 Libras minus. Cl. Hellotus 4 Libras Zinci redegit in cal-
cem, acquisivit 5 Libras, et 14 uncias pulcherrimae albissimae calcis, tum 2 uncias, et 2 drachmas ~~[illegible]~~
crassioris, et minus albentis calcis, et uncias terrae, adeo ut quaelibet Libra incrementum ponderis habuerit 2 drachmas
½, quamvis interea multum metalli una cum fumo avolaverit: Ubi legimus in Historia Regiae Academiae Parisiensis ad an-
num 1735. Sed melius constare experimentis poterit, si in Vasis clausis instituantur. Uncia limaturae Cupri in phiala [illegible]
[illegible], quod tegula tectum, spatio trium horarum igni expositum est: Trajectum metallum pondus 49 granorum acquirivit. Uncia
rasurae Stanni in Retorta vitrea hermetice deinde sigillata inclusa fuit, tum exposita per duas horas, flammae spiritus vi-
ni, ac deinde refrigerata, habuit supra uncias pondus granorum 4 ½. Ignis in [illegible] diversis radiis collectus, et suscitatus
eundem effectum aucti ponderis dedit. Robertus Boyleus in Libro, qui inscribitur, De Flammae ponderabilitate, plura ad hanc
(rem confecit experimenta; Ac recitat duo illa de Cupro, et Stanno, hoc quoque instituit in Metallo quodam Indico. Inter varia de
(Metallis vulgaribus experimenta, ait Vir Cl., vitum fuit unum, iterumque capere de Metallo quodam ex India Orientali nobis
(allato, ubi Tutenag vocant, id nomen quod Chymicis nostris Europaeis sit incognitum, alius conatus sum aliquam metalli il-
(lius rationem reddere. Duas drachmas ramentorum Tutenag catino imminui, videreque sub tegula fornicata 60 horarum cir-
(citer detentis, ramenta illa fusa non fuere in massam metallicam, sed invicem ita cohaeserant, ac si Cerussa, et Minium pulverula-
(ta, commixta fuissent, quibus duobus quibus partibus albedinem, aliis rubedinem obtinentibus. Calx bilanci imposita reperiebatur aequi-
(pondere grana 2 4 ¼. Alio tempore, experimento simili ratione iterato, invenimus duas Tutenag illius in ramenta redactas
(drachmas lucratas fuisse par ponderis incrementum, grano non integro minus, adeo ut Indicum hoc metallum plus videatur acquisi-
(visse in igne, ponderis sui ratione, quam ullum hactenus a nobis experimento subjectum. Hucusque Boyleus.

Verum suspicio hic oriri posset, inquit Musschenbroekius Elementorum Physicae cap. 20, num partes quaedam subtiliores pabuli ter-
restris simul cum igne per vasa vitrea, et crucibulis in explorata metalla transierint, quae eorum pondus auxerint. Hunc tamen
dubio occurri, potest, si radiis Solis, qui constituunt purissimum Ignem, eundem praestant effectum. Ita autem se res habet. Nam
D. Du-Clos, ut traditur in Historia Regiae Parisiensis Academiae, Libram Reguli Antimonii in tenuissimum pulverem redactam
vase fictili, et vitreato immisit, exposuitque foco speculi ustorii. Statim ex Antimonio fumus crassus albicans, et densior, elap-
sa autem hora, pulvis quasi redactus in cineres, decima pristini ponderis parte auctus est. Capta hujusmodi experimenta
in variis Mineralibus simile ponderis dederunt incrementum, ut tradit Cl. Du-Hamelius. Homvergius Dioptrico igne idem depre-
hendit in Antimonio, id confirmante Lemmerio in Historia Regiae Parisiensis Academiae ad annum 1709. Plumbum in
foco Dioptrico maxime liquefactum, tum calcinatum, et in vitrum mutatum, quamvis multum fumi emiserit, ponderis [illegible]
increvisse, Lasedes in Hallica observavit Cl. Zumbachius. Ignis ergo, sive terrestris sit, sive sincerus, atque caelestis, ponderi
corporis augetur, adeoque gravitatem possidet.

Ad Confirmationem, Parum nobis obstat, quod Ignis sursum feratur, quum motus hic ab intrinseca ignis vi haudquaquam proficiscatur.
Flamma incensorum corporum, ait loco superius laudato Musschenbroekius, ascendens, non descendens ponderis Ignis non evertit.
Haec quippe una cum particulis corporum, quas valide rarescit, massam componit specifice leviorem aere circumfuso, per quem ascen-
dit. Idcirco in aere rariori semper minus, minusque ascendit flamma, donec in aere multum rarefacto non amplius ascen-

dat. Itaque, si sursum ascendit flamma, ascensus hic aeris gravitati adscribendus est, non intrinsecae ignis vi, per quam, ut probant experimenta in probatione adducta, certum est ferri deorsum.

Instabunt 1. Aliqua experimenta demonstrant ignem esse levem, vel saltem causam esse minoris gravitatis in corporibus, quibus adhaeret. Nam 4. librae fusi plumbi 4. granis evaserunt leviores. Et 4 librae liquefacti stanni 2. granis observantur leviores. Nulla etiam corpora ejusdem ponderis, sive frigida, sive calefacta, inventa fuerunt, ut experto contigit in massa ferrea. Ergo etc.

R. ex hujusmodi experimentis nihil contra ignis pondus evinci posse. Nam, ut apposite Mulschenbroekius, mirandum non est ignis eam quam copiam in corpore collectam vix pondus indicare posse: Ideirco massa ferrea ponderata frigida, deinde calefacta, iterumque ponderata, ejusdem gravitatis constanter videtur. Ferrum etiam ignitum manet ejusdem ponderis, quia parum rarescit, sed alia metalla, quae multo majorem in molem tumescunt, calefacta evadunt leviora, quia in multo majus volumen expandunt, adeoque ab aere plus sustinentur. Ideo etiam fortasse plumbum, et stannum liquefactum minoris ponderis sunt, ac quum erant frigida, quia ignis vi, separantur ab hisce massis quamplurimae stanneae, et plumbeae particulae, quae in aerem evolantes, massae evaserunt specifice leviores.

Instabunt 2do. Corpora, quae speculo ustorio in calcem vertuntur, majus augmentum ponderis acquirunt in vasis apertis, quam in clausis. Ergo ex aere particulae quaedam accessere, quae auxerunt in corporibus pondus. 2do. Pondus corporum, ope radiorum solarium in calcem reductorum multum increvit, Lux autem est admodum subtilis, et rara. Tempore itaque, quo calcinatio perficitur, tantum nisi parvam gravitatem corpori communicare poterit, non vero tantam, quantam instituta experimenta testantur.

R. ad primum, libenter nos concedere, in vasis apertis nostri calcinatione corpora majus incrementum ponderis acquirere, quam in vasis clausis. Concedere etiam majus hoc ponderis incrementum in vasis apertis proficisci a permixtis aeris particulis. Verum quid inde? Num praeterea asserendum erit, nullum calcinatis corporibus accessisse per ignem majus pondus? Profecto, si in vasis clausis pondus corporum calcinatorum increvit, hoc pondus ab aere, cujus accessus prohibebatur, non dependit. Majus itaque, vel minus ponderis incrementum a fortiori, vel leviori, a diuturniori, vel breviori calcinatione dependet, adeoque concludendum est igni pondus competere.

Ad 2dum; Quis pondus integri radii solaris novit? Quis determinavit copiam radiorum in corpus incidentium, repercussorum, intrantium? Si radius a sole ad terram usque exporrectus gravitatem haberet $\frac{1}{100000000}$ grani, tum 100000000 radii pondus grani haberent, qui omnes tempore 7, vel 8 minutorum ingredientes aliquod corpus, quod in calcem reducitur, incrementum ponderis aequale uni grano darent, ac praeterea 60 plures, pondus drachmae corpori adderent. Quare levis etiam momenti est hoc adversariorum ex radiis solaribus desumptum argumentum.

Instabunt 3tio aliquam revera dari igneam spheram supra aerem. Id demonstrant primo ex scripturis. Nam in libris Geneseos, et Regum ignem e Caelo lapsum legimus. 2do id patet ex natura ipsius ignis. Ignis enim corpus esse omnium levissimum, adeoque sursum tendere liquet, quia natura sua calidissimus est; Quo autem res calidior, eo levior. Quare, cum pro levitatis, et gravitatis ratione, corpora in mundo sortita sunt loca, ita ut levissimum sit supremum, gravissimum vero infimum, dicendum est locum ignis esse in suprema Regione; adeoque supra aerem spheram ignis reipsa existere.

R. ad primum, tantum illum ignem, de quo fit in sacris scripturis mentio, non magis spheram Peripateticorum igneam demonstrare, quam fulmina, quae e Caelo descendere dicuntur, immo minus etiam id evincere, quam fulminum descensus, quum verosimile admodum sit, miraculosum quamdam et extraordinarium hujusmodi ignium concursum. Quamobrem, si sublunarem illum ignem non probant fulmina, quae in scripturis lapsa e Caelo dicuntur, multo quidem minus illum probabit extraordinarius, de quo in iisdem scripturis mentio fit, ignis lapsus.

Ad 2dum, etiamsi inter omnia terrestria corpora levissimus esset ignis, non est ceteris corporibus minus gravis, quod tamen non concedimus; asserendum praeterea non esset supra aerem dari ignis spheram, ad quam terrestris, ut sibi intrinseca, vi ascendat ignis. In primis non aerem etiam sursum ascendere certum est nec tamen asserendum aerem non esse gravem, aut sursum, veluti ad suum centrum ascendere. Deinde non natura sua ascendit ignis, sed quum motu ferat maximo, et undique ab aere premat, vi accepti motus sursum tendit, et eo altius ascendit, quo major est motus, ipsoque tardius a aerem communem superare! Id ex eo etiam patet quod non omnis ignis, aut levis sit, aut sursum ascendat, ut in carbonibus quotidie videmus. His addas, corpora magis calida esse semper leviora, falsum esse, ut constat ex superius adductis experimentis. Non omnia siquidem calida vel ascendunt, vel levia sunt, nisi velint fortasse Peripatetici ferrum, ignitosque lapides corpora levia appellari posse.

Instabunt 4to. Celebre est experimentum Academiae Florentinae. Accipiantur duae virgae ejusdem ponderis, ejusdemque metalli, quarum una sit ignita, altera frigida: Gravior erit frigida, levior ignita.

R. hoc experimentum nihil evincere contra ignis gravitatem. Nam praeter ea, quae de liquefacto cupro, et stanno diximus; Ideo frigida virga majus ostendit pondus, quam consimilis virga ignita, quia aer intra poros frigidae virgae inclusus densior est aere incluso intra poros virgae ignitae. Quum enim calor ad aerem quoque se se extendat, aer autem calefactus minus ponderet, quam aer densus, mirum non est, si frigida virga gravior ignita deprehendatur.

Opponunt 5to Argumenta in probatione adducta quidem demonstrare solam dari absolutam levitatem, quam solam nonnulli volunt. Non minus enim per levitatem, quam per gravitatem determinari possunt corpora ad debita sibi loca obtinenda, et ad globum elementarem componendum.

R. pluribus de causis admittendam esse potius absolutam gravitatem, quam levitatem. Primo, quia centrum est unicum duntaxat, et determinatum punctum, Circumferentia vero ex punctis innumeris constat. Rationi autem magis consonum videtur, ut eo potius ponendam esse rationem motus, quod est unum, et determinatum, quam in eo quod est multiplex, et indeterminatum. 2do, si sola admittatur levitas, elementaria corpora ordine inverso simul esse deberent. Nam corpora densiora, quae nunc inferiorem occupant locum, leviora essent in specie, adeoque obtinere deberent locum superiorem; Corpora vero rariora, utpote minus levia, inferiorem, quae tamen sunt contra experientiam. Haec profecto demonstrare videntur, gravitatem potius, quam levitatem fuisse

corporum omnium a natura insitam, si unica tantum admittenda est motus potentia in corporibus terrestribus. Confirmatur. Si vesica ubi aerea sursum ascenderet ob positivam levitatem, deberet certe velocius ascendere in Aqua, quam in Mercurio. Sursum n. ascendens vesica deberet vi propria scindere corpora intermedia, superando eorum densitatem eaque suo loco pellendo, parare sibi viam ad ascensum; quo autem fluidum intermedium magis esset densum, constipatum, et grave, eo major foret superanda resistentia. Magis itaque ascenderet aerea vesica in aqua, quam in Mercurio, quum Mercurius magis gravis, magisque constipatus sit quam aqua, adeoque major sit in Mercurio, quam in Aqua superanda resistentia: sed falsum est velocius ascendere vesicam in Aqua, quam in Mercurio. Vesica itaque aliaque minus gravia corpora, quae sursum ferri videmus, sursum non ascendunt propter positivam sibi innatam levitatem.

Instabunt. Si in fundo alicujus Stagni limosi excites baculus, plures bullae e fundo Aquae eodem tempore emergunt aliae aliis majores; quae tamen majores sunt, minoribus citius ascendunt. Ergo in aere, ex quo bullae constant, datur positiva levitas. Probatur consequentia. Nisi daretur in aere positiva levitas, sed sola minor gravitas, majores bullae plus aeris continerent, quam minores, et minoribus essent graviores, proindeque non citius sursum deberent ascendere quam minores. Quum igitur experientia constet, majores bullas citius minoribus ascendere, dicendum est illas majori positiva levitate esse praeditas, ob quam majori conatu versus suum locum nitantur, quam minores.

R. conc. ant. neg. conseq. ad prob. dist. maj. ... Majores bullae graviores essent minoribus gravitate respectiva conc. gravitate absoluta neg. ant. et conseq. Omnes aeris partes eandem habent gravitatem absolutam, majorem tamen, vel minorem gravitatem relativam, pro ratione majoris, vel minoris Massae. Hinc, quod corpus aliquod citius, vel tardius ascendat in fluidis, effectus est solius majoris vel minoris respectivae gravitatis. Quare, quum omnes bullae ex eodem aere constent, et consequenter eandem habeant absolutam gravitatem, inferri non potest, quod bullae majores citius ascendere debeant, quam minores: quod si bullae majores relative velocius sursum feruntur, quam minores, ex eo fortasse proficiscitur, quod partes aeris componentes bullas minores tardius a luto secernuntur, quam partes aeris componentes bullas majores.

Propositio 2da. Corpora omnia terrestria in proprius locis vim suae gravitatis exercent, sive reipsa gravitant.

Pro. 1. Probatio. Aurum, dum aquae emergitur, partem suae gravitatis debilit ob gravitatem aquae in idem aurum. Nam si aurum in aqua ponderes, tantum illi de gravitate decedit, quanta est gravitas aquae quoad molem aequalis auro immerso. Sit n. aquae quoad molem aequalis auro unius librae; de auri pondere una libra decedit. Atqui vero nulla alia esse potest ratio diminutionis ponderis in auro, quam quia aqua elevare nititur aurum. Gravitat itaque aqua in aurum. Confirmatur. Dum pondera binae staterae sunt imposita, ideo unum gravitare in alterum dicimus, quia illud elevare nititur. Nitendum autem ex eo cognoscimus, quod pondus alterum tantum de sua gravitate ammittat, quanta est gravitas alterius. Sed ita se habet aurum in aqua immersum. Aurum ergo per aquae gravitationem sursum impetitur. Hinc patet, cur aquae pondus intra aquam non sentiatur. Partes quippe aquae per mutuam gravitationem sunt in aequilibrio, et se se invicem sustentant, eo pacto quo duo corpora aequiponderantia in Statera per mutuam gravitationem se invicem sustentant.

Pro 2do. Quodlibet fluidum premit, et aggravat partes prope vasis fundum constitutas. Nam in fundo Receptaculi A Fig. 28. quod fluidum continet, fiat foramen B, quo libere fluidum egredi possit. Ipsum statim foras erumpet, atque eo velocius, longiusque exiliet, quo fluidum in Receptaculo altius fuerit: et si quis manu tentaverit foramen occludere, eo majores erunt illi exiliendique vires, quo in Receptaculo altius fuerit fluidum. Sed phenomenon hoc non ex alia causa proficisci potest, quam quia partes fluidi superiores in inferiores gravitant, adeoque pro majori altitudine fluidi, plures partes in eandem gravitant manum, mediantibus partibus inferioribus. Ergo fluida omnia in suis locis gravitare asserendum est.

Confirmatur tribus sequentibus experimentis. Primo, sit major Phiala vitrea A B, Fig. 29, aqua plena, eidemque imponatur parva ampulla C quae aliqua sui parte sit plena aqua, et alia aere: tum collo Phialae A B circumlitum vesicam adjunctam habens Tubum e D aquam parte plenum. Ampulla ita est posita in equilibrio cum aqua in Phiala A B contenta, ut quando Tubus e D perpendicularis est, ampulla C descendat, quando vero Tubus inclinatur, ascendat. Hujus autem effectus ea ratio est, quod aer inclusus in Ampulla C per gravitatem Aquae e D perpendicularis insistentis comprimatur, et pars aliqua aquae ampullam ulterius ingrediatur, quae propterea gravius descendere cogitur.

2do, In Vasis communicantibus A B C D, Fig. 30, quodcumque fluidum immittatur ex Orificio A. Fluidum immissum primum et imprimis ad B A B progredietur per e ad D; ac tandem per syphonem D C ad eam deveniet altitudinem, quae altitudini syphonis A B sit aequalis. Sed cur immissum fluidum non aliud in communicantibus vasis habet motum? Non alia profecto ratione, quam quia partes fluidi inferiores ob superiorum partium gravitatem ita premuntur, ut progredi ulterius cogantur, ubi B e, et D patet illis exitus, tantumque illis necessum sit ascendere, quousque contrario gravitatis nisu resistere possint gravitati, ac nisui fluidi in syphone A B contenti. Hinc quum fluidum per syphonem D C ascendens, pervenerit ad punctum C, penitus quiescet, quia tunc quum eadem sit in utroque syphone fluidi altitudo, eadem erit, atque aequalis erit in utroque syphone immissi fluidi gravitatio.

3tio, Si in iisdem Vasis communicantibus contineatur Mercurius omnium fluidorum gravissimus ad altitudinem F F, et per A super Mercurium infundatur aqua: Mercurius ex altitudine F ascendet ad H, atque altius erit, vel minus alte, secundum proportionem gravitatis aquae ad gravitatem Mercurii. Gravitat ergo in Mercurium aqua, proindeque in proprio loco.

Pro: 3tio Propositio ex iis, quae in superiori Probatione diximus. Nam ea est cujuslibet corporis terrestris indoles, ut sibi relictum communi omnium gravium centro proximius fiat, quam possit, et fieri proximius continuo nitatur. Non aliunde n. oritur dein architettonica illa connexio, seu unio corporum elementarium sphaeroidem constituentium, quae sibi adeo adhaerent, ut vix quaevis a se mutuo divelli vix possint, non aliunde, inquam, oriri videtur, quam ex nisu, quo Gravia quaeque in illud commune punctum tendunt, atque proximiora fieri perpetuo nituntur. Ergo quaecumque corpora extra Telluris centrum posita subjecta corpora continuo premunt, seu propriae gravitatis vires in alia corpora continuo exercent. Illud addi potest

Fig. 28

Fig. 29.

Fig. 30.



Grave scilicet quodcumque extra centrum positum, atque in suo respectivo loco consistens suo pondere non levari, seu non ammittere gravitatem propriæ densitati proportionalem. Ergo quodcumque grave in suo loco gravitat, sive subjecta continuo premit corpora, ut huic illi locum cedant.

Opponunt 1. Superfluæ gravitates non sunt in corporibus admittendæ, sed gravitatio in corporibus est superflua. Ergo etc. Major patet. Minor: omnis gravitatio est propter motum. Sed quando gravia in propriis locis existunt, superfluus est omnis motus. Ergo etc. Confirmatur. Deus naturæ producit in corporibus motum, non ideo motum producit, ut ea incessanter moveantur, sed ut in aliquem durabilem locum perducantur. Ergo gravitas, quæ a natura ordinata est, ut corpora ad propria loca perducantur, superflua est, quando eadem corpora propria jam obtinent loca. Ergo corpora in propriis locis non gravitant.

R. conc. majorem, neg. minorem ad prob. neg. majorem. Ex definitione gravitatis, quam in capite præcedenti attulimus, satis constat falsum esse, quod omnis gravitatio impressa sit a natura corporibus propter motum. Nam si duplex est effectus gravitatis, scilicet aut verus corporum motus in linea perpendiculari ad terrestrem horizontem, aut gravitatio, seu pressio, qua sustentata vel suspensa corpora premunt, seu gravitant in alia corpora, a quibus retinentur, vel sustentantur, inferendum potius est gravitationem non esse propter motum. Id etiam patet ex adducta definitione gravitationis: Nihil siquidem aliud est gravitatio, quam nisus, seu pressio unius corporis in aliud sibi subjectum, sive aliquis, sive nullus inde sequatur motus. Id si dicant Adversarii, gravitatem solum fuisse inditam a natura corporibus, ut ad sua loca moverentur, prointe eam gravitationem, quæ nihil aliud est, quam usus gravitatis, quæ a gravibus corporibus exercetur; Hoc eodem sensu negandum propter motum duntaxat esse in illis gravitationem. Si n. Gravia non solum vi suæ gravitatis exercitæ, ut ad sua respective loca perducantur, verum etiam, ut in suis respective locis remaneant, atque quiescant; sequitur tum propter motum, tum propter quietem inesse corporibus gravitationem. Id confirmatur satis familiari exemplo. Sit n. aliqua Libra æqualia habens brachia. Si in utraque Libræ parte æqualia ponantur pondera ea sine ulla dubitatione quiescent. Sed quiescent propter æqualem in ambobus ponderibus gravitationem. Asserendum itaque est etiam propter quietem impressam fuisse omnibus corporibus gravitationem.

Ad confirmationem, negamus hac tantum de causa productum fuisse a corporibus motum, ut ad sua loca perducerentur. Natura n. in movendis vi gravitatis corporis, totius præcipuè intendit universi compositionem, atque ordinem. Sic motus ... cordis non solum impressus fuit cordi, ut peculiarem sibi eligeret locum, sed etiam ut eo motu sanguis concoqueretur. Sic motu sanguinis fuit sanguis animali non solum ut sanguis suum in corpore animali obtineret locum, sed potissimum, ut hunc motum suam animalia viverent vitam. Qui aliquem construunt Fornicem, secundum rectæ Architecturæ Regulas, ita lapides disponit, ut omnes ad centrum haberent inclinationem. Id tamen non præstat Artifex, non eo fine intellectu, ut aliquis ex ita dispositis lapidibus aut centrum occupet, aut habeat ad centrum inclinationem, sed ut singulorum inclinatione lapidum firma perveniet Fornicis constructio. Eodem modo gravitas, quæ virtute a natura corporibus indita, ut ad propria loca moveantur, non hac tantum de causa indita fuit, ut sua omnia corpora occuparent loca, verum etiam, ut in suis quæque locis quiescerent, et unum maximum corpus globosum, aut quasi globosum conficerent. Gravitas itaque impressa fuit corporibus tum ut moverentur versus loca sibimetipsis propria, tum ut in suis locis ad rectam Telluris constitutionem, atque ordinem quiescerent. Non itaque superfluum est, quod corpora omnia in suis respectivis locis gravia ibidem gravitent.

Instabunt. In rerum natura non datur inclinatio, seu appetitus aliquis impossibilis. Sed si corpora omnia in propriis locis gravitant, jam habent inclinationem, et appetitum impossibilem. Ergo etc. Pro minor. Si corpora omnia in propriis locis gravitant, habent inclinationem se se conjungendi cum centro Telluris; sed hæc inclinatio est impossibilis. Ergo etc. Pro minor. Impossibile est corpora omnia in eodem centro uniri. Ergo etc.

R. conc: majorem, neg: minorem ad prob: conc: majorem, neg: minorem ad prob: conc. ant. neg. conseq. Corpora omnia terrestria dum ad suum centrum per vim gravitatis deorsum tendunt, naturalem appetitum, seu naturalem habent inclinationem ad centrum, quam tamen sequuntur frustra, neque, atque impossibilem esse eorum inclinationem. Aliud est fieri non posse, ut omnia corpora centro, ad quod tendunt, uniantur, et aliud est hanc inclinationem ad suum centrum esse in corporibus impossibilem. Primum verum est, quum innumera ferme corpora nequeant unum punctum continere. 2dum falsum est, quia datur in omnibus corporibus vis producendi motum deorsum versus Telluris centrum. Quæ certe vis, utpote quæ Universi compositionem, atque ordinem tuetur, neque frustranea dici potest, neque impossibilis. Ceterum inclinationes, atque appetitus nonnisi metaphorice ad sensibilem corporum partem, atque sensu dicuntur.

Opponunt 2do. Si corpora omnia in suis respectivis locis gravitarent, superiores Aquæ partes premerent inferiores, quibus incumbunt. Hoc falsum est. Ergo etc. Pro majore. Si partes Aquæ superiores premerent inferiores, partes aquæ inferiores graviores evaderent. Hoc pariter falsum. Ergo etc. Minor patet, quia si corpus Aqua specificè gravius illi immergatur, ad quamcumque altitudinem immergatur, æquale semper deperdit pondus.

R. conc: majorem, neg. minorem ad prob. neg. majorem. Quamvis ex universali corporum gravitatione necessario consequatur in quacumque massa aquæ premi inferiores partes a superioribus; non consequitur tamen aquam inferiorem propter hanc pressionem evadere specificè graviorem. Quia n. non ita a superiori prematur aqua inferior, ut sub æqualibus dimensionibus majorem contineat materiæ copiam, nequaquam redditur ita specificè gravior. Hinc verum est solidum corpus æquale pondus deperdere ad quamcumque altitudinem fuerit Aquæ immersum. Certum n. est secundum Hydrostaticæ leges solidum specificè gravius fluido minus gravi immersum tantum præcisè sui ponderis ammittere, quantum ponderis est moles fluidi, quæ solidum ipsum magnitudine adæquat, seu, quam solidum ipsum, dum immergitur, suo loco extrudit. Quare cum ad quamcumque fluidi altitudinem idem sit partium fluidarum pondus; mirum non est solidum ad quamcumque altitudinem fluido immersum idem semper pondus ammittere.

Ceterum, non desunt experimenta evidenter probantia in aqua, aliisque fluidis partes inferiores premi a superioribus. Illud est celeberrimum, quod Nobilis Boyleus proponit in suo Libro de Paradoxis hydrostaticis Paradoxo primo. Sit Vas vitreum, Fig.a 31, commodæ altitudinis, et Latitudinis A B C D, quod aqua ferè ad summum usque repleat. Tum capiat ...

Fig.a 31.



vrea fistula cylindrica utraq. parte patens, et stricti Diametri, cujus extrema inferiori parti imponatur claro oleo, suctionis beneficio ad quamcumq. libuerit fistulæ altitudinem sublato oleo, removeamus statim labia, et superiori fistulæ orificio pulpa digiti obturetur, ne sublatum liquor relabatur. Tum fistula vitreo vasi perpendiculariter immersatur, ita tamen ut superficies olei in fistula contenti aliquantum sit altior, ut superficie aquæ in vase contentæ. Hisce factis, licet digitum removeamus a fistulæ superiori orificio, oleum tamen non decidet per orificium inferius, quamquam apertum, sed eadem quasi eadem suspensum remanebit altitudine, ad quam prius constiterat. Jam vero, quum oleum grave sit, non secus ac cætera gravia, deorsum tendit et quum fistulæ inferius orificium apertum relinquatur, certo certius fistulam descenderet, nisi a subjacentis aquæ pressione sursum nitente teneretur suspensum. Non n'est contrariatem aliquam in natura olei, et aquæ, per quam sibi invicem misceri repugnent, hinc liquet, quod si digitum removisses, quando non tam profunde immersa erat vitrea fistula, sed olei in fistula superficies pollice uno, alterove altius supra aquæ in vitro superficiem elevaretur, quam in hoc nostro casu fieri supponimus; oleum libere in fistula subsideret, donec pressionis cum aquâ externa aequipolleret equipotentiam. Quod autem oleum in praedicta fistula tenere suspensum possit in quavis parte sub aqua, puta in G, quoniam ibi est in equilibrio cum aqua externa; quamq. elevatum in aqua, puta a G ad I, oleum teneri suspensum diutius non possit, seu, ut paucis omnia complectamur, quanto profundior est aqua, tanto majus pondus, majorq. pressio requiratur in cylindro olei, ut equipolleat pressioni aquæ, seq. mediante ab ipsa elevet, nulla est videtur ratio dubitandi partes aquæ incumbentes superficiei GH majus premere superficiem illam, quam partes aquæ contiguæ superficiei FK illam premant: Proindeq. partes aquæ, quæ subiaceant superficiei quæ summæ, premi ab ejusdem fluidi partibus illis, quæ directe fluitant supra illas. Nos, ut vidimus, olei partes superiores, dum fistula in ascensu erat a G ad I, adeo depresserunt inferiores, ut eas omnino e fistula expellerent. Nam hic aliis casibus nulla ratio est, cur alicujus liquoris infime partes magis premant, fortioremq. conatum exerant adversus alium quemq. liquorem. Hinc quanto altius assurrexerit liquor incumbens; tanto major erit inferiorum pressio partium. Necesse itaq. est inferiores fluidi partes magnam illam vim qua premunt, a pondere derivare partium incumbentium, quas proinde ipsas premere concedendum est. Hactenus iisdem fere verbis Boyleus.

Opponunt 3tio. Herbæ nascuntur sub aquis ad perpendiculum. Ergo aqua in eas non gravitat. Pro. conseq. si aqua in herbas, quibus incumberet, gravitaret, eas deorsum premeret. Ergo etc.

R. conc. ant. n. conseq. ad prob. n. ant. Uti animadvertit Boyleus Paradoxorum Hydrostaticorum Appendice i, herbæ, ceteræq. plantæ, quæ sub aquis ad perpendiculum nascuntur, pressionem incumbentis aquæ vi propria haudquaquam sustinent, sed vi atq. adjumento pressionis aquæ inferius positæ. Quum non inferiores aquæ partes premantur a superioribus, inferioresq. premant etiam superiores; herbæ hac inferiorum partium pressione sursum premunt, tamq. vehementer, ut nisi radicibus suis, vel alio modo essent fundo defixæ, utpote specificè aqua leviores, ad aquæ superficiem emergerent, fluitarentq., quemadmodum contingere videmus in plantis, quas tempestates, vel alii casus solo nativo evellere. Quod si hujusmodi responsio non arrideat, dicere possumus ascensum herbarum a vi earundem vegetante proficisci, quum ea sit in plantis textura seminis, ut fibrarum directio sursum tendat.

Instaurant i duos experimentis, quæ probare videntur, superiores aquæ partes non gravitare in inferiores. Primum est. Si solidum aliquid filo alligatum sub aqua demersatur, pari sustentatur, extrahiturq. facilitate, qua extraheretur, si nulla illi aqua incumberet; imo intra aquam majori sustentatur facilitate, quum ob rationem adductam in resp.e ad superiorem objectionem, solida corpora minus in fluidis ponderent. 2dum. Situla aqua plena levior est in aqua, quam extra aquam, nec magis ponderat plena aqua intra aquam, quam vacua extra aquam; quinimo minus est, propter allatam rationem. Ergo aqua situlæ, quia est intra aquam, non gravitat, adeoq. neq. deorsum premet vel situlam, vel aquam sub situla contentam.

Fig. 32



R. ad primum, quod licet aqua solido incumbens corpori revera conetur illud demergere profundius, adeoq. in ipsum gravitet, ea tamen gravitatio, seu conatus suum in immerso corpore non obtinet effectum, propter pressionem inferioris aquæ in reliquas omnes partes superficiei imaginariæ, quæ contigua est immersi corporis fundo. Quum autem pressio illa inferioris aquæ in cæteras suppositi plani partes non modo equalis sit columnæ aquæ superioris, sed columnæ eam aquæ, cujus locum occupat corpus immersum, consequens omnino est, ut non tantum manum, quæ immersum corpus sustinet, non sentiat pondus aquæ incumbentis, sed sublevare idem corpus facilius possit in aqua, quam in aere. Verum, tametsi in proposito casu sentiri non possit pressio incumbentis solido aquæ, quia tamen remota superiori aqua, non eadem aut sustinet, aut extrahit facilitate immersum solidum, manifestum est, quantam a superiori aqua, dum solido incumbebat, pressionem exereret.

Ad 2dum, facile est adducti phenomeni rationem reddere. Sit in Fig.a 32, puteus ABCD, in quo ad funem e F suspendatur sub aqua situla ad planum imaginarium IK. Si ponamus situlam constare ex ligno aqua leviori, non modo situla non premet manum, quæ funem tenet ad e, sed sublevabit, usq. dum emerserint superiores partes situlæ supra aquæ, cui immersa supponebatur, summitatem. Nam quia lignum, ex quo constructa est situla, specifice levius est aqua, necesse est, ut pressio aquæ in situla G, et reliquæ aquæ situlæ incumbentis una cum pondere ipsius situlæ impariam sit parti H tam fortis premendæ, quemadmodum ceteræ partes imaginarii plani IK premuntur a pondere totius aquæ ipsis incumbentis. Verum, si illi ferri tanto conjicit, constitueret situla partim ex ligno partim ex ferro; tunc situla equali mole aquæ specifice gravior erit; adeoq. manus, quæ sursum trahit situlam fune e F, non debet sentire pondus totius situlæ, multo autem minus aquæ in ea contentæ. Quamvis n. compositum illud ex ligno et ferro, quod situlam efficeret, gravius sit equali massa aquæ, non tamen deorsum tendit toto suo pondere, sed eo duntaxat superpondio, quo equalem excedit aquæ molem, quod superpondium non ita magni esse solet momenti.

Quod attinet ad aquam in situlæ cavitate G contentam, nulla ratio est pote, propter quam onerare debeat manum e, licet revera tam aqua situlæ, quam aqua supra situlam integro suo pondere deorsum tendat. Nam reliquam aquæ L I, et M K æque omnino fortiter premit reliquas superficiei imaginariæ IK, ac situla, situlæq. incumbens aqua premunt partem H. Hinc situlæ fundum æque omnino fortiter sursum premitur a pondere aquæ innitentis cæteris omnibus partibus plani IK, ac illud situlæ fundum deorsum tendit vi ponderis aquæ incumbentis fundo situlæ. Cum e pressionibus hisce sibi invicem equiponderantibus, manus

traheret funem ad C non habet, quod moveret amplius, quam majus illud pondus, quo situla vacua excedit pondus æqualis voluminis aquæ.

Instabunt 2do. Si superiores aquæ partes gravitarent in inferiores, partes omnes inferiores in perpetuo forent motu, perpetuoque expellerentur a superioribus.

R. id nos libenter concedere. Longissime non absumus, ut absurdum putemus inferiora aquæ corpuscula in perpetuo esse motu. Iam certum est, inquit loco superius laudato Boyleus, inferiora corpuscula aquæ in perpetuo esse motu, ut non videam quomodo secus possint corpus fluidum constituere, quum irrequietus ille partium motus sit ex generalissimis fluido rum attributis unum, possitque in aqua, licet non immediate videri, facile tamen per effecta sua cognosci.

Instabunt 3tio. Si partes aquæ superiores gravitarent in inferiores, Urinatores, aliique profunde sub aqua agentes maximum sentirent incommodum a pressione tanti ponderis aquæ ipsis incumbentis; sed certum est eos nullum sentire incommodum. Ergo etc.

R. ne. min. Fuere nonnulli, qui existimarent superiores aquæ partes non premere inferiores, nisi intra inferiores aliquod esset corpus aqua specifice levius. Hinc, quia corpus humanum specifice gravius est aqua, dixerunt ~~[illegible]~~ a superincumbente aqua illud non premi. Verum mera hæc hypothesis est, quæ nullum habet secundum hydrostaticas notiones fundamentum. Urinatoris corpus profunde sub aqua immersum, et maris etiam fundo proximum non deprimitur a tam vasto pondere incumbentis aquæ, quia pondus aquæ incumbentis corpori urinatoris non sustinetur a vi corporis ipsius urinatoris, sed a vi aquæ urinatoris corpori succumbentis. Etenim ab experimentis in hac re factis constat inferiorem aquam non tantum habere vim ad sustentandum pondus aquæ incumbentis, sed pondus etiam aquæ incumbentis excedere, quum certum sit elevari immersum corpus, ubi illud fuerit aqua, cui immergitur, specifice levius. Deinde, ut recte tradit Cl. Stevinus in sua Hydrostatica, quia aqua urget, premitque undequaque urinatoris corpus, non potest urinator pressionem sentire quemadmodum eam sentiret, si in quibusdam duntaxat premeretur sui corporis partibus; quod experimento confirmatur. Sit, Fig 28, Aqua A B, sitque ad cujus fundum foramen B, cui insertus sit Epistomium. Incumbens fundo dorso suo immersus homo vix sentiet pressionem incumbentis aquæ A B, quæ undequaque æqualiter urgeatur. Verum, si, ablato Epistomio, illius tergum non amplius, ut cæteræ corporis partes, sustineatur, tunc maxima ad eam tergi partem pressione afficietur. Itaque si urinatores in fundo etiam maris non sentiunt pondus tantæ quantitatis aquæ ipsismet incumbentis, ex eo proficiscitur, quod undequaque æqualiter premantur. Accedit, quod tametsi urinatores nullam incumbentis aquæ gravitationem sentiant, hujusce tamen gravitationis effectum experiuntur, dum corpus suum tanti non esse ponderis animadvertunt, quanti est, quum in libero aere existit.

Hinc patet quid respondendum sit iis, qui asserunt homines sub aquis degentes aliquo dolore affici debere, si partes aquæ superiores in inferiores, proindeque in immersos homines gravitarent. Quum enim, ut ait Stevinus, omni pressione, qua corpus dolore afficitur, pars aliqua corporis laxetur, nulla autem laxetur immersi corporis pars in pressione aquæ; mirum non est per hanc pressionem nullo corpus affici dolore. Patet etiam quid respondendum sit iis, qui contendunt partes aeris superiores non gravitare in inferiores, propterea quod incumbentis aeris pondus non sentimus. Nam, ut præclare P. Regnaldus Tomo 1 Dialogo 1, prima fronte videtur quod, si aeri inesset, non secus ac cæteris corporibus, pondus, sub aeris in nos gravitantis pondere opprimeremur. Sed experientia edocet nihil inde esse nobis pertimescendum. Tunc duntaxat incumbens aliquod pondus sentimus, quum in organis sensuum nostrorum aliquam mutationem inducit. Aer vero nullam hujusmodi mutationem producit, quum ita corpori nostro incumbat illius pondus, ut æqualiter, et undequaque illud comprimat sive intrinsecus, sive extrinsecus. Pondus itaque incumbentium fluidorum, quod non sentimus, non probat corpora fluida destitui gravitatione.

Corollarium

Quia per 3tiam Physicæ legem, qualitates corporum, quæ intendi, et remitti nequeunt, et quæ omnibus, in quibus experimenta instituere licet, corporibus competunt, pro corporum universorum qualitatibus habendæ veniunt, ex superioribus propositionibus inferendum est singulis quoque cœlestibus corporibus inesse vim gravitatis, et singula propterea in propria gravitare loca. Rem hanc fuse demonstravit Keplerus, et post Keplerum Newtonus Princip. Mathem: L. 3 primo, Propositione 4, et Theorem. 4. nec non Propositione 5. Theorem 5. Nam primo certum est primarios Planetas Mercurium, Venerem, Tellurem, Martem, Jovem, atque Saturnum gravitare in Solem, quia secus non retinerentur in Orbitis, quas describunt, et ipsorum areæ a centralibus lineis determinatæ non essent, quemadmodum esse debent secundum Kepleri observationes, temporibus periodicis proportionales. 2do iisdem de causis certum est Planetas 2darios gravitare in suos Planetas primarios, et simul cum suis primariis in Solem. Sic Planetæ 2darii Jovis, qui Circumjoviales nuncupantur, gravitant in Jovem. Sic Planetæ 2darii Saturni qui Circumsaturnii dicuntur gravitant in Saturnum: Sic demum Planeta 2darius Telluris, scilicet Luna, gravitat in Tellurem. Sol itaque in medio Universi situs est, et se habet veluti centrum circum quod omnes Planetæ tam primarii, quam 2darii feruntur, et in quod omnes gravitant. Quod si quis assereret Planetas cadere debere in Solem, semel ac gravitarent in Solem; respondendum esset, quod quum ii circum Solem, tanquam circum suum centrum, suas orbitas describant; per vim centrifugam, qua moventur, et qua semper a centro suo recedere conantur, a motu rectilineo semper retrahuntur, et sic in Orbe retinentur: Ut constat ex iis, quæ dicta sunt superiori Dissertatione, Cap. 13. Universis itaque corporibus inest vis gravitatis, et quæ suis respective in locis gravitant: Quod erat demonstrandum.

Caput 3tium.

De Gravium Terrestrium Directione

Philosophi, qui de Gravium Terrestrium Directione egerunt, in eo convenere ferme omnes, ut centrum commune terrestribus omnibus corporibus attribuerent, quod idem esset cum Telluris centro. Ita enim argumentabantur. Dubitari non potest de sphaerica Telluris figura. Nam experientia compertum est gravium directiones esse ubicumque terrestri superficiei perpendiculares: et certum est lineas omnes alicui superficiei sphaericae perpendiculares ad ipsius sphaerae centrum tendere. Terrestrium ergo gravium directiones semper, et in quocumque loco ad Telluris centrum tendunt. Ita, inquam, Philosophi ferme omnes olim argumentabantur.

Verum argumentum hoc, quod veluti certissimum, atque evidentissimum lapsis seculis habebatur, postremis temporibus revocatum fuit in dubium a celebrioribus Physicis; nec immerito. Inprimis enim observavit Newtonus Tellurem non esse donatam figura sphaerica, sed elliptica, propterea quod, dum Tellus circa suum axim vertitur, omnes ejus superficiei partes per vim centrifugam a centro recedere conantur. Nam in hunc modum ratiocinatur Vir summus. Partes omnes terrestris superficiei, quum Tellus movetur circa suum Axim, sua vi centrifuga, a Telluris centro conantur recedere, sed vis centrifuga propter majorem circulorum magnitudinem multo major est versus Equatorem, quam versus Polos, Tellus ergo figurae est ellipticae, sub Equatore quidem elevatae, sub Polis vero depressae. Idem cum Newtono sentit Hugenius agens de causa Gravitatis. Quaerens enim cur minor esset corporum gravitas sub Equatore, quam sub Polis, existimat esse aliunde, quam a memorata Telluris figura proficisci posse; quum major vis corporum centrifuga sub Equatore, quam sub Polis, vim eorum sub Equatore centripetam minuat.

At post Newtonum, atque Hugenium Burnetus in sua Telluris sacra Theoria ellipticam quidem, sed multo diversam ab iis scripsit Telluri figuram, scilicet versus Equatorem depressam, et versus Polos elevatam. En Burneti argumentum. In Telluris revolutione, quum nimirum Tellus circa suum Axim vertitur, majorem vim centrifugam habet aqua, quam cetera corpora. Sed aqua propter aeris resistentiam elevari non potest. Ergo hinc, atque inde versus Polos fluere coguntur aquae, proindeque Tellurem constituunt figurae ellipticae sub Equatore depressae, et sub Polis elevatae. Verum quaecumque sit hujusmodi figurae causa; eam certe tale invenit celebris Einseschmidius Argentoratensis Mathematicus, eamque demonstravit per gradus terrestres, quos in diversis paralelis Heratostenes, Snedius, Ricciolius, atque Piccardus determinaverant. Hanc quoque Telluri figuram confirmavit Dominicus Cassinus Ludovici 14 Galliarum Regis Astronomus, comparando terrestrem gradum, quem Piccardus in Regionibus ab Equatore remotioribus determinaverat, cum gradu, quem ipsemet determinavit in locis Equatori proximioribus. Hanc demum demonstrare videntur recentissimae observationes, quas jubente Ludovico 15, instituerunt Academici Parisienses in Laponia sub Polo Boreali, et in Peruvia sub Equatore; quanquam in hoc differunt ab observationibus Cassini, ut Newtoniano systemati omnino faveant, nec Burnetianam fulciant Theoriam, uti prius conatus fuerat Cassinus.

Fig. 33.



His positis; quoniam gravitate corpora terrestria libere descendentia moventur in linea perpendiculari ad Horizontem, si Tellus fuerit sphaerica, ferentur recta versus centrum Telluris. Sit enim, Fig. 33, Tellus S, cujus sectio per maximi circuli repraesentetur, in quo sit centrum C, Horizon vero Tangens B A D. Corpus libere descendens e cadet in recta e A perpendiculari ad B D. Sed radius C A est quoque perpendicularis ad B D. Corpus itaque e descendet directione, seu continuata recta linea e A C, adeoque perpendiculariter versus Telluris centrum C.

Fig. 34.

In quibusdam vero lineis ferantur gravia, si Tellus elliptica sit, sive Axis major per Polos transeat, uti opinatus est Burnetus, sive per Equatorem, ut tradidit Newtonus, determinavit Cl. Mairanus in monumentis Academiae Parisiensis ad annum 1720. Statuit enim inprimis, posita sententia de elliptica Telluris figura, commune omnium gravium centrum designari non posse. Nam si, Fig. 34, omnia corpora tenderent ad commune punctum e, major esset gravitas corporum sub Equatore existentium, quam gravitas eorum, quae Polis proximiora sunt, quae tamen experientiae repugnant. 2do demonstrat commune gravium centrum statui non posse punctum aliquod a puncto medio e diversum. Si enim commune hoc centrum poneretur v. g. in c, quum ab hoc puncto c corpus sub Equatore constitutum magis distet, necessario consequeretur maximam gravitatem inesse corporibus degentibus sub D, minimam vero corporibus sub P, adeout, quo corpora superficiei P essent proximiora, eo minori essent gravitate predita, quae pariter sunt contra experientiam.

Itaque, si Tellus sit sphaerica; commune gravium terrestrium centrum idem erit cum centro Telluris, adeoque gravium directio erit recta ducta a centro gravitatis ad centrum Telluris; verum, si Tellus spheroidalis utcumque sit, gravium directiones ad unum, idemque punctum non diriguntur, sed ad aliquam potius superficiem. Sit enim, Fig. 35, elliptica Tellus A D B e, in qua A B sit Axis transiens per Polos A, et B, D e vero sit Axis transiens per Equatorem. Corpus in K positum vi gravitatis perpendiculariter decidens ad centrum ellipsis C non dirigetur, sed illius Axem A B in puncto u intersecabit. Similiter ex puncto n perpendiculariter decidens grave, ad Axis punctum 7 verget; atque ita porro usque ad punctum D, ex quo tandem decidens grave directionem habet per centrum C transeuntem: omnes autem hujusmodi perpendiculares, quae gravium in superficie A D directiones notant, terminantur in linea curva F L, quae dicitur evoluta portionis A D, propterea quod ex illius evolutione describitur A D. Similiter directiones gravium portionis D B terminantur ad similem curvam L H, quae illius quoque est evoluta: et directiones pariter gravium in portione A e B existentium terminabuntur ad curvas evolutas F i, H i; adeo ut perimeter figurae F L H i sit integer locus gravium in ellipsi A D B e consistentium. Quod si ellipsis A D B e una cum suis evolutis revolvatur circa Axim A B, fiet ex ellipsi Telluris integra superficies, ex evolutis vero producentur solidae figurae superficies, quae erit locus directionum omnium gravium in Telluris superficie existentium. Posita ergo spheroidali Telluris figura, commune gravium centrum non simplex punctum erit, quemadmodum hactenus supposuere, sed predicta solida superficies.

Fig.ª 35



Celebriores Philosophi, atque Academiae non dum inter se convenire videntur circa figuram Telluris. Quamvis enim, ut diximus, et in Polo Laponiae, et prope Quitum Peruviae a Maupertuisio, et Bouguerio plurimae factae fuerint observationes, quae Newtonianam Theoriam confirmant miram in modum; dubitant tamen eruditi utrum fuerint ita exactae, ut revocari nequeat difficilimum hoc Theorema in solidam disputationem. [illegible]

Quare, Newtono putant Tellurem esse ellipsin, sub Equatore elatam, et sub Polis depressam [illegible] argumento. Gravitas, inquiunt, terrestrium corporum versus Terram cadentium [illegible] sed major in locis, qui Polis sunt proximiores, minor autem in locis, qui minus distant ab Equatore. Id patet ex pendulorum oscillationibus. Pendulum longitudinis 440,0 linearum, accuratius vero secundum Mairani mensuram 440,57 linearum, quod Parisiis oscillationes absolverat minuto 2do, in Insula Cayenne ab Equatore 5 gradibus distante, fuisse abbreviandum $1\frac{1}{4}$ linea, ut vibrationes tempore minuti 2di, primus omnium observavit Richerius anno 1679, quamvis postea anno 1690 Des-Hayes notaverit in eadem Insula esse minuendum $2\frac{1}{10}$ lineis. Idem Des-Hayes, et Varinus animadverterunt in Insula Gorea, quae sub latitudine ac[illegible] 14° $40'$, Pendulum 2 lineis brevius esse faciendum, quam Parisiis. In Insula Guadaloupe [illegible] latitudinis 14°, et in Martinique latitudinis borealis 14° $44'$, pendulum [illegible] abbreviandum $2\frac{1}{10}$ lineis. In Insula S. Christophori minuendum est $1\frac{27}{36}$ linea. In Insula S. Dominici abbreviandum est $1\frac{1}{9}$ linea, adeo ut tota longitudo modo foret 439,04 linearum. Sed nuperrime Bouguerus ejusdem longitudinem determinavit 439,5 linearum. In Porta Bellae, qui Porto-bello vocatur, est 439,33 linearum. In Terra [illegible] [illegible] 439,0 linearum. In Insula S. Helenae, notante D. Halleio, brevius fieri oportet $1\frac{1}{2}$ linea. Feuilleus peragrans Americam anno 1704 tradit in Insula Martinique Pendulum abbreviandum fuisse $2\frac{13}{18}$ lineis. Brevius autem in propioribus locis Equatori propriorum faciendum est pendulum, ut aeque celeriter oscillet, quam Parisiis, adeoque ultimae oscillationes tardiores sunt, quia in iis locis minor est vis gravitatis. At versus Polos corporum gravitas crescit, ac proinde pendulum in Septentrionalibus locis longius fieri oportet, ut testatur recentes Maupertuisii observationes. Nam in Pello Lapponiae desideratur longitudo penduli 441,17 linearum. Ergo vero (concludunt Newtoniani) si tardiores sunt oscillationes Pendulorum sub Equatorem quam versus Polos, adeoque si corpus grave minoris ponderis evadit, quo propius Equatori constituitur; dicendum est corpus sub Equatore positum a centro suo magis distare, proindeque Tellurem esse elatam sub Equatore, et sub Polis depressam.

Qui vero cum Burneto volunt Tellurem esse elatam sub Polis, et sub Equatore depressam sententiam suam ex eo probare contendunt, quod gradus Meridiani terrestris a Meridie Septentrionem versus, minores reperiuntur, adeo nimirum, ut quo magis versus Polos progredimur, eo minor terrestris meridiani pars peragi a nobis debeat, ut Polus uno gradu altius supra Horizontem attollatur.

Verum haec inaequalitas in gradibus deprehensa non, [illegible] [illegible] Burnetianam. Certo non constat, utrum dimensiones, quas De la Hire in Australi, et Maraldus in Boreali Galliae parte lineae Meridianae descriptionem [illegible], adeo fuerint exactae, ut nullus plane error in eas irrepserit, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], in quo modo [illegible] [illegible] plane conveniant, nec instrumenta, quibus usi sunt, [illegible] fuerint [illegible], ut a diversa aeris temperie vitiari non potuerint; quod etiam Historia Academiae Parisiensis anni 1718 animadvertit.

Sed neque oscillationes Pendulorum sub Equatore tardiores demonstrant evidenter Newtoni sententiam. Quamvis Tellus non ovata, sed perfecte sphaerica foret, gravitas tamen minor esset, quo corpora sunt Equatori proximiora, uti ostendit [illegible] [illegible] Elementorum Physicae Cap. 7. [illegible] Fig.a 36, Tellus, [illegible] [illegible] K. [illegible], circa quem Tellus motu diurno volvitur, sit [illegible] sit meridianus A P B K. sit K punctum Equatoris, L vero sit aliud, punctum in latitudine K L. Atque ex hisce duobus punctis ducantur duae perpendiculares ad A B, K C, L O. His positis, vires centrifugae in K, et L erunt, ut C K, O L, ita tamen, ut gravitas in K operetur versus C, directione vi centrifugae contraria, gravitas vero in L non agat in O directione opposita, seu contraria vi centrifugae O L. Producatur O L in m, et C L in n, in qua demittatur perpendicularis m n, qualis L n directe agit contra gravitatis directionem L C. Sunt autem triangula C O L, L n m, [illegible] ergo [illegible] C L : O L :: L m : L n : ideoque vis centrifuga contra gravitatem agens in puncto K, et L est in ratione composita ex C K ad O L, et L m ad L n, sive ut quadratum C L ad quadratum O L. Sed O L est sinus complementi latitudinis K L. Eundo igitur versus Polos, incrementum gravitatis erit, ut quadratum complementi sinus latitudinis. Praeterea, si Pendula Equatori [illegible] tardiora sunt, id [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] calore Pendula [illegible] [illegible] demonstrante experientia, [illegible] calescat [illegible], [illegible] post [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] suae longitudinis partem deperdere. Quare in tanta opinionum [illegible] certo statuere non possumus, quaenam sit figura Telluris [illegible]. Adhuc in meo judicio [illegible] est, utrum Tellus sit perfecte sphaerica, vel elliptica; [illegible] incertum est, utrum sub Equatore sit elata, vel potius depressa, utrum sub Polis sit depressa, vel potius elata.

Fig. 36



Caput 4tum

De libero Descensu, et Acceleratione Gravium.

Aristoteles, ceterique Philosophi, qui demonstrationis loco Aristotelis duntaxat auctoritatem provocant, docuerunt gravia in suo descensu moveri in eodem medio velocitatibus eorundem massis sive ponderibus proportionalibus; ita ut, si in corpore pondus foret duplum, velocitas descensus in eodem aere foret dupla; ubi triplum triplo; ubi quadruplum, quadrupla etc. Sed [illegible] omnium Philosophorum experimentis demonstravit Galileus, resistentiam medii, in quo gravia descendunt, in causa duntaxat esse diversitatis pro massarum diversitate velocitatum, adeo ut dato non resistente medio, diversa corpora, licet diversi ponderis, futura essent in suo descensu omnino aequivelocia. Demisit vir summus ex eadem altitudine 100 cubitorum pilas ex auro, ex plumbo, ex cupro, ex porphyrite, atque ex cera confectas, quae, tametsi diversissimi praeditae ponderis, eas reperiit in descensu per aerem minimas differentias velocitatum, quae ne suspicari quidem poterant respectivis earum ponderibus proportionales: eadem quoque corpora modo per aerem demisit, modo per aquam; Atque in diversis hisce mediis talis animadvertit respectivorum descensuum differentias, quae proportionales ferme essent mediorum densitatibus, non massis corporum ruentium: Colegit proinde diversam velocitatem in diversis ponderis corporibus petendam esse duntaxat a resistentia mediorum, et a magnitudine, figuraque corporum descendentium. Quod suspicati fuerant, antiquis temporibus, Epicurus, atque Lucretius; et in Principiis Philosophiae demonstravit postea [illegible]

experimenta Newtonus, descendentibus pari tempore ex eadem altitudine in Vacuo plumbo lana, pluma, et Auro. Itaq. ex Galileanis, et Newtonianis observationibus securitate nominis evidentissima Theoremata.

Primum ē. Quæcumq., et cujuscumq. generis corpora, sive magna, sive parva, sive firma, sive fluida, ex eadem altitudine in spatio vacuo simul demissa, æquivelociter descendunt, atq. idem spatium eodem tempore percurrunt.

2dum ē. Si corpora magnitudine, atq. figura æqualia, sed diversi generis, et diversorum ponderum, demittantur ex eodem altitudine vel per aerem, vel per aquam, vel per quodcumq. aliud corporeum medium; eorum velocitas non erit æqualis, sed corpora quæ sub sua superficie plus materiæ continent, descendent citius; quæ vero minus habent materiæ, descendent tardius.

3tium ē. Si corpora ejusdem figuræ, magnitudinis, et ponderis, ex quocumq. genere corporum fuerint, demittantur simul ex eadem altitudine per quodcumq. medium corporeum, descendent æquivelociter.

4tum ē. Corpora eodem pondere, sed non eadem magnitudine, et figura donata, non descendunt æquivelociter per corporeum medium, licet simul ex eadem demissa altitudine.

Contra primum Theorema erit fortasse, qui dicat; corpora ex eadem altitudine in Vacuo demissa debere vel citius, vel tardius descendere, pro majori, vel minori quantitate materiæ; quum vires gravitatis, quæ velocitatem generant, sint quantitati materiæ proportionales.

Sed huic argumento satisfacimus sequenti demonstratione. Sint duo corpora A, et B, quæ in Vacuo Boyleano ex eadem altitudine simul demittantur, sitq. in A materiæ quantitas dupla materiæ, quæ ē in B. Certum ē pondus corporis A duplum esse ponderis corporis B, et gravitatem in A duplam ē gravitatis, quæ ē in B. Verum, si materia, quæ ē in A, in duas supponatur æquales divisa partes, quarum alterutra sit æqualis materiæ, quæ ē in B, cum hujusmodi materiæ partes, quæ sunt in A, et materia, quæ ē in B, quum sint inter se æquales, æquales gravitatis impulsus recipient, adeoq. tres simul omnes æquivelociter descendent. Nec aliquid contra demonstrationem nostram evincit, quod ejusdem materiæ partes in Corpore A simul sint unitæ; nam partes illæ ejusq. quarum alterutra ē æqualis materiæ B, simul junctæ non descendunt celerius, quam separatæ; quemadmodum, si duo homines sejunctim æquivelociter currant, suas manus manui jungant, non videtur eam ob causam eorum cursum accelerari.

Contra Theorema 2dum, hoc confici posset argumentum. Corpora æquali figura, et magnitudine prædita, tametsi pondere inæqualia, æqualem inveniunt in corporeo medio resistentiam; adeoq. descendere debent æquivelociter. Æqualem, inquam, inveniunt resistentiam; nam resistentia oritur ex ipsis medii particulis e suo loco pellendis. Positis autem corporibus eadem figuræ, et magnitudinis, quum æquales medii particulæ a singulis descendentibus corporibus sint removendæ, eadem, seu æqualis procreatur medii resistentia.

Verum æqualem in nostro casu ~~in medio~~ resistentiam in mediis resistentibus non invenimus, licet æquales sint removendæ medii particulæ; adeoq. inæqualem descendentium hujusmodi corporum velocitatem quamcertissimam habendam ē putamus. Æqualis eo tantum sensu dici potest medii resistentia, quod æquales sint e loco movendæ particulæ; quia vero particulæ removendæ, pro majori, vel minori nempe corporum pondere, aut magis aut minus ... eorum descensum vel minus, vel magis retardant, earundem particularum resistentiam omnino inæqualem concipimus. Sint non duo corpora A, et B ejusdem figuræ, et magnitudinis, quorum pondera, adeoq. quantitates materiæ se habeant, uti 1 ad 4. Si supponamus gravitatem in A ē duorum graduum, tum gravitas in corpore B, quæ ex hypothesi, ratione quantitatis materiæ, quadrupla ē corporis A, erit octo graduum. Decidant ergo simul duo hæc corpora ex eadem altitudine in resistente aere, cujus tantum sit renisus, ut unum gravitatis gradum tam in A perimat, quam in B. In corpore A unus reliquus erit gravitatis gradus, in B vero septem, qui cum æqualiter in quatuor corporis B æquales partes distribuetur, erit singularum partium vis $1\frac{3}{4}$, adeoq. major vi illa, qua corpus A deorsum urgetur. Itaq., posita etiam æquali aeris resistentia (quod facile, si volunt, concedemus) corpus B velocius descendet, A vero tardius.

Videamus modo, cur, posita etiam æquali aeris resistentia, non sint æquivelocia in suo descensu corpora, de quibus agimus. Supponantur duo corpora A, et B figuræ cubicæ, ita tamen, ut singula latera cubi A sint dupla laterum cubi B. Secundum Euclidis Elementa, cubus A soliditate, seu materiæ quantitate octuplus erit cubi B, superficie vero, seu magnitudine quadruplus. Supponamus etiam vim gravitatis, qua corpus B deorsum urgetur, duorum ē graduum, adeoq. in A etiam octodecim sexdecim graduum. His positis, decidant A, et B in aere, cujus tantus sit renixus, ut a corpore B unum tollat gravitatis gradum, adeoq. in A, cujus superficies ē quadrupla, quatuor hujusmodi gradus perimat. Tum corpori A reliqui erunt gravitatis gradus 12, in B vero unus tantum. 12 itaq. gravitatis gradus æqualiter per octo partes corporis A distributi, earum singulis, quæ corpori B æquales sunt, convenient $1\frac{1}{2}$, quum interim corpus B unico tantum gravitatis gradu polleat. Vis ergo acceleratrix corporis A sesquialtera ē ejus, quæ convenit B; ideoq. celerius decidet in æque resistente aere corpus A, lentius vero corpus B.

Theorema hoc innumeris confirmari potest experimentis. Ea celebriora sunt, quæ in Templo Paulino Londinensi instituit Desagulierius, quæq. tradita sunt, quum de Vacuo disputatio agebatur, iis confutare possunt non secus nostræ Frenicleï observationes, quæ opponi solent.

3tium Theorema præcedentis theorematis Corollarium ē. Nam si in eodem medio diversorum ponderum corpora, licet eadem figura et magnitudine donata, descendunt inæqualibus velocitatibus, propter inæquales virium impulsus; corpora ergo ejusdem figuræ, magnitudinis, et ponderis, quæ æquales habent gravitatis vires, propter æqualem materiæ quantitatem, descendent in eodem medio omnino æquivelociter. Addi possunt experimenta illa, quibus in duabus pendulis longis corporibus æqualis figuræ, magnitudinis, et quantitatis ... Newtonus, ut ... in ... Mundi, quæ paulo ante attulimus, quum de vacuo disserendo disputavimus.

4tum denique Theorema ex inæquali resistentia medii ita procedit, ut neq. indigeat aliqua demonstratione, neq. confirmandum sit experimentis. Nam si pro majori, vel minori fuerint corporum magnitudine, major, vel minor removenda ē in medio quantitas particularum, adeoq. major vel minor a medio exhibenda resistentia: corpora, quæ minorem terunt resistentiam, citius descendent, quæ majorem, tardius.

Detecto Aristotelicorum errore circa descensum diversorum gravium ex eadem altitudine in idem medium, observavit Galileus in eodem medio majorem esse eorundem gravium velocitatem, quo a majore ruerent altitudine, [illegible] consequenter, immutato corporum pondere, eademque permanente medii densitate, diversa altitudo diversas procreabat in descendentis corporis velocitates, indeque est deducebat corporis universi ad ista naturalem motus acceleratos versus Telluris centrum: quo statuto Theoremate investigavit deinde leges, quibus hujusmodi accelerantur motus. Supposuit itaque Galileus, causam gravitatis (quaecumque tandem ista sit) in quolibet minuto temporis aequaliter agere, et corporis descendentis, aequali tempore, motum aequaliter acceleratum imprimere: ita ut velocitates, quas corpus acquirit in suo descensu, se haberent, velut tempora descensus. Hoc autem posito postulato, totam illam condidit de corporum descensu Theoriam, quam tantopere Philosophi admirantur, et ex qua tot pulchrae consequuntur demonstrationes.

Theorema 1. Gravia in suo descensu versus Telluris centrum suum accelerant motum.

Demonstratur 1. experimento Galileano. Ex altitudine ulnarum 100 demisit pilam Galileus, deprehenditque totum illud spatium confectum ab ea fuisse, tempore minutorum 2dorum 5, ea quidem lege, ut tempore unius semiminuti unam ulnam percurreret; quatuor ulnas tempore integri minuti, ulnas novem intervallo unius minuti cum semisse; adeo minirum, ut velocitas descensus augeretur secundum progressionem numerorum imparium 1.3.5 7.9 et ab unitate numeratorum.

Demonstratur 2do experimentis Riccioli. Ex altitudine pedum 280 demissus fuit cretaceus globus unciarum 8, et diligenter observato tempore ope penduli, cujus singulae vibrationes aequales erant $\frac{1}{6}$ minuti 2di, notatum est, ruentem globum confecisse pedes Romanos antiquos 10, vibrationibus 5, pedes 40 vibrationibus 10, pedes 90 vibrationibus 15, pedes 160 vibrationibus 20, ac demum pedes 250 vibrationibus 25; ut proinde temporibus seorsim acceptis, primo tempore confecerit pedes 10, 2do 30, 3tio 50, 4to 70, 5to 90, qui perinde se habent, ac 1.3.5.7.9.

2do ex eadem altitudine demissus fuit globus argillaceus unciarum 10; et observatum est, uno minuto 2do, percurrisse pedes 15, duobus minutis, pedes 60, tribus pedes 135, quatuor pedes 240, quinque vero minutis pedes 280, sive primo minuto pedes 15, 2do 45, 3tio 75, 4to 105, 5to 140, quorum ratio eadem fere est, quae numerorum 1.3.5 7 9: quod alii etiam viri ill. pluribus in locis, sed potissimum in Regio Parisiensi observatorio, maxima adhibita diligentia, expertum fuere.

Dicet fortasse aliquis. Sagitta e montis excelsi jugo deorsum vibrata minus valide ferit, quam si e propiore loco fuisset emissa. Sed contrarium eveniret, si gravium motus accelerarentur in descensu. Ergo motus gravium in suo descensu non accelerantur.

R. conc. mm, ne. mm. Quum nos cum Galileo accelerari dicimus motum gravium in descensu, de motu naturali et libero, quia corporum gravitate producitur, sermonem instituimus, non de motu violento, qualis est motus sagittae per arcum vibratae. Non autem easdem leges motus violenti, quas naturalis et liberi, ignorat nemo.

Ceterum, quia confugiamus ad experimenta, accelerari in descensu gravium motum, ita cum Gravesandio demonstramus. Vis gravitatis agit in omnia corpora continuo, pro quantitate materiae. Sed, quando libere descendit corpus, impressio, quam primo momento a gravitate accepit, 2do momento in [illegible] non destruitur: ergo 2do momento duplices in corpore concipiendae sunt impressae vires, quod quum de 3tio, de 4to, de 5to etc. momento dicendum sit, concludendum est motum corporis libere cadentis esse acceleratum; quod erat demonstrandum.



Fig. 37.

Theorema 2dum. Gravia ex aliqua altitudine libere decidentia eo donantur velocitatis incremento, quod est instar numerorum, paritur imparium ab unitate numeratorum.

Praeter experimenta superius allata, ita Theorema demonstratur. Sit, Fig.a 37, Triangulum rectangulum ABC, cujus latus AC exhibeat tempus, quo grave datum spatium in descensu percurrit; latus vero BC exhibeat impetum acquisitum successive a descendente gravi, toto tempore AC. Quoniam, ex hypothesi Galileana, impetus crescit in ratione temporis, diviso latere AC in tres partes aequales AG, GE, EC, ductisque rectis GF, ED parallelis basi BC, sicuti tota BC repraesentat impetum successive acquisitum toto tempore AC, ita pars FG exhibebit impetum acquisitum tempore AG, et pars DE impetum acquisitum tempore AE. Etenim AG. AC :: FG. CB et AE. AC :: DE. BC. Triangulum praeterea ABC optime repraesentabit collectionem totius impetus successive acquisiti a descendente corpore, tempore AC. Atqui, uti collectio omnium graduum impetus, ita collectio omnium partium spatii, quae tempore AC percurruntur, ergo Triangulum ABC exhibebit quoque spatium percursum a corpore, tempore AC, vi impetus successive acquisiti. Supponamus modo, initio motus, adeoque initio temporis AC fuisse in corpore totum impetum BC, ipsumque absque incremento, vel decremento perseverare in corpore, toto illo tempore AC. Itaque tota illa collectio graduum impetus, qui singulis momentis temporis AC respondent, adeoque et spatium vi illius impetus tempore AC percursum optime repraesentabitur a Rectangulo ALBC: est autem Rectangulum ALBC duplum Trianguli ABC. Ergo spatium quod descendendo percurreret a Gravi, si initio motus totum illum impetum immutabiliter habuisset, quem habet in fine motus, duplum esset illius, quod conficit per impetum successive acquisitum.

His positis, supponatur tempus descensus corporis esse AC divisum in tres partes aequales AG, GE, EC, spatium vero toto illo tempore in descensu percursum vi impetus successive acquisiti repraesentari a Triangulo rectangulo ABC. Ductis, ut supra, rectis FG, ED, Triangulum AFG exhibebit spatium absolutum a corpore tempore AG, Triangulum ADE spatium absolutum tempore AE. Quamobrem Triangulum AFG. Triangulum ADE :: spatium percursum in descensu a corpore tempore AG. spatium percursum tempore AE. et uti Triangulum ADE ad Triangulum ABC, ita spatium confectum tempore AE ad spatium confectum tempore AC. Sunt autem Triangula AFG, ADE, ABC inter se similia, et latera AG, AE, AC homologa. Igitur quum latus AC sit triplum, et latus AE sit duplum lateris AG, erit Triangulum ABC noncuplum, et Triangulum ADE quadruplum Trianguli AFG. Dempto proinde Triangulo AFG a Triangulo ADE, et Triangulo ADE a Triangulo ABC, erit Trapezium GFDE ad Triangulum AFG, uti 3 ad 1, et Trapezium DBCE ad idem Triangulum AFG, uti 5 ad 1. Sed Trapezium GFDE exhibet spatium percursum a gravi tempore GE, et Trapezium EDBC spatium percursum tempore EC, sicuti Triangulum AFG

spatium exhibet percursum, tempore AG. Ergo spatia percursa a gravi liberè descendente temporibus equalibus AG, Ge, eC, sunt inter se, uti 1.3.5, adeoque augentur juxta progressionem numerorum paritèr imparium ab unitate numeratorum; quod erat demonstrandum.

Theorema 3tium. Spatia percursa a gravi liberè descendente sunt inter se, ut quadrata temporum sumptorum ab initio motus, ~~seu in ratione duplicata temporum, et velocitatum~~.

Demonstratur. Ex Theoremate superius, Grave liberè descendens conficit uno tempore, uno v.g. minuto 2do, unam hexapedam, secundo vero tempore, altero scilicet minuto 2do, tres conficit hexapedas. Sed spatium unius, et trium exapedarum, seu spatium quatuor exapedarum, est quadratum primi, et 2di temporis, quadratum scilicet duorum minutorum 2dorum. Ergo spatia a gravi percursa sunt veluti quadrata temporum, ~~seu in ratione duplicata temporum, et velocitatum, quod erat~~. Rursus, 3tio tempore, seu 3tio minuto 2do, conficit grave 5. exapedas, quæ juncte cum 4. superioribus decursis constituunt 9, quadratum scilicet trium temporum, seu trium minutorum 2dorum: et quarto tempore, seu quarto minuto 2do, percurret 7. exapedas, quæ cum novem superioribus unitæ constituent 16, hoc est quadratum numeri quaternarii, seu quatuor minutorum 2dorum. Ergo ita liberè descendent quæcumque gravia, ut tempus insumptum sit radix quadrata spatii decursi; decursum vero spatium se habeat veluti quadratum temporis insumpti.

Corollarium 1.

Spatia percursa a gravi liberè descendente sunt inter se in ratione duplicata temporum sumptorum ab initio motus. Tempora verò eodem modo accepta sunt in ratione subduplicata spatiorum.

Corollarium 2.

Velocitates, quas Grave in libero descensu successivè acquirit, sunt inter se in ratione subduplicata spatiorum: et spatia percursa sunt in ratione duplicata velocitatum.

Dicent 1. contra 2dum Theorema. Etiamsi secundum hypothesim Galileanam, velocitates, quas successivè acquirunt liberè descendentia gravia, proportionales sint temporibus descensus, probari nullo modo potest, cur augeantur juxta seriem numerorum imparium; et longè probabilius videtur crescere velocitatem juxta seriem naturalem numerorum 1.2.3.4, quam per numeros impares 1.3.5.7.

R. supposita cum Galileo equali vi gravitatis in quolibet instanti indivisibili, quo grave liberè descendit, et demonstratum a nobis est superius, et nunc clarius etiam demonstrari, cur velocitatis incrementum se habeat, secundum progressionem numerorum imparium 1.3.5.7.9. etc. Sit in Fig.a 38, Area Trianguli ABC, quæ representet spatium percursum ~~[illegible]~~ a gravi, tempore unius minuti 2di. Supponamus spatium ABC percurri a corpore A motu equalitèr accelerato, tempore unius minuti 2di, quod exhibetur per rectam AB, et a recta BC representari velocitates acquisitas a corpore A in fine predicti minuti 2di. Si vis illa (quæcumque tandem sit) quæ corporis in suo descensu motum accelerat, non amplius ageret in corpus A, quum ventum est ad punctum B, certum est, quod corpus A per vim inertiæ suum prosequeretur equabilem motum cum velocitate BC, quam acquisivit in puncto B. Sed in motu equabili, uti suo loco diximus, percursum spatium est productum velocitatis, et temporis. Spatium ergo, quod corpus A percurreret motu equabili cum velocitate BC, tempore unius minuti 2di, esset parallelogrammum BCDe resultans ex recta BD equali AB, quæ exhibet, ex hypothesi, tempus, et a recta BC, quæ representat velocitatem. Sed parallelogrammum BCDe, per 41. lib. Euclidis, duplum est trianguli ABC quod, uti supposuimus, percursum est accelerato motu a corpore A, in eodem tempore AB, seu primo minuto 2do. Itaque si causa acceleratrix in puncto B deficeret, spatium, quod motu uniformi percurreret corpus A cum summa velocitatum in acceleratione acquisitarum, duplum foret in equali tempore, spatii illius, quod ab eodem corpore A percursum fuit accelerato motu, per quem post BC, si velocitatem acquisivisset. Vi ergo solius velocitatis acquisitæ in puncto B, atque independenter ab actuali effectu gravitatis, percurret corpus A in 2do instanti, seu in 2do minuto 2do, spatium BCDe, quod duplum est spatii ABC percursi in primo instanti, seu in primo minuto 2do. Sed causa acceleratrix motus in corpore A equalitèr agit in quolibet instanti indivisibili, nec cessat influere in puncto aliquo spatii. Ergo corpus A in decursu 2di minuti temporis acquiret alterum velocitatis gradum equalem gradui velocitatis, quo antea decursum est spatium ABC, in primo minuto 2do. Percurret ergo in 2do minuto 2do spatium triplum spatii confecti in primo minuto 2do; idest spatium BCDe duplum spatii ABC cum motu equabili, et spatium equale spatio ABC cum acceleratione a vi gravitatis accepta in 2do minuto 2do. Eadem ratione percurret corpus A in 3tio minuto 2do spatium quintuplum primi spatii, et in 4to minuto 2do spatium primi spatii septuplum; atque ita successivè spatia itaque, quæ corpus A conficit in successivis equalibus temporibus 1.2.3.4. etc erunt, veluti impares numeri 1.3.5.7 etc, non ~~[illegible]~~ naturalis series 1.2.3.4; quod, posito Galileano postulato, in revocari quidem in dubitationem potest.

Instabunt. Juxta suppositionem Galileanam, velocitates corporum liberè descendentium sunt sicuti tempora. Ergo sunt juxta naturalem seriem numerorum 1.2.3.4 etc. Ergo acceleratio motus non fit per numeros impares 1.3.5.7.9.

R. velocitates per Galileum, in hoc sensu esse veluti tempora, quatenus scilicet in quolibet puncto indivisibili temporis, eodem, seu equali modo, concipienda est causa acceleratrix agens in corpus liberè descendens; non quatenus summa, seu collectio velocitatum in fine descensus se habeat veluti collectio singulorum indivisibilium temporis punctorum. Nam, ex superius demonstratis, non ita se habent prima, 2da, et 3tia velocitates, sicuti successivè se habent primum, 2dum, et 3tium indivisibilia puncta temporis; quum series successivorum indivisibilium temporis numerorum sit 1.2.3; series autem successivarum velocitatum sit 1.3.5. Vires itaque gravitatis, seu successivi impetus, qui a causa acceleratrice communicantur gravi liberè descendenti, quia equales sunt in singulis indivisibilibus temporis momentis, sunt per Galileum in ratione temporis, in serie scilicet naturali numerorum 1.2.3.4; non autem successivè velocitates, incrementum scilicet velocitatis, de quo disputamus.

Dicent 2do. Accuratiora experimenta, progressionem Galileanam numerorum imparium non demonstrant. Nam Viri doctissimi experti sunt, globulum plumbeum, intra semiminutum 2dum, ex altitudine 4 pedum cum quadrante, motu perpendicu-

Fig.a 38.



lari

lari decidere, intra minutum 2dum ex altitudine 16 pedum, intra sesquiminutum ex altitudine 6 pedum, intra duo minuta 2da cum dimidio, ex altitudine 93 pedum, ex altitudine 62 pedum, intra 2 minuta 2da; quum tamen secundum proportionem Galilæanam, primo minuto 2do, conficere debuisset pedes 17, sesquiminuto 38, duobus minutis 2dis 68, duobus minutis 2dis cum semisse 106.

R. oppositum experimentum, non secus ac cætera, quæ afferri solent ex viris Cl. De-Chales, De-Lanis, proportionem Galilæanam falsam nullatenus reddere. Nam, uti post Galilæum plures observarunt Philosophi, licet gravium descensus continuo accelerentur, hæc tamen acceleratio non augetur in infinitum, sed suum habet terminum, seu descensus æquabilis tandem efficitur. Hujus autem ratio est vel aeris resistentia, quæ aliquid de impetu singulis temporis a descendente corpore detrahit ~~[illegible]~~; vel finita ipsius corporis capacitas ad impetum successivè recipiendum, vel alia quæcumque causa, quam fortasse adhuc ignoramus. Certè probabile admodum est, descensum fieri tandem æquabilem propter aeris resistentiam, quum experientia comptum sit corpora specificè leviora adeoque minorem præseferentia materiæ quantitatem, citius in descensu ad motus æquabilitatem perduci ~~[illegible]~~

Instabunt. Vis gravitatis, quæ grave descendere cogit, augetur singulis indivisibilibus temporis momentis. Ergo ita accelerari deberet motus gravium, ut nunquam ad æquabilitatem deveniret.

R. vires equidem gravitatis, quum sint in ratione temporum, augeri singulis momentis in corporibus descendentibus, sed vires hujusmodi ab aeris resistentia impediri tandem, ac perturbari. Quum enim, quò majora sunt spatia a decidente corpore peragenda, eò major sit aeris moles dividenda, major illa resistentia, quam successivè in aere dividendo invenit descendens corpus, ita successivè in eo perimet gravitatis vires, ut paulatim illius motus ad æquabilitatem perveniat. Et quia, uti demonstravit Newtonus Lib. 2. Principiorum, Sect. 1. Propositione 23, omnium corporum motus, qui in fluido feruntur, ita sensim debilitantur, ut fluidi resistentia sit in duplicata ratione velocitatis, sive, ut quadratum velocitatis, consequi omnino debet, ut corporis eam decidentis celeritas ob aeris resistentiam minuatur, tandemque acceleratus hic motus æquabilis fiat. Quod verò ex aeris resistentia æquabilis illa descendentium gravium acceleratio perturbetur, egregiè confirmari posse videtur, inquit Cl. Corsinus, quod si corpora inæqualiter gravia in aere libero demittantur, levius ex illis tardius movetur, et quod descendit; si verò in machina pneumatica moveantur, in qua vel nullus, vel tenuissimus, et insensibilis aer reperitur, æquali prorsus tempore, æquabilique motus acceleratione descendere conspiciuntur. Hinc corpora leviora citius ad motus æquabilitatem perveniunt, propterea quod circumpositus aer magis illis resistit, nec tantus fortasse a natura impressus motus illis impetus, quantus a projiciente imprimeretur. Hinc corpora minoris voluminis, seu magnitudinis citius æquabilitatem illam acquirunt, quam corpora majoris magnitudinis, quum ~~[illegible]~~ aeris resistentia major, vel minor esse debeat, juxta corporis superficiem, quæ ambitur ab aere. Hinc denique, secundum diversam corporum figuram, vel magis, vel minus minuitur celeritas corporum: ut naves plerumque velocius ferantur, quum in inferiori parte angustiores sint; celerius descendat gladius, quam eundem quantitatis materiæ cuneus; citius contractis alis, quam expansis, aves decidant.

Dicent 3tio Gravitatis vim constantem haudquaquam esse, idem non eadem, constantique ratione urgere deorsum corpora, uti supponit Galilæus. Constat enim, aucta corporum distantia a centro Telluris, minui in illis vim gravitatis, vel in ratione simplici directa distantiarum a centro, quemadmodum opinati sunt viri Cl. Vivianus, Borellus, Fermatius, Chalesius, vel in ratione reciproca simplicium distantiarum a centro, uti existimavit Torricelius vel demum in ratione duplicata ejusdem auctæ distantiæ a centro, sicuti communiter nostri temporis Philosophi sentire videntur. Ergo quum eadem non sit, pro singulis successivis temporis instantibus, in corporibus liberè descendentibus vis gravitatis, corruit omnino hypothesis Galilæana de accelerato descensu gravium, secundum progressionem numerorum parium imparium ab unitate numeratorum.

R. hypothesim Galilæanam de constanti vi gravitatis in quacumque gravium distantia a centro communi conciliari imprimis posse cum majori, vel minori vi gravitatis, secundum minorem, vel majorem distantiam a centro Telluris. Nam quia per Galilæum, proportionalis est vis gravitatis singulis successivis indivisibilibus punctis temporis; quo major in diminuta distantia erit summa indivisibilium temporis instantium, eo major in diminuta distantia convenit collectio virium gravitatis et, quò minor, aucta distantia a centro, erit collectio temporum successivorum, eò minor in eadem aucta distantia, consurget necessario summa virium gravitatis. Eadem ergo in singulis indivisibilibus punctis temporis vis gravitatis spectari poterit (si ipsam virium summam spectemus) minor in aucta distantia et major in imminuta distantia, quin corruat proportio Galilæana de accelerato motu corporum liberè descendentium. Sed concedamus majorem, vel minorem esse vim gravitatis, pro minori, vel majori distantia corporis a centro Telluris; Admitti nihilominus potest Galilæana hypothesis in examinandis gravium motibus prope Telluris superficiem, quum major ibidem minorve distantia efficere non possit, ut actio gravitatis eadem ubique non deprehendatur. Certum est, inquit Cl. Grandius, distantias illas a centro Telluris, in quibus experiri possumus gravium motus, non posse sensibiliter vim gravitatis mutare; quia licet diversus esse deberet illius impetus, prout augentur, vel minuuntur illæ distantiæ a centro, secundum quamcumque proportionem, aut simplicem, aut commutatam earundem distantiarum sive directè, sive reciprocè sumptarum; ridicula scilicet tantum est Telluris radius, sive semidiameter, quæ, secundum magis accuratas Picardiorum observationes, continet 3647. milliaria Florentinorum, ut incrementum unius, aut duorum milliarium non ita sensibiliter majorem nancisci possit distantiam, quæ aliquo modo immutare queat actionem gravitatis. Itaque meritò supponere possumus cum Galilæo eandem, constantemque vim gravitatis in singulis successivis indivisibilibus temporis instantibus, saltem quum agitur de motibus corporum, quos in superficie Telluris fieri in rectis lineis videmus.

Caput 5.

De Causa Gravitatis

Corpora deorsum ferri per vim gravitatis, consentiunt Philosophi universi tam veteres, quam recentiores; sed unde nam petenda sit vis illa, et antiquis, et nostris temporibus acriter disputatum est, non dum tamen inventum. Opiniones omnes ad duo veluti summa capita referri possunt. Prima est eorum, qui causam gravitatis esse corporibus in-

trinsecam volunt; 2da illorum, qui omnino extrinsecam. In prima sententia sunt Peripatetici cum omnibus fermè celebrioribus Philosophis. In 2da sunt Cartesius, atque Gassendus, quorum alter supponit gravitatem proficisci a materia subtili, et fluida, quæ vorticem circum orbem terraqueum constituit; Alter verò trahi gravia ab ipsa Tellure putavit.

Propositio 1. Causa gravitatis corporibus est intrinseca.

Probatur propositio. Nulla occurrit extrinseca causa, cui gravium descensus referri possit. Hæc enim causa vel est pressio aeris incumbentis; vel subtilis materia Cartesianorum; vel Telluris magneticam effluvia Gassendistarum. Primum dici non potest, quum in Vacuo Bouleano, gravia et citius decidant, quam in aere libero, et æquivelocitèr. 2dum ne somniare quidem possumus; quum materia illa subtilis nusquam existerit: 3tium (ut cætera mitta [illegible]) est contra experientiam; quum graviora decidant citius, et leviora tardius, quod tamen in hypothesi de magneticis Telluris effluviis secus contingere deberet, secundum naturæ leges. Ergo gravitas, qua corpora sive cœlestia, sive terrestria versus suum centrum tendunt, ab intrinseco corporibus principio est repetenda.

Dicent 1. etiamsi nulla occurreret nobis extrinseca causa gravitatis, inferri tamen merito non posset, causam illam esse omnino corporibus intrinsecam. Nam neque causas naturales hactenus plenè cognovimus; neque certò statuere possumus non dari naturales alias extrinsecas causas ab hactenus cognitis diversas. – Accedit, ipsummet Deum esse veram causam descensus gravium. Cur ergo principium gravitatis statuendum erit corporibus intrinsecum, in tanta potissimum obscuritate rerum?

R. investigata accuratissimè natura, attentisque tam veterum, quam recentiorum Philosophorum opinionibus, causam extrinsecam gravitatis (si quidem aliqua existit) vel esse alia corpora gravibus descendentibus incumbentia, eaque deorsum prementia, vel esse corpora inferius posita, eademque gravia attrahentia; ut proinde vel confugiendum sit ad aerem, sive ad quamcumque aliam subtiliorem materiam, vel ad Telluris effluvia, si de terrestribus agitur corporibus, ad effluvia verò solis, si de cœlestibus. Sed ex demonstratis superius, neque aer incumbens, neque subtilis quælibet materia, neque Telluris, aut solis effluvia in causa esse possunt aut liberi, et accelerati descensus gravium terrestrium, aut motus ordinati curvilinei Planetarum. Ergo gravitatis causa, quæ dari equidem debet, omnino intrinseca corporibus est asserenda. Ad confirmationem, Deum esse veram, et propriam causam gravitatis, nullus dubitat. Sed nos, qui cum Philosophis melioris notæ, præter causam divinam extrinsecam, admittimus etiam causas naturales 2das, has modò inquirimus, quum de causa gravitatis agimus.

Dicent 2do causam descensus in gravibus esse aerem. Nam, quum grave, inquiunt, sibi liberè commissum decidit, scindit, atque impellit aer a parte anteriori, versus quam grave dirigitur; et ne locus ille, qui a lapide retrò relinquitur, vacuus remaneat, partes aeris anteriores a lapide compressæ circulari quodam motu per latera lapidis ad partem illius posteriorem accedunt, atque ita per hunc circuitum, vel recursum lapidem urgent, impelluntque. ut motus ille semel impressus continuò perseveret, donec aeris impellentis, et recurrentis vires a gravitatis viribus superentur; tum enim lapis in Tellurem decidet.

R. descensum gravium repeti non posse ab impetu aeris, vel per ipsos Adversarios. Nam primò manifestum est, quod impetus iste, quem supponunt in recurrente aere, ab ipso oritur descendente corpore; sine enim descendens moveretur lapis, non posset aerem premere, et ex parte anteriori in posteriorem impellere: Ideoque si motus continuatus aeris recurrentis oritur a continuato motu lapidis, illius causa esse non potest. 2do equalis est vis, et impetus aeris recurrentis, et impellentis lapidem ex parte posteriori, et resistentia ejusdem aeris in parte anteriori; utraque enim ab aeris proficiscitur gravitate, et continuitate (quæ sicuti efficit, ut aer impellatur circulariter ad occupandum locum a lapide descendente relictum) ita in causa est, ut aer resistat lapidi descendenti. Et sanè quum grave aliquid descendit perpendiculariter, accelerat quidem motum, per aliquod temporis spatium, sed acceleratio illa sensim deinde minuitur, ita ut tandem grave non amplius accelerato, sed æquabili motu feratur. Id autem oritur, uti Cap. præcedenti diximus, ab aeris subjecti resistentia, quæ corporis decidentis impetum paulatim destruit. Si igitur aer non potest motum corporis decidentis continuare, licet ipsa aeris gravitas ad centrum Telluris feratur, sed potius motum, et velocitatem corpori impressam destruit; quomodo descensus gravium, seu ipsa gravitas corporum decidentium referri in aerem poterit? Deinde; Annon gravis est aer ipse? An non per vim gravitatis tendit et aer ad centrum Telluris? Erit ne ergo admittendus, præter aerem gravem, omnino diversus in natura aer, a quo descendentis aeris gravitas proficiscatur?

Dicent 3tio gravitatis causam in descendentibus corporibus esse saltem aeris elaterium. Dum enim lapis v. g. movetur, aer iste, qui posteriorem lapidis partem cingit, ita rarescit, ac dilatatur, ut lapidi graves, et continuatos ictus imprimendo illum altius urgeat impellatque: eadem fermè ratione, qua globulus ex argilla formatus, et in tubo oblongo positus, si aere ex ore exsufflato fuerit impellatur, velocissimum motum acquirit, qui vehementior adhuc est, et efficacior in sclopeto pneumatico, in quo dum maximè compressus aer rarescit, et pristinam extensionem acquirere nititur, tanta vi globum etiam plumbeum expellit, ut illum ferè ictus sequatur, ac si vi pulveris pyrii impelleretur.

R. propter easdem rationes, quas superius adduximus, vim aeris elasticam corpora omnia ita compellere non posse, ut motum illis imprimere, aut continuare possit. Quamvis enim maxima sit vis, quam exercet ab aere, dum compressus se se restituit, et pristinam, sibique debitam extensionem acquirit, non ea tamen, quæ motum in corpore producere, vel conservare possit, spectata vi inertiæ, et legibus Newtonianis [illegible]. Operam verò, atque inutiliter sclopeti pneumatici exempla afferunt. Quum enim libere descendit lapis in libero aere, non tanta compressio fieri potest in aere, ut se se restituens aer impellat lapidem, quemadmodum in sclopeto pneumatico ex maxima aeris compressione fieri videmus. Deinde in sclopeto tota vis elastica aeris in unicam exercetur partem, hoc est in globulum, quum tubi latera aeris motui resistant. Sed in aere libero compressi aeris elaterium quaquaversus diffunditur, atque exercetur. Tandem aeris recurrentis impetus longe debiliorem impetum, quam exercet ab aere, dum a corpore descendente agitatur, et ventus provocat; quum hic maximè sensibilis sit, ille vix deprehendatur. Quemadmodum ergo sicut ventus lapidem impellere, atque per aliquod temporis spatium sustinere non potest, multò minus aeris recurrentis impetus, et elaterium motum ejusmodi producere, et conservare poterit. Cæterum, semper quærendum est ab Adversariis, et adhuc ab illis respondendum, qui fiat, ut gravis ipsemet aer sit. Aer itaque gravitatis causa esse non potest.

Propositio 2da. Gravitas terrestrium corporum, qua decidunt in perpendiculari ad terrestrem Horizontem, non efficitur a Telluris effluviis.

Propositio demonstratur. Profluvia substantialia e Tellure continuo erumpentia, et corpora omnia attrahentia, seu terrestria illa brachiola, et uncini liberius conficti sunt a Gassendo, nullo evidenti argumento inducti, et contra leges naturae viribus illis attrahentibus prediti. Nam neque intelligi, aut explicari potest, cur effluvia illa e Tellure prodeuntia ad quancunque ferantur remotissimam distantiam, nec, cur maxima corpora maximo ad se trahant impetu, minima minimo, nec, cur tanta sit illis vis insita, nec demum concipi potest hujusmodi effluviorum actionem, sine vi gravitatis eorundem effluviorum. Magnetica ergo Telluris effluvia non producunt corporum terrestrium descensum, seu causa gravitatis non sunt in corporibus terrestribus.

Dicent 1. cum Du-hamelio. Si mente concipiamus totum hoc spatium elementari globo comprehensum, vacuum esse et omni corpore destitutum, profecto lapis in hoc spatio positus quiesceret immotus; neque enim ulla est ratio, cur in unam potius ferat partem, quam in aliam. Imo, si Terram in medio positam statuamus, tum lapis in spatio inani constitutus ad eam non moveretur. Cur enim huc potius, quam illuc feratur, si nihil a Terra exierit? Jam vero illud intervallum aere compleatur, tum profecto lapis in Terram decidet. Unde hoc, nisi aliquid a Terra profluat, quod lapidem ipsum ad hunc motum determinet.

R. argumentum hoc, spectata definitione gravitatis, confutatione non indigere. Nam si tam elastici, quam terrestris corporis interna vis gravitatis (quaecunque tandem sit illius intrinseca causa) qua ambo moventur, aut moveri contendunt versus centrum suum; non est cur Telluris effluvia tam mira confingamus, ut corporum terrestrium descensum versus ejusdem Telluris centrum intelligamus. Itaque vel in spatio hoc elementari nullum supponere vult Du-hamelius esse positum terrestre corpus, et nullam Tellurem; vel supponere vult in hoc spatio aereo Tellurem circumambiente nullum fuisse a Deo collocatum aerem. Si primum; lapis ex hypothesi in vacuo hoc spatio a Deo positus vel centrum aliquod haberet, vel non: si non haberet, aeternum quiesceret; si haberet, versus suum centrum motu aequabili tenderet. Quod si Tellus nulla circumacta fluida materia, et nullo aere existeret, lapis perpendiculariter Telluri insistens, ad ipsamet Tellurem, veluti ad suum centrum, per spatium illud vacuum statim descenderet. Secundum ergo gravitatis vim moveretur suppositus lapis, et nunc neque ullo pacto necesse neque confingenda aliqua effluvia sunt, quae ipsum veluti hamatis modis portentosis traherent.

Dicent 2do. Intellectu difficile est, quomodo ex tanta distantia per magneticos Telluris effluxus gravia determinari possint ad motum; sed illud quoque explicatu est difficile, quomodo possint gravia descendere, nisi aliqua iis determinatio accesserit.

R. concipi equidem non posse, qui fiat, ut maxima in maximis distantiis corpora decidant ob Telluris effluvia motu accelerato pernicissimo; concipi tamen, et explicari posse cur decidant independenter a confictis effluviis. Cur enim non ita deciderent, si vis gravitatis, qua tendant versus suum centrum, singulis insit corporibus? Cur motu non ruerent accelerato, si singulis temporis momentis augentur vires gravitatis? Neque est, quod asserant Gassendistae vires hujusmodi gravitatis haberi ab ipsismet Telluris effluviis. Nam primo, quid est, quod effluvia terrestria ita determinare potest, ut eo revertantur, unde profecta sunt? An gravitas ipsa effluviorum? sed eadem rediret quaestio, unde sulcet gravitas ista oriretur. An nisus in Tellurem? sed cur in Tellurem niterentur, quum modo ab ea sursum evolasse dicantur? Deinde, cur ea profluvia non facilius corpora leviora, quam graviora, atque densiora pertraherent? Haec quidem sunt, quae nullo modo explicari possunt, quaeque opinionem Gassendistarum omnino commentitiam ostendunt. Ceterum quum ipsa quoque Telluris effluvia gravia esse debeant, adhuc investiganda remanet causa gravitatis, aut ipsismet effluviis extrinseca, aut omnino intrinseca: quod de materia etiam subtili a Cartesianis conficta cum proportione dicendum erit.

Corollarium

~~Hactenus~~ Causam gravitatis esse corporibus intrinsecam certo certius est, sed ~~[illegible]~~ causam hanc omnino nos fugere, cum Newtono ingenue fatemur. Hactenus, inquit vir summus in scholio generali ad calcem Princip. Math., Hactenus phenomena Coelorum, et maris nostri per vim gravitatis exposui, sed causam gravitatis nondum assignavi. Oritur utique haec vis a causa aliqua, quae penetrat ad usque centra solis, et Planetarum sine virtutis diminutione, quaeque agit non pro quantitate superficierum.... sed pro quantitate materiae solidae, et cujus actio in immensas distantias undique extenditur, decrescendo semper in duplicata ratione distantiarum.... Rationem vero harum gravitatis proprietatum ex phenomenis nondum potui deducere, et hypotheses non fingo... satis est, quod gravitas revera existat, et agat secundum leges a nobis expositas, et ad corporum caelestium, et maris nostri motus omnes sufficiat.

Caput 6.

De Vi Attractionis.

Quum distantia, et libere posita corpora ad se accedere animadvertimus, nulla extrinsecus pellente, aut movente causa, phenomenon hoc Attractionem appellamus, ejusque causam, et vim, Attractionis vim dicimus. Plurimis in occasionibus, inquit Musschenbroekius Elem. Phy. Cap. 18, corpora ad se invicem ferri observamus; et causam aliquam extrinsecus pellentem, atque corpoream quaerentes, nihil detegimus, quamvis summum laborem, et industriam in ea investiganda, et detegenda posuerimus. Hinc quicunque ejusmodi corporum motum externae impulsioni adscribit, causam temere assumptam, atque ignotam effectui assignat: et simulac corpora ad se accedere sine externae causae pellentis detegimus, tum non amplius haec a se attrahere, sed ad se pelli dicemus. Qui enim Attractionem ex Philosophia eliminandam judicant, iis modo incumbit demonstrandum, corpora omnia semper impulsione externa ad se ferri, non ex hypothesi aliquam assumendo, sive fingendo, sed ope observationum, atque experimentorum in sensus incurrentium eam dari probando. Hactenus Musschenbroekius.

sunt, qui Attractionis causam totis inquirant viribus; neque tamen vel ipsimet cum suis microscopiis fatentur, invenire hactenus potuerunt. At, si conjecturis, et observationibus dandus est locus, statuere possumus, attractionem esse universalissimam ipsius proprietatem ex minimis corporum elementis, initio ab Auctore naturae largitam, quemadmodum est extensio, soliditas, et vis inertiae, atque ab ea elementorum attractione compositorum inde corporum attractionem pendere. Nec alia itaque est causa, sive principium Attractionis, quam voluntas Dei ita corporum elementa constituere volentis, ut inter sibi ordinatis apte possent respondere. Minima sane corporum elementa sive in duris, sive in fluidis quae componunt corporibus, hac vi invicem cohaerere, ex phaenomenis, et experimentis colligitur: quod maximum argumentum est, elementorum particulas initio simul coaluisse Dei voluntate.

Quamquam parum solliciti sumus de vera causa Attractionis, quum ea fortasse nostrae cognitionis limites excedens nunquam invenienda sit a mortalibus. Satis erit, si probaverimus dari attractionem in omnibus corporibus, ex qua videlicet se mutuo petere, vel conjuncta cohaerere: atque id fieri, nulla extrinsecus impellente causa, quae pateat, aut assignari possit. Qua causa efficiente, ait Newtonus Lib. 3. Optices Quaest. 31., hae attractiones peragantur, id vero non inquiro. Quam ego Attractionem appello, fieri sane potest, ut ea efficiatur impulsu vel alio aliquo modo nobis ignoto. Hanc vocem attractionis ita hic accipi velim, ut in universum solummodo vim aliquam significare intelligatur, qua corpora ad se mutuo tendant, cuicumque demum causae sit attribuenda illa vis.

Propositio I. Vis Attractionis universalis est proprietas quorumcumque corporum.

Propositio demonstratur. Et primo certum est omnium firmorum corporum minimas partes cohaerere, et massas componere majores; sed cohaerentia haec non aliunde proficisci potest, quam a mutuis attrahentibus viribus, nam neque hujusce cohaesionis causa fingi potest aer, quum firma omnia in Vacuo Boyleano aeque cohaereant; neque confugere licet ad fluidissimam quandam materiam a Cartesianis confictam. Ergo attrahunt in primis sese mutuo firmorum quorumcumque corporum minimae partes. Deinde attrahunt invicem partes fluidorum omnes; quod ubi earum tenacitas, sive globosa quaedam figura, non tantum in libero aere, sed in vacuo etiam, evidenter ostendunt. Sed attractionem hanc in Mercurii potissimum particulis experior. Si in Mercurius supra planum aliquod projiciatur, in varias quidem moles dispergetur, sed tamen earum quaelibet sphaericam obtinebit figuram; et si duae Mercurii guttae vel globuli ad mutuum contactum accedant, ita repente conjungentur, ut mutuo permixti globulum alium componant. Neque solum quum duo Mercurii, vel Aquae globuli ad mutuum contactum venerint, in globum alium coalescunt; sed etiam ubi gutta ad guttam aliam accesserit, etsi nondum illam contingat, ad illam vergere, et in illam ferri conspicitur; quod certe fieri non posset, nisi occulta quadam, sed intrinseca tamen, constantique vi ab ipsa traheretur, et vicissim illam traheret. Tertio, corpora firma attrahunt fluida, et vicissim. Nam primo, si vitreus tubulus utraque parte apertus aquae immergatur, quae in subjecto vase stagnet, aqua ipsa intra tubuli cavitatem ita assurget, ut ad eandem libellam vel horizontalem lineam cum aqua tubo circumposita elevetur. Quod si tubulus angustior sit, ramque subtilis cavitatis, ut capillaris dicatur, aqua intra tubulum ipsum altius assurget, tentinsque ad superiores tubuli partes perrepere conspicitur: quod argumento esse debet, aquae particulas a superioribus vitri particulis attrahi; ut quo propterea major sit tubuli angustia, major sit etiam futura ascendentis aquae altitudo; atque universaliter altitudines, ad quas subjectus humor ascendit, sint inverse, ut tubuli cavitates. Rursus, si loco tubuli duae laminae vitreae horizonti perpendiculares sint, et aquae immergantur, ubi earum distantia exigua fuerit, aqua inter illas ascendere conspicitur; et quo proximiores invicem fuerint, eo altius praedictus humor ascendit. Si parallelae sint, humor utraque ex parte aequabiliter recte ad eandem libellam assurget, sin vero invicem inclinatae, vel inaequaliter distantes sint, qua parte proximiores invicem fuerint, altius inter illas aqua elevabit. Easdem attractionis vires esse in fluidis respectu corporum firmorum quotidiana experientia satis exploratum est. Quarto, corpora firma sese mutuo attrahere, pluribus experimentis cognoscimus. Sumantur pro dicto specula vitrea, plana, polita, munda, quae sibi invicem apponantur. Cum illa iterum a se removere elevando molimur, magnam vim qua se attrahunt, nisi superare tenebit. In Vacuo Boyleano, fatente Musschenbroekio, idem factum bis terque evellit, suspicionem omnem ponderis aerei incumbentis. Quod in vitreis speculis observatum est, compertum etiam, quum planities subtiles metalla, ubi Argentum, Cuprum, Orichalcum, Ferrum, Plumbum, Stannum sibi imponuntur. Neque solum attrahunt se hujusmodi corpora, quum se immediate contingunt, verum etiam, quum aliquo distant intervallo. Nam si inter memorata vitrea specula ponatur filum bombycinum, hujusce subtilissimi corporis crassitie a se quidem specula distabunt, at nihilominus notabili vi se adhuc trahent. Si filum bombycinum interponatur vel duplicatum, vel triplicatum in variis locis, ut specula majori a se distent intervallo, sensim Attractio illa decrescere observabitur, quo filum interpositum magis crassius, scilicet, quo magis specula fuerint inter se distantia. Tertio denique praeter allata superius experimenta, mutuam Attractionis vim singulis Materiae particulis insitam esse, ut quaelibet Materiae pars quaslibet alias trahere, et vicissim a qualibet alia trahi debeat, eximio Newtoni argumento demonstrari potest. Nam si Telluris globus in duas aequales, vel inaequales partes divisus concipiatur, nec mutua foret partis unius in aliam attractio, Tellus tota in utero [illegible] re fluitans ponderi majori cederet, et ab eo fugiendo, abiret in infinitum. Quod quum de caeterorum etiam corporum partibus, sive de singulis Materiae partibus dici possint; concludendum est, Attractionem, non secus ac soliditas, extensio etc. esse universalem Materiae proprietatem.

Dicens I. Eam ex adducta experimenta probarent corpora illa ad se mutuo accedere, et cohaerere non ob extrinsecam aliquam impellentem causam, sed ob mutuas vires attrahentes: si evincunt tamen attractionem illam, quae in memoratis corporibus conspicitur, singulis etiam Materiae particulis inesse; ut vis libera Attractionis, talis possit universalis proprietas corporum non secus ac soliditas, extensio etc.; nisi forte Newtoniani, qui tantopere abhorrent ab hypothesibus, illam velint ex hypothesi assumere.

R. oppositum argumentum non secus ac cetera, quae opponi solent a Viris Cl. Fortunato, Lima, Corsino, Gerdilio, et Marchionissa de Chatelet, maximi quidem esse roboris contra universalem Attractionem Newtonianam; ut propterea quamplures Newtonianae Philosophiae Amatores non inveniant, quod respondeant, satis sibi esse ducentes dari Attractionem inter plura corpora; adeoque vel illam inter universalia Materiae attributa non recensentes, vel eam inter universales proprietates corporum, Cartesianorum more, ex hypothesi assumentes. Sed nos, qui in rebus physicis nullas volumus admittendas esse hypotheses, quinque tamen universalem attractricem vim veluti unum habemus ex universalibus Materiae attributis, convenire omnibus corporibus attractionem, non ex praejudicio aliquo, non ex aliqua hypothesi, non ex partium studio pro

ex captis accuratissime experimentis, ex validissimis rationibus, et ex protractis diu meditationibus censemus. Atque imprimis, si exiguissimae materiae particulae quamcumque sive fluidam, sive firmam componentes corpoream massam ad se mutuo accedere, et cohaerere certum est, non per extrinsecas quasdam impellentes causas, uti in probatione demonstravimus, sed per mutuas, atque intrinsecas attrahentes vires. Si facta in omnibus fere corporum generibus pericula, mutuam hanc nobis exhibent attractionem; nonnisi merito concludimus, per tertiam generalem Philosophiae legem, vim attractionis pro corporum universali qualitate haberi posse. Nonnisi merito, inquam, concludimus. Nam si vis gravitatis est universale attributum materiae, propterea quod corpora omnia terrestria, in quibus capere experimenta potuimus, feruntur, vel ferri conantur versus centrum Telluris: si extensio, atque soliditas sunt proprietates generales materiae, quia corpora omnia inventa hactenus sunt magnitudine, atque impenetrabilitate praedita; Cur non licebit nobis mutuam corporum attractionem inter materiae universalia attributa numerare, si corpora universa, quae experimentis subiici huc usque potuere, inventa sunt mutuis praedita viribus attrahentibus?

Sed non omnia, inquiunt, corpora se attrahunt, sicuti omnia sunt impenetrabilia, omnia magna, omnia ad centrum Telluris tendentia. Suadente experientia, lignum non attrahit lignum, ferrum non attrahit ferrum, etiamsi ad mutuum devenerint contactum.

Verum hoc est, quod negamus. Ubi duae ferreae massae cubicam praeseferentes figuram ita superimponantur, ut planum perfectum, atque politum adhaereat plano perfecto, atque polito; certum est, quammaxime sensibiles exhiberi utriusque massae vires attrahentes, ut postea separari nequeant, nisi per vim satis notabilem. Idem contingit in ligneis speculis, hoc est in ligneis planis recte levigatis, et nitidis: idem in omnibus firmis corporibus, quorum planae sint superficies, quae ad mutuum veniunt contactum. Asserere autem, proficisci vires attrahentes in hujusmodi corporibus a planis eorum superficiebus, ut nescio quibus est opinio, est eum ineptissimis ineptire. Neque quidquam adversus universalem attractionem probat, quod corpus v.g. cubicum non trahat ad se globum homogeneum, quod cylindricum ferrum non attrahat irregularis figurae aurum. Nam quia vis attractionis una est ex aliis proprietatibus corporum, quae intenduntur, et remittuntur; necessario omnino consequi debet, ut diversae sint vires attrahentes, seu, potius diversa exhibeatur attractio, nedum secundum diversas materiae quantitates, verum etiam secundum diversas corporum congredientium distantias. Hinc, quia, positis duorum corporum planis, politisque superficiebus, et minima, et aequalis habetur inter duo corpora distantia; maximae, et aequales, pro qualitate materiae, in ipsis sese conspiciunt mutuae vires attrahentes. Quia vero, suppositis inordinatis eorum figuris, tum maxima servari debet, tum inaequalis eorum distantia, ita mutuae exercebunt vires attrahentes, ut eae vix, aut ne vix quidem percipi per sensus possint.

Et quoniam Leibnitiani, Cartesiani, ceterique Philosophi, quibus universalis Attractio Newtonianorum non ita arridet, dare debent, uti aequum est, nobis veniam si sensuum testimonium, atque judicium non semper in rebus physicis interentes sumus: Posita attractione mutua minimorum solidorum, quam satis demonstratam arbitramur, ita generalem corporum omnium mutuam attractionem evidentissime ostendi putamus. Naturae Autor Deus minimulis solidis vires quasdam indidit attractrices, propterea quod, nulla existente extrinseca causa ad se mutuo pellente causa, nunquam particulae illae minimae devenirent ad mutuum contactum, nunquam cohaererent indesinenter, nunquam corpoream aliquam massam sive firmam, sive fluidam constituerent. Sed idem naturae autor Deus, nulla existente extrinseca causa, quae corpora terrestria ad se mutuo pelleret quae ea simul conjungeret, quae ex eorum unione massam hanc Telluris nostrae efficeret, effectamque servaret, ad hujus constitutionem Globi, singulis indere debuit terrestribus corporibus vires attractrices, per quas ad se mutuo accederent, simul uniri postularent, et per mutuam cohaerentiam, vel saltem per mutuum nisum totius Planetae nostri unionem, et constitutionem immutabilem pararent. Ergo, quemadmodum in exiguissimis materiae particulis mutuae dantur attrahentes vires, ita omnibus nec secus terrestribus corporibus dantur. Idem cum proportione dicendum est de ceteris Planetis atque Cometis. Idem de Stellis fixis. Idem de corporibus universis corpoream una cum Sole constituentibus mundum; adeoque concludendum, Attractionem esse universalem materiae proprietatem.

Dicent 2do. Quod corpora nonnulla mutuo attrahantur, non ab universali quadam Attractionis lege proficiscitur, sed ex peculiaribus quibusdam causis, partium nempe figura, textura, vel ex aliis affectionibus, quae iisdem insunt. Nam si aqua v.c. in capillaribus tubulis debet ascendere, quod a vitrea superficie attrahatur, cur in angustioribus solum, non vero in latioribus tubulis ascendit? Cur in interiori solum, non vero in exteriori quoque superficie elevatur, quae eadem attrahendi vi polle re deberet? Cur non ad quamlibet altitudinem ascendere contingit, quamvis in superioribus etiam tubuli partibus eadem attractiva vis reperiatur? Cur pro varia tubulorum crassitie inaequali, etiam in ascendente aqua altitudo non deprehenditur, quamvis in crassioribus tubis major vitri copia ideoque major attractiva vis esse debeat?

R. quod si extrinsecae excludantur corporeae causae duo corpora oppositis directionibus ad se mutuo impellentes, semper deveniendum est ad mutuas vires attrahentes: Quidquid afferat Eduardus Corsinus, qui corporum texturam, atque figuram memorat veluti effectrices causas mutuae cohaesionis. Nam quid tandem sunt corporum textura, atque figura, si ipsa corpora non sunt? Quomodo per texturam, atque figuram accedent ad se invicem duo corpora, sine mutuis viribus attrahentibus in mutuis texturis, atque figuris? Et si textura, atque figura sunt ipsamet corpora hoc, vel isto modo contexta, et figurata; quomodo unient, seu attrahent duo corpora, sine mutua attrahente vi amborum corporum? Ab universali itaque vi attractionis petenda est attractio ista corporum, de qua in Probatione locuti sumus. Atque etiamsi ad affectiones quasdam corporum confugiat Corsinus, non demonstrat tamen esse recipiendas intrinsecas corporum vires attractrices non si velit affectiones materiae a natura ipsa esse omnino distinctas, atque diversas. Ad experimentum illud de vitreo tubulo, est quod respondeamus. Nam primo in tubulis capillaribus ascendit aqua, non vero in tubis latioribus; propterea quod vires vitri attractrices propter minorem laterum distantiam magis unitae esse debent, magisque convergentes in tubulis angustioribus; Eodem modo, quo nos facilius, suctionis beneficio, attrahimus fluida per tubulos angustiores, quam per latiores. 2do in interiori tantum non in exteriori superficie elevatur aqua, tum quia vires attrahentes exterioris vitreae superficiei ~~corrupti~~ corrumpuntur ab aere, quem attrahunt, impedimentum, tum quia vires illae exterioris superficiei desidunt prope vitream tubuli basim aquae incumbentem. 3tio non ad quamcumque altitudinem ascendere aquam contingit, quia crescente aquae altitudine, adeoque crescente intra vitreum tubulum quantitate aquae, decrescit in superioribus vitri partibus, et minoris evadit efficaciae vis attrahendi, propter majores aquae vires attrahentes. 4to pro varia tubulorum crassitie, inaequalis reperiri debet aquae altitudo, ut in crassioribus magis ascendat, in subtilioribus minus ascendat; quod si inaequalitas haec non semper animadvertitur, id parvae differentiae crassitiei, et sensuum infirmitati erit adscribendum. In minimis semper

ex parte, qd pro diversa tuborum longitudine diversa consequant fluidorum altitudines. Capillares autem tubos aquæ demersos, quia vi attrahente donati, aquam sursum rapiunt, nec quidquam intendit, nisi ad eam usque altitudinem in qua vis tubi attrahens cum aquæ pondere equilibrat. Et porro attractio ex tubo universim provocant, facile intelligitur cur tubi longiores ad majorem altitudinem rapiant aquam, quam breviores, cur demum diametri tubi, & fluidi quod vi attrahens vertice in prædictum, aut devolvit in alios, variarum altitudinum ratio in varias liquoribus intelligitur.

non ita distincte prodit naturæ effectus suos. Ceterum, fluidorum elevatio in tubis ab attractionis vi unice pendere ex

Dicent 3tio. Tantum abest, ut quælibet materiæ particulæ in quaslibet alias materiæ particulas parem vim attractricem exerant, ut corpora quædam reperiantur, quæ se se mutuo repellant. Nam si globulus vitreus aquæ incidat, aquæ partes circa natantis globuli superficiem elevantur, atque intumescunt, ut circa globulum quasi quandam veluti coronam efficiant. Sin vero globulus ipse cera, sevo, vel oleo liniatur, aquæ partes ab ejus contactu refugiunt, ut circa globum veluti circularem foveam conficiant. Quemadmodum itaque ex mutua repellendi vi, quæ in oleo, cera, sevo & conspicitur, inferre non potest inditam esse corporibus universim vim, qua a mutuo contactu refugiant, ita ex attrahendi vi, quæ in pluribus corporibus observatur, inferre non poterit, qd in singulis materiæ partibus attractiva vis reperiatur.

R. Tum adductum exemplum de Aqua, et oleo se se mutuo repellentibus, tum alia innumera experimenta demonstrare dari repulsionem quarundam corporearum existentiam. Sed, ut viri aliqui eruditi opinantur, incertum omnino est, utrum per hujusmodi repulsiones oriantur ex principio ipsi vi quamquam [per quam expulsione] tantum corporibus indita, qua eorum partes se se mutuo expellant: et merito suspicari possumus talem habere causam, quæ ab ipsa attractione dependeat. Nihil non obstat, quominus intelligamus adductarum expulsionum quædam phenomena ab ipsa attractionis inæqualitate descendere. Ponamus scilicet ejusdem fluidi particulæ majori vi se invicem trahant, quam alterius corporis particulas inibi demersas. Tunc necesse est, ut utriusque corporis particulæ, quantumvis commisceantur, quasi se mutuo expellentes, ab invicem decessisse separent. Aquæ e.g. particulæ si majori vi se invicem attrahere ponantur, quam ipsæ attrahunt olei particulas, & olei particulæ majori quoque vi se invicem petere ponantur, quam aquæ particulas petunt, aqua, et oleum invicem commixta, a se mutuo semet separabuntur. Quid simile fortasse accidere poterit in ceteris expulsionum phenomenis, quin ad expulsionis vim aliquam intrinsecam aliquod principium confugere necesse sit.

Neque ad statuendam mutuam quandam intrinsecam repellentem vim, qua duo corpora oppositis pellant directionibus, provocent nos Adversarii ad Newtoni authoritatem, qui in calce sui Tractatus Optici dari putat vim expulsionis ab attractione omnino independentem, a qua phenomena expulsionum pendeant. Nos non tanti viri sententiam non amplectimur, quum nimis adversa sit a naturæ simplicitate, qui nobis admittere repulsiones, quæ independentes sint vel ab attractionis inæqualitate, vel ab effluviis corporis avolantibus, seu evestibusque corpora in quæ incurrunt, vel ab alia mechanica causa. Hujusmodi sane repulsionem reijiciendam nobis esse, fateor, evidens debent argumenta, sed neque earundem admittendarum. Satis nobis est, ea quoque in vim attractionis referri posse.

Dicent 4. cum P. Fortunato. Newtoniani vitioso utuntur circulo, quum demonstrare contendunt universalem materiæ attractionem; ex effectis quippe ostendere volunt vim attractricem singulis inesse corporibus, et ex vi attractrice nuper demonstrata explicare volunt sive cohesionis, sive repulsionis effectus. Nam si ab iis quæras, cur duæ liquoris guttæ, statim ac quamminime se invicem tangunt, in majorem guttam coherescant, respondent, coherere propter mutuas vires attrahentes: si vero rursus quæras, cur duæ liquoris guttæ polleant mutuis viribus attrahentibus, respondent, dari vires illas, quia duæ guttæ mutuo attrahuntur.

R. Newtonianos Philosophos nullo uti vitioso circulo, quum dari mutuas vires attrahentes probent ex eo potissimum, qd causæ nullæ sint extrinsecæ, per quas duo corpora ad se mutuo impellantur. Nam ita argumentantur. Corpora accedunt ad se mutuo, nulla existente extrinseca impellente causa. Existunt ergo intrinsecæ attractrices causæ. Et: Corpora omnia se se mutuo attrahunt, quin aliqua detur extrinseca hujusce attractionis causa. Ergo phenomena attractionis proficiscuntur ab intrinsecis viribus attrahentibus. Ubi nam ergo circulus est ille vitiosus, quem nobis opponit P. Fortunatus? Annon hoc vitioso circulo argumentatur ipse cum ceteris Philosophis in hunc modum? omnia corpora [terrestria] sunt gravia: Ergo omnia feruntur ad [telluris] centrum: et omnia corpora terrestria feruntur ad Telluris centrum ergo omnia terrestria corpora sunt gravia. Cur itaque vitioso uterentur nos circulo, quum eadem prorsus argumentandi utimur ratione? Sed hæc consueta sunt Adversariorum effugia, quum ea reiicere modo veriti student, quæ fortasse intellexerunt nunquam. Antequam perversitatem Philosophorum edoceant nos dialectica præcepta, respondeant quibus tandem legibus ~~consistant cum illa ista~~ argumenta. Existit materia subtilis. Ergo corpora non attrahuntur, sed ad se invicem impelluntur. Et: Corpora ad se invicem impelluntur, non attrahuntur. Ergo existit materia subtilis. Rursus. Existit materia subtilis. Ergo corpora sunt gravia. Et. Corpora sunt gravia ergo existit materia subtilis.

Dicent 5to. Admitti non potest vis attractionis, tamquam universalis corporum proprietas, quin rursus excitentur qualitates illæ occultæ, quas in Scholasticis Peripateticis ridere tantopere solebant Recentiores Philosophi; aut quin ad phantasticam quandam philosophandi rationem, a diu ab Academiis eliminatam redeamus.

R. Vix aliquid in rerum natura veluti clarum, et manifestum haberi posse, si occultum dixerint, corpora, minimasque eorum particulas se se mutua attractione petere, et conjuncta coherere, post tot experimenta, et observationes, quibus hujusmodi accessus, cohesionesque meridiana luce clarius innotuere. Qd si universalem attractionem reijiciendam volunt, quia illius causa latet; Annon corporibus quoque neganda erit gravitas, quoniam ignota est ejus causa? Annon totius naturalis scientiæ elementa erunt convellenda? Causæ naturales continenti nexu procedere solent a compositis ad simpliciores atque ad simplicissimam ventum est, ultra non licet ulterius progredi, nisi ipso infinito procedere, nullam existere intelligimus causam quiremus. Quamobrem qui existimant universalem vim attrahentem eliminandam esse a Philosophia, veluti causam occultam, ii quidem causas quascumque primas, et simplicissimas esse reiiciendas edocent, tum proxime ab iis pendentes decrescendo in infinitum, donec causis omnibus destituta sit Philosophia. Sed ut intelligant Adversarii quid intersit inter qualitates occultas Scholasticorum, et universalem vim attractionis, audiant Newtonum Lib. 3. Opticæ, quæst. ultima ita disserentem. Affirmare singulas rerum species specificis proditas esse qualitatibus occultis, per quas eæ vim certam in agendo habeant, ortosque effectus manifestos producant, hoc utique est nihil dicere. At ex phenomenis naturæ duo vel tria derivare motus principia, et deinde explicare, quemadmodum proprietates, et actiones rerum corporearum omnium ex principiis illis manifestis consequantur, id vero magnus esset factus in Philosophia progressus, etiamsi principiorum istorum causæ nondum essent cognitæ. Hactenus Newtonus. Vis itaque Attractionis, quæ ubi universalis naturæ lex spectatur, non est confundenda cum occultis qualitatibus Scholasticorum, quas ex specificis rerum formis oriri tradunt, quasque Recentiores Philosophi tanquam inutiles, et phantasticas merito rejecerunt.

Instabis P. Fortunatus. Tantundem Scholastici respondere queunt, ubi de iis effectibus agit, quos ipsi ex sympathia vel antypathia deducere solent. Dicere n. poterunt sympathiam, et antypathiam non esse qualitates, quæ ex specificis rerum formis prodeant, sed universales naturæ leges a summo rerum opifice stabilitas, easque plurima ostendere naturæ phenomena, ꝑ[illegible] nunc, quam vires ipsæ attractiva, et repulsiva demonstrent. Si ergo ejusmodi effugium ad leges naturæ Scholasticis non favet, non video qua ratione Newtonianis idipsum favere possit.

R. tantundem revera dicere posse Scholasticos, immo reipsa tantundem dixisse eos, qui cum Campanella, et Cardano antypathiam, et sympathiam statuerunt veluti simplicissimas causas, et universales naturæ leges. Sed, quid, quæso, sunt antypathia, et sympathia, si vis repulsiva et vis attractiva non sunt? Non obstat ergo, quod idipsum respondere possint Scholastici, quod recentiores Philosophi. Nam dum idipsum respondent nostram mirifice confirmant sententiam, et dum attractionis rejicere contendentes, confirmant tamen inviti aliis illi vocabulis. Quum nos cum celebrioribus Philosophis improbamus qualitates occultas Scholasticorum, intelligimus qualitates, seu vires illas electricas, magneticas, soporiferas, purgativas, lenitivas, sexcentasque alias ex specificis rerum formis prodeuntes, quas a vi attractionis omnino distare, fateri cogitur Fortunatus ipse, quum sympathiæ, atque antypathiæ exempla profert. Neque est, quod moveat nos Gerdilius, semper admittendam esse extrinsecam aliquam causam mutuæ cohæsionis corporum, etiamsi eam nusquam cognoverimus; nec licere Philosopho, ignorata extrinseca illa causa, confugere ad causam intrinsecam occultam, tametsi simplicissimam, cujusmodi est vis Attractionis. Nam, præterquamquod lex illa Gerdiliana pro eliminandis a Physica qualitatibus occultis eadem facilitate, qua proponitur, potest negari; in Vacuo Boyleano nullam excogitare possumus extrinsecam causam mutuæ cohæsionis in particulis materiæ alicujus corpoream constituentibus; atque etiamsi extrinsecam hanc causam dari suspicaremur, semper tamen (quod non placet Gerdilio) occultam in rebus Physicis causam admitteremus.

Dicent 6. cum Eduardo Corsino. Argumentum illud, quo ostendere vult Newtonus in singulis Telluris partibus mutuam esse vim, qua vicissim attrahuntur, tantum abest, ut mutuam vim attrahentem demonstret, ut manifeste potius principium petere videatur. Inquit n. Telluris globo in duas partes diviso, nisi partes illæ se se mutuo attraherent, futurum, ut pars una pondere majori cedens abiret in infinitum. Sed inquiri merito poterit, qua vi pars una ab alia recedere, et in infinitum abire, non vero potius debeat quiescere per primam Newtonianam naturæ legem.

R. Argumentum illud Newtonianum, si recte intelligatur, non exiguam habere vim ad demonstrandam mutuam in partibus Telluris nostræ attractionem. Sit n. divisa Tellus in duas inæquales partes, ita ut pars anterior, quæ Solem respicit sit minor posterior vero sit major. Quoniam corpora omnia per vim gravitatis feruntur versus centrum suum, ambæ illæ per imaginationem divisæ Telluris partes naturali nisu ferentur versus Solem; sed minus Telluris segmentum, præter vires gravitatis quibus movetur, alias suscipit vires a pressione majoris Telluris segmenti. Pars ergo anterior Telluris cedens majori ponderi, et ab alia parte Telluris recedens abibit in infinitum, seu potius accelerando in infinitum motum suum, quousque decidat in Solem. Neque asserat Corsinus per primam Newtonianam naturæ legem, minus Telluris segmentum debere potius quiescere. Nam lex illa satis clare edocet corpus omne perseverare debere in statu suo sive motus, sive quietis, nisi impressis viribus cogatur illum mutare. Eadem confici potest cum proportione demonstratio, etiamsi Tellus supponatur divisa in duas æquales partes, dummodo Tellus tota concipiatur in motu posita. Nam corpus, quod per vim gravitatis fertur versus centrum suum, ab æquali premente corpore majores accipere vires, et ab eo motu accelerato recedere, quotidiana experientia compertum est in corporibus versus superficiem Telluris nostræ descendentibus. Eadem pariter demonstratio locum habet, si ita ponatur divisa Tellus, ut pars anterior sit major, posterior minor; uti ex allato exemplo corporum versus superficiem Telluris descendentium evincitur. Quæ quum ita sint, non est quod reprehendatur a Corsino Newtonus, quasi suorum immemor principiorum. Decipitur eadem Vir Cl. quum in illo argumento deprehendit petitionem principii. Peteret equidem principium Newtonus, si existimaret, uti opponit Corsinus, recedere alteram Telluris partem propter Solis vim attrahentem; quod quum non doceat Newtonus, in illius argumento nullam cognoscimus principii petitionem. Ceterum, non solo utimur nos Newtoniano illo argumento ad statuendam mutuam, universalemque corporum attractionem. Hinc concludere nobis libebit, attractionem Newtonianam esse universalem materiæ proprietatem, tametsi Newtonianum illud argumentum nihil evinceret.

Propositio 2da. Vires Attractionis proportionales sunt quantitati materiæ, ubi corpora in æquali distantia posita fuerint; sed ubi variata fuerit distantia, attractionis vires decrescunt in majori, quam duplicata ratione distantiæ augescentis, seu operantur in ratione plusquam duplicata inversa [illegible] distantiæ [illegible].

Pro: 1a Propositionis pars. Vis Attractionis universalis est materiæ proprietas. Ergo, ubi major fuerit materiæ quantitas, majores erunt vires attrahentes, ubi minor, minores; sicuti, quia vis gravitatis est universale attributum materiæ, ubi major est quantitas materiæ, ibi majores sunt vires gravitatis, ubi minor, minores. Confirmatur. Experientia teste, major est vis attractionis in magnis, densisque corporibus, minor est vis attractionis in exilibus, et raris. Ergo in æquali distantia vires attractionis sunt proportionales quantitati materiæ.

Pro: 2da Propositionis pars. Uti innumera suadent experimenta, vis attractionis in minori distantia major sensibiliter evadit in majori minor, in ipso autem contactu deprehenditur maxima. Sed si attractio operaretur in alia ratione, quæ duplicata inversa distantiarum sit minor, non ita sensibiliter augeri illa posset ex diminuta distantia, vel ex ipso contactu. Operatur ergo vis attrahens in ratione plusquam duplicata reciproca seu inversa distantiæ corporis majoris. Gravitatis vis quoniam in duplicata inversa distantiarum ratione operatur, non multum, neque sensibiliter augetur, diminuta corporis a centro distantia. Corpora n. centum pedes a Tellure remota tantum ponderis habent, quantum in Telluris superficie. Sed non ita operatur vis attractionis. Necesse est ergo, ut illa augeatur in ratione plusquam duplicata inversa distantiæ. Hinc Newtoniani recentiores præter vim illam attractricem universalem, qua Planetarum, Cometarumque corpora in propriis orbitis retinentur, quæ reciproce proportionalis est quadratis distantiarum, quæ scilicet augetur in reciproca ratione quadratorum distantiæ, aliam in materia vim admiserunt, qua singulæ, ex quibus illa constat, particulæ se invicem attrahunt, et reciproce a se invicem attrahuntur, quæ vis decrescit in majori, quam duplicata ratione distantiæ augescentis, incognita tamen lege, incognitaque ratione decrescere: quod Joannes potissimum Keillius, ejusque Frater Jacobus, Joannes Freindius, et Hermannus Boerhavius quamplurimis experimentis, et observationibus perfecerunt.

Contra primam propositionis partem nihil esse opponi posse videtur. Quod enim in minoribus corporibus major proportionaliter quandoque appareat vis attrahens, quam in majoribus, referri potest tum in mutuas figuras, tum in magis planas superficies, adeo ut major haec attractio majores vires attrahentes in minoribus corporibus nullatenus indicet.

Contra 2dam propositionem, et etiam ac contra universalem illam attractionem, qua secundum Newtonum Planetarum, Cometarumque corpora in suis orbitis retinentur, dicere possunt primo. Si vis attractionis proportionalis est quantitati materiae, quum solis moles molem Telluris 227,512 vicibus superet, erit solis attractio attractione, seu vi attrahente Telluris 227,512 vicibus major. Luna ergo, quae centrifuga vi a Tellure recedere nititur, et simul cum Tellure movetur circum solem, magis attracta a sole, quam a Tellure, tandem decideret in solem. Nam sive solis, atque Telluris vires attrahentes decrescant in triplicata, vel quadruplicata ratione distantiae augescentis, sive augeantur in reciproca ratione quadratorum distantiae, certum videtur, majores esse vires attrahentes solis, quam Telluris.

R. majores utique 227,512 vicibus ex calculo Newtoniano esse vires attractionis in sole, quam in Tellure; sed quum distantia solis a Luna sit multo major illa, qua Tellus a Luna distidet, ita decrescere, quacumque posita proportione, vires attrahentes solis, ut superare vires attrahentes Telluris nullo modo possint. Vis attractionis ex superius dictis, finita ad exigua intervalla sensibiliter diffunditur, et in majoribus distantiis ferme evanescit. Ideoque mirum non est, si Lunae, et caeterorum coelestium corporum motus per mutuam, solisve attractivam vim minime turbentur, eodemque modo iidem absolvantur, ac si vis illa a corporibus Celestibus prorsus abesset. Quod si asserant, comparatis mutuis sive solis, sive Telluris a Luna distantiis, secundum proportionem Newtonianam, semper esse majores in sole vires attractionis, quam in Tellura, respondendum est, eas equidem esse majores, sed propter maximam illam solis distantiam tantae non esse efficaciae, quae Lunam ab ordinato motu valeant deflectere, et in solem rapere.

Dicent 2do. Si vis attrahens in minima distantia, secundum assignatam proportionem, sensibilis esse debet, et in ipso corporum contactu maxima, cur saltem illius non datur indicium in corporibus juxta se positis? Cur lapis, dum per turris altitudinem, sive in exigua ab ea distantia, sive eam radendo descendit, non ad ipsam turrim attrahitur, sed vi potius gravitatis deorsum petit? Cur, dum ligno lignum, lapis lapidi admovetur, nulla est eorum corporum sensibilis attractio?

R. corpora juxta se posita nullum quandoque praebere attractionis indicium, propterea quod vires, quibus duo corpora cohaerent, esse debent quantitati contactus proportionales. Hinc duo exactissime polita, et se invicem tangentia marmora, propter maximos contactus, maximas exhibent vires attrahentes. Hinc corpora asperrimae superficiei sibi imposita, propter paucissimos contactus, aut parvas, aut nullas exerunt attractionis vires. Hinc in distantia etiam minima, propter nullos contactus, insensibiles plerumque apparet attractio. Nullius ergo momenti reputandae sunt consuetae illae objectiones. Ex contactuum enim majori, vel minori copia omnium hujusmodi argumentorum resolutio pendet. Accedit, impediri posse mutuae attractionis effectum ab extrinsecis aliis causis, scilicet vel a vi gravitatis corpus majori impetu deorsum petente, ut in opposito exemplo lapidis per turris altitudinem decidentis, vel ab ambiente fluido, vel a massa, et mole corporis, vel ab aequalibus viribus corpora in contrarias partes trahentibus.

Sed, ut huic Quaestioni sit finis, cum Joanne Keilio proponimus Theoremata, quae rem physicam quammaxime illustrant.

Primum est. Si ea sit corporis alicujus textura, ut particulae ultimae componentes (superficiem nempe ultimam constituentes) per vim externam a primigeniis suis contactibus paululum dimoveantur, nec interim in novos contactus conspirent, particulae per vim attractivam se se mutuo petentes, ad contactus primigenios cito redibunt. Iisdem vero redeuntibus particularum contactibus, et positionibus, eadem quoque redibit corporis figura; adeoque per vim attractivam corpora pristinas, quas amiserunt, figuras, iterum recuperare poterunt.

Ex hoc Theoremate consequitur primo, corporum elasticitatem ab attractione particularum corpora constituentium pendere: Quumque corpora in se invicem impingentia a se mutuo resiliant per vim elasticam, ab eadem quoque vi attractiva corporum reflexionem pendere.

Consequitur 2do ex vi quoque attrahente provenire corporis mollis constitutionem. Nam si ea sit corporis textura, ut particulae a prioribus contactibus per vim impulsivam dimotae in alios contactus, qui ejusdem sint gradus, statim deveniant, corpus illud in pristinam figuram non se restituet.

2dum est. Si corpus aliquod in fluido locetur, cujus partes fluidi particulas magis ad se trahant, quam eaedem fluidi particulae a se invicem trahuntur, sintque in corpore meatus plurimi particulis fluidi pervii, per hos meatus fluidum illud se diffundet, et si partium corporis connexio non tam firma sit, quin ab impetu irruentium particularum superari possit, orietur ejusdem immersi corporis solutio.

Hinc dissolutionis corporum ratio intelligitur, ad quam ut aptum sit menstruum tria requiruntur. Primo, ut partes corporis particulas menstrui magis ad se trahant, quam eae a se invicem trahuntur. 2do, ut corpus habeat meatus particulis menstrui patentes, et pervios. 3tio, ut cohaerentia particularum corpus constituentium tanta non sit, quae ab impetu irruentium particularum menstrui divelli non possit.

3tium est. Si corpuscula in fluido natantia, et se invicem petentia elastica sint, post congressum a se mutuo resilient, et inde in alia corpuscula rursus impingentia denuo reflectentur, ex quo fient innumeri cum aliis corpusculis conflictus, frequentesque resilitiones. Per vim autem attractivam jugiter augebitur corpusculorum velocitas, et sensibilis fiet partium motus intestinus. Sed pro ut fortius, aut imbecillius se invicem corpuscula trahunt, et pro varia, qua pollent, elasticitate, varii erunt hi motus, et diversis gradibus, atque temporibus fient sensibiles. Hinc Fermentationis, et Effervescentiae phenomena oriuntur.

4tum: Si corpuscula se mutuo trahentia vi careant elastica, non reflectentur, sed concretes, seu moleculas particularum efficient, unde Coagulum orietur. Et si particularum sic coacervatarum gravitas superet gravitatem fluidi, succedet quoque Praecipitatio, quae oriri etiam potest ex diminuta gravitate menstrui, in quo corpuscula natant; vel ex inaequalitate attractionis menstrui.

5tum. Si inter duas fluidi particulas aliquod intercedat corpusculum, cujus binae oppositae facies maximis polleant viribus attractivis, hoc interjectum corpusculum particulas fluidi sibi agglutinabit, et plura ejusmodi corpuscula per fluidum diffusa

XIII.

quo particulas omnes in corpus firmum conringent, fluiditasque in glaciem [illegible]

6tum. Si corpusculorum se invicem attrahentium, et in fluido natantium ea sit figura, ut in datis ipsorum partibus majori vi attractiva polleant, quam in aliis, sive major in iis sit contactus, corpuscula illa in corpora datas figuras habentia coalescent [illegible]

7mum. [illegible] maximam [illegible] quorum vires attractivae [illegible] corpori alicui [illegible] occurrant [illegible] attractivae gravitate [illegible] corporis [illegible] effluvia [illegible] illud ad se trahent. Quumque multo magis conferta sint effluvia in minori ab emittente corpore distantia, quam in majori, corpus [illegible] effluvia [illegible] adhaeret. Unde plurima electricitatis phenomena explicari possunt.

8vum. Si fluidi particulae magis se invicem trahant, quam alterius corporis partes ibi demersas, fiet, ut quasi se mutuo expellentes a se invicem recedant, nec unquam commisceantur; unde plurium expulsionum ratio intelligitur.

Physica Generalis

Liber 3tius

De Corporum Proprietatibus.

Octo corporum attributa, quae superiori Libro explanavimus, omni conveniunt corpori. Agendum nunc de corporum proprietatibus, seu Qualitatibus, quae 2dariae affectiones sunt, quaeque aliquando duntaxat et singularibus corporibus connectuntur. [illegible] qualitates [illegible] quas invexere Peripatetici qualitatum divisiones in sensibiles, insensibiles, activas, morales; illud primo veluti certum haberi volumus, proprietates [illegible], quocumque vocabulo [illegible], et quaecumque sit earum natura generatim spectata revera in corporibus existere, ita ut earum ope [illegible] sensus nostri corpora [illegible]. Nihil [illegible] evidentius nobis patet, quam ex [illegible] rerum externarum excitari nobis [illegible] quae dat sive jucundas, sive molestas, quas communi vocabulo sensationes appellamus. Hasce autem sensationes [illegible] in nobis [illegible] lucem, colores, odores, frigus, calorem [illegible] duntaxat in [illegible], quae sensitiva facultate [illegible] qui nihil in corporibus est diversum putent, qui diversas animorum affectiones [illegible], qui motus, vitamque ipsam habeat veluti ludificationes somniorum.

Dissertaõ 1.

De Luce et Coloribus

Caput 1.

De Nãa Lucis.

Quidquid in causa est, ut oculorum ministerio noster videat animus, Lux appellatur. Ope lucis videmus [illegible] tia, quam non lucentia: Videmus exteriorem figuram, locum, distantiam, continuum, separatum, quietem, motum. Lucis adminiculo videmus colores; ea vero absente, horum omnium nihil prorsus videmus.

Lux alia est primaria, alia 2daria. Primaria est illa affectio, quae corpora [illegible], sol v.g. aut terrestris ignis, lucida [illegible]. Lux 2daria quae lumen appellari solet, est fluidissima, ac subtilissima illa substantia, quae a corpore lucido per medium aliquod diaphanum [illegible] quaquaversum, quaeque mediante, opaca quaeque corpora, dummodo ab [illegible] notabili intervallo [illegible] oculis, visibilia reddantur. [illegible] patet quid [illegible] corpus lucidum et corpus opacum. Corpus lucidum est, quod ex se lucem habet, eamque quaquaversum diffundit: Corpus vero opacum, quod ex se non habet lucem, imo luminis [illegible] a tergo positi visionem impedit. [illegible] corpus lucidum et [illegible] diaphanum, corpus quippe diaphanum [illegible], quod licet ex se non habeat lucem, lumini tamen transitum non denegat, [illegible] ultimis positi [illegible] prohibet.

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

~~[illegible]~~

Pro: [illegible] 2do. Lux 2daria sive lumen est substantia. Primo quidem, quia talis est nãa luminis, ut quamvis a lucente corpore [illegible] velocitate non tamen [illegible] instanti, sed intra determinatum aliquod tempus ab uno ad alium locum proficiscatur. Nam secundum observaões Roemeri, decem circiter minutorum tempus [illegible], ut lux a sole ad nos usque [illegible], secundum observaões Bradlej, tempus 8'. 7'', secundum vero calculum Newtonianum, septem [illegible], vel octo primorum minutorum. 2do, dum lumen ab uno ad alium locum [illegible], aliquo opaci corporis interjectione, impediri ejus potest cursus, eo ferme modo, quo interpositione alicujus solidi corporis [illegible] corpora quotidie [illegible]. Id patet in solaribus [illegible], et in [illegible]

Circa nãam lucis primariae verbis dissentire videntur Physici, re autem convenire. Nam aliqui Recentiores, qui Peripateticos reprehendunt, propter [illegible] lucem primariam esse [illegible] accidentem, iidemque tamen [illegible] edocent [illegible] nihil aliud esse lucem primariam, quam rapidissimum, concitatumque motum subtilium [illegible] particularum corporis lucidi.

Circa nãam luminis 2dariae tres praecipue sunt Philosophorum sententiae. Prima est Peripateticorum, qui cum Galenicis putant lumen per medium diaphanum diffusum esse accidens absolutum, aliorum accidentium instar [illegible] medio, veluti subjecto inhaerens, a corpore lucido productum, et ad immensas usque distantias momentaneo tempore propagatum. 2da est Cartesii, Malebranchii, [illegible], qui lumen constituunt in pressione rectilinea globulorum [illegible]

req. mãe ab innatante lucido corpore tanta, ita ut per ñãl idas nupillas oculi ingredientes, et retinæ fibrillas percutientes excitent in anima lucidi corporis sensationem. 3tia ē Gassendi, Newtoni, omniumque fere recentiorum, qui lumen cum Cartesianis collocant in tenuissima quadam substantia celerrimè mota retineq. fibrillas concutiente, in hoc tamen a Cartesio discrepantes, quod putent tenuissimas illas substantias erumpere ab ipsomet lucido corpore.

cum. 3tio lux solis calefacit, accenditq. alia corpora sive firma, sive fluida. 4tò codem lux potest intra spatium admodum angustum, et dilatari intra spatium majori extensione incidunt, ut patet in speculo reflexionis, et in prismate ustorio refractionis. 5tò agit lux in varia ãalium, sed alia omnia corpora. Non secus ac ceteræ sensibiles substantiæ, determinata quadam vi premit corpora: Communicat illis indeterminatam quolibet aliquo motum, separatq. componentes corum partes. 6to demum partes, seu radii luminis primigenii reddit sunt diversis coloris, quæ nobilis, hoc conficiunt argumentum. Omnes ii sensibiles proprietates substantiis duntaxat materiæ convenire possunt, non vero accidentis, quæ corpora non sunt. Sed recensitæ proprietates Luci [2dariæ] convenient. Ergo Lux [2daria] non ē absolutum accidens in sensu rigido Peripateticorum.

Dicent 1. Repugnat, quod duo corpora se se mutuò penetrent. Sed lux corpora penetrat. Ergo repugnat, quod lux sit corpus. Minor patet. Nam lux transit per vitrum, christallum, adamantes, gemmas; neque possemus nos conspicere corpora, quæ habet universi machinam constituunt, nisi lux aerem penetraret, et aerem, atque ita simul illuminaret.

R. conc. maj., dist. min. Sed lux penetrat corpora, hoc ē ingreditur poros corporum conc. penetrat solidas partes corporum per min., et conseq. quod luminis radiu intrent per omnia ferme tam firma, quam fluida corpora, nemo ivenit contra mãlem ipsorum extensionem. Non possunt equidem, secundum naturæ leges, duo se compenetrare corpora, potest tamen transire lux per corpora, et transire illas per corpora diaphana conspicimus, quin tamen illa penetrare dicenda sit. Nullum ē corpus, in quo plures non sint interspersi pori, imò fortasse in quovis corpore multò major ē quantitas pororum, quam partium solidarum. Quid igitur mirum, si poros corporum aditus lux diffundatur? Radiorum lucis subtilitas quammaxima ē, et linea ferme geometricæ emula. Cur ergo penetrare non potuerunt per exquisitissima, et quasi innumera corporum quorumcumq. foramina?

Instabunt 1. Si lux transiret per corporum poros, tota non apparerent corpora lucida, sed tantum partes illæ porosæ, quæ luci transitum concedunt; sed hoc ē contra experientiam; uti in vitro semper animadvertimus. Transit ergo lux tum per solidas partes, cum per porosas.

R. neg. min. Nam quum luminis radii ita retinæ afficiant nervulos, ut quammaxime inter se conterti unum ferme exhibeant, ita sunt radium nullo intervallo interruptum, necessario totum apparere debet illuminatum corpus, quemadmodum a toto corpore unus sensibilis ad nostram retinam procedunt luminis radius. Hinc aerem, seu umbram particularum aeris non conspicimus. Hinc prata apparent [florida], tametsi florum amplitudo longè minor sit amplitudine viridis herbæ. Hinc tabula cui farina inspersa sit, tota nobis videtur alba quamvis parva admodum sint spatia a farina occupata, respectu aliorum spatiorum. Lux enim a partibus albis reflexa et copiosior ē, et vividior, ut proinde motione sua obscuret quodammodò motionem a coloribus minus vividis in retina excitatam. Ceterum, negare merito possumus quod tota corpora in quæ lux incidit, appareant lucida. Siquidem, experientia teste, iis deteguntur microscopio, exigua subinde spatia a luce non occupata, ut patet potissimum in vitro supra albas chartas constituto.

Instabunt 2dò. Certum ē apud omnes Philosophos descendere lucem per lineam rectam. Sed si lux transiret per corporum poros, non descenderet per lineam rectam quum non omnes in corporibus pori sint in lineis rectis. Ergo etc. Confirmatur. Si lux penetraret tantum per corporum poros, transire posset per poros corporum tam pellucidorum, quam opacorum; utraque quippe innumeris sunt pluta poris. Hoc ē contra experientiam. Ergo etc.

R. conc. maj., neg. min. Tantum abest, quod luminis radii dum transeunt per corporum medium sive firmum, sive fluidum, non descendant per rectos istius poros, ad servandum motum rectilineum, ut potius non alia de causa pergant in via rectissima, quam quia per poros ingrediuntur. Nam quum certum sit ideò opaca corpora luci transitum non permittere, quia non rectos prœferant poros; ideò verò corpora diaphana illuminari, quia in iis pori se habent secundum lineam rectam: Profectò nisi lumen transire per corporum poros asseramus, rectum lucis descensum tueri non possumus. Hinc patet quid respondendum sit ad Confirmationem.

Dicent 2dò. Si lux esset corpus, a vento agitaretur. Nam si tale graviora corpora a vento agitantur, cur non subtilis adeò mãa? quod tamen ē contra experientiam.

R. fieri fortasse posse, ut lux non secus ac alia graviora corpora, vento agitetur, quin tamen hæc agitatio in sensus nostros cadat, aut eam ullis percipere queamus experimentis. Quid enim ē rem aliquam agitari? Profectò non aliud, quam eam de loco in locum transferri. Sed partes lucis de loco in locum translationem percipere non possumus. Quum enim radii luminis non videantur, neque sentiantur, nisi in lineis rectis oculi retinam afficiant, iam, si ventorum vi radii lucis amoveantur e linea, ad nostros non pervenient oculos, atque adeo eorum agitationem non percipimus. Deinde, nulla aeris particula in recta lucis linea sensibilem aliquem locum occupare potest tam cito, ut non alia statim lux e fonte promanans quilibet lineæ locum non illuminet, quam deserere a novis queat. Hinc, quum semper lucis lineam quoad omnes sui partes conspiciamus illuminatam, fieri non potest, ut illius particulas agitari videamus.

Ceterum, 2dariam lucem non esse absolutum accidens in sensu rigido Peripateticorum, præter ea, quæ in probatione diximus, tria sequentia argumenta confirmant. Primò, si lumen esset accidens medio diaphano inhærens, sequeretur debere conservari in corpore diaphano, cui inhæret, sublato lucido corpore, a quo producitur. Accidens namque debet aliquamdiu manere in eo quod afficit, quamdiu a contraria forma expellitur. Sed, si lumen ē mere accidens [absolutum], impenetrabilitate, quæ soli substantiæ convenit, penitus destitutum, corpora omnia tam diaphana, quam opaca subiret ac vel maxime, quod reliqua corporum accidentia uti calor, frigus etc. corpora quæcumque subeant. 3tiò quum omnia accidentia, seu qualitates oblique æquè per corpus diffundantur, intelligi non posset, cur luminis quoque propagatio non fiat oblique. Sed experientia docet lumen per corpora diffusum, sublato lucido corpore, eodem temporis momento itidem extingui. Certum itidem ē lumen diaphana tantummodo corpora subire, et secundum rectas duntaxat lineas. Ergo lumen in medium diaphanum quomodocumque agitatum non ē accidens, sed qualitas illi inhærens, quod erat demonstrandum.

Prop. 2. Lux corporum primaria consistit in rapidissimo, concitatoq. motu subtilissimarum partium insensibilium corporum, adeò ut per hujusmodi duntaxat subtilissimarum particularum motum corpora omnia constituantur lucida.

Probatur 1. Ratione. In eo collocanda ē lux primaria corporum, quo posito, corpora ipsa lucida evadunt, quo verò sublato, deperit omnino lux in corporis. Sed posito rapidissimo, et concitato motu subtilissimarum particularum corporum, evadunt corpora luminosa, extincto vero hujusmodi particularum motu, lux omnis in corporibus extinguitur ut omnes ferme Physici probant. Ergo lux corporum primaria consistit in rapidissimo, concitatoq. motu subtilissimarum partium insensibilium corporum lucidorum.

Pro 2do Probo experimentis. Nullum est corpus lucidum, cujus subtiliores partes celeri admodum, concitatoque motu jugiter non agitentur. Id patet manifeste in flamma, et accensis carbonibus. In his quippe conspicua est vehemens internarum partium ebullitio: Dum vero immerguntur aquae ingentem in ea excitant motum, adeo ut aquae partes apprime ferveant, et fragorem quemdam edant. Hinc corpora dura invicem allisa scintillas excutiunt. Nam mutuo attritu subtiliores sulphuris moleculae, quae in alterutro, vel amborum superficie sunt, ab aliis solutae rapidissimum, et concitatum motum concipiunt. Statim vero lux ac scintilla evanescit, quod hujusmodi moleculae, quae simul quodammodo agglomeratae erant, dissipentur. Hinc etiam ferrum ignitum, ligna putrida, atque alia id genus corpora apparent lucida; In his siquidem omnibus vehemens habetur subtilium partium ebullitio, atque effervescentia. Hinc sepius madidi vestitus, pisces, et corpora praesertim, quae sulphure abundant, dum putrescunt, atque adeo dum subtiliores eorum partes a crassioribus solutae perturbatum motum arripiunt, nocturno tempore lucere videntur. Eadem ratione aqua maris in tenebris agitata, saccarum in tenebris valide contusum, lapides invicem attriti, felium pili nocturna celeri confricatione ex adverso commoti scintillas, lucemque diffundunt. Corpora autem lucem emittere, et lucida manere, quamdiu interna in illis viget subtilium partium agitatio, adeo ut, si hujusmodi partes sistant, et motum deponant, corpora ipsa tenebrosa evadant, perspicuum est. Nam flamma extinguitur, dum corpus accensum comprimitur, et lucem in accensis carbonibus, ignitoque ferro perire experimur, dum aquae immerguntur.

Quemadmodum autem in phosphoris naturalibus, hoc est in corporibus, quae naturaliter lucem quandoque emittunt, communis est sententia Philosophorum in memorato motu lucem consistere, ita in phosphoris quoque artificialibus, seu in corporibus, quae arte redduntur lucida, produci, atque extingui lucem certum est. Inter hosce artificiales phosphoros celebris est ille, qui lapis Bononiensis appellatur, propterea quod in Monte Paterno prope Bononiam reperitur. Hic autem lapis in igne positus, et methodo, quam tradit Cl. Hombergius calcinatus radiis aliquantulum solaribus exponitur. Tum si in obscurum aliquem locum deferatur, aliquo temporis intervallo lucem emittit. Rursus si ab obscuro loco sumatur atque iterum exponatur radiis solis, magis lucere apparebit: si vero, dum aeri exponitur, frigefactus sit lapis, magis, atque magis lucebit, testante Cl. Lemmerio. Dici autem potest, hujusmodi lapidem lucem emittere, quatenus subtilissimae quaedam in eo delitescentes particulae a radiis solaribus excitatae motum pernicissimum arripiunt, quemadmodum in flamma ignito ferro, et accensis carbonibus contingit; Quem quidem internarum partium motum haberi illic non obscure probant, quos, dum lapides hujusmodi nitescunt, cum odore malo large diffundunt. Atque hinc est, ut lumen in hisce lapidibus sensim decrescere videatur, sicuti in Commentariis Academiae Bononiensis legimus. In iis enim internarum partium motus paulatim, et veluti per gradus minuitur. Sed ea mirifice nostram confirmant sententiam, quae tradunt Burrhotus, et Boyleus; Primus quippe refert se vidisse sacerdotem quemdam Aremoricum, qui dum crines mane pecteret copioso fortasse sulphure, et sale volatili impregnatos, scintillas, uti ex silice, et chalybe fieri solet, excutiebat: 2dus integrum tractatum scripsit de quodam adamante Regis Magnae Britanniae, qui affrictus non electricam modo, uti ceteri adamantes solent, sed radios luminis, instar lapidis vibrabat; immo vel digito pressus scintillas emittebat, longe vero majorem spargebat lucem, cum duro corpori affrictus fuerat, eamque paulo diutius retinebat aquae etiam immersus.

Dicent 1. Explicari non potest qualis sit ille subtilissimarum particularum motus, qui lucem constituit. Nam, utcumque sol, aut aliud lucidum corpus circa se volvatur, non idcirco motum suum in vicina corpora transferet, ita ut nobis appareat lucidum. Confirmatur. Si lux nihil aliud est, quam partium exilissimarum rapidissimus, et concitatus motus, jam sol erit veluti ingens quaedam flamma. Sed, hoc posito, quodnam erit solaris ignis pabulum? Qui fieri, aut concipi poterit, ut sol eamdem semper in tanta combustione tueatur figuram?

R. optime explicari a Philosophis quinam sit motus ille particularum, in quo lux primaria corporis luminosi consistit. Quum enim plurimae observationes, et experimenta ostendunt nullum esse corpus lucidum, cujus subtilissimae particulae pernicissimo, ac concitato motu non moveantur; et corpus omne lucidum ex eo suam lucem deperdere, quod in illius minutissimis particulis motus hic evanescat, jam satis explicant qualis sit motus ille, qui lucem primariam constituit. Ut intelligamus, inquit P. Gravelius Lib. 5. Elem. Phys. Sect. 1 Cap. 1, in quo lux constituenda sit, secundum analyticam methodum corpus quammaxime lucidum, solem scilicet considerare debemus. Videmus autem solem non aliud esse, quam unionem quamdam subtilissimarum particularum, quae summa vi moventur, ac pernicissimo motu agitantur. Quod vero aiunt, ex eo quod sol aut aliud lucidum corpus circa se volvatur, non idcirco motum suum in vicina corpora transferre, nihil aiunt, quod nostrae propositionis evidentiam tollat. Nos quaerimus in quonam lux primaria consistat, non autem in quo statuenda sit lux etiam 2daria. Certe nunquam solis, aut alterius lucidi corporis motus ad vicina corpora perveniret, seu nunquam lucem solis 2dariam videremus, si sol, aut aliud lucidum corpus circa se tantum volveretur. Nam ut lucidum aliquod corpus intueamur, praeter memoratum pernicissimum particularum motum alius necessarius est motus, quo mobilissimae lucidi corporis particulae ad nos usque deveniant, et in rectis lineis a corpore lucido ad oculos usque nostros profluant.

Ad Confirmationem respondemus nullum absurdum videri, si sol, veluti ingens flamma, a nobis concipiatur, quum illuminet, calefaciat et adurat corpora, non secus ac flamma; Atque haec omnium fere tam veterum, quam recentiorum Physicorum constans semper fuerit opinio. Quid de solis natura senserint vetustiores, patet ex Plutarcho. Xenophanes enim, ut ille refert, ex igniculis solem compactum dixit: Stoici ignitum, et multo igne compactum. Anaxagoras, Democritus, Metrodorus globum ferri candentem, aut saxum ignitum. Philolaus solem instar vitri pellucentem accipere ab igne caelesti splendorem, acceptumque ad nos transmittere. Epicurus globulentam gallamentum pumicosum intra meatus ignitum; quo ut omnes ferme in eo convenisse videantur, ut ignitae indolis solem facerent. De Recentioribus nihil dicimus. Accedit ratio, et experientia: Ratio quidem, quia quod sol sit corpus natura sua lucidissimum, immo totius caloris fons, et origo, nemo merito dubitare potest, quin ille ex moleculis exilissimis motu rapidissimo inter se agitatis componatur. proindeque quin sit ignea natura, quae in hujusmodi subtilissimarum partium motu tota consistit: Experientia vero, quia sol Telescopio conspectus, ferventis metalli, seu potius ignis fornacis instar, agitatum se prodit, ejusque radii ope lentis, vel speculi ustorii in focum collecti corpora etiam durissima comburunt, atque dissolvunt. Ceterum lucem corporis primariam in rapidissimo subtilium particularum motu consistere, vel unico hoc argumento demonstratur. Ignis nihil aliud est, quam subtilissimarum particularum congeries motu rapidissimo agitata. Sed lux est ignis purissimus. Ergo lux in pernicissimo, et concitato exilissimarum particularum motu consistit.

Dicent 2do. Plura sunt lucida corpora, in quibus nullus animadvertitur subtilissimarum particularum motus. Refert enim Ph. Reg

naudus Dialogorum Phys. Tomo 2do, Dialogo 18, in Insulis, quæ Antillæ nuncupantur, inveniri quasdam lucentes muscas, quas incolæ nocturno tempore iter facientes in manibus, pedibusque gestare solent, ne a recto tramite deflectant. In quibusdam etiam Indiarum silvis, testante Reaumurio, quidam videntur vermes adeò luminosi, ut integræ silvæ nocturno tempore pareant accensæ. Innumeri sunt alii phosphori tum naturales, quàm artificiales, in quibus tamen nullus conspicitur particularum motus. Ergo etc.

R. adducta phosphororum exempla sententiam nostram potius confirmare. Nullum siquidem inventum hactenus est corpus sive naturaliter, sive artificialiter lucidum, cujus exilissimæ particulæ quàm maximo non agitentur motu, seu, cui non insit aut cælestis, aut terrestris ignis. Hinc ad rem nostram Musschenbroekius Elementorum Physicæ Cap. 26. Ignis copiosus intra corporum partes intricatus plerumque lucet, uti videre est in Androdamante Helvetico, in Lapide Bononiensi, imò verò in omnibus aliis lapidibus calcinatis, vel prius in liquidis acidis solutis, et deinde calcinatis, tum in terris, animalium ossibus, plantarum cinere. Hæc non omnia primùm a sole illustrata, deinde in obscurum locum delata lucent, lucemque aliquandiu retinent, imò, si eam amiserint, denuò exposita soli eamdem ostendunt. Lapis Bononiensis in scrinio conservatus lucendi vim ultra quinque annos retinet: Idem præstant calcinatus Belemnites, et Topazius. Multa alia corpora lucem solis imbibunt, et aliquamdiu servant, uti Adamantes, Sapphyri, Amethysti, aliique lapides pretiosi. Cl. Fayus, qui plura in hac re confecit experimenta, in sole, tempore 2 minutorum, exposuit radiis solaribus varium colorum adamantes, et in tenebris postea deprehendit Adamantes flavos multùm lucis imbibisse, reliquos verò reliquorum colorum non ita; sed alio tempore notavit et flavos, et cæruleos diu lucere. Dantur lucentes Smaragdi, uti et Crystalli, et Lapis Lazuli. Hi autem lucem emittunt positi in aprico, ac sub vitro, aqua, lacte, non tamen sub atramento. Corpora lucem imbibendi proprietate prædita lucem iterum ignitioribus calidum exui possunt, uti observatum est in Crystallis, Phosphoro Bernensi, atque Smaragdis; sunt verò alia corpora, quæ ignitione eam proprietatem acquirunt, uti Lapis Bononiensis, Belemnites, Gypsum, et Phosphorus Balduini, de quibus plura traduntur in Historia Academiæ Parisiensis. Quæ de lucidis lapidibus diximus, ea de lucentibus quoque animalibus intelligenda sunt. Illustrantur siquidem animalium partes a solaribus radiis lucemque nocturno quoque tempore retinent, diffunduntque. Id eò vel magis asserendum est, quòd, testante Cl. Reaumurio, æstivo duntaxat tempore aut Muscæ Antillarum, aut Vermes Indiarum lucem emittunt, ac plura sint animalia, quæ, quod sub aqua non luceant, extra aquas copiosissimum ignem, adeoque copiosissimam lucem ostendant. Ignis ergo sive terrestris, sive solis phosphoros ingressus causa est, ut nocturno tempore potissimùm luceant. Sed ignis in rapidissimo, et concitato motu consistit. Ergo lux etiam primaria omnium phosphororum.

Instabunt, ex eo, quod ignis in subtilissimarum particularum motu consistat, concludi idem non posse de luce. Diversa namque est natura lucis a natura ignis, quum ignis corpora accendat, lux verò ne ipsa quidem calefaciat. Accedit, ignem sine pabulo conservari non posse, quum tamen sine pabulo conservetur lux in memoratis omnibus animalibus, atque aliis lucidis corporibus.

R. rectè nos exemplo ab igne desumpto, demonstrasse lucem primariam in rapidissimo particularum motu consistere. Falsum diversam esse naturam lucis à natura ignis. Non tantùm ignis, qui manifestè incurrit in sensus nostros, corpora aut calefacit, aut accendit; verùm etiam lux, quæ ab igne haudquaquam distinguitur. Ac primò quidem lucem corpora accendere patet ex miris effectibus radiorum solarium ope lentis, aut speculi ustorii collectorum. Sunt effectus horum speculorum ultra fidem magni, præcipuè si specula ampla fuerint, quæ plurimos in foco cogant solis radios. Illico namque in foco quælibet liquescunt metalla, semimetalla; calcinantur deinde, abeuntque in vitrum. Ipsum aurum in fumum, purpureumque vitrum vertitur, quod a nullo terrestri igne fieri potest, nisi auro adjectum fuerit Zincum. Saxa quæcumque statim in vitrum vertuntur. Ac combustibilia denique omnia ictu oculi citiùs inflammantur. Hæc certè mira sunt, et satis demonstrant lucem seu radios solis corpora comburere; fortassè tamen mirabiliora sunt, quæ de Speculo Villetiano tradit Cl. Desaguliersius. Res, dicam, Arena, Marmor, Jaspis, Porphyrites, Lapides ferreis fornacibus inservientes, Tubulata, Silices, Ossa animalium, Pumex, Lateres vulgares, Lapis hæmatites, Creta Vesuntiana, Gypsum, Plumbago nostra in memorati speculi foco quam citissimè liquescunt. Equidem speculi Villetiani ope Lateris Romani frustum rubere incipiebat intra 3 minuta 2da, et liquefactum intra 100 minuta 2da in guttas stillabat: Columnæ Alexandrinæ Pompejanæ frustum in vitrum conversum erat elapsis 50 minutis 2dis. Minera cuprea, quæ nihil metalli in se habuisse visa fuit, in vitrum mutabatur tempore 8 minutorum 2dorum. Calculus humanus calcinatus erat post 2 minutos 2dos; conversus verò in liquefactum vitrum intra unum minutum primum guttatim cadebat. Asbestus in terrestri igne incombustibilis a Cl. Tschirnhausio in vitrum subfulvi coloris fuit conversus. Sed, quid mirum, si collecti radii lucis in foco speculi ustorii tot, tamque citò calefaciant, accendantque corpora? Nonne consimiles combustiones sine speculorum ope quotidie intuemur? Quid æstivo tempore in Mundus potissimùm Regionibus, ita calefacit Telluris superficiem, ut vix eam nudis contingere possint Incolæ, quin se se inflammari sentiant? Quid in tantum est, ut nos etiam aliquibus anni mensibus vix subtilissima indumenta, præ nimio calore ferre possimus? Qui fit, ut cera, ut plumbum ipsum Templa tegens liquefiat? Hi omnes sunt effectus cælestis ignis, radiorum scilicet solis. Verùm, quid aliud est Lux, cujus ope corpora omnia videmus, seu lux 2daria? Annon radii solis? Calefacit itaque lux, accenditque corpora. Quod si id præstat 2daria lux, cur non et primaria?

Quod si molestiùs urgeret quis, ignem semper calefacere, atque comburere, non semper tamen calefacere lucem, id quoque negandum est. Nam si lux est ignis, quod nullus inficiatur est saniorum Philosophorum, non semper calefacit ignis. Ceterùm, si ignis nomine intelligere volunt terrestrem ignem in sensus nostros manifestè cadentem, semper calefacit ignis; minimè verò, si de cælesti subtilissimo igne, seu radiis solaribus sermo instituatur. Tradit Plinius, et nostris confirmat temporibus Reaumurius quosdam sub aquis marinis inveniri lucidos pisces, qui Dactyli nuncupantur. Hi concha conteguntur, ut non tamen concha, sed ipsimet animalia lucem emittant. Quum autem pisces illi lacerantur, omnes eorum partes, non secus ac accensi carbones, lucidæ apparent, atque eo vel magis, si recentiùs piscati fuerint, et majorem habuerint aquæ contactum: Nam guttæ etiam aquæ, quæ ab hujusmodi piscibus in terram, vestes aut manus decidunt, lucentes sunt. Dactyli tandem mandentibus lucem, quam emittunt, in digitos, dentes, linguam, et os comedentium diffundunt, quum tamen vel minimum inquinamentum excitaverint incendium. Calefactio itaque, atque inflammatio non semper, et necessariò ignem, adeoque lucem consequuntur.

Quod addunt, sine pabulo conservari non posse ignem, conservari autem sine pabulo lucem, eadem, qua asseritur, facilitate negatur. Nam ignis sive cælestis, sive terrestris, adeoque etiam lux, ut conservetur, pabulo indiget. Quod si a nobis postulent, quodnam iter lucidis navilis lucis pabulum, respondebimus non esse statuendum in subtilissimis earum particulis, quæ a sole in memorata animalia immittentes, et motu præcellissimo acta, ea lucida constituunt. Fortassè etiam pabulum lucis, præsertim in lapidibus, sunt partes ipsorum oleosæ, atque sulphureæ per Lucis radios accensæ, et motu celerrimo donatæ; præsertò quum, fatentibus Chymicis, nullum sit corpus, quod in particulas oleosas, atque sulphureas non resolvatur.

Propositio 2da. Lux 2daria non est absolutum accidens in sensu rigido Peripateticorum.

....

2da Dem…
et respons…
hujusce …

2da Demonstratio cum objectionibus et responsionibus precedunt Propositionem hujusce Capitis primam.

Pro: 1 Propositione. Secundum Peripateticorum doctrinam, corpus, sive substantia, est res per se subsistens; accidens vero est tantum rei affectio, quæ non potest subsistere, quin rei inhæreat. Sed lux 2daria subsistit per se, quum cæterorum corporum instar, et sua mole donetur, et omnibus prædita sit attributis, quæ cæteris conveniunt corporibus. Ergo lux 2daria non est absolutum accidens in sensu Peripateticorum.

Propositio 3tia. Lux 2daria est substantia subtilissima, et fluidissima.

Pro: Propositione. Admiranda illa celeritas, qua radii lucis a sole ad nos usque perveniunt, evidenter demonstrat summam illius subtilitatem, fluiditatemque. Sed alia sunt efficaciora argumenta. Et primo, quod attinet ad lucem solis; si acu inflictum sit chartæ exiguum foramen, per illud spectator observans omnia in cœlesti hemisphærio constituta videbit: erectus autem cœli ejusdem partem una cum omnibus solo insistentibus ante se corporibus conspiciet; adeout innumera radiorum ab objectis aut emissorum, aut reverberatorum copia per exilissimum illud transiens foramen subtilitatem ignorantes radiorum lucis ostendat, quantam consequi humani ingenii aciem non possit.

2do, si summam rapiditatem, qua lux solis movetur, et exiguos effectus, quos edit in corpora, quæ illustrat, attento volvamus animo, aliud habemus argumentum, quo particularum lucentium summam subtilitatem, et fluiditatem demonstremus. Quum non sol a Tellure 24000, viginti quatuor mille semidiametris terrestribus absit; semidiameter vero Telluris, secundum mensuram recentiorum Geometrarum sit pedum 19615782. decemnovem millionum, sexcentorum quindecim mille, septingentorum, octoginta duorum; erit distantia solis a Tellure 470788768,000, pedum quadringentorum, septuaginta mille, septingentorum, octoginta octo millionum, septingentorum, sexaginta octo mille. Hi pedes a luce percurruntur intra 8', 13'', adeoque unius minuti 2di tempore, pedes 980800933 $\frac{1}{3}$ percurruntur, scilicet nongenti octoginta milliones, octingenti novem mille, nongenti triginta tres cum una tertia. Globus ex tormento bellico summa vi explosus absolvit minuto 2do, ut tradit Musschenbroekius, pedes 600. Quamobrem lucis velocitas ad eam tormentarii globi erit, veluti 1634683 unum millio, sexcenta triginta quatuor mille, sexcenta octoginta tria ad unum proxime. Habeat idem globus gravitatem 10 librarum. Ejus pondus, quod est 76800. septuaginta sex mille, octingentorum granorum, multiplicatum in quadratum suæ velocitatis, dat vires; sicuti pondus particulæ lucis ductum in quadratum suæ velocitatis, suas vires exhibet. Est quadratum velocitatis globi tormentarii memorati 2672,188,010,489 duobiliones, sexcentum septuaginta duo mille, centum octoginta octo milliones quingenti decem mille, quadringenti octoginta novem; Adeoque si particula lucis haberet pondus, quod esset grani pars $\overline{34794121}$ trigesima quarta. ultra milliones, septingentesima nonagesima supra quater mille, millesima centesima vigesima supra unam, haberet easdem vires, ac globus tormentarius 10 librarum. Globus hic tormentarius in corpora, quibus occurrit, vehementer operatur, omnia destruendo, proindeque, si particula lucis memoratam pars grani foret, idem præstaret. Quum autem lux solis tenerrima florum petala illuminans ea non destruat, imo lenibus succos in iis moveat, oportebit ut subtilitas eius particularum sit ingens, et fere infinite minor, quam pars grani assignata.

3tio, si sebacea vulgaris candela nocte in apice altæ turris ardens ponatur, ad distantiam dimidii milliaris a turre ab omni parte videri potest. Quare nullus in sphæra diametri unius milliaris oculo concedi locus potest, qui non a flammula radium lucis recipiat. Hi omnes radii in flamma aggregati fuerunt; quæ quum respectu ingentis sphæræ illuminatæ exigua sit, summam quoque radiorum lucis subtilitatem, et fluiditatem quam clarissime ostendit.

4to, ex longitudine radiorum solis, aut stellarum fixarum propositio nostra demonstratur, quæ profecto longitudo ferme infinita est. Nam radii luminis non solum exporriguntur a sole ad Tellurem, quæ tanto intervallo a se distant, ut e tormento bellico explosus globus rapidissima celeritate, illud vix 25 annorum spatio emetiri posset. Sed radii cum lucis a stellis fixis remotissimis ad nos usque extenduntur, quarum distantia ex recentissimis Cl. Bradlej observationibus tanta est, ut eam globus tormentarius motu rapidissimo explosus nonnisi annis 104,166666636 centum quatuor mille, centum sexaginta sex millionibus, sexcentis sexaginta sex millibus, sexcentis triginta sex percurrere possit. Quoniam vero in hac immensa fere distantia stellas vividissima luce micare videmus, asserendum est tantam esse radiorum lucentium subtilitatem, fluiditatemque, ut vix ac ne vix quidem concipi possit.

Propositio 4ta. Lux 2daria non consistit in motione quadam, pressioneque rectilinea ætheræ globosæ materiæ in sensu Cartesianorum.

Pro: 1 Propositione. Lumen statui non potest in pressione rectilinea ætherei fluidi a corpore lucido facta, quin demonstretur fluidum hoc per immensa Globorum spatia esse diffusum, et usque ad Telluris centrum in orbem expansum, ipsumque corpora omnia pervadere, cuncta que ambire, et penetrare. Sed nullo evidenti argumento probari potest materiam hanc æthereamque fluidissimam omnia replere. Ergo neque in pressione hujusce materiæ lumen consistere. Vis hujusce argumenti patet ex iis, quæ toties diximus contra hypothesim primorum principiorum Cartesianam, et quum de vacuo ageremus.

Pro: 2do Propositione. Etiamsi fluidum illud existeret, omniaque spatia repleret, in eo tamen lux 2daria statui non posset. Observamus enim cum Newtono, quod si lumen consisteret sive in pressione, sive in motu propagato per medium fluidum; futurum utique esset, ut fluidum luminosum in umbram se se inflecteret. Nam pressio, vel motus in medio fluido, ultra quodvis obstaculum, quod partem aliquam motus impediat, propagari non potest in lineis rectis, sed omnino se se inflectet, diffunditque quaquaversus in medium quiescens, quod ultra id obstaculum jaceat. Vis gravitatis, inquit Vir summus, deorsum tendit, attamen aquæ pressio, quæ ex vi gravitatis oritur, tendit quaquaversus vi æquabili, et pari facilitate, paribusque eam viribus propagatur in latus, ac deorsum, et per curvas vias, ac per rectas. Undæ in superficie aquæ stagnantis, dum obras lat. cujusvis obstaculi, quod eas partim impedit, præterlabuntur, inflectunt se se et dilatant, diffunduntque gradatim in aquam ultra id obstaculum quiescentem. Pulsus, seu vibrationes aeris, in quibus soni consistunt, inflectunt se manifeste, licet non tantum, quantum undæ aquæ. Nam sonus campanæ, vel tormenti bellici audiri potest trans montem, cujus interpositione corpus illud, quod sonum emittit, ne possit oculis cerni intercluditur: et soni propagantur pari facilitate per tubos incurvos, ac per rectos. At lumen nunquam compertum est vias incurvas ingredi, aut se se in umbram inflectere. Nam stellæ fixæ Planetarum cujusvis interpositione continuo evanescunt, itemque solis partes aliquæ per interpositionem Lunæ, Mercurii, aut Veneris. Fieri itaque non potest, ut per æthereum illud fluidum lux diffundatur. Hinc, posita Newtoniana hac demonstratione, recte concludit Musschenbroekius, quod nulli unquam forent tenebræ, secundum hypothesim ætherei illius fluidi. Quia lumen fluidum corpus est, aut vires., fluidorum legibus subjicietur. Observamus autem, si fluidum vasi inclusum ab una parte premitur, pressionem in omnem determinationem propagari. Quamobrem, sive sol supra horizontem moveretur, vel infra eum occideret, oculus aptus semper lucem, quæ purgaret, videretque; quod experientiæ repugnat. Itaque et posita, et exclusa æthærea materia spatiis plenis, certum est lumen, seu propagationem lucis haberi non posse per rectilineam pressionem ætherei fluidi.

Dices 1. Geneseos Cap. 1. legitur lucem primo die fuisse creatam, quum tamen Sol, et Astra nonnisi quarta die fuerint condita. Ergo in rectilinea pressione ætherei fluidi consistit propagatio lucis. Consequentia patet. Nam si primo die, quo nondum creatus erat Sol, creata tamen erat lux, asserendum erit primo die fuisse creatam æheream materiam, eique datam motus quantitatem fuisse ex pressam, ita ut ad cuncta illustranda sufficeret. Nam, ut notat D. Augustinus, talis erat lux primo die creata, qualis est aurora, antequam Sol oriatur. Quarta verò die Sol, et Astra producta fuere, ut lucerent in firmamento Cœli, et illuminarent Terram, ea nimirum ratione premendo, atque movendo materiam æheream ubique expansam, ut lux propagari posset.

R. primo die, nondum creato Sole, fixisque Stellis, productam fuisse lucem, quin tamen consequatur primo illo die fuisse creatam materiam globosam ætheream. Nam quo argumento ostendunt Cartesiani primam hujusce materiæ creationem? Quæ erat necessitas creandi fluidum illud? Qua ratione sine corpore luminoso ita poterat premi, ut cuncta illustraret? Hæc omnia tam certa sunt, quam celebris illa materiæ prima divisio. Nam si Deus, antequam Solem, et Astra conderet, creare voluit lucem; cur eam creare non potuit sine globosa materia? Cur creare non potuit lucidum aliquod corpus, quod trium dierum spatio Solis postea creandi gereret vices? Si demum Cartesianis primò conditum fuisse æthereum, subtilissimum aliquod fluidum. Deinde hujusce fluidi ope propagatam illis diebus fuisse lucem a quo postea abutentes fluidum illud, creatis Planetis, atque Cometis. Corpora hujusmodi cœlestia cursus suos ita ordinatos, ita regulares conficiunt, ut ordo pulchrior, aut motus regularior desiderari non possit. Sed hujusmodi ordo servari non posset, ubi in superiori Libro probavimus, si tam magna corpora fluido ubique diffuso, adeoque æqualiter denso, ambirentur. Sublatum itaque fuit æthereum fluidum, creatis cœlestibus illis corporibus, vel ita valde rarefactum, ut immensa fermè spatia vacua relinqueret. Itaque admissa etiam materiæ ætheree prima illa creatione, non sequitur, post creationem Solis, in rectilinea pressione fluidi alicujus subtilissimi lumen consistere.

Quanquam, negare etiam possemus cum nonnullis Sanctis Patribus quarta duntaxat die Solem, atque Astra fuisse condita. Origenes, Clemens Alexandrinus, S. Hilarius, aliique manifestè docent omnia simul fuisse a Deo creata, ita ut non tantum lux primo die fuerit producta, sed primo mundi momento cum luce Creaturæ omnes suum habuerint initium. Hinc Philo Hebræus Allegoriarum Lib. 1. Rustici, inquit, simplicitatis est credere sex diebus mundum esse conditum. Ergo quum audis sexto die completum fuisse opus intelligere non debes de diebus aliquot, sed de senario numero perfecto. Quod si hæc sententia non arrideat; tanta sunt, tamque multiplices circa lucis creationem SS. Patrum, summorumque virorum expositiones, ut consequendum non sit ad fictitiæ cujusdam materiæ rectilineam pressionem. Nam primo D. Augustinus explicans verba illa Geneseos: Dixitque Deus: Fiat lux, et facta est lux docet lucem illam non fuisse corpoream, sed spiritualem, optimè scilicet Angeli boni fuerint in gratia confirmati. 2do S. Gregorius Nyssenus, et S. Joannes Damascenus existimant nomine lucis eo loco intelligendam esse creationem ipsius elementi, scilicet ignis. 3tio Venerabilis Beda, Hugo Victorinus, et Magister Sententiarum putant per lucem primo die creatam intelligendam esse lucidam quandam nubem eo fine a Deo conditam, ut tres illos distinqueret dies, quæ tamen, facta creatione Solis, destructa fuerit. 4to demum, ut alias multas faciamus interpretationes, Autor Libri de divinis nominibus, Thomas Aquinas, Cartusianus, Tostatus, Lyranus, Pererius opinantur, quod tametsi prima creationis die nondum conditus esset Sol, non alia tamen fuerit prima illa lux, quam, quæ postea Solis fuit. Volunt enim primo creationis momento conditam fuisse lucem, atque ex luce quarto postea die formatum Solem. Sive igitur omnia simul producta a Deo fuerint, sive intra sex dies effectum absolutumque præclarum mundi opus; non est, cur lucem secundariam in pressione rectilinea ætheree materiæ statuamus.

Dices 2do. Si lucis propagatio statuatur in memorata fluidi pressione quatenus explicantur proprietates omnes lucis. Ergo etc. Consequentia patet ex celebri experimento P. Grimaldi. Intromisit enim hic ille in conclave obscurum radium Solis. Huic objecit tenuem cylindrum ligneum, sensitque materiam luminis circumvolvi cylindro ligneo, instar aquæ in flumine decurrentis, et in aliquem obicem impactæ. Animadvertit etiam materiam lucis quaquaversus perpendiculariter a ligneo cylindro reflecti, non secus ac aqua in flumine a tali obice reflectitur. Dicendum itaque est in motu cujusdam fluidi subtilissimi lumen consistere, quum secus explicari non possit notatus a Grimaldo luminis effectus.

R. negando sententia Cartesianorum proprietates lucis melius explicari non posse, uti ex præcedentibus propositionibus patet. Nam, ut recte argumentatur Newtonus Lib. 3. Opticæ, Quæst. 28, si lumen consisteret in pressu solummodo propagato sine motu actuali; utique non posset agitare, et calefacere corpora, quæ illud refringunt, et reflectunt. Si lumen consisteret in motu propagato ad omnia intervalla in puncto temporis; jam ad motum istum generandum opus esset vi infinita singulis momentis in particulis singulis lucentibus. Et si lumen consisteret vel in pressu, vel in motu propagato per medium fluidum; sive in momento id fieret, sive in spatio temporis; utique futurum esset, ut id in umbram sese inflecteret. Ad confirmationem; experimentum illud P. Grimaldi nihil contra nos evincit. Si enim sensit, introducto per foramen Solis radio, materiam lucis objecto tenui ligneo cylindro, instar decurrentis aquæ circumvolvi, et perpendiculariter a ligneo cylindro reflecti, infert duntaxat lucem secundariam esse corpus subtilissimum, ac fluidissimum, minimè verò consistere lumen in pressione quadam rectilinea per medium æthereum fluidum propagata.

Propositio 3tia. Propagatio lucis fit per emissionem subtilissimæ substantiæ a corpore lucido, usque celerrimam vibratam; seu, nihil aliud est secundaria lux, quam perenne quoddam subtilissimarum particularum effluvium, quod secundum rectas lineas a corpore luminoso in omnes partes vibratur, atque propellitur.

Probatur Propositio. Ex superius demonstratis lux secundaria est corpus subtilissimum, fluidissimum, quod non propagatur sine rectilinea motione; sed ex demonstratis pariter constat non consistere lucem secundariam in rectilinea pressione ætheree materiæ. Ergo demonstratum est fluidam hanc tenuissimam substantiam ex lucido corpore quaquaversus secundum rectas lineas erumpere.

Dices 1. Si lucis propagatio fieret per emissionem subtilissimæ substantiæ, adeo ut lumen non esset quid diversum a perenni quodam effluvio exilissimarum molecularum a Sole, lucidisque corporibus mistis erumpentium, et quaquaversus secundum rectas lineas vibratarum, lumen maneret in corporeo diaphano medio, corpore luminoso sublato: Atque istud fieret, quo corpus lucidum in medio diutius præsens existeret. Atqui neque conservatur lumen in medio diaphano, corpore, a quo profluit sublato, nec per diuturniorem præsentiam corporis lucidi evadit intensius. Ergo lumen effluvium substantiale non est, quod torrentis instar, e Sole, lucidisque corporibus erumpat. Major, et propositionis pars prima certissima videtur. Manifestum quippe est qualitates actuosas, calorem v.c. atque odores, quæ in substantialibus effluviis consistunt, manere per medium diffusas, absente etiam corpore, a quo erumpunt. 2da etiam propositionis pars certa videtur, quum illæ actuosæ qualitates per medium diffusæ intensiores fiant, quo ibi diutius fuerit præsentia objecti.

R. ne ... quoad primam partem. Nam quum luminis radii in rectis tantum lineis a luminoso corpore diffundantur, optimè concipitur, qui fieri possit, ut, absente lucido, a quo vibrantur, corpore, nullum in medio diaphano remaneat lumen, quod a nobis percipi queat. Non videtur enim, sublato luminoso corpore, lumen, quia tunc lucis radii privantur motu illo rectilineo, cujus tantum

ope luminis in nobis sensatio excitatur. Hinc subtilissima illa effluvia per medium diaphanum diffusa, absente etiam luminoso corpore, conservari possunt, immo intendi, et copiosiora fieri, quo diutius lucidum corpus eidem medio praesens extiterit, quin tamen nos aut manere lumen, aut intensius evadere oculis percipiamus. Neque quidquam probat desumptum illud ex qualitatibus activis exemplum. Nam si, sublatis corporibus aut calorem, aut odores emittentibus, manent per medium diffusa effluvia odorum, aut caloris praeseferentia, id ergo proficiscitur, quod diverso modo minutissimae v.c. odoris particulae nostros afficiant sensorios organos. Haec siquidem per aerem, per quam circumstantia corpora dispersae non indigent motu rectilineo, ut moveant organum odoratus, sed etiam per viam curvilineam sensationem excitant. Contra vero radii, seu tenuissimae particulae lucis non nisi in rectis lineis ad oculi retinam feruntur; atque quum, sublato lucido corpore, describi nullatenus possint, mirum non est, si absente eodem lucido corpore, nullum a nostris oculis percipiatur lumen.

Dicent 2do. Si lumen non aliud esset, quam perenne subtilissimarum particularum effluvium a corpore lucido emissarum, sequeretur in dies magis, atque magis minuendam esse lucidi corporis molem. Sed hoc maximum est absurdum. Ergo etc. Major certa est. Nam corpora odorifera propter hujusmodi tenuissimarum molecularum profluvium semper minuuntur. Minor quoque certa est. Hoc siquidem posito, sequeretur a quarta creationis die ad nostra haec usque tempora admodum imminutam esse Stellarum fixarum, et Solis molem, eamque in dies minorem semper futuram: quod est contra experientiam.

R. nostra sententia Gassendistarum, et Newtonianorum, illud revera consequuturum, neque tamen consequuturum aliquid absurdum. Nam, ut praeclare ad rem nostram Cl. Cheynius Principiorum Philosophicorum Cap. 4. n° 6, certissimum est minui in dies lucem Solis, quod et de luce Stellarum fixarum intelligendum est. Si Sol, Fixaeque Stellae ab aeterno fuissent, corpora haec tanta luce donata jam ante innumera secula facta omnino fuissent opaca. Pro certo habemus Solis radios in plantis, vegetabilibus, metallis, mineralibusque manere inclusos. Certissimum putamus, partem aliquam radiorum solarium, quia a ceteris radiis separantur, quia in memoratis corporibus retinentur, quia denuo ab actione corporum in lucem impediuntur, ad solare corpus redire non posse. Nam etiamsi fieri posset ut radius a lucido globo emissus, ad eundem denique globum reverteretur (quod tamen fieri posse parum admodum est probabile) extra dubium est radios Solis, tum propter maximam vim, et velocitatem, qua a Sole emittuntur; tum quia a corporum vi attrahente retinentur, rursus ad corpus Solis non posse ascendere. Certi etiam sumus minui in dies lucem, calorem et molem Solis, non solum quia illius partes in fumum abeunt, verum etiam, quia Cometae, dum proxime accedunt ad Solem, suntque in suis Periheliis, quam maxime agunt in Solem, ita ut magna tum substantiae, tum caloris quantitas illi detrahatur. Probabile admodum est maculas, parvasque illas nebulas, quae in Sole quandoque conspiciuntur, quandoque evanescunt, nihil aliud esse, quam vapores in fumum abeuntes, et spatia, per quae moventur Planetae, aliqua ex parte replentes. Hos etiam fortasse attrahunt Atmosphaerae Planetarum. Certe Cometae, dum Soli proximi fiunt, atque illius Atmosphaeram ingrediuntur, non exiguas igneae substantiae partes a Sole auferunt. Quod si hanc, quae revera consequitur, sive Fixarum, sive Solis imminutionem experientiae contrariam aliquis asserat, propterea quod per tot secula nunquam minor apparuit lux caelestium illorum corporum; respondendum imprimis, per centena etiam secula non adeo sensibilem apparere posse hujusmodi imminutionem, quum tanta sit tam Solis, quam Fixarum moles. Deinde fieri fortasse potest, ut lucem, quam emittunt, aliunde acquirant, proindeque nunquam corpora illa lucida appareant imminuta. Existimat enim Newtonus hac etiam de causa conditos fuisse Cometas, ut aliquando cadentes in Solem et pabulum tanto igni subministrarent, et illius servarent molem, et lucem imminutam restituerent. Hac etiam de causa notat vir summus postremis temporibus visas fuisse aliquas Stellas, quae longis seculis haudquaquam se se conspiciendas praebuere. Corpora enim hujusmodi Stellarum propter diuturnam luminis effusionem facta fortasse opaca, accensa fuere a Cometis cum ignitis Solaribus molibus redeuntibus. Ex hactenus dictis patet quid respondendum sit iis, qui asserunt calorem Solis fore in dies magis, atque magis minuendum. Nam si in dies tot ignitae particulae solari corpori detrahuntur, deperdit utique calorem Sol. Timere tamen non debemus, ne aliquando nos calefacere desinat, quum Sol aeternus non sit, et tanta alimenti eidem possit accedere per incidentes Cometas materia lucis, adeoque ignis, ut et nos, et posteros nostros nunquam minoribus viribus sit calefacturus.

Hactenus concessimus Solem, Stellasque fixas continuo quoad molem fieri minores, eorumque corporum partes in fumum abire. Caeterum illud statuere etiam possumus, quod dubitans tradit Newtonus Lib. 3. Optices, Quaest. 11. Solis enim, Stellarumque fixarum calor fortasse conservatur ipsorum corporum magnitudine, et mutua actione, et reactione, quae est inter ipsa, et lumen, quod emittunt. Horum autem partes ne in fumos abeant facit non modo ipsorum fixa admodum natura, verum etiam ingens pondus, densitasque Atmosphaerarum sibi circumcirca incumbentium, et ingenti nisu undique comprimentium, et condensantium vapores, atque exhalationes, quotquot se se in piam emiserint. Mixtura Stanni, et Plumbi ferro candenti in Vacuo imposita fumum emittit, atque etiam flammam, eadem tamen mixtura in aere aperto propter Atmosphaerae incumbentis pondus, ne fumum quidem, qui visu percipi possit, emittit. Eodem modo fieri potest, ut ingens Atmosphaerae, quae Globo Solis incumbit, pondus efficiat, ne corpora ibi in vapores, et fumos abire queant, nisi ope caloris longe majoris, quam qui eadem corpora in Terrae nostrae superficie facillime in vapores, et fumos solveret. Idem Atmosphaerae incumbentis pondus vapores, et exhalationes, simul ac a Sole avenerunt, fortasse iterum condensat, efficitque, ut in Solis globum continuo recidant, ipsiusque calorem actione sua eodem modo adaugeant, quo aer in Terra nostra calorem auget ignis culinarii; simulque prohibeant, ne ingens ille globus imminuatur, nisi forte luminis, et vaporum quorundam, exhalationumque admodum tenuium emissione.

Caput 2dum

De Luminis ~~Reflexione~~ Inflexione, Reflexione, Refractione

Explicata lucis natura, praecipue investigandae sunt illius proprietates Inflexio, Reflexio, atque Refractio. Post Grimaldum optime Newtonus radios luminis in transitu prope corporum aut opacorum, aut pellucidorum angulos detorqueri a via rectilinea, attractos circum eadem corpora incurvari. Attractio haec inter luminis radios, et corpora cujuscumque generis necessario consequitur ex universali vi attrahente materiae. Ita qui eam experiri velit, in tenebricoso cubiculo per foramen exiguum in fenestrae operculo factum transeat luminis radios, cui in exigua distantia alicujus cultri acies approximetur. Observabit radium luminis non recta progredi, sed circa ipsam cultri aciem aliquantum incurvari. Id manifestius deprehendet adhibitis binorum cultrorum aciebus ex adverso constitutis. Transiens enim luminis radius inter duas cultrorum acies dividetur in partes duas, quarum una incurvabitur circa unam cultri aciem, altera circa alteram aciem inflectetur. Quemadmodum autem non omnia corpora ejusdem densitatis sunt, ita non omnia eodem modo agunt in lucem eam quoad inflectendo, et incurvando. Illud generatim statui potest, lucem scilicet in suo transitu magis inflecti, ubi corpora attrahentia fuerint densiora, minus inflecti, ubi corpora fuerint rariora, ut proinde magis incurvetur prope aurum, quam prope argentum, vel ferrum, magis prope aquam, quam prope aerem, vel aliud subtilius fluidum.

2da luminis proprietas est Reflexio, seu repulsus luminosi radii a superficie opaci corporis, in quam incidit, quam penetrare non

valet. Quid in causa sit, ut luminis radii reflectantur, non dum conveniunt inter se Physici recentiores. Maxima pars cum Cartesio et Malebranchio putat, omnem reflexionem a solidis corporum superficiebus lumen repercutientibus. Existimat vero Newtonus, illam projiciente a vi quadam repulsionis, quae radium luminis, antequam perveniat ad solidi corporis superficiem reflectat.

Refractio luminis est deviatio radii luminosi a linea recta, secundum quam ultro propagari natura sua postulat, seu est inflexio radii luminosi orta ex inaequali densitate mediorum, per quae lumen ipsum diffunditur. Circa refractionem causam partim diversae sunt Philosophorum sententiae. Opinantur Cartesiani petendam esse a diversa facilitate, quam habet lux penetrandi per poros mediorum, quos praeterea putant etiam majorem esse lumini facilitatem penetrandi meatus densiorum mediorum, quam per poros rariorum, atque hac de causa quum transit a medio rariori ad densius, accedere ad perpendicularem, recedere vero, quum a densiori transit ad rarius. Contra Barowius, De-Chales, Rizzettus haudquaquam putant sunt radios luminis velocius moveri per medium densum, quam per rarum, imo existimant radium, qui penetrat medium aliquod densum, retrahi ad perpendicularem, et difficilius penetrare media densiora, quam rariora. Newtonus refractionem lucis a vi attractiva mediorum petendam esse docet Opticae Lib 2 Parte 3 Propositione 10, quae vires sunt plerumque in ratione densitatum, exceptis nonnullis corporibus oleosis, et inflammabilibus, quae in majori ratione trahunt. In eadem sententia sunt Hauksbeius, Helshamus, Musschenbroekius, et major pars recentissimorum Philosophorum.

Propositio I. Causa Reflexionis luminis non est impactio radiorum in superficies corporum solidas, atque inter vias.

Pro Propositione nonnullis observationibus, et experimentis. Ac primo, si radii luminis, uti observavit Newtonus Lib 2 Opticae, Parte 3, Propositione 8, reflecterentur impingendo in solidas corporum partes; eorum reflexiones a politis corporum superficiebus non possent esse tam accuratae, tamque ad certam normam directae, ut illi ipsa sunt. Nam quum vitrum e. g. vel arena, vel usto stanno, vel pulvere samio politur, existimari non potest, quod ea corpora perfricando, et atterendo vitrum efficiant, ut universae ejus minimae particulae evadant accurate laeves, et perpolitae adeo ut earum superficies sint omnes vere planae, aut vere sphericae, eodemque omnes spectent, unamque omnes plane aequabilem constituant superficiem. Perfectiora specula, seu magis laevigata, et aliae politae qualescunque corporum superficies, si comparentur cum minutissimis luminis particulis, sunt veluti congeries quaedam montium, atque vallium; eo sane modo, quo apex acus exiguissimae, quae nudis conspecta oculis polita, et aequalis exhibet superficiem, per microscopium considerata innumeras praefert cavitates, et prominentias. Radioli itaque luminis in specula incidentes, propter inaequalitatem, et asperitatem superficierum, diversimode, et inordinate reflecterentur, proinde non devenirent ad oculos nostros ex singulis punctis speculorum: Quod quum experientiae repugnet, fatendum est aliam esse causam reflexionis luminis diversam ab impactione radiolorum in superficies corporum opacorum.

Fig 39.

Fig 40.



2do, accuratissima experimenta edocent reflecti quandoque luminis radios, antequam ad corpora pervenerint, et solidas eorum partes attigerint. Sit n, Fig 39, Crystallinus cubus A B, in cujus superficiem A incidant radii luminis. Certum in primis est nonnullos radios reflecti a superficie A ad oculi retinam quin ipsam superficiem A ne leviter quidem attigerint. Certum est 2do aliquos radiolos penetrare eandem superficiem, intra cubum irrumpere, dispergi per internas crystalli particulas, et motum tandem amittere: Certum est 3tio aliquam partem lucis penetrare superficiem A, moveri ad internas usque partes C, sed a C retrocedere in reflectis ad oculos nostros. Certum est 4to, nonnullos radios transire per A, per C, per B ad oppositum aerem B. Certum denique est majorem illorum partem, prupta superficie A, toto penetrato cubo, ipsaque opposita superficie B, redire ad eandem superficiem B, praeterire rursus crystallinum cubum, et per superficiem A ad oculi retinam reflecti. Jam vero consideremus duntaxat ultimos hosce radios qui penetrata superficie B, priusquam aeri occurrerent, reflecti coguntur versus eandem superficiem B, et rursus, toto penetrato cubo, per superficiem A ad nos feruntur. Quum hujusmodi radii post transitum superficiei B retrocedant ab aere in B, nequidem impegerint in solidas aliquas aeris partes, quae eos repercusserint, et ad reflexionem coegerint. Nam si prupta superficie B, non aerem invenissent, sed aquam, tunc maxima radiorum pars in aquam penetrasset, et nonnisi minima eorum pars reflexa fuisset. Si itaque ab aquae superficie non reflectuntur radii luminis, licet aqua sit octingentis circiter vicibus gravior, et solidior aere; manifestum est a solidis corporum partibus haudquaquam reflecti radios luminis.

Sed, ut clarius id pateat, atque evidentius, sit. Fig. 40, vitreum prisma A B, quod in obscuro cubiculo ita exponitur sit radiis luminis per exiguum foramen transeuntibus, ut radii incidentes in superficiem B constituant una cum perpendiculari C D acutum angulum 40 gradibus majorem. Hujusmodi radii, experientia teste, postquam totum compenetrarunt Prisma, per aerem tamen non transeunt, sed per curvam ferme incurvaturam intrant per oppositam partem in vitrum, eodem instanti, quo exeunt e quo posito experimento, ita arguimus, tamquam solida superficies aeris C non equidem in causa est, ut radii luminis, prupto toto prismate B, reflectantur ad idem prisma per B F. Nam si radii luminis (quod experientia partim confirmat) penetrabant aerem C, quando per prisma minus oblique incidebant cur, quaeso, eundem non penetrant aerem, quum in ipsum decidunt cum obliquitate 40 v. g. graduum, et 19 minutorum? An major est densitas in aere, quam in vitreo prismate? An major erit quantitas materiae aeris, quam prismatis? Quum aer bis mille et quadringentis circiter vicibus sit rarior, adeoque vitreo prismate levior, certum est, debuisse luminis radios transire per aerem C bis mille, et quadringentis circiter vicibus facilius, quam per Prisma A B. Sed radii luminis superficiem aeris C non perrumpunt, imo reflectuntur confestim ad vitreum prisma. Asserendum itaque est reflecti radios a vi quadam, quae viribus aeris sit bis mille quadringentis vicibus major; adeoque reflexionem luminis neque a solidis aeris particulis, neque a solidis ceterorum corporum superficiebus, tamquam a vera, et propria causa, proficisci.

3tio, manifestum est haberi etiam in vacuo luminis reflexionem. Nam in eodem experimento de vitreo prismate, incidentes radii ad angulum 40 graduum, et 19 minutorum, et penetrantes totum prisma in maxima parte feruntur versus eandem planitiem, ubi inveniunt aquam, vix minima eorum pars versus eandem partem fertur, ubi occurrunt in aerem, omnes autem reflectuntur ad prisma per oppositam partem F, ubi incidunt in spatium vacuum. Quare si ab ipso vacuo reflectitur lumen, satis demonstratum est, ideam reflexionis non esse repetendam ab impactione radiorum in partes solidas, et impuras corporum sive opacorum, sive pellucidorum, quemadmodum ante Newtonum universi Philosophi existimarunt.

Dicent I. Corpora omnia majorem repercutiunt et mittunt ad oculos nostros luminis copiam, quo politiores, solidioresque fuerint eorum superficies; minorem vero repercutiunt, quum minus solidae fuerint eorum superficies. Sic crystallinum speculum propter maximam sui superficiei multitudinem pororum vix aliquos reflectit luminis radios, et transitum inventi eorum parti facile concedit, Idem autem speculum in exteriori sui facie stanneo plano tectum, quo externum sit ac, aeris omnes ad oculi retinam reflectit luminis radios. Confirmatur. Quo corpus majores rarioresque habuerit poros, eo magis erit pellucidum. Transitus ergo luminis petendus est a corporum vacuolis; reflexio vero luminis sive major, sive regularior a majori copia, et magis laevigata superficie partium solidarum corporis.

R. solidiora, et politiora specula majorem ad nos reflectere copiam luminis, neque tamen haberi reflexionem per impactionem luminis in partes solidas, et, quantum fieri potest, politas speculorum. Nam primo, quum certum sit reflecti radios luminis a planis speculis per angulos reflexionis aequales angulis incidentiae; plana autem specula, ex demonstratis, utcunque tersa, atque polita, sint semper congeries inordinata montium, atque vallium; fieri non posset tam ordinata reflexio luminis, si fieri deberet per impactionem radiolorum in particulas tam inordinatas, tamque asperas speculorum. 2do, quum demonstratum sit, reflecti quandoque lumen, cum in ...

ticulæ corporum non attigerint superficies, imo reflecti in spatio ipso vacuo. Nam certum est id veram omnino esse causam reflexionis ab impactione in solidas corporum particulas, ut, attentis accuratissimis experimentis, nullum occurrere possit, quo videri dubium, nisi ipsam evidentiam in dubitationem revocet. Exemplum illud a vitreo speculo petitum nullius roboris est. Nam si in vitreo speculo maxima transit lux ab eodem vero speculo, cui in opposita superficie impositum sit argentum vivum, omnes fermè reflectuntur ad retinam luminis radii, inferendum duntaxat est lumen penetrare quandoque corpora, ubi maximam in iis invenerit pororum copiam in rectis dispositam lineis, nunquam vero penetrare corpora, ita ut ea constituat pellucida, quum propter injectam mole crassitiei solidam esse texturam, ut vix poros aliquos obtineant in rectis lineis constitutos. Diximus lumen quandoque penetrare, ubi recti fuerint in corporibus pori; nam in hoc casu non semper penetrare, sed aliquando a corporibus reflecti, patet ex adductis superius experimentis et usque notatis, ita argumentamur. Sive corpora fuerint densa, sive rara, sive pori sint rectilinei, sive curvilinei, sive maximi, sive minimi, reflectitur tamen lumen. Ergo tam reflectitur a partibus corporum solidis, quam a vacuis. Ergo impactio luminis in partes corporum solidas non est causa reflexionis. Ad confirmationem de haustam tenebras reponeo. Ceterum, corpora non evadere magis pellucida per majorem pororum sui quantitatem, id exterius ostendit, siquidem candida, munda, et sicca alba charta, quæ maximis prædita poris omnes fermè reflectit luminis radios, ut verè sit corpus opacum; ex quibus vero pestura poris, quum est inuncta oleo, vix lumen reflectit, ut praeter eam propterea transeuntis luminis copiam evadat corpus quammaxime pellucidum, quod etiam in tela, sale, aliisque corporibus quotidie animadvertimus.

Dicent 2do. Corporum reflexio provenit ab elasticitate corporum congredientium. Sed lumen est corpus quammaxime elasticum. Ergo per impactionem in solidas corporum superficies reflectitur.

Resp. concedere nos totum hoc argumentum, quo quum utuntur Adversarii, quæstionem non attingunt. Fatemur nos lumen esse corpus quammaxime elasticum: non ignoramus congredientia corpora elastica reflecti per elasticitatem suam. Si lumen impingeret in solidas corporum superficies, reflecti lumen concederemus per elasticitatem tum luminis cum aliorum corporum congredientium. Verum, quia ex demonstratis, habetur luminis reflexio a ceteris corporibus quum nullus habetur congressus, suspicari non possumus congressum ipsum, seu impactionem luminis in partes solidas corporum esse causam ipsam reflexionis. Quod erat demonstrandum.

Corollarium 1.

Hinc statuere cum Newtono possumus non aliam esse causam reflexionis in lumine, quam vim quandam per totam corporum superficiem æquabiliter diffusam, qua scilicet ita corporum superficies agant in incidentes luminis radios, ut illos tamen immediatè non contingant. Ad versus hoc corollarium plura opponi possent ex vi gravitatis, et attractionis, sed præter ea, quæ suo in loco diximus, illud velut certum haberi posse putamus, non repugnare nimirum vim quandam repulsionis in corporibus respectu luminis. De quo dicunt vim hanc repulsionis in spatio vacuo concipi non posse, quum tamen etiam in vacuo reflectantur luminis radii, ut patet in experimento vitrei prismatis, quod in probatione adduximus, respondendum esset omni reflexioni illam a viribus attrahentibus ipsius prismatis, scilicet a vi attrahente oppositæ vitreæ superficiei. Præterea quum ita reflectantur radii luminis ad oppositam vitri superficiem, ut curva linea reflexionis vix sit sensibilis.

Corollarium 2dum.

Radius quicumque luminis versus politam et planam speculi superficiem incidens ea constanti lege reflectitur, ut angulus reflexionis sit angulo incidentiæ æqualis.

Fig. 4.



Aristoteles, Vitellio, et quamplures alii Philosophi nonnullas ad hanc rem conficiunt demonstrationes, quæ tamen nihil evincere videntur. In radio luminis versus speculum planum incidente æqualem esse angulum reflexionis angulo incidentiæ tum experientia suademur, tum aliis rationibus evidentibus. Quum de motu corporum reflexo egimus, aliqua proposuimus argumenta, quibus, majoris claritatis gratia, sequens etiam demonstratio communis fere accedat. Motus directus radii E B, Fig. 4, ex duobus componitur motibus, horizontali nimirum æquabili secundum rectam E X, et verticali pariter æquabili secundum rectam E C; movetur itaque lumen, dum in planum incidit C D, veluti per diagonalem Rectanguli E C B X, cujus latus C C vim metitur directionis verticalis E C, et latus E X vim directionis horizontalis E X. Quum igitur planum C D motui non obsistat horizontali, sed verticali duntaxat, per vim repercussivam plani C D non mutabitur in radio E B determinatio horizontalis, sed tantum verticalis: et quia radius luminis E B quammaxime est elasticus, quemadmodum non comprimetur, nisi secundum rectam E C, ita secundum eamdem duntaxat fiet illius restitutio, directione horizontali X A eadem prorsus manente. Movebitur propterea lumen in regressu secundum rectam B A diagonalem Rectanguli X B D A, quemadmodum in accessu movebatur per diagonalem E B Rectanguli E C B X. Est autem latus B X æquale lateri E C, quum velocitas reditus, propter luminis perfectam elasticitatem, velocitatem descensus perfectè æquet. Ergo latus A D, quum sit æquale lateri B X, latus quoque E C exactè æquabit. Sunt autem æqualia etiam duo latera E X, X A, quum determinatio horizontalis eadem quoque in regressu permaneat, et lumen moveatur æquabiliter. Ergo æqualia pariter erunt inter se duo latera C B, B D. Duo idcirco Triangula A B D, E B C habebunt duo latera duobus lateribus æqualia. Æquales sunt autem etiam anguli A D B, E C B, quum uterque sit rectus. Erunt et basis A B basi E B æqualis, et totum Triangulum A B D toti Triangulo E B C, proindeque angulus reflexionis A B D angulum incidentiæ E B C æquabit.

Corollarium 3tium

In reflexione luminis a planis, atque politis corporum superficiebus anguli inclinationis radiorum directi, et reflexi sunt æquales. Sint enim, Fig.ª præcedenti, radius directus E B, et reflexus B A et recta X B puncto incidentiæ, et reflexionis B ad perpendiculum insistat, adeoque anguli inclinationis sint E B X, X B A. Itaque quum recta X B posita sit perpendicularis rectus erit uterque angulus X B C, X B D; ac proinde alter alteri æqualis. Æquales autem sunt per 2dum Corollarium etiam duo anguli E B C, A B D. Ergo etiam ablatis, reliquus X B E reliquum X B A æquabit.

Propositio 2da. Radius luminis obliquè transiens a medio rariori in densius refringitur accedendo ad perpendicularem, transiens verò a medio densiori in rarius refringitur recedendo a perpendiculari.

Propositio ex constanti experientia demonstratur. Nam si radius luminis E B, eadem Fig.ª, obliquè transiens ab aere E A C D in aquam C D G F, quæ majori, quam aer, densitate pollet, non progreditur per rectam B F, sed ab illa deflectens accedit ad viam, sive ad perpendicularem B H, percurrens rectam B K. Quod si radius K B ab aqua in aerem exiliat, sic refringitur, ut a perpendiculari B X recedat, propagatur in aerem secundum rectam B E.

Corollarium.

Refractio radiorum luminis omnino contraria est ceterorum corporum refractioni. Nam cetera corpora refringuntur ad perpendicularem, quum transeunt a medio densiori in rarius, refringuntur vero a perpendiculari, quando transeunt a medio rariori in densius, quod, spectata vi inertiæ, seu majori, vel minori mediorum resistentia, aucta vel minuta refracti corporis velocitate, necessario consequitur.

Propositio 3tia. Luminis refractio oritur ab attractione mediorum, quae permeant.

Propositio demonstratur. Nisi vires attractrices corporeorum mediorum luminis refractionem producerent, eodem modo refrangeretur lumen, quo caetera corpora. Nam quia caeterorum corporum refractiones non pendent ab attractionis viribus corporum, quae transeunt, sed ab eorum resistentia, quae semper proportionalis quantitati materiae; sicuti caetera corpora in transitu a medio densiori in rarius accedunt ad perpendicularem, propterea quod in medio rariori minorem inveniunt resistentiam, in transitu vero a medio rariori in densius recedunt a perpendiculari, propterea quod in medio densiori majorem inveniunt resistentiam; ita prorsus refrangi deberent radii luminis, si exclusis viribus attrahentibus, easdem haberent cum caeteris corporibus causas refractionis. Sed, experientia teste, refrangitur lumen a perpendiculari, quum transit a medio densiori in rarius, et transit ad perpendicularem, quum a medio rariori transit in densius. Ergo non aliunde proficiscitur refractio luminis, quam a diversis viribus attrahentibus mediorum semper quantitati materiae proportionalibus.

Dicent 1. Cartesiani refractionem luminis oriri a majori vel minori facilitate, quam habet, discurrendi per poros mediorum, atque quia major inest lumini facilitas penetrandi meatus densiorum mediorum, quam rariorum, accedit ad perpendicularem, quum transit a medio raro in densum; recedit vero, quum a denso transit ad rarum.

R. majorem hanc, vel minorem luminis facilitatem non esse causam illam refractionis, quam nos, uti Physicos decet, inquirere debemus. Concedi posset Cartesianis, luminis radios facilius penetrare corpora densiora, difficilius rariora; sed rursus quaerendum esset, unde nam major, vel minor illa facilitas proficiscatur; adeoque deveniendum semper foret ad majores, vel minores corporeorum mediorum vires attractivas. Caeterum, si proprie loqui volumus, nimis ratione, atque experientiae repugnat major illa, vel minor luminis facilitas. Nam qui concedi posset ibi majorem esse facilitatem, ubi major est vel resistentiae superanda, et minor pororum copia, ibi vero minorem esse facilitatem, ubi major est quantitas pororum, et minor superanda vis resistentiae?

Dicent 2do cum Barrowio majorem potius, vel minorem difficultatem transeundi per corporum poros esse causam refractionis luminis; quod ita demonstrare contendunt. Sit fig. 42. Rectangulum ABCD sectio radii luminosi ab aere in aquam superficiem KC oblique incidentis. Punctum extremum C ad aquam superficiem KC perveniet, dum alterum ipsius radii extremum D adhuc in aere versabitur. Quum ergo magis aqua, quam aer penetranti corpori resistat, majorem denique difficultatem in suo motu habebit punctum C, quam punctum D, adeoque minus spatium in aqua percurret, quam eodem temporis intervallo punctum D in aere conficiet. Quare punctorum C, D progressio per illa media inaequaliter resistentia, quae eodem tempore perficitur, erit velut per duos arcus similes DE, CH circa idem punctum N, veluti centrum descriptos, radiisque ND, NC comprehensos. Itaque si super latere HE lateri CD aequali fiat aliud Rectangulum HGFE, id considerari poterit veluti sectio radii per aquam diffusi, quae ... ostendit, quod radius BD obliquus ..., dum aquae superficiem superabit, totus intra illam deinceps fiet. Quod ego duo latera CD, HE triangulorum DCE, HEC posita sint aequalia, et latus CE sit utrique commune, basis autem DE sit major base CH, erit angulus DCE major angulo CEH. Sunt autem duo anguli BCD, HEF, utpote recti, inter se aequales. Ergo totus BCE major erit toto CEF. Quamobrem, ducta perpendiculari, ... ambas refractiones, et incidentiae et ..., demptisque rectis angulis LCE, CEM, erit reliquus BCL, nempe angulus inclinationis radii incidentis ABCD major reliquo, angulo scilicet MEF radii refracti HGFE; ac proinde radius luminis in transitu ex medio rariori in densius refrangitur accedendo ad perpendicularem, ob minorem facilitatem, qua per medium densius propagatur. Contraria vero ratione, dum e medio densiori erumpit in rarius, refrangitur, recedendo a perpendiculari; quia quum medium rarius ... minus resistat, facilius atque citius alterum erumpentis radii HGFE extremum C ... movetur, adeo ut arcum CD percurrat, dum interea alterum illius extremum H ... minorem arcum HC in medio densiori progreditur.

R. Barrowii sententiam, et demonstrationem omnino corruere, attentis iis, quae generatim de refractione corporum suo loco diximus. Certum quippe est corporum refractionem semper fieri a perpendiculari, quando velocitas incidentiae majore velocitate emergentiae, seu quando inferioris medii, ad quod prorumpit, majores habet resistentiae vires, quam superius medium incidentiae; tum vero semper ad perpendicularem, quando velocitas incidentiae minore velocitate emergentiae, quando nimirum superius incidentiae medium minus resistit descendenti corpori, quam inferius medium emergentiae. Atqui ita refrangitur radius luminis, ut in transitu a medio rariori in densius accedat ad perpendicularem, in transitu autem a medio densiori in rarius recedat a perpendiculari; manifestum est majorem inesse lumini velocitatem, quum fertur per medium densius, minorem, quum transit, ut interea ... vires ... luminis rarius emergentis medium, minus resistat densiori. Non ergo refringuntur a perpendiculari radii luminis propter minorem facilitatem, qua per media densiora propagantur. Nam, quomodo minor conciperetur facilitas, ubi minor concipienda est resistentia medii, et major in refractis radiis velocitas? Quod si dixerit Barrowius, resistentiam esse proportionalem quantitati materiae, adeoque fieri non posse, ut minor sit resistentia medii densioris, quam rarioris; respondendum est ita se rem habere, si in mediis densioribus, aut rarioribus inertiae duntaxat vires attendimus, ut de caeterorum refractione corporum locuti sumus. Quoniam vero in refractione luminis resistentiae non apparent quantitati materiae proportionales; statuendum est alias esse in rebus corporeis, praesertim densis luminis vires, quae cum sint densitati mediorum proportionales, et versus eandem planam fortiorem conatum exerant, efficere possint, ut vires inertiae via aliquem sensibilem effectum edant: eo fere modo, quo ... corpus inaequalibus viribus, oppositis in directionibus ita cedit majoribus viribus tendens directione AB, ut cum ... propulsetur opposita directione BA cedentes minores oppositis viribus nullum sensibilem obtineant effectum.

Demonstratio illa Barrowiana, utcumque ingeniosa, nihil probat minorem in lumine facilitatem penetrandi media densiora, quam rariora. Nam primo falsa assumit hypothesim Barrowius, quam nos non ita facile admittimus; quod quaestio sit de radio luminis, cuius particulae eodem sensibili fere momento temporis ab uno ad aliud medium transeant, non de radio luminis tanta latitudine ut dicto, ut dum aliquae illius partes aquae superficiem perrumpant, aliae oppositae partes adhuc in aere versentur. Nemo non videt radium BC AD ad punctum C, seu radii BC non eandem esse obliquitatem incidentiae quam superficiei aquae KC cum obliquitate incidentiae radii BC ad candem superficiem. Quid enim mirum, si angulus inclinationis radii incidentis AC, scilicet BCL, majorem angulo MEF radii refracti BC. 2do id tantum evincit argumentum Barrowianum, quod lumen in medio rariori magis recedat radius luminis a perpendiculari, in medio autem densiori magis accedat ad perpendicularem. Sed quis unquam inficiatus est hoc luminis phaenomenon? Quaerimus nunc, quaenam sit causa hujusmodi refractionis; eam vero supponunt utique in sua demonstratione Adversarii, sed nulla ratione hactenus probarunt, quod ex vi resistentiae mediorum majore illa, vel minore luminis difficultate pro causa refractionis excogitarunt. Caeterum, argumentis Barrowii, ut quisque videt, probaret refractionem luminis non esse diversam a refractione caeterorum corporum. Nam si lumen difficilius transit per medium densius, quam per rarum, jam imminuta eius velocitate, recedere deberet a perpendiculari, quod est contra experientiam. Non alia itaque est vel causa refractionis, quam vis attrahens mediorum superans, infringensque resistentiae vires, quae quum, exceptis quibusdam corporibus oleosis, semper sit proportionalis quantitati materiae, praeterea fit, ut a medio densiori magis

Fig. 42.



attracti luminis radii accedant ad perpendicularem, per ius attracti a medius rariorij recedant a perpendiculari.

Caput 3tium

De Reflexione luminis a superficie speculorum diversę figurę, deq. eiusdem luminis Refractione per Lentes diversę figurę.

Speculum dicitur quodcumq. corpus opacum, cujus superficies tersa, atq. polita est.

Punctum speculi, in quo reapse uniuntur radii luminis reflexi, dicitur focus realis; Punctum verò, in quo unirentur radii, si ultra speculum rectà procedere possent, dicitur focus imaginarius.

Lentis nomine intelligitur crystallus purgatissima certa figura donata, qua luminis radii excipiuntur.

Lens convexo-convexa vocatur, quę duplici convexa superficie concludit. Hęc propriè lens dicitur, utpote instar lentis conformata [illegible]

Lens plano-convexa, quę etiam semilens nuncupatur, est illa, quę ex una parte planam, ex altera convexa superficie terminatur.

Lens concavo-concava est illa, quę ex utraq. parte concavam habet superficiem.

Lens plano-concava ea dicitur, quę ex una parte planam ex altera concavam habet superficiem.

Lens convexo-concava, sivè meniscus est illa, quę duplici superficie clauditur, quarum una concava est, altera convexa.

Lens tandem plano-plana est vitrum ex utraq. parte plana superficie contentum.

Diameter convexitatis, vel concavitatis lentis est diameter illius sphęrę, cujus ipsa lens est segmentum.

Axis lentis est linea recta, quę per centrum transiens convexitatis, vel concavitatis ipsius lentis, ad perpendiculum insistit superficiebus, quibus lens ipsa comprehenditur.

Basis ordinata, sive distinctionis vocatur spatium illud, quod ea omnia excipit puncta, in quibus fit unio radiorum, qui a totidem punctis objecti provenientes lentem subeunt, ejusq. ope simul iterum colliguntur. Positis hisce Definitionibus, sequentia proponimus Theoremata ad reflexionem, et refractionem luminis spectantia.

Primum. Radii ex eodem lucidi corporis puncto in diversas speculi plani partes incidentes, non reflectuntur ad idem punctum. Radii incidentes paralleli in speculum planum, paralleli pariter reflectuntur.

2dum. Si corpus lucidum fuerit in centro speculi Concavo-~~[illegible]~~ sphęrici, omnes illius radii in speculi superficiem concavam incidentes, in se ipsos reflectentur.

3tium. Radii luminis hinc inde ab axe in concavam speculi superficiem incidentes paralleli tum inter se, tum ipsi axi, et ab axe ęquè distantes, uniuntur post reflexionem in uno communi Axis puncto.

4tum. Si luminis radii in speculum concavo-~~[illegible]~~ sphęricum incidentes paralleli quidem fuerint inter se, non autem axi speculi, uniuntur extra axim, ad dexteram scilicet, qui veniunt a sinistra; ad sinistram verò, qui a dextera proficiscuntur.

5tum. Si luminis radii speculo concavo-~~[illegible]~~ sphęrico excepti convergentes fuerint, eorum focus propior erit superficiei speculi, quam sit focus radiorum, qui paralleli in eadem puncta incidunt. Radii autem a se mutuò divergentes in concavam sphęricæ speculi superficiem incidentes focum habent viciniorem centro speculi, quam haberent, si in eadem speculi puncta inter se paralleli inciderent.

6tum. Radii incidentes paralleli in superficiem speculi Convexo-sphęrici, a se mutuò divergentes reflectuntur.

7mum. Radii, qui a se mutuò divergentes in convexam speculi superficiem incidunt, magis distrahuntur in reflexione, quam radii paralleli. Ex his manifestum est, cur solares radii concavo speculo excepti adeo intensum calorem producant, ut ligna, aliaq. sulphurea corpora eo in loco posita flammam concipiant. Solis enim radii quum ob nimiam a speculo distantiam haberi possint veluti physicè paralleli, concavo speculo excepti in uno communi puncto colliguntur. Contra verò nulla fit combustio ope speculi plani, vel convexi, quia neutrum eorum subsidio nulla solarium radiorum collectio efficitur.

8. Luminis radii lente convexo-convexa, vel plano-convexa excepti, atq. in ea refracti, si paralleli fuerint inter se, in uno communi puncto ultra lentem uniuntur. Id porrò erit discriminis, ut lente convexo-convexa citius unionem radiorum parallelorum efficiatur, tardius verò, seu longius ab ipsa lente, si lens fuerit plano-convexa.

9. Luminis radii incidentes in Lentem convexo-convexam, vel plano-convexam paralleli tum inter se, tum axi ipsius lentis, uniuntur ultra lentem in puncto Axis. Sed radii, qui ea ratione lentem convexo-convexam, vel plano-convexam ingrediuntur, ut inter se paralleli quidem sint, minimè verò axi ipsius lentis, non concurrunt ad axem, sed extra illum simul in eodem puncto copulantur, ad dexteram scilicet, qui fluunt a sinistra, ad sinistram verò, qui a dextera proficiscuntur.

10. Radii luminis, qui a singulis punctis objecti lucidi valdè a Lente convexo-convexa vel plano-convexa distantis in ipsam lentem incidunt, in totidem punctis ultra lentem simul uniuntur. Quo major autem erit distantia objecti a lente, eò minus quoq. inter se distabunt foci radiorum, qui a singulis objecti punctis fluentes lentem ipsam ingrediuntur.

11. Si Lens convexo-convexa fuerit veluti ex duobus ęqualibus ejusdem sphęrę segmentis composita, focus radiorum, qui inter se paralleli lentem ipsam ingrediuntur, integra semidiametro a lente distabit, adeout in centro convexitatis omnes proximè uniantur, qui paralleli tum inter se, tum lentis axi in lentem incidunt. Hinc quo lens convexior fuerit, eò citius radii paralleli in eam incidentes, simul in puncto convenient, seu minor erit distantia foci, ac proinde totius quoq. basis distinctionis ab ipsa lente.

12. Luminis radii paralleli tum inter se, tum axi lentis concavo-concavę, vel plano-concavę, in quam incidunt, ea ratione in illius transitu refranguntur, ut a se mutuo divergentes ex illa erumpant.

13. Luminis radii inter se paralleli lentem plano-planam parallelis superficiebus contentam subeuntes, inter se quoq. paralleli ex illa erumpunt. Plurima alia sunt Theoremata, quę in hac re omittimus. Ea legere quisq. poterit ~~[illegible]~~ apud omnes Philosophos, qui de Optica accuratius scripserunt.

Caput 4tum

De Natura Colorum

Coloris nomine quum utimur, ęquivoca admodum voce utimur; non secus ac, quum odorem, saporem, calorem aliasq. corporum sensibiles qualitates nominamus. Nam color et animę affectionem significat ab actione colorati corporis ~~productam~~ excitatam, et vim ipsam, seu facultatem, qua preditum est corpus coloratum ad excitandas in nobis hujusmodi sensationes. Porrò varię sunt quoad naturam colorum,

Philosophorum opiniones.

Aristoteles colorem definiens id quod movet perspicuum actu ex causa sua, ut Arabes, et Scholastici Peripatetici a Formis substantialibus entitates confingentes, colorem conceperunt veluti entitates quasdam absolutas opaco corpori impressas, eique inhaerentes, quae luminis subsidio species, quas vocant intentionales, arcana quadam propagatione per medium diaphanum ad oculum diffusas, et in eo receptas, [illegible] ejus organum ea ratione afficerent, ut in anima jucunda coloris sensatio excitaretur.

Cartesius, quemadmodum lumen consistere putavit in sola motione, pressioneque rectilinea globulorum 2di elementi; ita colores consistere non aliunde, quam ex motu recto, et circulari horum globulorum oriri opinatus est, adeo nimirum ut, si hujusmodi globuli validius circa proprium axim, quam in recta linea ferantur, atque ita moti oculi pupillam subeant, et retinam afficiant, rubri coloris sensationem excitent, flavi, si tantum paulo celerius circa centrum, quam recto motu ferantur, caerulei, si motus rectilineus circularem motum exsuperat: et sic deinceps.

Rizzettus aliam invenit de ratione, et origine colorum hypothesim. Contendit enim colores omnes non differre a luce fusco velo obducta et quodammodo obtenebrata, vel ab umbra lucido velo tecta; quae fusco velo obductam vult esse flavum, et rubrum, umbram vero lucido velo tectam caeruleum, et violaceum. Hinc illos claros, hos obscuros colores appellat. Omnino flavum differre a rubro, et violaceum a caeruleo, quatenus medii pellucidi vis minor est, vel major; ita ut flavus fit ruber albicans, et violaceus caeruleus nigricans. Porro, quemadmodum, si clarum, et obscurum seorsim sumantur, a primo producitur color album, a 2do niger, qui proinde simplices vocandi sunt, ita si clarum, et obscurum conjunctim accipiantur, altero vices gerente fundi opaci, altero medii pellucidi, quatuor illi colores, quos modo recensuimus, exsiliunt, quos primarios, sive compositos primi ordinis vocat. Caeteros vero, nempe viridem, et vinosum ex his oriri existimat, viridem scilicet ex iis, qui faciunt flavum, et caeruleum, vel flavum et violaceum; vinosum vero ex iis, qui rubrum faciunt, et caeruleum, vel rubrum, et violaceum. Hinc viridem, et vinosum colores 2darios, vel compositos 2di ordinis appellat.

Ante Rizzettum Boyleus, Malebranchius, Faber, nuper vero Funckius, et Fortunatus putant colores omnes a luce modificata minime distingui. Modificationem hanc lucis consistere opinantur in certa quadam mixtione ejus lucis cum umbra orta vel ex textura corporis opaci, a quo lumen in oculos reflectitur, vel ex majori, minorive pelluciditate medii, per quod lumen trajicitur.

Newtonus denique in tota sua Optica ita de colorum ratione, atque origine disseruit, ut illius Theoria omnes fere induxerit Europae Academias ad rejiciendas in hac re hypotheses caeterorum Philosophorum. Demonstravit autem inprimis Newtonus quemlibet luminis radium esse veluti fasciculum radiolorum, seu constare ex particulis heterogeneis, quarum singulae proprio colore sunt donatae. Heterogeneae istae luminis particulae, seu radioli componentes integrum radium, sive fasciculum luminis sunt septem; primus scilicet radiolus ruber, 2dus aurantius, 3tius flavus, 4tus viridis, 5tus caeruleus, 6tus purpureus, 7mus violaceus. His positis, docet hujusmodi primigenios, coloratosque luminis radios constituere colores universos in corporibus, quae diversimode colorata conspiciuntur; ita ut septem omnes primigenii radii certa proportione commixti in corporibus procreent albedinem, singuli, aut seorsim, aut cum aliis uniti constituant caeteros colores; nigredinem tandem faciat aut nulla, aut fere nulla reflexio radiolorum. Ita autem suam explicat sententiam vir summus Lib. 1 Optices, Parte 2da, postquam statuit triplici modo considerare posse colores, scilicet primo prout coloratis objectis insunt, 2do prout videntur in radiis solis, 3tio prout nostrum afficiunt visionis organum. Quandocumque lumen, sive radios coloratos, vel coloribus imbutos dicere videar; id non pro ita dictum velim, ut non philosophice, et proprie, sed ad vulgus id dictum intelligatur, sive congruenter ideis illis, quas vulgus quum hujusmodi experimenta videant, sibi in animo fingere solent. Etenim radii, si proprie loqui volumus, non sunt colorati. Inest in iis nihil aliud esse, nisi potentia quaedam, seu dispositio; qua ita comparati sunt, ut sensum hujus, vel illius coloris in nobis excitent. Quemadmodum enim sonus in Campana, aut chorda musica, aut quovis sonante corpore, nihil aliud est, nisi motus quidam tremulus; et in aere, nihil aliud, nisi motus ille a corpore sonante propagatus; In sensorio autem, sensus motus istius sub forma soni: sic colores in rebus quae sunt objectis nihil aliud sunt, nisi dispositio, qua ita ipsae hos, vel illud genus radiorum copiosius, quam caetera reflectunt; et in radiis nihil aliud nisi dispositio, qua illi hunc, vel illum motum ad sensorium transmittunt. In sensorio autem, sensus motuum istorum sub forma colorum.

Propositio 1. Colores non sunt absolutae quaedam entitates corporibus opacis inhaerentes, quae per medium diaphanum, luminis subsidio ad oculum diffundantur, et in eo recepta ea ratione afficiant retinam, ut colorum in anima [illegible] sensatio excitetur.

Pro 1. Propositione. Nulla absoluta entitas ex eo precise destrui, vel produci potest, quod corpus, cui inhaeret, validius agitetur, vel in pulverem redigatur. Atque hac ratione certum est unionem duntaxat perimi, qua interiores ipsius moleculae simul colligatae detinentur. Sed per solam agitationem corporis, vel attritionem, si diaphanum est coloratum evadit, et si aliquo colore pollet, illum deperdit, et alterum ab eo diversum colorem acquirit. Ergo color non est entitas aliqua absoluta, quae opaco corpori inhaerens ipsum coloratum efficiat, et oculos nostros arcana quadam propagatione subeat.

Pro 2do Propositione. Quum objectum coloratum longe semper a spectatoris oculo positum sit, concipi non potest, quomodo entitas illa, in qua coloris ratio statuitur, visus organum realiter subeat, ut inde anima objectum visum vel sic coloratum percipiat. Non enim est, quod asserant Peripatetici, ab objecto colorato species quasdam quaquaversus transmitti, quibus potentia visiva ad coloris perceptionem determinatur. Nam primo species illae, quum sint natura sua penetrabiles, impares prorsus sunt, ut fibras reticularis membranae impellant, sicuti ratio requirit, ut efficiatur sensatio: 2do quum objecta colorata [illegible] a Peripateticis veluti absolutae entitates, non video qua ratione nocturno etiam tempore colorum species in medio diaphano, ipsoque oculo absenti non producantur.

Pro 3tio Propositione innuitur observationibus. Nam primo certum est somniantes cernere colores, aeque ac vigilantes. Putant enim se videre imagines hoc vel illo colore praeditas, obductis tum sive lecti, sive oculorum cortinis. 2do certum est videre nos clausis oculis quasdam veluti coruscationes fulguris, exiguasque vividas flammas, quum vel in oculis, vel in parte aliqua capitis gravem ictum accipimus: similes eas apparitiones possunt concipere, quum motus non ab externo aliquo ovo, sed a re aliqua intra corpus nostrum contenta proficiscuntur. Insoliti frequenter, qui hinc, atque illinc in capite vagantur, vel propagata cujuscumque externae corporis partis concussio producere possunt circa interiores nervi optici extremitates talem motum; qualis ibidem producitur, quando lucis solaris in retinam ictus in causa est, ut hunc, vel illum colorem videamus. Robertus Boyleus in sua experimentali historia colorum Cap. 1 plura ad hanc rem profert exempla, ex quibus duo nos seligimus. Egregia, et prudens admodum Domina, inquit Vir ille, mihi narrabat aliquo abhinc tempore sibi cum aliis sermocinanti subito omnia objecta, quae intuebatur apparuisse inusitatis coloris imbuta, alia hoc, alia illo, sed omnia tam splendidis, vividisque, ut capta eorum fuisset delectatione, quam admiratione, nisi apparitionis duratio ipsi metum injecisset, eam insignorem aliquam in valetudine sua alterationem portendere. Ubi equidem postridie hystericis, et hypochondriacis passionibus adeo vehementer fuit correpta, ut inde in aliquot dierum delirium, imo notam paralysin, durante isto tempore, conjiceretur. Quum esset in oppido quodam, inquit idem Boyleus, ubi pestis magnam vastitatem induxerat, suscitaretque eminentem quandam virum, qui absque multa hesitatione laborantes illa la-

[illegible], ne [illegible] morbi [illegible], qui tantam [illegible] stragem ediderant, [illegible] alia, se posse plures [illegible] gros enumerare, ad quos, [illegible] ad lecto se [illegible], ubique sentirent evidentia symptomata se peste [illegible] [illegible] rat, ex peculiari hac observatione, quod vocati narrarent ipsi [illegible], nominatimque se [illegible] ipsius apparere sibi [illegible] distinctis coloris decorata [illegible] colores [illegible], ipse alia aliis succedentia: [illegible] affirmabat unum ex maxime [illegible], quae ac primis symptomatis, quo pestis se prodebat. Cumque rogarem, quamdiu ipse solerent hunc in modum affici, respondit se [illegible], [illegible] dies unum circiter. Hactenus Boyleus, cujus positivis observationibus hoc argumentum conficimus: clausis oculis, nocturno tempore, atque in tenebricoso cubiculo nullo praesente aut sensorium movente externo corporeo objecto, videmus plerumque colores; colores ergo haberi non possunt veluti absolutae entitates inhaerentes corporibus, quae colorata nuncupamus.

Dicent 1. Colores corporum per tactum discerni possunt: sunt ergo entitates absolutae corporibus inhaerentes. Ant. probant gravissimis Philosophorum testimoniis. Nam primo Grimaldus Lib. 1 de Lumine, propositione 43 fatetur venisse ad Aulam [illegible] hominem quemdam, qui, elevatis quantumlibet oculis, et capite aliorsum verso, quidquid [illegible] solo tactu enuntiabat, quo illud colore tinctum esset; singulare vero [illegible] specimen dedit in velo serico, quod variis [illegible] colores. [illegible] Grimaldus alium se cognovisse testatur, qui taneth [illegible] colores quorum solo tactu discernebat. 2do, Honoratus Faber in [illegible] de coloribus propositione 77 refert se vidisse [illegible] ea facultate praeditum, ut diversa [illegible] quoad diversos colores [illegible] discerneret: Idemque de [illegible] comite [illegible] narrant Kerckmannus, Baldwinus, Boyleus. Ipse denique Boyleus, et plures alii tradunt, quod non ita pridem vixerit aliquot [illegible] ab Ultrajecto ad [illegible] 30 annorum nomine Johannes Vermaasen accurate examinatus, qui quamvis adhuc biennis ex variolarum morbo in omnimodam caecitatem incidisset, tactu tamen adeo exquisito [illegible], ut [illegible] colores [illegible] satis bene [illegible] exploraret. Et quamvis interdum errare sit deprehensus, [illegible] colores, quos tangebat, ipse a se dignosci testatus [illegible], omne colorum discrimen ex majori, minorive asperitate corporum [illegible] dependere.

R. dist. ant.: Colores corporum per tactum dignosci possunt, hoc est, dignosci potest diversa dispositio superficierum corporum ad hoc, vel illud genus radiorum copiosius reflectendum, cum dignosci possunt colores, prout eorum sensatio in anima solet excitari [illegible] et consequenter secundum ea, quae superius cum Newtono adnotavimus, color, qui in objectis, seu coloratis corporibus [illegible], [illegible] qua superficies corporum hoc, vel illud genus radiorum copiosius quam caeteros reflectunt: Hi e colores, qui vulgo corporibus inesse dicuntur, nihil aliud sunt, quam diversa figura, et textura partium, unde diversa dispositio ad reflectendos luminis radios proficiscitur. Nam superficies omnes corporum opacorum, [illegible], atque politae habeantur nostro visui, et [illegible] appareant exacte [illegible] sensu politae dici [illegible] possunt, uti superius observavimus. Diversa autem corpusculorum textura in causa est, ut superficies corporum, aut potius [illegible] earum vires alterent [illegible] luce, ita ut nunc reflectatur modo uno [illegible] ad conciliandam oculo apparentiam viridem, nunc modo, qui [illegible] ad inducendam apparentiam caeruleam, flavam, violaceam, purpuream. Diversa enim figura particularum corporum sufficiens componentium [illegible] in hac re possunt. [illegible] aliae sunt sphaericae, aliae ellipticae, aliae conicae, cylindricae, prismaticae, [illegible] quae [illegible] figurarum sive regularium, sive irregularium, et secundum hujusmodi figurarum [illegible], et corporis [illegible] diversimode incidat lux, diverso enim modo conferre debet [illegible] reflexio [illegible] alio modo ex corpusculis, quae constant ex sphaericis, alio modo ab iis, quae constant ex conicis, seu cylindricis corpusculis reflectitur. [illegible] ad reflectendos incidentes radios, [illegible] autem minus: Similia vero reflectere solent in unam partem, similia in aliam.

[illegible] discrimen, [illegible] non est [illegible] ex [illegible] variandam texturae formam, unde colores [illegible] dependent. [illegible] corpusculorum superficialium [illegible] in uno corpore [illegible], [illegible] in alio. 2do particulis superficiales magis, vel minus [illegible] possunt [illegible] quantum [illegible] conferre [illegible] possit ad diversos producendos, magis, vel minus vividos colores, aliquo modo concipere possumus ex iis, quae contingunt in aquae agitatione [illegible], quae producunt, majores sunt, et [illegible] paucae, [illegible] colorem acquirit aqua. [illegible] manifeste [illegible] colorem album exhibeant. [illegible] necesse non est, ut particulae superficiales, quae eundem exhibent colorem [illegible] vel omnes [illegible], aut omnes [illegible] duntaxat figura donatae, sed corpuscula differentium figurarum misceri possunt in omni corpore, [illegible], atque [illegible] solummodo colorem producere. Insuper figura, et magnitudo [illegible] depressionum, [illegible], sulcorum, pororumque a corpusculis superficialibus intercepotorum [illegible] in ratione diversitatis colorum vocanda sunt, [illegible] corpusculorum. [illegible] alicujus est momenti, quod distinguere possumus in positione singulorum corpusculorum respectu lucis, et oculi; et in positione, seu ordine [illegible] particularum, respectu earum unius ad alteram. Corpus quippe aliter reflectere lumen potest, quando [illegible] particulae magis erectae sunt in plano, quod convenit [illegible] ipsarum se [illegible], et [illegible] oculo obvertunt, [illegible] particulae ita sunt inclinatae, [illegible] latera [illegible] ex parte possunt [illegible] color holoserici variatur videlicet [illegible] parte [illegible] hac flectamus, aliam partem. Hac situ [illegible] particularum respectu lucis, atque oculi, hac ratione differentem [illegible] apparentem. [illegible] partes [illegible], [illegible] colorem diversum ab eo, quem [illegible] exhibent [illegible] quando, [illegible] multo magis reclinavant, vel in aliam partem vergebant.

Hinc [illegible] qui solo tactu colores in corporibus distinguerent, inferendum duntaxat est, eos [illegible] corporibus asperitates, atque inde [illegible] colores, [illegible] autem colorum sensationem habere [illegible]. [illegible] de Joanne Vermaasen [illegible] loquamur [illegible] Jinckius, qui Ultrajecti ad [illegible] colores [illegible]. Cum enim interrogaret Jinckius, quomodo colores per tactum discerneret, hoc responsum [illegible] omne discrimen ex majori, minorive asperitate oriri. [illegible] hic sunt Doct. Jinckii verba [illegible] afficit sensum, ac si tangeret [illegible] vel [illegible] arenulas; [illegible] vero planum [illegible] efficit. Doctori [illegible] ordine [illegible] colorum ad tactum [illegible], id [illegible] sequentem in modum. Niger et albus sunt maxime asperi, et inaequales, et sibi [illegible] similes, ut difficile admodum [illegible] distinguere; attamen horum asperiorem niger. Viridis asperitate [illegible] album, [illegible] viridi. [illegible] quartum locum obtinet in gradu asperitatis. Ruber, et caeruleus adeo sunt [illegible] difficile eos [illegible], ac [illegible] albus. Sed [illegible] asperiorem caeruleo, adeo ut [illegible] sensus teneat, [illegible] in asperitate. [illegible] probant opposita exempla, sufficiet nempe corporum coloratorum differentes habere texturas, seu diversam formam, et modos asperitatis, [illegible] Newtono [illegible], quem dicimus colorem in [illegible] colorato nihil aliud est, quam diversas dispositiones ad reflectendos luminis radios; non autem colores, uti Peripatetici opinantur, esse entitates, seu qualitates reales corporibus inhaerentes, quae lucem duntaxat [illegible], non autem concurrant ad eas producendas.

Dicent 2do. Colores alii sunt permanentes, alii apparentes. [illegible] non sunt entitates corporibus inhaerentes, [illegible] iis, qui clausis oculis, [illegible] videntur, permanentes tamen revera [illegible] omnes [illegible] objecto afficientes.

R. [illegible], si proprie loqui velimus, esse colores, qui permanentes possint nuncupari; [illegible] quia nullus proprie [illegible]

quia colores omnes innumeris mutationibus sunt obnoxii, eodem manente permanente objecto corpore. Cerevisia &c. quando commovetur spumat, induit colorem album, destructa vero spuma, antiquum illum colorem, id est cerevisiae manente. Deinde, ut recte argumentatur Cl. Mortimer, Colores apparentes non sunt qualitates ... qui insunt. Ergo nec colores, qui dicuntur permanentes. Colores, qui cum acquirere ... inhaerent sub aliis, ... quos animadvertimus, quem vel ... colores viridis sive in aqua, sive in prismate conspiciuntur diversam luminis sive reflexionem, sive refractionem. Cur ergo non idem dicendum de coloribus, qui permanentes nuncupantur? Si non in effectu quidem generis ... convenit ejusdem generis causas, cur non eadem erit causa coloris in superficie ... marmoris &c. aut ligni, quae colorem viridem, aut naturalem aut artificialem. Cur non eodem modo producuntur colores nocturno tempore et clausis oculis, quo tempore diurno? Colores itaque permanentes non sunt entitates corporibus inhaerentes, quae ejusdem generis sint cum coloribus apparentibus, seu nullo sunt colores, qui proprie permanentes in corporibus possint nuncupari.

Dices 3tio. Colores sive permanentes, sive apparentes, sive absolute sint entitates, sive non, semper tamen haberi possunt veluti corporum accidentia. Sed accidentia inhaerent corporibus. Ergo colores insunt corporibus. ... patet exemplo figurae, quae ... corporale accidens corporibus esse dicitur.

Resp. dist. ... Colores sunt accidentia aliqua corporis ... corporeum objectorum ... si per colores intelligant diversas ... quae insunt corporibus ad reflectendos magis, vel minus luminis radios ... colores, eo modo, ... non sibi ... Quod ita ... quod non putant colores in corporibus esse entitates absolutas, atque accidentia ... inter ... et ... intelligere non norunt, quia ... Sed ... nomina ... faciamus; Colores aliquo modo considerari posse veluti accidentia, seu qualitates corporum ... corporibus ... colores dici ... colorum nomine intelligat certa quaedam dispositio, quae in corporibus, quae colorata dicuntur, ... ad reflectendum ... colores ... possunt corporum accidentia, ... diversas ... impressiones, seu motus a radiis luminis ... in oculi retina productos, quorum motuum ... impressionum ... determinato colore ... ad cerebrum propagata, ... corpori inhaerent. Sunt itaque colores accidentia, ... colores ... quia radii luminis ... ad sensum ... veluti accidentia esse radiis luminis ... Verum si colores eo sensu accipiant, quo eos ... anima ... non sunt accidentia ... objectis inhaerentia. Nam ... qualitates corporum ... in ... colores ... ex sola attritione ... Nam vitrum, atque Crystallus ... in pulverem ... colorem induit flavum ... quod non ... pulverem ... ex ... granulatis, ex vitriolo ... colores ... corporum in ... liquoris solutione ... Marmor nigrum, contritum ... candidissimum: ... quae integra sunt, apparent nigra, ... vero ... candidam. Ideo mutant colores in ... ex ... corporum commixtione. ... diversi colores ... liquores, ... rubrum, flavum ... dant aurantium; ... cum caeruleo in modica quantitate dat purpureum, in majori vero quantitate violaceum: ... cum flavo producit viridem, ... cum ... caeruleo ... cum flavo pallidum, ... carneum. In ... colorem ... se ... indui conspicimus. ... colorem induunt ... mutatio in carneum ... violarum ... oleo vitrioli ... purpureum ... viridem ... colores ... ex olo corporum affrictu. Nam ... apparet. Sed vero ... mutationibus ... mutari corpora ... colores, dicendum est ... qualitates ob ... inhaerentes. ... contra nos ... demonstrat. Nam si colores corporum accidentia sunt, ... ergo absolute ... entitates corporibus inhaerentes, de quibus quaestionem instituimus ...

Propositio 2da. Lumina, quae colore differunt, ea refrangibilitatis quoque gradibus inter se differunt; seu luminis radii diversi coloris diversimode refranguntur.

Fig. 43.



Prob. Primo experimento, quod continet Newtonus Opticae Lib. 1 Parte 1 Prop. 1 Theor. 1. Chartam, inquit, nigram ... accepi ... oblongam ... lateribus ... lineam transversam ... ab uno latere ad alterum ... in duas aequales partes divisi. ... alteram colore rubro ... alteram caeruleo ... Charta ipsa ... erat ... Phaenomenon ... Chartam ... duos colores hoc modo divisam ... prisma ... ex vitro ... lumen ad oculum transmitteret, ... angulumque circiter sexaginta graduum inter se continebant ... oculus ... prismatis ... Sed chartas hoc modo ... fenestras ... latera ... parallela ... prisma horizonti parallela, et linea transversa ... plano perpendicularis, lumen ... a fenestra in chartam ... chartae ... et lumen ... ad oculum reflexum ... lumine ... reflecteret, ... chartae ... Phaenomenon ... prismatis ... ita ut charta refractione altius attolli videatur; dimidia ejus pars, quae erat colore caeruleo ... altius videbatur refringendo attolli, quam illa quae erat rubra. E contrario autem si prismatis angulus refringens deorsum converteretur, ita ut charta refringendo deorsum ferri videretur, ... caerulea ... pars aliquanto inferius demitti videbitur, quam rubra. Quamobrem ... lumen ... a caerulea chartae parte per prisma ad oculum fluit, majorem in ... circumstantiis refractionem patitur, quam id, quod fluit a parte rubra, et consequenter magis refrangibile est.

Sed ut Newtonianum experimentum imaginatione facilius comprehendamus, sit ... AB fenestra, DE charta lateribus DF, HG ipsi parallelis ... et linea transversa FG ... in duas aequales partes, quarum altera DG colore caeruleo saturo, altera FE colore rubro saturo ... ABC ... repraesentet prisma, cujus facies refringentes ABba, et ACca ... angulo ... refringente ... parallela ... horizonti ... chartae ... parallelis DF, HG, et linea transversa FG ... perpendicularis ... de ... chartae ... refractione ... repraesentata ... pars ... altius ... quam pars rubra ... prisma ... deorsum conversa ... charta ... deorsum refringitur ... pars caerulea refringendo inferius demittitur ... quam pars rubra ... Lumina ergo, quae colore differunt, ea refrangibilitatis gradibus ... differunt, quod pluribus aliis experimentis demonstrat loco superius laudato Newtonus.

Propositio 3tia. Lumen solis constat ex radiis diversè refrangibilibus.

Propositio demonstratur uno ex tertiis experimentis, quæ instituta fuerunt ad hanc rem a Newtono. Tempore æstivo quando lumen solis fortius simul esse solet, Prisma ad fenestræ opaculi foramen collocavit, sic tamen, ut axis prismatis parallelus esset axi Terræ. Atque ad oppositum parietem in refracto solis lumine Librum apertum statuit. Tum intervallo sex pedum, duarumque unciarum a Libro, lentem erexit, qua lumen a Libro reflexum, in ulteriorem sex pedum, duarumque unciarum intervallo ultra lentem in unum colligeret, ibique Libri imaginem in chartæ albæ plagulâ depingeret. Hisce dispositis, lentemque ac Librum, ne loco moverentur, fixit; notavitque accurate quo in loco chartæ albæ plagula tunc esset posita, quando literæ in Libro impressæ rubro intensissimo solaris imaginis in Librum incidentis lumine illustratæ, suas imagines in charta illa quam distinctissimè tenerentur exhiberent. Deinde exspectans, donec motu solis, et consequenter motu imaginis Libro excurrentis, colores omnes a rubro illo ad medium usque cæruleum super literas easdem transirent: quando literas istas colore cæruleo viderat illuminatas, notavit iterum, quo in loco charta alba, ut posita esset quando literæ cæruleo lumine illustratæ, suas imagines in eadem quam distinctissimas depingerent: invenitque chartæ albæ plagulam, ab unciis circiter 2½, aut 2¾ intervallo propius, quam ante a lente abesse. Quare eo intervallo, prope unciarum 2½, aut 2¾ lumen illud, quod erat violaceum imaginis extremum, citius propter majorem refractionem, quam illud, quod erat rubrum ejusdem extremum, coactum, et in unum collectum est.

Propositio 4ta. Lumen solis constat ex radiis, qui reflexibilitate inter se differunt. Et radii, qui magis refrangibiles sunt, iidem quoque sunt magis reflexibiles.

Propositio demonstratur nono experimento, quod affert Newtonus Optices Libro 1. Parte 1. Collocavit in luminoso solis radio per foramen oculi fenestræ in tenebricosum cubiculum transmisso prisma vitreum, cujus bini anguli ad basim inter se æquales, et semirecti erant, tertius autem rectus. Converso circa axem prismate, donec omne illud lumen, quod intro per alterum ipsius angulorum transmissum, in eo refractum fuerat, mox a basi, qua usque adhuc e vitro exierat, reflecti cœperit, observabat radios, qui maximè refracti fuissent, eosdem citius, quam reliquos reflecti: quocirca secum ita reputabat; radiorum scilicet reflexi luminis qui maximè essent refrangibiles, eos omnium primos totali reflexione copiosiores in isto lumine, quam reliquos adesse; reliquos autem deinceps totali itidem reflexione, et pro ac hos copiosos reflecti. Ut experiretur, utrum hoc ita necne se haberet, lumen reflexum per aliud deinceps prisma ita trajecit, ut in eo refractum incideret deinde in chartæ albæ plagulam post hujusmodi prisma, intercepto aliquo intervallo, collocatam, ibique, ut solet, colores refractione depingeret. Tum converso circa axem suum, uti supra dictum est, priori prismate, animadvertit, quod quum radii illi, qui in priori prismate maximè refracti fuissent, cærulei, et violacei visi essent, ex toto reflecti cœperint, lumen supra chartam cæruleum, et violaceum, quod itidem in 2do prismate maximè refractum fuerat, manifestè plus augeri videretur, quam rubrum, et flavum, quod minimè fuerat refractum. Deinde quum reliquum lumen, quod erat viride, flavum, et rubrum, cœperit in primo prismate in totum reflecti; lumen itidem eorundem colorum supra chartam accessionem sibi faceret non minorem, quam ante ibi fecissent cæruleum, et violaceum. Inde autem patet radium istum luminis basi prismatis reflexum, quum primum radiorum maximè refrangibilium, et deinde eorum, qui fuerint minus refrangibiles, accessione auctum est; compositum utique esse ex radiis diversè refrangibilibus. Tale autem omne reflexum lumen, quin ejusdem planè naturæ sit, ac illud, quod directè e sole fluxerat, antequam in basim prismatis incideret, nemo est, qui dubitet. In hoc quippe ferè omnes conveniunt, lumen scilicet hujusmodi reflexionibus nullam omnino modificationem suarum proprietatumque subire mutationem. Quum ergo incidens solis lumen ejusdem planè generis, ejusdemque naturæ sit, ac lumen e prismate post reflexionem emergens, lumenque emergens ex radiis diversè refrangibilibus manifestè compositum sit; inferendum est lumen incidens solis esse compositum ex radiis, qui reflexibilitate inter se differunt, adeout radii, qui magis refrangibiles sunt, iidem quoque sint magis reflexibiles.



Fig. 44.

Experimentum hoc ut clarius fiat, sit Fig.a 44. primum prisma ABC; cujus basis est BC; B, et C anguli ad basim inter se æquales, et semirecti, graduum scilicet 45; A rectangulus ejus vertex, FM radius solis per foramen F tertia unciæ parte latum in cubiculum tenebricosum transmissus; M punctum incidentiæ ejus in basi prismatis, MG radius minus refractus, MH radius magis refractus, MN radius luminis a base reflexus, in XZ alterum prisma, quo lumen ipsum transeundo refringitur, NT lumen, et pars minus refracta, et NP quidem pars magis refracta. Quum primum prisma ABC convertitur circa axem suum in eam partem, quam denotat ordo literarum ABC; radii MH magis obliqui ex isto prismate emergunt, donec postquam, quam fuerant, summa obliquitate emerserunt, reflectuntur tandem ad N, atque inde ad P pergentes, adaugent se ad radios NP. Deinde continuando primi prismatis motum, radii MG itidem reflectuntur ad N, et accessionem afferunt ad radios NT. Quare lumen MN recipit in sui compositionem, primò radios maximè refrangibiles, deinde eos etiam, qui sunt minus refrangibiles. Nihilo tamen minus, postquam ita compositum fuerit, adhuc ejusdem planè naturæ erit, ac directa solis lux FM, quippe in qua reflexio basis specularis BC nullam efficerit mutationem.

Propositio 5. Albus color compositus est ex primariis omnibusque aptè coloribus apta portione inter se commixtis.

Probatur. Propositio duobus experimentis. Primò, quum solaris luminis radius in tenebricosum cubiculum per parvum rotundum fenestræ oculi foramen transmissus, et deinde per prisma refractus, depingit in pariete coloratam solis imaginem, ponatur ante istam imaginem chartam albam, ita ut ea lumine colorato ab imagine reflexo illuminetur, nec tamen ullam partem luminis a prismate ad imaginem transeuntis intercipiat. Observavit, chartam propius ad unum aliquem imaginis colorem, quam ad reliquos, admotam, sub eo illo colore, ad quem propius admota est, infectam apparere: chartam autem æquali, aut fermè æquali intervallo ab omnibus coloribus distante, adeo ut ex æquo omnium colorum reflexo lumine illuminetur, tum albam apparere. In hac verò ultima chartæ positione si aliqui reflexi colores intercipiantur, charta albedinem suam statim amittet, atque eum deinceps colorem induet, qui erit reliquorum luminis non intercepti color. Charta itaque variis apparebit illuminata coloribus, rubris nempe, flavis, viridibus, cæruleis, et violaceis, si quilibet radius colorem suum retinebit, donec in chartam incidat, atque inde ad oculum reflectatur, adeout, si [illegible] reliquo lumine, aliquis radius unius determinati coloris vel solus sit, vel nimia portione reliquis coloratis radiis sit admixtus, productus coloratus radius suo colore chartam depingat. Verùm ubi simul luminis partes suum quæque colorem retinentes, et a pariete apta proportione admixtæ in chartam reflectent, colorem in charta album constituent. Conficitur itaque albedo ex perfecta omnium colorum primariorum reflexione, et permixtione.

2dò si in superiori experimento inter prisma, albamque chartam collocetur convexa Lens, quæ in suo foco omnes colligat radios, qui a prismate proficiscuntur, et si lentis focus incidat in chartam, describitur in ista ut charta macula quædam, rotunda ac directa lux solis, alba. Sit. Fig. 45. [illegible] fenestræ opaculum, C rotundum foramen, DE F prisma, Z Y pars luminis a sole proveniens, transiens per foramen C, incidensque in prisma ad Y. Radius hic Z Y, si prisma loco moveretur, perveniret in X, sed finitus prismatis penetrans subjectum EF, inflectitur prius Y U u cadens super 2dam prismatis superficiem in U u. Propriè ad deinde, et rursus perveniens ad aerem, denuò se in inflectit. Tam verò refractum hoc modo lumen per prisma incidat in album chartam aliquantum a prismate distantem. Depingit in charta imaginem oblongam, M diversis coloribus hoc modo donatam, ut sic extremitates

Fig. 45.



M ad lineam usq. n o depingit colore rubro: ab n o usq. ad p q aurantio: a linea p q usq. ad r s flavo. ab r s usq. ad t u viridi a linea t u usq. ad u u x caeruleo ab u u x usq. ad y z indico, sive purpureo. ab y z ad aliam usq. imaginis extremitatem L afficitur colore violaceo. Hisce autem positis, sit P Q convexa lens, in quam incidentes radii per prisma D C F refracti, denuo refranguntur, et in charta H G i k ad punctum n, quod punctum est lentis focus, uniuntur. Hujusmodi punctum, seu lucida haec macula n apparuit alba absque ulla ceterorum colorum tinctura. Sed evidens est in hac macula omnes esse unitos luminis radios, qui cum antea essent ab invicem separati, differentes illos exhibebant colores. Ex permixtione itaque omnium primariorum colorum albedo consurgit.

Dicent 1. Adversarii non componi ex aliis coloribus albedinem in adducto experimento. Si enim in puncto chartae n macula detenuit alba, id proficiscitur a lente P Q alterante radiorum incidentium colores, non autem ex omnium illorum colorum apta portione ibi commixtis.

R. a lente P Q nullo modo alterari, seu immutari colores radiorum per ipsam lentem transeuntium, quod ita demonstratur. Si charta H G i k lenti P Q approximetur, manifeste distinguuntur colores, quantum a magnitudine spectri chartae impressi concedi poterit. Nam si supponamus chartam esse collocatam in situ h g i k, et in ista depingi spectrum L m: spectrum hoc non ita magnum erit, quemadmodum foret, si loco moveretur lens P Q, proindeque colores non tam distincti apparere poterunt. Nihilominus tamen extremitas m manifeste distincta exhibebitur colore rubro, et alia extremitas L colore violaceo; atque hi colores, non minus quam intermedii, perfectius distinguuntur, quo magis charta removebitur a puncto n, hoc est quo majus efficietur spectrum, idem congit, si charta remotior constituatur a P Q, quam prius collocata erat in puncto n. Quod si eandem chartam in situ S i T u esse supponamus, jam in ipsa depicta imago x y rursus apparebit suis depicta coloribus, atque eo distinctius quo charta longius removebitur. Id tamen congit ordine inverso. Nam sicuti, quando charta proximior erat lenti convexae, quam puncto n, superior imaginis pars erat violacea, rubra vero inferior; ita nunc per intersecationem radiorum, quae fit in n e contrario superior pars erit rubra, inferior violacea. Non itaque censendum est ab obversa lente alterari incidentium radiorum colores, proindeque certum est ex compositione ceterorum colorum consurgere albedinem.

Dicent 2do non produci albedinem ex ceterorum permixtione colorum, quia radii luminis postquam transiere per prisma, praediti non sunt diversis proprietatibus ad repraesentandum hunc, vel istum colorem. Radii enim luminis sunt in se prorsus homogenei, adeo ut qui transeunt ad inferiorem imaginis partem, quae distincta apparet colore rubro, in nulla omnino proprietate diversi sint ab iis, qui ad partem imaginis superiorem violaceam tendunt. Colores autem imaginis producti sunt a novis quibusdam modificationibus radiorum, quae in charta fiunt a diversis lucis, et umbrae terminationibus, quam ipsimet radii in chartam incidunt.

R. produci in puncto n album colorem ex ceterorum unione colorum; quod hinc perspicuum fit, quando intercipimus aliquam partem luminis lenti convexae proximam per interpositionem alicujus opaci corporis, quin tamen a suo loco ti charta superius memorata moveatur. Nam si inferior pars, quae rubra est, aut potius radii, qui colorem praeseferunt rubrum, intercipiantur, macula in charta depicta apparebit colore tandem caeruleum accedente. Et si plures intercipiantur ex inferioribus radiis; ita ut, qui colorem rubrum, aurantium atque flavum solent producere, in maculam haud amplius incidant, apparebit eadem macula magis, atque magis reliquis coloribus distincta. Eodem modo, si intercipiatur superior pars radiorum, qui praeseferunt colores violaceum, atque purpureum, macula rursus apparebit rubra, et magis, atque magis distincta conspicietur coloribus, qui interceptis oppositi sunt. His autem positis, corruit omnino petitum. Quod ex loci modificatione argumentum. Eadem siquidem perseverante lucis, atque umbrae terminatione, mutantur in charta colores secundum diversam incidentium radiorum interceptionem.

Ceterum, phenomena colorum ex refracto, aut reflexo lumine non oriri ex novis modificationibus luminis, quae pro variis luminis, umbraeque terminationibus varie sint impressae, sequens Newtoniano experimento evidenter ostendit. Nam si Fig.ra 47, solis radius in cubiculum valde tenebricosum immittatur per foramen oblongum F, cujus latitudo sit octava unius pars, vel paulo minor, idemque radius F H trajiciatur deinde primo per amplissimum prisma A B C, quod intervallo circiter 20 pedum a foramine distet, cui parallelum sit; postea autem transeat (albam permittens istius radii partem) per corporis nigri, et opaci x z foramen oblongum H una circiter quadragesima, aut una sexagesima unius parte latum, quod intervallo duorum, aut trium pedum, situmque sit ad istud prisma, et ad prius foramen parallelo sit collocatum; et si hoc lumen album ita per foramen H transmissum incidat deinde in chartam albam p t ultra foramen H, interjecto trium, aut quatuor pedum intervallo, ibique depingat solitos colores; rubrum videlicet ad t, flavum ad s, viridem ad r, caeruleum ad q, violaceum ad p. Hoc, inquam, ita disposito nam, efficere poterit interponendo virgulam ferream, aut quodlibet aliud tenue opacum corpus, cujus latitudo sit circiter una decima pars unius, eoque pacto intercipiendo radios ad k, l, m, n, vel o, ut colorum unus quilibet ad t, s, r, q, aut p evanescat, dum reliqui, uti prius, in charta adhuc immutati apparebunt. Interposita etiam paulo latiori virgula, efficere poterit, ut colores bini, terni, aut quaterni, reliquis nullo modo immutatis, evanescant, adeo ut quilibet color, aeque ac violaceus, possit exterior fieri in confinio umbrae ad p, et alius quilibet, aeque ac ruber, possit exterior fieri in confinio umbrae ad t; ita quilibet color possit confinis esse ei umbrae, quae interpositione virgulae intermediam aliquam luminis partem intercipientis, in medio imaginis intra ipsos colores fiat, et tandem quilibet color, interceptis reliquis, solus relinquatur, possit umbrae ex utraque sui parte simul confinis esse. Quilibet ergo colores quaslibet umbrarum confinia sine ullo ferunt discrimine. Et consequenter horum colorum diversitas non oritur, uti aliqui Philosophi putarunt, ex diversis umbrarum confiniis, quibus lumen varie modificetur. Illud in hoc capiendo experimento observandum est, quanto scilicet foramina F, et H tenuiora fiant, eorumque ac prismatis intervalla sint majora, cubiculumque tenebrosius sit factum; tanto melius succedere experimentum. Modo lumen non ita minuatur, ut colores ad p, et t satis clare discerni nequeant. Prisma quidem reperire solidum ex vitro conflatum, quod ad hoc experimentum satis magnum sit, difficile fuerit. Sed loco solidi prismatis adhiberi potest vas compositum ex laminis vitreis perpolitis, in formam prismatis conglutinatis, inclusa intus aqua salsa, vel oleo claro.

Dicent 3tio diversam illam dispositionem in radiis luminis ad producendum hunc, vel istum colorem manifestari duntaxat post eorum refractionem per vitreum prisma. Unde autem inferri potest non ipsismet radiis hujusmodi inesse dispositionem, sed eas produci ab actione prismatis in radios.

R. diversam illam dispositionem radiorum luminis ad hunc, vel istum producendum colorem a nulla prismatis in ipsosmet radios actione dependere, sed ipsismet radiis inhaerere. Nihil aliud efficit prisma, quam singulis radiis occasionem praebere demonstrandi se se cum dispositione, seu qualitate quadam distincta. Dum enim eos ab invicem separat, occasionaliter latentes eorum proprietates in uno solari radio manifestat. Id confirmamus Newtoniano experimento. Incidat, Fig.ra 48, colorata solis imago in oblongi cubiculi parietem, inspiciaturque ea imago per prisma a b c, quod parallelum sit primo prismati A B C, cujus refractione imago illa apparet in pariete depicta; ita tamen, ut 2do prismate oculis admoto, ea imago inferior, quam ante videatur; videlicet ad imaginem illam S T propius accedat, ea oblonga videbitur, et colorata in loco s, aeque ac in loco S T; verum si ab ea longius re-

Fig. 46



cedas, colores in locos contrahentur magis, magisque in brevitatem, et tandem plane evanescent, imagine ad suam figuram rotundam, atque albam coacta: quod si adhuc longius recedas, colores iterum quidem se explicabunt; sed contrario, ac prius ordine. Quod si pecten adhibeatur, cujus dentes colores in imagine PT pro vices intercipiant, imago, quae videtur in suos colores vario ordine, dum pecten paulatim movetur, semper induet. Verum quum, accelerato pectinis motu, colores ita sibi invicem succedunt, ut singuli distincte cerni non possint; tum imago sub confuso, et in unum commixto omnium colorum sensu, alba apparebit.

Dicent 4to. Fatente A. Rizzetto, radii luminis per 2dum prisma refracti non eosdem exhibent colores, quos exhibebant, quum primi prismatis ope refringebantur. Ergo aliud color [struck out] non a proprietate colorum, qui insint radiis luminis dependet; sed ab actione diversa diversorum prismatum.

R. Experientiae omnino adversari, quae fatetur Rizzetus se duorum italicorum prismatum ope in 2da radiorum refractione deprehendisse. Certum, atque inconcussum est apud omnes celebriores Philosophos, radios luminis per 2dum vitreum prisma exeuntes, atque in eo refractos eosdem prorsus colores in albo obice describere, quos per primum prisma refracti exhibebant. Idem constat in singulis radiolis per 2dum prisma ab invicem separatis. Qui color, inquit Musschenbroekius, in radio ab aliis separato observatur, ille constans permanet idem, utcumque hic radius coloratus refringatur per vitra, prismata, lentes. Radii vero colorati rubri condensati lentium ope in focum, sive reflectantur a quocumque speculo, vel a quolibet corpore, et deinde per prisma transmittantur, rubrum semper exhibent, numquam album colorem. Viridis radius colorem semper retinet viridem. Atque ita in ceteris quibuscumque. Quod si oppositum se expertum fuisse tradit Rizzetus, mirum esse non debet. Id enim italicorum prismatum vitio contigisse fatetur Auctor Commentariorum Academiae Bononiensis, referens radium e politissimo britannico prismate egressum, et 2do prismate iterum refractum, nihil plane de suo colore mutasse, nihilque ei adjectum fuisse, unde oriri posset dubitatio, idque non tantum in radio rubro, in quo solet plerumque experimentum sumi, sed et in flavo, et in viridi, in caeruleo, et in violaceo; neque semel, sed saepe, quum idem experimentum plus centies postea sumptum fuisset, mutatis saepe tum chartarum, tum prismatum intervallis, tum incidentiis, et refractionibus radiorum.



Quod attinet ad Newtoniana experimenta, quae nostram theoriam, et alias, quae inde consequuntur demonstrant; sciendum est ea non clanculum, neque semel, aut iterum, sed innumeris fere vicibus, plurimis clarissimis viris spectantibus, maximaque adhibita diligentia in Londinensi, ac Parisiensi scientiarum Academiis, tum in Hollandia, Italia, atque Germania fuisse instituta, et certis cum eodem successu repetita; ac proinde immerito tamquam falsa rejici a privatis quibusdam hominibus, qui facile in suis paradis experimentis errare potuerunt. Pro felici vero Newtonianorum experimentorum successu, tria potissimum probe observanda sunt, quae fortasse contempta Rizzetum, Mariottum, et alios in suis experimentis deceperunt. Primo prismata sunt adhibenda ex vitro purissimo venulis immune, aliter reflexiones radiorum dantur in ipso prismate, et in exitu lumen heterogeneum cum homogeneo permiscetur, quod maxime experimentum turbat. 2do cavendum est, ne aliud lumen praeter simplicem radium per exiguum fenestrae foramen in obscuram cubiculum intret, nam si plures alii irradiant, et cum iis, qui imaginem efficiunt, permiscentur, haud recte institui poterit experimentum. 3tio experimenta instituenda non sunt, quando Coelum non satis est serenum; tunc enim etiam ipsos radios directe a sole provenientes plures sunt, qui diversas habent refractiones; quod praecipue contingit, quum nubes dantur, quae lumen satis vivide reflectunt.

Quae de experimentis Newtonianis ad Theoriam lucis, et colorum spectantibus contra Rizzetum, Mariottum, et paucos quosdam Philosophos diximus, potiori, aut eadem saltem ratione dicenda sunt de omnibus experimentis, et observationibus, quibus res physicas aut hactenus explanavimus, aut in posterum tractaturi sumus. Vere est genus hominum audax et depositum, atque ridiculum, cui fortasse amicis facile magis probantur, quam scripta, dictaque summorum Philosophorum, quam accurate demonstrationes mathematicae, quam authoritas Parisiensis, Londinensis, Petropolitanae, omniumque Europae Academiarum. Si iis habenda fides sit verbis, speciosissimorum mendaciorum congeries tota est Philosophia; nugas agunt Physici potissimum Recentiores; attributa excogitamus in corporibus, quae numquam fuerunt; balbutientium puerorum in morem vix elementares litteras probe enumeramus, et dissertationes nostrae cachinnos moveant. Adversus blaterones hosce, qui inflatis buccis obstrepunt, et quaecumque ignorant imperiose reprehendunt, nihil est, quod in consuetis eorum latrones accusati, contempti, illusi, palam, liberoque eloquamur. Cum Philosophis res animus, non cum circumplatoribus, quorum sive laudibus, sive vituperationibus, sive (si Diis placet) maledictis, equidem delectamur, et quamdiu literis delectavimus. Sed, ut redeamus, unde discessimus, et paucis, quantum fieri potest, complectamur universam Newtonianam de coloribus doctrinam sequentia Theoremata tum ex iis, quae huc usque dicta sunt, tum ex tota Newtoni optica, veluti certa, atque demonstrata proponimus.

1. Radius luminis a sole emissus constat luce admodum heterogenea. Refractus quippe per vitreum prisma, deinde super album planum exceptus imaginem exhibet oblongam plurimis variegatam coloribus, hoc ordine dispositis, ut sint rubri, aurantii, flavi, virides, caerulei, purpurei, et violacei.

2. Lumen solare album compositum est ex radiis diversorum generum, qui sicuti coloribus, ita refrangibilitate, et reflexibilitate differunt. Horum autem diversorum radiorum maxime sunt refrangibiles violacei, minime refrangibiles rubri. Radii ergo lucis distingui possunt in homogeneos, et heterogeneos. Homogenei sunt, qui ejusdem coloris sensum excitant, adeoque eundem habent gradum refrangibilitatis, et reflexibilitatis. Heterogenei dicuntur, qui tum colore, tum refrangibilitatis, et reflexibilitatis gradu inter se differunt.

3. Colores in rebus quidem objectis nihil aliud sunt, nisi dispositio, qua ea hos, vel istud genus radiorum copiosius, quam ceteros reflectunt. In radiis nihil aliud, nisi dispositio, qua iti hunc, vel illum motum ad sensorium transmittunt; in sensorio autem sensus motuum istorum sub forma colorum.

4. Quoniam radii rubri minus reliquis coloratis radiis refringuntur, constantius viam suam retinent, e qua minus a vi attrahente, et refringente turbari potuerunt; adeoque majori vi particulae radios rubros componentes moventur, eruntque proinde vel majores, vel densiores, quam particulae reliquorum colorum. Hinc radii rubri clarissime fulgent, et maxime oculos perstringunt: Hinc violacei, quia debilissime ictum feriunt, vix conspici possunt: Hinc virides neque nimis, neque debiliter commoventes oculos adeo ut placent.

5. Qui color in radio ab aliis separato observatur, ille constans permanet idem, utcumque hic radius coloratus refringatur per vitra, prismata, lentes ...

6. Si omnium colorum radii non permiscentur, non producitur albedo, sed ab hac eo major fit recessus, et vergentia ad luridum, vel peculiarem aliquem colorem, quo plures colorati radii intercepti, pauciores que colores conjuncti fuerint.

7. Corpora omnia conspecta per vitreum prisma varios ostendunt colores, quamvis ea sint aut rubra tantum, aut violacea tantum et propterea quia lumen a corporibus reflexum heterogeneum est, et in eo lumine licet major sit copia radiorum ejusdem coloris cum ipsius corporis, admixti tamen sunt alii colorati radii, qui ob inæquales refrangibilitatis gradus segregati in transitu per prisma vitreum, colores suos oculo demonstrant.

8. Si corpora ejus sint constitutionis, ut parata sint omnia radiorum genera ex æquo reflectere, ea alba esse oportet. Albedo enim, uti demonstravimus, componitur ex omnibus radiis coloratis simul permixtis.

9. Quum nigredo albedini contraria sit, statuendum est corpora nigra nullos, aut ferme nullos reflectere luminis radios; ideoque, ut corpus sit nigrum, necesse est lumen ab eo exceptum vel in totum, vel magna ex parte extingui intra ipsius poros.

10. Colores reliquos in quibuscumque corporibus faciunt certa radiorum genera, quæ ab ipsorum superficiebus cæteris omnibus radiis copiosius reflectuntur. Minium e.g. propterea quod radios rubros copiosissime reflectit, cæteros vero minus copiose, rubrum videtur. Viola, quia radios violaceos reflectunt copiosissime, cæteros autem minus copiose, semper exhibent violaceum. Generatim ergo statui potest, corpus omne suum inde colorem ducere, quod aliqua radiorum genera copiosius a sua reflectat superficie, quam cætera.

11. Colores vulgo dividunt in veros, quales v.g. sunt, qui Holoserico insunt et in falsos quales sive in vitreo prismate, sive in Iride exhibentur. Sed inutilis est, et nullo fundamento innixa hujusmodi divisio, quum colores omnes sint a radiis luminis proficiscentes ex æquo veri possint nuncupari. Sunt qui omnes colores veros dicunt, eosque in fixos, et fugitivos distribuunt, fixos appellantes colores, quos alii veros dixerunt, fugitivos vero, quos falsos. Verum colores omnes et fixi dici possunt, et fugitivi: fixi, quod eadem posita eorundem radiorum reflexione, iidem constanter conspiciantur colores: fugitivi, quod absente luce, nulli omnino sint in corporibus colores.

~~[illegible]~~

Caput [illegible]

De Oculo

Quia objecta extra nos posita videre non possumus nisi per visus organum, brevissima nunc instituenda est tractatio de oculo, secundum recentissimas observationes celebriorum Physicorum. Homo a natura duobus donatus est oculis in facie, mediaque capitis altitudine positis. Uterque in orbita jacet ossea, in qua tutus ab injuriis servetur: uterque aliquantum ex orbita prominet, atque ab anteriori parte duabus retinetur, defenditurque palpebris. Supra palpebras superiores ad infimam frontis partem positum supercilium compositum ex plurimis arcuatis, brevissimis pilis, densissimis ad canthum majorem, rarioribus ad minorem, a cantho majori ad minorem decurrentibus, vix unquam deciduis, cuticulæ, cutis aliquantulum cavis, et medulla plenis. Supercilium elevatur, deprimitur, adducitur ad nasum, explicatur, corrugatur a fibris muscularibus frontalis, tum ab iis, qui pinnas nasi elevant. Irretiuntur in his pilis pulveres, sordes, sudor, quæ a fronte delabentes in oculos alioquin inciderent, visumque turbarent: depressi quoque pili lucem a parte superiori copiosiorem lapsam aliquantum sistunt.

Palpebræ sunt bina oculi anteriora munimenta membranacea, quorum unum superius, alterum inferius est, ut accedendo oculum claudant, recedendo, detegant. Sunt eæque tenuiores, ut quodammodo pelluceant, constant tamen ex Epidermide, Cute, membrana cellulosa, Musculo, et membrana politissima interiori admodum vasculosa, plurimisque plurimis osculis ductuum excretoriorum ex glandulis orinnatum ducentibus. Limbi palpebrarum cartilaginei, glaberrimi sunt, perforati ductibus ceraceam materiam excernentibus, ne ab aere exsiccentur, nec lacrymæ transtillent, nec palpebræ concrescant. Palpebra superior elevatur a musculo attollente, deprimitur a deprimente. Inferior quoque palpebra donatur musculo attollente, et deprimente. Impediunt non modo palpebræ, ne oculus ab externis injuriis lædatur, sed sua quoque apertura lucis copiam moderantur, ne hæc teterrimam destruat retinam, quum objecta admodum illuminata videmus. Insuper perpetuo sordes, quum nictitamus, abluunt, humectantque corneam, ut pellucida maneat.

Ad margines extremum, et externum palpebrarum datur series pilorum, qui vocantur Cilia recta fere extrinsecus extantia, in palpebra superiori incurvata sursum, deorsum in inferiori, ne lucis introitum impediant: sunt similiter fabricæ cum supercilio oculumque adversus externas sordes, et alia defendunt.

Ad Canthum oculi majorem, in margine interiori utriusque palpebræ, conspicitur foramenulum, medium quasi in prominenti papilla, Punctum lacrymale appellatum. Utrumque est orificium canalis nasum versus decurrentis, prope quem uterque conjunctus saccum lacrymalem format per canalem se in naribus exonerantem. Attractione hæc puncta in se lacrymas absorbent, pari modo, ac Aqua attrahitur in tubos capillares: quumque hic apparatus siphoni capillari inæqualium crurium sit similis, lacrymæ a punctis attractæ pari modo ex crure longiori in naribus latente effluent.

Ad Canthum minorem est Caruncula lacrymalis rubra, scabra, spongiosa, inter utramque palpebram, impediens ne hic primo claudantur palpebræ, retinens lacrymas huc determinatas, ut illæ a punctis lacrymalibus facilius absorbeantur.

Glandula magna posita inter oculi bulbum, et palpebram superiorem, in copiosa pinguedine a cantho minori ad majorem exporrigitur, emittitque ductus oblique inter pinguedinem, et membranam internam palpebræ decurrentes, ex quibus perpetuo effunditur liquor, qui lacryma appellatur, destinata irrigandæ, abluendæque corneæ.

Ex [illegible] tunicis oculi Bulbus componitur, quarum prima Adnata constituit id, quod extrinsecus in oculo, apertis palpebris, album apparet. Est autem Adnata membrana tenuissima, nervea, candida, obducta oculo anteriori, et corneæ quantitate vel cum tertiæ, vel cum 2de partis lineæ. Hæc non ingreditur orbitam osseam, sed se quaquaversum explicando Bulbum annectit Pericranio, eumque retinet, ne ex orbita excidat, inde flexa retrorsum internam superficiem palpebræ constituit.

Oculus undique in copiosissima pinguedine sepultus jacet, eique mollius insidet. Hæc musculi ejus perpetuo illiniuntur, lubricanturque ut prompti sint ad omnes motus exercendos. Motus autem habent ope quatuor musculorum rectorum, et duorum obliquorum, qui oculum secundum quamcumque directionem agunt, imo et ex orbita aliquantum trahunt.

Bulbus oculi globus fere perfectus, nisi a parte anteriori, ubi cornea est, plus protuberaret, et a parte posteriori adhæreret nervo optico. Adulti hominis oculus a Cornea ad nervum opticum est longitudine undecim linearum cum una 3tia. Extima membrana toto bulbo oculi obducta oritur a dura matre in cerebro, quæ nervum opticum per foramen in orbitam osseam intrantem involvit ad oculum perveniens in spheram explicatur: quum ad anteriora pervenit, gracilescit, flexibilior fit, minusque coriacea, pellucet,

magisque protuberat. Quamdiu opaca est, vocatur Tunica Sclerotica; ubi anterius pellucet, Cornea. Est Sclerotica minus crassa sub musculis rectis, quam in reliqua oculi parte. Cornea est segmentum sphaerae, cujus diameter est plerumque septem linearum vel septem cum una quarta, vel septem cum una secunda. Crassities membranae est plerumque duarum duodecimarum, vel trium duodecimarum partium lineae: Stusa est ab externa parte vasculis humorem fundentibus, ex quibus in agonizantibus, relaxatis sphincteribus liquor viscidus crassus effluit.

Sub priori jacet secunda membrana orta in cerebro a pia matre, nervum cingens opticum, et deinde oculi bulbum. Duplex est, exterior, et interior. Exterior contigua Scleroticae usque ad Corneam, ubi eam deserens in planam membranam abit, quae quamdiu adhaeret Scleroticae, appellatur Choroides, vel Uvea, ubi vero a Cornea distat, vocatur Iris. Interior membrana est Ruyschiana, quae prope Iridem antrorsum reflexa obducit humorem vitreum, et crystallinum. Iris perfecte rotunda est rotundo foramine pertusa, quod vocatur Pupilla. Pupilla autem non accurate est in media Iride, sed propior naso. Est Iris tincta varus coloribus, componiturque ex fibris muscularibus ab ambitu externo ad centrum tendentibus, et in limbo orbiculari terminatis. Limbus hic instruitur quoque fibris muscularibus instar sphincteris, figuram pupillae determinantibus: Haec cum prioribus, et insuper membranis exilibus pellucidis connectuntur. Musculi longitudinales pupillam dilatant, quam orbiculares coarctant, adeo ut pupilla videatur dilatabilis magis in infantibus, minus in senibus. Est pupilla instar canalis conici truncati, cujus basis spectat interiora oculi. Ab hac vero parte fere triplo amplior est parte exteriori, ut plus lucis per eam transmitti ad Crystallinam Lentem possit. In vasculis Iridis praeparatur liquor in cameram anteriorem oculi effundendus.

Tunica Ruyschiana humori vitreo obducta fibrillis instruitur muscularibus, quae vocantur Processus Ciliares, quorum situm principium est undequaque in Uvea, suntque arcuati, quia anteriori parte humor vitreus protuberat: instar radiorum huic incidentes Crystallinam versus decurrentes; sunt quidem hae fibrillae rariores, quam in Iride, verum crassiores. Iridis posterior pars, uti et Processus Ciliares aterrimo illiti sunt pigmento lucem obliquius in oculum ingressam suffocante. Processus Ciliares se contrahentes ex arcuatis fiunt magis recti, comprimunt humorem vitreum, quem ad posteriorem oculi partem pellunt, inde ob resistentiam pellitur antrorsus medium vitrius, lentemque crystallinam antrorsum movet.

Ut ingressus Nervi Optici in oculum intelligatur, finge oculum intueri objectum in pari ab horizonte secum altitudine directe sibi oppositum: tum planum horizontale transire per medium Iridis; et planum perpendiculare ad horizontem transire quoque per medium Iridis. Nervus opticus posteriorem bulbi partem ingreditur paulum infra planum horizontale et in loco fere intermedio admodum obliquo. Ideo axis opticus qui est linea perpendicularis ad corneam, transiens per centrum oculi, non cadit in nervum opticum, sed infra, et parte oculi exteriorem. Nervus opticus oculum ingressus expanditur sub humore vitreo quaquaversum sphaerice adhaerendo tunicae Ruyschianae, acquiritque formam tenuissimae membranae villosae excurrentis usque ad recessionem tunicae Ruyschianae ab uvea. Vocatur Nervi expansio Retina, quae tenuissima est, et mollis tenerrimi instar muci. Est nervus opticus in medio perforatus. Ubi incipit explicari, Arterias majores, et vasa lymphatica possidet. Est albi coloris, veluti cerebrum, cujus est propago. Retina tamen non adeo candida observatur, quia immergitur muco aterrimo ad superficiem tunicae Ruyschianae haerenti. Hinc membrana haec penitus nigra est in Infantibus, minus nigrescit circa annum vigesimum, grysei coloris est circa annum trigesimum, et in summa senectute fere albescit. Sunt haec involucra oculi; nunc ad intus contenta properamus.

Inter Corneam, et Iridem cavitas est, quae Camera anterior vocatur. Inter Iridem, et Lentem crystallinam altera est cavitas, Camera posterior dicta, communicans ope pupillae cum priori. Camera anterior est maxima, posterior minima. Anterior est linearum cubicarum 11, 542, posterior 7, 552. Capacitas ambarum est ultra 19 lineas cubicas, quae capere possunt grana 4 ?. humoris aquei. Est distantia inter superficiem corneae internam, et Lentem crystallinam unius lineae cum una quarta: Addita crassitie corneae, distat superficies externa a Lente una linea cum quinque duodecimis. Altitudo Camerae anterioris, sive distantia a cornea ad iridem, plerumque est duarum [illegible], vel [illegible] lineae: Altitudo Camerae posterioris unius sextae, vel unius octavae lineae partis. Implentur ambae Camerae eodem liquore qui vocatur aqueus, estque tenuis, pellucidissimus, insipidus, inodorus, [illegible] renovatus, et resorptus, minus tenuis, et pellucidus est in senibus, [illegible], ut aqua vulgaris, refrigit.

Sequitur Lens crystallina ita posita in medio oculo, ut axis pupillae cum ejus axe jaceat in eadem recta. Si longitudinem oculi consideres, non haeret in medio, sed propius corneae. Est corpusculum mediocriter firmum, in ambitu rotundum, utrinque sphaericum convexum, Lentis microscopicae instar. Anterior superficies minus convexa est posteriori. Anterior est portio sphaerae in plurimis oculis diversae, cujus diameter est a sex ad duodecim lineas, frequentissime vero septem cum una quarta, vel octo linearum: Posterior superficies est segmentum sphaerae, cujus diameter est quinque linearum, raro autem quinque linearum cum una secunda. Chorda lentis plerumque est quatuor linearum, vel quatuor linearum cum una secunda: Crassities 2 linearum. Ex plurimis lamellis vasculosis, sphaericis, arctissime unitis componitur Lens, eaque admodum pellucet. Usque ad aetatem 20 aut 30 annorum est absque colore, a quo tempore incipit leviter tingi colore flavo, qui successu temporis intenditur, donec anno 80 instar succini flavescat. Durities eam mutatur, Mollior enim est usque ad annum 25 indurescit usque ad annum 60. Mollior est ab exterioribus superficiebus, durior in medio [illegible] eam ejus convexitas minuitur. Lens inclusa est capsulae membranaceae, quae a parte posteriori cum membrana coercente humorem vitreum concrescit. Concretio haec usque ad limbum circularem extremum [illegible]. Capsula haec ab anteriori parte formatur a Tunica Arachnoidea, oriunda ab uvea. Dicitur haerere Lens ab omni parte soluta in hac capsula, cui infunditur humor includens Lentem irrigans, et nutriens, nisi forte tenuissima vascula in eam transierint ex capsula. Haec Lens lucem amplius, quam aqua refringit, et sua parte posteriori insidet humori vitreo, qui est malta humore aqueo densior, crystallino mollior, pellucidissimus, flexilis, ingens partem oculi posteriorem, Lentem, et humorem aqueum sua copia superans, obtectus et coercitus a Choroide et processibus ciliaribus; plurimorum vasculorum suis membranis interpositum compages hic videtur. Idus vitrei refringentem eandem esse cum aqua, et non tus speculum fere cum aqua convenire, observatum est.

Nervi Optici a summa regione substantiae medullaris cerebri ~~[illegible]~~ orientes, inde tendunt seorsim, et sub infundibulo accurate uniuntur, tumque lamellae oriundae a latere dextro cerebri transeunt inter alias, quarum origo est a latere sinistro cerebri, atque cum his conjunctae nervum formant tendentem ad oculum sinistrum: Iidemque pariter ortae ex parte sinistra cerebri transeunt ad nervum dextrum et permixtae cum nervi dextri fibrillis tendunt ad oculum dextrum. Deinde ambo nervi a se recedunt, ingrediunt foramina quae fundo orbitarum sunt insculpta, perveniunt ad oculi bulbum, in quo explicantur constituentes Retinam. Haec quoad internam, externamque oculi structuram. Quod attinet ad transitum lucis per oculi humores, atque ortam inde visionem plura equidem tradere possemus, et deberemus etiam, nisi eos, in quibus sumus, praeterire nos temporis angustiae. Sed ea habebitis, quae [illegible] apud Musschenbroekium Elementorum Physicae Capitibus 33, 34, et 35; Praestantiora vero et magis sublimia apud De-Chales in Mundo Mathematico, Barrowium in Lectionibus Opticis, Hugenium in operibus posthumis, aliosque quamplures.

Dissertaõ 2da

De Sono, Calore, Frigore, Odoribus, Saporib.

Caput 1.

De Soni Naã.

Ut Soni naãm distinctè percipiamus, tria in Sono distinguenda sunt. Primo n. quod Sonum dicimus, aliquam conditionem corporis sonantis inhaerentem intelligimus: 2dò affectionem quamdam a sonantib. corporib. aeri inductam: 3tiò Ideam, quam format mens nostra, postquam a sonante aere organum auditûs affectum fuit. Posita triplici hac Soni distinctione, seu potiùs significaõne.

Sonum inprimis excitari observamus, quotiescumq. corpus aliqd firmum, vel fluidum per aerem celeriter movetur; ut quando tenue virga antrorsùm, atq. retrorsùm per aerem celeriter vibratur. 2dò excitatur sonus, quando aer corpora firma quâlibet etiam rapiditate incurrit, ut quando ventus spirat in arbores. 3tiò Sonum audimus, quando duo corpora firma in aere posita inter se colliduntur. Nunquam vero audiatur aut solus aer per se sonat, aut corpora firma in vacuo posita, sed ad Sonum excitandum necesse est, sit aer, et corpora aliquia, quae in eo moveantur.

Investigandum itaq. est, quis motus in corpore firmo requiratur ad aerem ita afficiendum, ut inde Sonus eliciatur. Id ut faciliùs, distinctiusq. percipiatur, ponatur ante oculos chorda elastica recta AB, Fig.a 49, tensa utrinq. in A, et B. Chorda illa a quacumq. causa C in situm ACB inflectatur, subitò laxata chorda, elasticitate sua restituet se se, eundo etiam in oppositum situm AeB. Dum verò ita vibratur, illius partes, quae sibi mutuò impositae erant, veluti in FG, partim a se recedunt, flexa chorda in situm HIK inflectitur, partim ad se comprimuntur, quia decrescit chordae crassities; adeoq. partes componentes nunc a se recedunt, nunc ad se accedunt, chorda ex una inflexione in aliam eunte, et redeunte. In his motibus praecipuè consistit corporis Sonus. Verùm si chorda AB a corpore quodam duro percutiatur, ita ut non modò inflectatur in situm ACB, sed etiam percussae partes alio adhuc tremulo motu agantur, tunc, perseverante partium tremore, sonus excitatur. Sit itaq.

Propõ 1. Sonus in corporib. sonantib. spectatus consistit in motu tremulo, [illegible] et subsultorio exiguarum partium ipsorumet corporum sonantium.

Propõ demonstratur. In eo consistit sonus corporum sonantium, quo posito corpora ipsa efficiuntur sonora, quo sublato, sonum nullum emittunt; sed posito motu [illegible] tremulo, et subsultorio habetur in corporib. sonus; destructo [illegible], cessat in corporib. sonus. Ergo etc. Min. probatur experimentis, et observaõnib. Et primò, notum est chordas musicas vehementer tensas, si digitis comprehensae subitò demittantur, sonitum edere. Tum verò hujusmodi chordae non modò eunt motu oscillatorio eundo scilicet, atq. redeundo pendulorum in morem, sed praeterea omnes earum partes agitantur motu sibi proprio, quo ad se modò accedunt, modò recedunt. Nam quò magis chorda discedit a sua rectitudine, eò evadit gracilior, quod haudquaquam fieret, nisi illius partes a se mutuò recederent. Contra, quo magis chorda ad rectitudinem se componit, eò densior, sive crassior evadit, quod nequiquam fieret, nisi illius partes ad se mutuo accederent. In chordis itaq. sonoris percussis duplex considerandus est motus, oscillatorius scilicet, qui est totius chordae euntis, atq. redeuntis, et tremulus, qui ad singulas spectat chordae partes. 2dò non in chordis tantùm, sed in caeteris etiam sonoris corporib. duos hosce motus animadvertimus. Campana E.C. a malleo percussa figuram rotundam mutat in ovatam, extendendo se se tùm versùs eam partem, in quam percussa est, tùm in partem oppositam. Deinde, quando magna elasticitatis vi donatur, illius partes, quae a centro quam maximè discesserunt, eò rursùs accedunt, et paulò propiùs adjiciuntur, quam priùs. Ex hac autem figurae alterna mutaõne quae species est oscillaõnis, tremulus ille in partib. campanae consequitur motus, quem facilè animadvertimus, quando ad campanam oscillantem manum admovemus. Sonus ergo corporum quorumcumq. sonantium a tremulo, et subsultorio exiguarum partium, et eorumdem motu proficiscitur.

Dicent 1. oriri sonum a motu duntaxat oscillatorio; quando corpora sonantia semper oscillent, aliunde verò non semper in motib. eorum partib. tremorem concipiamus.

R. oscillatorium motum corporum sonantium non esse causam soni, licet semper oscillent quando sonitum edunt. Nam primò, suadente experientia, si fides clavicymbali calamo percutiatur corvino, ea oscillabit, atq. sonabit. Decidente clavi obducta panno, cessabit sonus, et tamen perget adhuc vibrari, et oscillare fides. Rursus, si propè ipsam teneatur corpus durum, in quod incurrat, iterùm sonabit fides, licet a corpore illo duro non solùm oscillaõnes non augeantur, sed impediantur. 2dò chorda supra violinum tensa percutiatur plectro, quod sebo, vel oleo sit unctum. Ex illustri hoc modo uncto percussione vibrabitur utiq., et oscillabit chorda, non tamen eliciatur sonus. At si plectrum colophonia exasperetur, percussa tunc a plectro nervus sonabit, propterea quod illius partes non solùm sunt oscillantes, verùm etiam alio motu trementes. 3tiò, prout chorda supra violinum tensa varia directione percutitur, scilicet vel perpendiculari ad longitudinem, vel obliqua; alius auditur sonus, qui non pendet ab oscillaõnib. Licet n. eodem modo chorda vibretur, quia tamen diversus omninò tremor partib. inducitur, necesse est, ut alius etiam diversus sonus excitetur. 4tò, si chorda longa percussa sonet, non modò unus sonus, sed plures, et quasi integer concentus auditur, quemadmodum periti Musici testantur. Nam licet in percussa chorda una tantùm fiat oscillaõnis species, plures tamen in illa excitantur species tremoris, quod experientia constat non nullas chordae partes citiùs tremere, faciliùsq., non nullas verò lentiùs, atq. difficiliùs. Secundùm ergo diversum tremulum motum fidib., aut chordis inductum, diversus elicitur sonus, eodem interim perseverante oscillatorio motu. Non itaq. ab oscillatorio motu dependet corporum sonus.

Dicent 2dò. Pluma campanae sonanti admota vix ullo motu percitur. Ergo non consistit campanae sonus in tremulo illius, et subsultorio motu.

R. vix moveri plumam sonanti campanae admotam, quia motus ille, seu tremitus exiguarum partium, quo sonus producitur, [illegible] spatio breviori, seu breviores, minimasq. concitat habet vibraõnes, quam ut plumam agitare possit. Asserimus campanae sonum non ab oscillaõnib. oriri, sed a motu partium tremulo, duob. [illegible] confirmatur. Nam primò percutiatur Campana aliqua. Ea sonum emittet. Expectetur donec Campana sonus non ampliùs audiatur. Deficiente sono, non dum desinunt Campanae oscillaõnes. Teneatur deinde corpus aliqd durum propè Campanam, in quod vibraõnib. suis excurrat. Iterùm audietur campanae sonus. 2dò, si supra Campanam nix ceciderit, ea pulsata vix sonavit, non quidem quod oscillaõnes campanae desinant, sed quia motus partium tremuli a mallei ictu inducti, accedente nive, cessant.

Corollaria

1. Quoniam sonus in motu tremulo, et subsultorio partium sonantis corporis consistit, et varii tremoris gradus, majores, minoresve esse possunt, etiam soni intensitas tùm a magnitudine tremoris sonantis corporis partib. inducti, tùm a multitudine trementium partium pendebit.

Fig. 49.



2. Ad sonum intensum suscitandum requiritur in primis causa vehementer percutiens corpus, deinde ut causa hec dura sit. Nam a molli ligneo malleo percussa campana vix sonitum edit; percussa verò a metallico, vel a ferreo durissimo malleo sonat intensissimè. Hinc eam, si corneo calamistro percutiatur fides, gratus, atque intensus oritur sonus: si verò calamistrum flexilius fuerit ex ansere, vel ex alia ave, percussa fides vix sonum emittet.

3. Quia corpora omnia elastica concipiendis, et continuandis tremoribus sunt aptissima, erunt quoque maximè sonora. Hinc fides fiunt ex Orichalco, et Chalybe, et chordæ ex intestinis aliorum. Hinc instrumenta musicorum ex lignis construuntur admodum elasticis, quæ sonum semel excitatum aliquandiu producunt. Hinc mollia corpora, quorum partes vix contremiscunt, percussa, vix sonant, aut sonum unius tantum momenti eliciunt.

4. Si duæ chordæ tensæ percutiantur, sonentque, atque altera lentius, altera citius suas absolvat oscillationes, habebitur sonus. Est autem sonus alius gravior, alius acutior. Gravior dicitur quem percussa chorda lentius oscillans excitat. Acutior, quem chorda celerius agitata efficit: Hinc soni omnes referuntur ad sonos graves, et acutos.

Propositio 2da. Aer est medium, per quod sonus a corporibus sonoris ad nostras usque aures transfertur.

Propositio demonstratur. Sublato aere, nullus auditur sonus, licet sonora corpora graviter fuerint percussa. Nam pulsata campanula intra machinam pneumaticam, ex qua eductus sit aer, nihil soni percipitur, contra verò si inclusus sit aer, auditur sonus, licet machina accuratissimè sit clausa. Aer itaque solus est medium, per quod sonantium corporum sonus ad nos educitur.

Propositio 3tia. Sonus in aere est motus tremulus a sonante corpore aereis particulis communicatus, et in expansionem sphæricam propagatus.

Pro 1 propositionis part. Per primam superiorem propositionem sonus in corporibus sonantibus est motus tremulus ex quarum eorundem partium sed aeri communicatur sonus, dum corpus in eo immersum sonat; Ergo etc. Confirmatur pluribus observationibus. Primo, si vas argento vivo impleatur, uti expertus est Cl. Zana, et aliquo in loco immobile collocetur, instabitur illius fluidi superficies, variisque agitabitur tremoribus quotiescumque vel campanæ pulsatæ fuerint, vel tubæ insonuerint, vel currus advenerint. 2do refert Digbeus a se navigante in Prætoria classis Anglicanæ quandoque observatum vitra apposita fenestris prætoriæ cubiculi vibrari, et succuti; nam autem pergente, hujusmodi vibrationes plurimum augeri, donec emenso majori itineris spatio, tormentorum explosiones audiret; Quæ equidem nonnisi per tremulum aerearum particularum motum explicari possunt.

Pro 2da propositionis part. Si campana, aut quodcumque corpus sonorum in loci ampli medio sonet, audiet sonus ab omni parte, in quam vis ponitur. Est ergo sonus in aere motus in expansionem sphæricam propagatus. Neque verò difficile est sphæricam hanc aeris propagationem explicare. Quum enim ad sonum procreandum necesse sit corporis sonori partes contremiscere, partes istæ tremulæ vicissim alternas eundo, et redeundo propellunt partes aeris sibi proximas, et propellendo comprimunt, condensantque, deinde vehitur suo sinunt partes compressas recedere, et se se expandere. Partes itaque aeris corpori tremulo proximæ sonant, atque redeunt ad instar partium corporis sonori. Qua autem ratione partes corporis sonori agitant proximas aeris particulas, hæ similibus agitatæ tremoribus agitabunt partes sibi proximas, hæque similiter agitatæ agitabunt remotiores, et sic deinceps in infinitum. Et quemadmodum primæ aeris partes eundo condensantur, et redeundo dilatantur, sic reliquæ partes, dum eunt, condensantur, dum redeunt, se se expandunt, ex qua reciproca condensatione, et expansione oriuntur circum sonora corpora undæ, seu orbes, qui simul a corpore tremulo, tanquam a centro communi secundum superficies quodammodo sphæricas et concentricas undique propagantur.

~~Adversus superiorem propositionem nihil opponi potest dignum confutatione~~

Propositio 4ta. Sonus in Anima est sensus tremuli, et subsultorii motus sub forma soni.

Propositio hæc demonstratione non indiget.

Caput 2dum

De soni propagatione, et celeritate.

Cuilibet sono suos esse terminos, ultra quos non amplius auditur, quotidiana experientia edocemur; Incertum tamen est quinam sint soni termini, propterea quod dependent illi a soni magnitudine, quæ non potest determinari. Plures in hac re ~~[illegible]~~ Turnebus habet observationes. Florentiæ, rogante Newtono, tormenta bellica explosa sunt, quorum sonus auditus fuit Liburni, et ad Arcem veterem supra montem Rotundum, quæ 5 milliaribus ulterius distat. Intervallum Florentiæ, et Liburni est 50. milliarium italicorum; spatium autem intermedium montosum, et ventus soni vim haudquaquam favebat. Explosa Liburni tormenta audire solent usque ad Portum Ferrajo 66 milliaribus inde distantem. Gallis Genuam expugnantibus, tormentorum sonus auditus fuit Liburni quæ distantia est 90. milliarium italicorum. Cognita etiam soni magnitudine, nihil certi statui posset quoad illius limites, quum ejus propagatio dependeat a vento, ab aeris puritate, elasticitate, densitate, calore.

Circa soni celeritatem multa tradiderunt recentiores Philosophi secundum diversa in diversis regionibus capta experimenta, nullo spirante vento. Gassendus primus fortasse omnium invenit sonum intra minutum 2dum percurrere pedes 1473. Accuratius Florentini Philosophi ope incensarum Balistarum, a quibus dato intervallo aberant, velocitatem soni determinarunt. Quum enim flammam eodem ferè tempore ab adstantibus, et remotis spectatoribus conspiceretur, intervallum temporis inter visam flammam, et auditum sonum ab observatore, in dato spatio a Balista, dabat celeritatem soni. Secundum autem Florentinos percurrit sonus intra minutum 2dum pedes 1180. Post Florentinos Cl. in Gallia Philosophi Cassinus, Hugenius, Picardus, Romerus sono viam adscripserunt 1172 pedum Parisiensium. Flamstedius, et Halleius in Britannia 1142 pedum Londinensium, scilicet pedum Parisiensium 1070, quam mensuram Newtonus probavit. Nec dubitandum, inquit Muschenbroekius, quin in Etruria, Gallia, et Britannia summa cura observationes sint captæ. Ex quibus concludendum, sonum non semper ubivis terrarum esse æquivelocem.

Sunt tamen, qui cum Cl. Derhamo opinantur in omnibus Atmosphæræ mutationibus, sive sicca sit, sive Humida, sive nox, sive dies (seclusis ventis) eandem semper celeritatem soni (et sonum duntaxat vel majus, vel minus clarum) exhiberi. Posita sententia Derhami, et Britannica soni superius recensita mensura, cognosci potest ope Newtonianæ regulæ tum numerus pulsuum, sive undarum aeris, tum earum distantia. Inveniatur enim numerus vibrationum, quas corpus sonans dato tempore agitatur. Per hunc numerum dividatur spatium quod unda aerea eodem tempore percurrere potest, et parti inventa erit unius undæ latitudo. Cl. Sauveurius hac regula usus invenit, fistulam apertam, longitudinis

circiter quinque sonum edere ejusdem toni cum sono chordæ, quæ tempore minuti 2di centies oscillat, adeoque unde circiter 100 in spatio pedum Parisiensium 1072 excitabuntur; et quælibet unda ab alia distabit pedibus $10\frac{7}{10}$. Quoniam vero sonus minimus et maxime acutus editur a chorda intra minutum 2dum 6400 vices oscillante, illius undæ $2\frac{1}{10}$ pollices tantum a se invicem distabunt.

Sonus magnus, et parvus percurrunt idem spatium æquivelociter, licet magnus plus spatii conficiat in suo progressu. Id experti sunt Florentini Philosophi, et confirmavit Derhamus, percurrentibus pari tempore milliaris intervallum et sono campanæ, et tormenti fragore.

Sonus idem semper æque velox in suo decursu observatur, adeoque undarum aerearum æquabilis est celeritas. Primi hoc observarunt Florentini. Cum enim in distantia 3000 cubitorum varia tormenta bellica audivissent explodi, numerassentque decem dimidia minuta 2da ad intervallum duplo minus dimidio tempore sonum pervenisse notarunt; quod suis quoque observationibus confirmavit Derhamus in sono horizontali. Utrum vero celerius ascendat, aut descendat sonus, incertum est.

Ventus secundus sonum accelerat, atque eo magis, quo impetuosius spiraverit; ventus autem adversus sonum retardat, tametsi Gassendus, et Florentini suis experimentis statuerint ventum neque accelerare, neque retardare sonum. Nam Derhamus observavit accuratissime, vento 2do percurrisse sonos datum intervallum tempore 111 semisecundorum minutorum, flante autem adverso vento percurrisse idem spatium tempore 122 semisecundorum minutorum.

Ventus 2dus sonum ad majus intervallum defert, quam quidem flante adverso vento propagatur.

Sonus major minorem suffocat, ut vel non audiatur, vel non distinguatur.

Potest conservari sonus, impediendo quominus spherice se se expandat, quod fit, si tubis, vel canalibus longis cumulatur. Hinc observante Kirchero, sonus ideatur (?) defertur in Aquæductibus Romanis 600 pedes longis, ad quorum orificium qui loquitur, auditur, atque intelligi ad alteram extremitatem potest. Ope enim hujusmodi canalium sive rectorum, sive curvorum ad quemcunque locum dirigi sonus potest.

Fig. 50.

Potest quoque sonus, lucis instar, colligi in exiguo loco, qui veluti soni focus habetur. Id probant cameræ illæ, quarum lacunar forma constat elliptica. Si quis enim in uno ellipsis foco submisse loquitur, in altero foco clare auditur. Hinc in Tubis, qui ex lato ore in angustum canalem desinunt meatui auditorio immovendum, ingressus sonus latiorem aperturam, ita tuba lateribus aliquoties replicatus ingreditur in aurem quammaxime condensatus, et tympani membranam concutit validissime. Quod enim observamus, quum aurem admovemus angustiori orificio stentoreæ tubæ, latiorem illius partem versus sonoram causam dirigendo.

Minuitur, et quasi suffocatur sonus, quum incidit in corpora laxiora, minus elastica, et inæqualis superficiei. Hinc vox sonantis modum minuitur in cubiculo, cujus parietes tapetibus laxis sint ornati, aut quum in frequenti concione a multitudine auditorum sonus continuo intercipitur.

Ope Tubarum stentorearum augetur sonus, et ad multo longius intervallum propellitur. Augetur autem ab elasticitate tubæ, quæ a sonante aere mota aliquandiu facit contremiscere eundem quasi reiterans sonum, non secus ac si vox eadem a pluribus hominibus simul ederetur. Alexander Magnus ejusmodi tubam habuisse dicitur, qua totum exercitum quamvis dissitum convocabat, atque ita præsentem alloquebatur, ac si singulis præsens loqueretur.

Si in eodem, vel in duobus sibi proximis musicis instrumentis duæ sint chordæ unisonæ; pulsata una, sonavit quoque altera, cujus tremor ex imposito levissimo corpore sensibilis apparebit. Quia enim a tremante chorda aer in undas ciet, hæ incurrunt in alteram chordam, quam facile in similes tremores commovent, quum pari velocitate possit contremiscere. Idem contingit in chordis, quæ in octavis gravioribus tensæ sunt. Quare intelligere possumus, cur, sonantibus corporibus sonantibus, cum nostris astris, alia contremiscant, sonare vitra resistrarum (?), scyphi, aliique ædes sonant.

Caput 3tium.

De soni imagine, quæ Echo dicitur.

Quia sonus in aere est motus ejusdem aeris oscillatorius, et tremulus, reflecti potest sonus a corpore, in quod incurrit, et in locum a quo exierat, restitui. Dum autem sonus ad locum suæ originis reflectitur, et a primo sono distinctus percipitur, imago, seu Echo nuncupatur.

Propositio unica. Echo ex soni reflexione proficiscitur.

Pro Propositione. In locis apertis, ac præcipue in medio mari, ubi nulla prorsus sunt obices ad reflectendum sonantis aeris motum accommodati, nunquam Echo auditur; in asperis vero regionibus, in antiquis plus menibus, in silvis, in vallibus, in Templis, in locis, a quibus reflecti potest sonorus aer, Echo frequentissime contingit. Oritur itaque Echo ex reflexione soni.

Dicent 1. In domesticis cubiculis non percipitur Echo, etsi a cubiculi lateribus frequentissime habeatur sonantis aeris reflexiones: Ipso enim Cœlo reflectitur plerumque sonus ab innumeris obstaculis, quin Echo ulla audiatur.

R. in parvis potissimum cubiculis Echo nullam audiri propter exiguam obicis distantiam, qua fit, ut reflexus sonus eodem fere tempore cum sono directo ad aures veniat. Nam quum soni infinita celeritate se sequentes, humana aure non potest eos distinguere, sed mora inter eos sensibilis requiritur, ut distincti audiantur; idcirco, quamvis latera cubiculi sonum redderent, Echo tamen ob propinquitatem obicis percipi non poterit. Ut Echo percipiatur, inquit Musschenbroekius, obex a causa sonante abesse debebit pedibus Rhenolandicis 53, cum una sylla. Si enim 50 pedibus distaret obex, dubito, an peritissimus sonum sequentem a primario distinguerit, sed tantummodo audiret clangorem. Auris vero minus exercitata majus intervallum obicis postulat, ut imaginem audiat, distinguatque a sono primario. Supellectiles enim cubiculorum in causa sunt, ut Echo non exaudiatur, confringunt enim, dispelluntque soni reflexi motum. Hinc in majoribus spoliatis cubiculis Echo licet vix sensibilis, quandoque percipitur. Hinc multo major est Echo in Templis, quando sunt vacua, quam quando auditoribus sunt referta. Eadem cum proportione dicenda sunt de ceteris obstaculis, quæ tametsi in proportionali distantia secundarium sonum ad aures non reflectunt. Plura quippe occurrere possunt, quæ soni reflexum motum aut minuant, aut impediant.

Dicent 2do. Si Echo proficisceretur a soni reflexione, quemadmodum semel duntaxat reflectitur sonus, semel enim constanti lege Echo audiretur; quod est contra experientiam.

R. Echo unum, eundemque sonum pluribus vicibus repetere, propterea quod plures a pluribus obstaculis habentur ejusdem soni reflexiones. Fieri enim potest, ut plura adsint corpora vel æqualibus, vel inæqualibus intervallis ita collocata, ut singula sonum repetere valeant. Si obstacula fuerint ab invicem æque distantia, æquale habebunt etiam singulæ soni repetitiones temporis spatium; si non fuerint æque distantia, inæquales partibus erunt inter distinctos, et replicatos sonos temporis moræ. Æquale tamen celeritate singuli successive soni, singulas v.g. voces, singulis vicibus successivis proferrent, cum hoc duntaxat discrimine, ut vox, quæ a loco magis longinquo venerit,

debilior, quæ a magis propinquo fortior. Renetitas hujusmodi imagines dare solent obices ad varias a loquente distantias collocati, quorum proximi sint humiliores, remoti altiores; Dare eam solent muri paralleli altissimi, quales fuerunt prope lasentis Simonettæ Villa, in quorum uno fenestra habetur, e qua qui loquitur, quadragesies sua verba repetita audit. Echo itaque oritur a soni reflexione, quod erat demonstrandum.

Caput 4.

De Organo Auditus.

Ut percipiamus, quomodo sonum audiat mens, necesse est, ut Auris fabricam aliquo modo exponamus. Homini datæ fuerunt Aures duæ appositæ laterali, et mediæ parti capitis, ut quicunque sonus ad caput allabitur necessario alterutram, vel utramque aurem feriat.

Substantia Auris cartilaginea est, tenuis, atque elastica, ut facilime ab Aeris undis possit in tremores concitari: membranis obducitur, ne soni clangori evadant; superficies externa donatur aliquibus eminentiis, et cavitatibus, quæ aptæ sunt ad sonum capiendum, reflectendum, et dirigendum in Concham, ne erret, et dispdatur, priusquam pulsus fuerit sensus. Ope trium musculorum internorum, et trium externorum ita tenditur, expanditur, et applanatur, ut quibuscunque tremoribus, et sonis capiendis, vel aliquo modo arcendis aptetur, et cum iis eam harmonice contremiscat.

In fundo Conchæ sub Trago cartilagineo C, Fig. 50, incipit meatus Auditorius ellipticæ figuræ ~~[illegible]~~. Sequitur Tuba DE duros, et quasi corneolos habens introitus partim ossea, partim cartilaginea, 9 lineas longa, 4 alta, 3 lataque cylindro-elliptica, suo primo progressu DF ascendens, tum descendens per FE, iterumque ascendens, terminata a membrana Tympani G oblique apposita, formante angulum obtusum a parte superiori, acutum ab inferiori, ne sonus recta ipsam feriat, sed post varias in hac Tuba reflexiones, admodum oblique incidat in membranam a parte superiori deorsum, quo artificio diutissime conservatur, nec facile a sonis intensioribus rumpitur.

Membrana Tympani undique arcte adhæret margini meatus ossei, nullo pervia foramine. Concava est a parte Auris externæ, convexa a parte interna: membranæ Tympani adhæret manubrium mallei h, quod ad ejus medium fere excurrit, malleus autem articulo conjungitur cum Incude K. Hæc cum ossiculo exiguo i. hoc cum Stapede n. Tres musculi malleo affixi efficiunt, ut membrana Tympani tendatur, remittatur, convexior, vel planior fiat, quibus modis disponitur, ut harmonice cum sono ipsam afficiente contremiscat.

Post Tympani membranam cavitas insignis sequitur, quæ Tympanum, vel Tympani cavitas appellatur, irregularis figuræ, elliptico corpori similis, longitudinis, et latitudinis 4 linearum. In hoc Tympano posita sunt quatuor memorata superius ossicula: Hiant quoque in eodem aliquot foramina cellularum mastoidearum, tum fenestra rotunda, fenestra ovalis, et Tuba Eustachiana m. Per hanc Tubam Aer ex cavo in internum os liberi exit, et ingreditur ex ore in hoc cavum, ita ut ejusdem elasticitatis cum Aere externo sit: Idcirco Aere sonoro exteriori afficiente membranam Tympani G, eam ab hujus tremore in similes undas concitabitur Aer Tympani internus.

Altera Auris interior pars Labyrinthus dicitur, in quo primum occurrit vestibulum, quod est cavum, irregularis figuræ, duas lineas longum, et latum, sesquialterum, ossi petroso insculptum. In eo hiant quinque orificia trium canalium semicircularium O, P, Q. orificium Cochleæ S; Orificia quinque pro nervis supra S et fenestra ovalis, quæ membrana occluditur, cui inhæret Stapes n. Sunt autem tres canales ossei semicirculares O, P, Q, quinque tantum orificiis prediti, intus cavitatem ellipticam habentes, hiantes in vestibulum v.

Fig. 51.

Cochlea S, Figa 51, est canalis conoideus, osseus, S circa conum convolutus, duas spiras cum dimidio absolvens, quæ tendunt a basi ad apicem acutum T. Cochleæ cavitas dividitur in duo cava a se distincta ope septi tenuissimi Z Z, partim ossei a, a, a, partim membranacei 6, 6, 6. Hujus membranæ fibræ decurrunt ab axe cochleæ ad exteriora, veluti radii circuli a centro ad peripheriam; sunt proinde a basi latiori ad apicem, diversissimæ longitudinis, ut proinde membrana sit quasi scala triangularis, composita ex plurimis chordis tensis diversissimæ longitudinis. Cavitas altera Cochleæ terminatur ad foramen rotundum membrana tenui clausum. Hoc foramen desinit in cavitate Tympani, opponiturque centro membranæ Tympani.

Nervus Auditorius consiliis incipit in Cerebro ad Protuberantiam annularem Wilisianam, distinctus in mollem, et durum, qui ambo ingrediuntur foramen latum in osse petroso. Mollioris nervi pars U, Fig. 50, per quinque foramina prope S ingreditur vestibulum v, formando ibi membranam obducentem superficiem internam vestibuli et canalium semicircularium O, P, Q. Tum ambo nervi decurrunt intra duplicaturam scalæ triangularis Z Z in cochlea, in qua explicantur. Hic proprie locum habet organum auditus.

Cavitates hujus Labyrinthi impletæ sunt aere ejusdem elasticitatis cum aere in Tympani cavitate contento, qui tamen per singulare foramen non intrat, neque exit, sed tantum advehitur cum humoribus, qui ex vasculis evaporantur, ut nervi molles maneant, et cum iisdem humoribus resorbetur, atque ita perpetuo renovatur.

His positis, Auditus sequenti modo peragitur. Sonus in aere externo excitatus allabitur ad Aurem A B, Figa 50, ingreditur concham C, tum meatum auditorium DE, in tremores redigit membranam Tympani G, qua tremente, Aer in cavitate Tympani contentus agitur in sonoras undas. Hæ occurrunt foraminis rotundi membranæ, ipsamque in tremores excitant. Hæc Aerem agitat in una cavitate Cochleæ contentum, qui in scala Cochleæ S nervos afficit. Atque motus hic a nervum propagatus ad Cerebrum efficit, ut mens audiat, quamvis fortasse non ita distincte. Cupiente autem Anima cognoscere Sonos distinctissime, tendit membranam Tympani G ope musculorum mallei, ut harmonice contremiscat. Tenditur eam quoque musculi Stapedis membrana fenestræ ovalis, ut hæc quoque cum ossiculis harmonice tremat, et vehementius, quam a solo aere Tympani agi potuisset. Tremente hac membrana, eam aer interior in Labyrintho v tremit, afficitque nervos expansos supra canalium semicircularium O, P, Q internam superficiem, simulque afficiet eos in scala Cochleæ S, Fig 51; Quilibet vero sonus in hoc aere excitatus afficiet aliquot fibrillas 6, 6, 6, harmonice tensas. Hæ nervos agitabunt, qui horum motus per cerebrum ad mentem deferentes, afficere possunt, ut ita distinctissime sonoros tonos percipiat.

Caput 5.

De Natura Caloris.

Circa naturam caloris plurimum inter se different veteres, et recentiores Philosophi. Peripatetici cum Galenicis arbitrantur calorem esse entitatem aliquam ab entitate substantiæ prorsus distinctam, atque inde separabiliter inhærentem. Definitur autem ab Aristotele calor Lib. 2 de generatione, Cap. 2. id, quod congregat, quæ ejusdem sunt generis: quam tamen definitionem Philosophi recent

res acriter impugnant, existimantes calorem non solum congregare homogenea, sed etiam aliquando heterogenea, quae frigoris ratio Aristoteles videtur. Sic e.g. caloris vi particulae cerae, et picis antea separatae arctissime inter se conjunguntur: Cibi in ventriculo vi caloris adeo inter se fermentantur, et miscentur, ut unus veluti succus ex omnibus componatur. Frigus vero depositos in alembico vapores homogeneos colligit, et in unum congregat.

Democritus, Epicurus, caeterique tum veteres, quam recentiores Atomistae caloris naturam in rotundis, tenuissimis, maximeque mobilibus atomis sitam esse arbitrantur; ut quanto plures ejusmodi particulas corpus aliquod in se contineat, tanto calidius sit. Plato tamen, cui haec sententia placuerat, non sphaericas esse caloris atomos, sed potius pyramidales putavit, ut facilius corporis poros subire, et nerveas fibras acutius pungere possent.

Cartesius ad propria confugiens elementa, existimat calorem fieri, quando 3tii elementi particulae a tenuissimis primi elementi particulis motu celerrimo abripiuntur. Tunc enim in nerveis fibris impressionem, agitationem, et affectionem eam efficiunt, quam nos caloris, et ignis nomine designamus.

Verum in tanta opinionum discrepantia, illud statutum fuisse videtur a Philosophis universis, calorem scilicet in motu aliquo consistere, et sine motu haberi nullatenus posse.

A < Propositio 1. Calor in corporibus, quae calida nuncupantur, non est aliqua entitas ab ipsa corporum substantia distincta, eique separabiliter inhaerens.

Propositio demonstratur ex ipsis principiis Aristotelicorum. Docentibus Aristotelicis, calor in corporibus est illud, quod homogenea congregat, et heterogenea disgregat: quod congregat homogenea, et disgregat heterogenea non est nisi motus: motus non est aliqua entitas a mobilibus corporibus distincta. Ergo calor non est aliqua entitas etc.

F Propositio 2da. Calor non est illud, quod congregat homogenea, et segregat heterogenea.

Propositio demonstratur. Calor partes aquae non congregat, sed potius in vapores dissipat; neque congregat partes vini, aut cujuscumque fluidi, sed eas potius disgregat. Id vero clarius animadvertimus in corporibus solidis, et firmis, quorum sive homogeneae, sive heterogeneae

H partes vi caloris resolvuntur, et disgregantur. Confirmatur. Frigus etiam definiri posset illud, quod congregat homogenea, et segregat heterogenea. Nam dispositos in alembico vapores cogit in aquam, et proinde congregat homogenea; partes vero heterogeneas v.g. sanguinis, serum nempe, et sanguinem proprie dictum segregat. Non recte itaque definitur calor illud quod congregat homogenea, et disgregat heterogenea.

Adversus duas hasce propositiones nihil opponi potest dignum confutatione.

Propositio 3tia. Calor in calidis corporibus spectatus nihil aliud est, quam ingens expansivus et perturbatus motus subtilium partium earumdem corporum calidorum.

Propositio demonstratur. Posito in corporibus ingenti, et perturbato hoc motu, habetur calor. Deficiente hoc motu, corpora frigescunt. Ergo etc. Antecedens patet. Nam ignes terrestres, radii solares, fervidi liquores, et caetera calida corpora motum hunc satis sensibiliter exhibent, ea quidem constanti lege, ut quo augetur calor, eo crescat internarum partium perturbata, et expansiva motio; quo vero calor minuitur, eo motus minuatur. Hinc aquam, et caetera fluida, dum subjecto igne calorem arripiunt ebullire sentimus. Hinc metalla, dum incalescunt, majorem extensionem acquirere videmus, et, si calor intendatur, liquescere etiam, et ebullire.

Dicens. Radii solares, aqua agitata, et caetera etiam corpora donantur motu celeri, et perturbato, quin ullum exhibeant calorem. Ergo etc.

Respondeo distinguendo antecedens: Donantur motu etc., quin ullum sensibilem exhibeant calorem nego; quin exhibeant calorem sensibilem subdistinguo: propter majorem calorem corporis nostri organici concedo; propter defficientem in ipsismet corporibus sensibilis caloris excitandi vim nego antecedens: et consequentiam. Quod radii solares, aqua, et caetera corpora motu afficiantur perturbato, et maxime celeri non tamen sensibilem in nobis excitant calorem, quia motus exquisitissimarum eorum partium adeo vehemens esse non potest, ut superet calorem a sanguinis motu in corporis nostri partibus productum. Hinc loca subterranea calidiora putamus hyeme, quam aestate, quamvis tamen thermometrum in eadem latum altius ascendat aestate, quam hyeme. Hinc, flante vento, majus a nobis percipitur frigus, quam aere pacato, quamvis tamen experimentis demonstretur sit longe frigidiorem esse serenum, et tranquillum aerem, quam vento perturbatum. Hinc si manu calida corpus aliquod tepidum contrectamus, frigidum illud apparet; contra vero calidum, si frigida manu tangimus.

Dicens 2do. Docentibus Chymicis, aliquae sunt fermentationes frigidae, in quibus scilicet corporum particulae perturbato motu agitatae frigescunt, qualis est dicitur solutio cerussae in aceto distillato, et solutio coralli etc.

Respondeo nullam esse fermentationem omnis expertem caloris; quod solutio cerussae in aceto distillato potissimum evincit. Nam si duo sumantur thermometra, et alterum in vas, quo continetur acetum distillatum, immergatur, statim thermometri liquor propter aceti frigus aliquot descendit gradus; sed immissa in acetum cerussa, ubi primum simul fermentescere incipiunt, illico thermometri liquor altius ascendit, quam prius, interim nulla in altero thermometro, quod in aere remansit, conspicitur mutatio. Non equidem negamus ex salium volatilium alkalinorum cum variis liquoribus acidis mixtione oriri fermentationes, quae [illegible] dicuntur, quoniam thermometri in eas mixturas immersi liquor descendit. Sed tunc major pars liquidi corporis, in quo excitatur fermentatio, cum aliqua salium portione in moleculas coagulatur; proindeque subtilissimarum partium ex quarum motu prodit calor, fluxus retardatur, et calor thermometri non parum minuitur, quod in causa est cur hujusmodi fermentationes vulgo frigidae nominentur. Dum tamen subtilissimae particulae, quae calorem excitant, sese nequeunt moleculis solvere per solidos meatus, corporis liquidi, quod in moleculas concrevit, insinuant se se intra ipsas moleculas, spatia infra interjecta majori cum [illegible] subeunt, ingentesque fermentationem efficiunt, quam bullae aeris, et vapores perturbato motu sursum erumpunt, et suspensum in aere thermometrum calefaciunt, dum interim aliud thermometrum quod in mixturam demersum est, refrigeratur, quod equidem maximo argumento est non omnem abesse hujusmodi fermentationibus calorem. Verum id in mixtura seminuncia salis armoniaci cum trigintaunus olei vitrioli facilius exploratur. Nam coagulum in eas crustae salinae in hujus liquoris superficie concretum conspicitur, dum subtiliores fumi admodum calidi in auras erumpunt: In caeteris mixturis aliorum salium cum liquoribus acidis minus valentibus, ut in mixtura salium volatilium cum spiritu aceti vix sensibile fit coagulum, inde autem fit, ut tantum ex eo frigus non venit. Si tamen dum hujus mixturae partes subtiliores, ac mobiliores in auras efferuntur, reliquae in vase superstites minori agitantur motu, et aliae aliis adhaerescunt ideoque vel frigidae sentiuntur, vel saltem minus calidae, et corporum intra eas positorum calorem diminuunt. Non tamen interea licet, nullum in hac fermentatione consurgere calorem. Primo ex sali tartari aqua fortem, seu spiritum nitri, quam audissimum est, affusum fuerit, subito magna oritur effervescentia, quam ingens calor consequitur. 2do idem spiritus nitri in cuprum vivum, vel in chalybem, aut cum limaturam injectus, tantum suo motu, et fermentatione calorem procreabit, ut vas, quo ea corpora continentur, manibus tractari non possit. 3tio oleum vitrioli cum aqua communi simul quam maxime incalescit, multumque fumi ex se profundit. Idem in calce viva, postquam aqua communi perfusa est, contingit. Lateo ferunt. Quarto spiritus nitri cum pari spiritus vini portione commixtus, calidos, rubentesque vapores, seu fumos sursum emittit. Sto, si [illegible]

unica limaturæ ferri includatur in ampulla vitrea, ac superinfundatur spiritus salis in eam infusus, fiet fermentatio, ex ampullæ collo erumpet fumus, cui si candela accensa admoveatur, flammam ipse concipiet, magnumque fragorem edet, instar ictus sclopeti, et ampullam ipsam aliquando confringet. In hoc autem experimento profecto calorem a motu celeri, et perturbato subtilissimarum partium, nemo est, qui non videat.

Dicent alii: Calor consistit potius in turbinato, et verticoso motu, quam in perturbato. Videmus enim in fermentationibus calorem ex eo prodire, quod spiritus, qui expanduntur, cum crassioribus elementis in orbem agantur.

R. subtiliores alicujus calidi corporis particulas agitari posse et motu simul vortico, et motu quammaxime celeri, expansivo, et perturbato; uti in fermentationibus contingit. Quoniam vero, posito duntaxat motu rotationis, seu verticoso, nullum nos concipimus calorem, quem in celeri, perturbato, et expansivo deprehendimus sensu; idcirco non magis calorem conferre quam motus verticosus, quam vel rectilineus, vel ex quocumque alio genere curvilineorum.

Corollaria.

1. Calor in corporibus est quædam copia ignis moti in partium interstitiis.
2. Calor in sensorio organo tactus est motus quidam in eo excitatus ab agitatione minutissimarum particularum corporis, quod calidum dicimus, ab agitatione nimirum ignis.
3. Calor in mente est perceptio motus excitati a minutissimis igneis particulis in nervis organi tactus, eorumque fluido, sub forma caloris.

Caput 6.

De Proprietatibus Caloris.

Quinque communiter recensentur præcipue caloris proprietates, calefactio nimirum, solutio, fusio, rarefactio, dissipatio, quæ ab agitatione partium subtilissimarum calidi corporis quaquaversum diffusa originem ducunt. Quando hæc agitatio ad corporis nostri partes extendit vel titillationem duntaxat aliquam sentimus, vel producitur ab anima mira sensatio caloris. Titillatio quidem excitatur, quando perturbatus motus partium exilissimarum, qui corpori communicatur nostro, parum admodum excedit consuetum motum sensorii organi tactus, calorem vero sentire dicimur, quando agitatio partium subtilissimarum calidi corporis quammaxime excedit agitationem sensorii. Sed cum plus declaramus. Si nudis, tumidisque manibus ignitos carbones tractamus, adeo vividam caloris ideam producit anima, et dolore adeo sensibili excruciari videmur, ut verbis exprimi non possit; tunc quippe maximus ille perturbatus motus, quo carbonis particulas quoquoversum diffunditur, ita fibrulis, ceterisque organi manuum communicatur, ut eas separet motu quammaxime violento, quem sequitur violenta doloris sensatio. Verum si accensi carbones deferantur manibus succo prius ignobili semel, atque iterum accurate obductis, propter exiguum sensorio communicatum motum, loco caloris, combustionisque, titillatio duntaxat aliqua sentietur. Hinc ita comparatis manibus, possunt innocue candentia attingere, et pertractare liquefactum plumbum. Succus enim [illegible], qui hujusmodi est, replens poros, accensorum carbonum, et fusi plumbi actionem impedit, neque sensoriis organos vehementer agitari sinit. Hinc ridiculi vagique homines solent in plateis satis familiariter id tractare, atque in ore eam tenere. Utuntur enim mixtura quadam æqualium partium spiritus sulphuris, salis armoniaci, essentiæ rosmarini, et succi [illegible].

Solutio, seu potius dissolutio alia est proprietas et effectus caloris. Nam quia calidorum corporum quammaxime agitatæ particulæ trahere nequeunt per meatus corporum durorum, quin eorum partes violenter actas excutiant, distrahant, separentque; necessario consequi debet, ut calidum dura corpora dissolvant.

Eadem corporum calidorum agitatio ferrum dissolvere solet, chalybem, argentum, cuprum, aurum metallaque omnia. Eorum enim partibus rapidus quaquaversus communicatur motus, qui eas separat, dissolvitque. Hæc autem dissolutio fusio metallorum nuncupatur. Ut tradit [illegible] plumbeum globum charta aliqua obductum, cui ita, quantum fieri potest, nullæ rugæ sint, nullæve cavitatulæ, appositus flammæ alicujus lampadis funditur, et per foramen in charta actum stillatum cadit, quin tamen charta ipsa accendatur. Hujus autem phænomeni hæc ratio est. Actio caloris, quæ per ampla chartæ interstitia liberè transit, quoniam partes chartæ non ita unitæ, et conglomeratæ sunt, nullum chartæ vim infert. Exercet tamen idem calor vim suam in plumbo, dum chartæ parcit, quia obstaculum invenit in plumbi partium acervatione sive intime compositis.

[illegible] Non possumus dissolvere et quoquoversus exilissimas alicujus corporis particulas movere, quin singulæ particulæ ab invicem recedant, recedentes autem majus spatium occupent. Hoc modo caloris vi corporum rarefactio contingit. Hinc metalla calefacta inflari videmus, et in majus volumen expandi. Testudines magis extenditur, quando candefactum, ut ampliatum rotundum intrat foramen, quod quando erat frigidum, facillime replebat.

Agitatio denique ita, quæ causa est rarefactionis corporum efficit eam, ut infinitus ferme subtilissimarum particularum numerus quoquoversus a corporibus abstractus in aerem diffundatur, atque in quo caloris quinta proprietas, dissipatio nimirum consistit. Hinc fit, ut maximo calore, et summa particularum dissipatione, plantæ arescant, marcescant flores, corpora animalium debilitentur. Nunc mirum esse non debet, si calor eodem tempore et limum duriorem efficiat, et ceram molliorem. Liquefacit enim calor ceram, quia agitat, sejungitque homogeneas illius particulas, quin tamen eas dissipare possit, propter earundem massam, atque pondus. Eodem vero tempore, eodemque calore induratur limus, quia quum non tantæ virtutis sit calor, qui terrestres dissipare queat particulas, aqueas duntaxat leviores particulas, quæ limum constituebant liquidum, dissipant.

Caput 7.

De Frigore.

De Frigoris natura diversæ, et inter se dissentientes sunt tam veterum, quam Recentiorum Philosophorum sententiæ. Ut Peripateticos missos faciam, Leucippus, Democritus, Epicurus, quos plures ex Recentioribus sequuntur, frigoris naturam in quibusdam atomis positam esse voluerunt. Hasce atomos cubica figura præditas existimavit Democritus, et particulas cubicas, inquit, sortitas fuisse vim compellendi, et constipandi naturalem, cum caloris atomi dicat pyramidales, quod illæ convergendi, constipandique corporis partibus videntur aptiores. Philosophi recentiores, qui frigus in atomis seu in durioribus frigorificis constituunt, eas nitrosas, et salinas particulas confingunt.

Sed [illegible] nigel[illegible], et antiquus temporis qui frigus ut positivam qualitatem corporum non recensent, quique frigus merum esse docent caloris privationem, nullam esse causam positivam illius causam, et omne duntaxat in privatione motus celerrimi perturbati, et consistit, eo [illegible] modo quo quies non est aliquid reale, et positivum, sed sola privatio motus in corpore, quod quiescere dicitur. Hæc sententia verosimilior videtur. [illegible]

Propositio unica. Frigus in corporibus, quæ frigida appellantur mera est privatio caloris.

Pr.^o demonstratur. Nec statuenda est ratio frigoris, quo quum organum tactus afficit, excitatur in nobis frigoris sensatio. Sed ex [illegible] ratione motus celeris, turbati, et expansivi in fibrillis nervi organi tactus, oritur sensatio frigoris, [illegible] in privatione caloris consistit ratio frigoris. Mi. prob. Nam clare distincteque percipimus corpus aliquod frigidum fieri, hoc dumtaxat, quod calor in illo minuatur, seu non desit [illegible] nunc vero adventu, praeter frigus [illegible], quum omnis in illo calor extinctus fuerit. Quan[illegible] nullum fortasse est corpus quod aliquo [illegible] calore non sit praeditum; ideoque nullum efficere potest sensatio frigoris, in quo [illegible] omni privatione caloris[illegible] reperiatur.

Confirmatur. Pr.^o [illegible] experimentis. Et primo, non alia ratione aquas frigescere, et converti videtur in glaciem, quam quia particulae, quae dantur, quae vulgo frigorificae nuncupantur, quaeque nitrosae [illegible], seu salinae, cuneorum instar, ipsius aquae meatus subeunt, eo que ita gelidum aquae [illegible] particularum motum non aequalis agitatione durescat, et in glaciem convertatur. Hoc media aestate videre possumus uti expertus est Cl. Boyleus, glacie contusa cum sale communi, vel nitro, aut alumine permixta vasculo aqua pleno circumposita. Nam particulae ex mixtura glaciei et salis erumpentes in aquam vase stagnantem movent [illegible] poros, occlusisque meatibus efficiunt, ne internus agitetur [illegible] a subtilissimis aqueis particulis; atque ita in glaciem constringatur.

2do. Aer in cubiculis, quorum parietes sunt marmorei, frigidior sentitur apparet. [illegible] videtur quod aer in marmor [illegible], et plane superficiei incidens, non in omnem seu partem, aut quacumque directione, sed recto celerrimoque motu ad nos reflectatur, quo perturbato sanguinis, et spirituum animalium agitatio in qua calor consistit, non mediocriter impeditur. Accedit, quod marmoris particulae maxima soliditate [illegible] sunt, meatus autem sunt angustissimi, in quibus proinde subtilior aer vix ac [illegible] motu movetur, quum e contrario in ligno, [illegible]

A ∈ [illegible] corporibus minus compactis magna subtilis aeris copia contineatur, cujus perturbatus motus efficit, ut ea corpora minus frigida sentiantur.

3tio. Glacies, et nix marmore frigidiores sentiuntur, quod spirituum aliorum motus in glaciem, atque nivem dum liquescunt, transferatur, adeo [illegible] languescat, et retardetur. Accedit, glaciei, et nivis solutas partes non tantum puncturas, et aculeos, sed cutis quoque meatus facilius penetrare, et toti corpori arctius adhaerere; ut proinde retardato sensorii motu, nix, atque glacies veluti frigida corpora, aut saltem minus [illegible] [illegible]. Dixi, minus calida; nam aliquid inesse calorem glaciei, atque nivi, ex eo patet manifeste, quod sub nive [illegible] virescere, et augescere segetes videamus, et glacies ipsa vapores emittat.

7 Dicent 1. Effectus reales et positivos causam realem, et positivam postulat, sed frigoris effectus sunt reales, et positivi. Ergo ratio frigoris aliquid positivum non mera privatio caloris. Mi. prob. Nam primo, ubi congelatur aqua, majorem molem acquirit. 2do nix, vel glacies [illegible] [illegible] aut sale, aut nitro, aut alumine, aut vitriolo, et vasi circumfusa aquam in vase contentam adeo frigoris vi penetrat, atque [illegible] ut eadem aestate [illegible] convertat in glaciem. 3tio, celebre est experimentum Academiae Florentinae, quod [illegible] calor ignis, aut solis speculo collectus et [illegible] proximum thermometrum respiciens ejusdem thermometri liquorem rarefacit, et altius ascendere cogit, ita, si loco solis, aut flammae glacies ponatur, thermometri liquor descendit, et condensatur. Non dissimili ratione, si glaciei sale nitro [illegible] [illegible] circumponatur, aer folliculo inclusus frigidior adeo evadet, ut inclusus in thermometro liquor sensibiliter decrescat. 4to ipse frigus

H in quibusdam locis a sole remotioribus longe acrius est, quam in iis, quae sunt soli viciniora. Sic frigus in Ukrania quae est Poloniae [illegible] acerrimum viget, quum tamen eadem terrae sit latitudo, sive distantia a polo nostro quae Normandiae [illegible] Galliarum provinciae, in qua non tam intensum est frigus. Sic fluvius, qui regiam abluit [illegible] [illegible] mense novembris, adeo frigoris vi intra duos [illegible] concrevit, et induratur ut quatuor mensium spatio currus, et ingentia pondera sustineat, quamvis aquae, et [illegible] frigus non adeo intensum videatur quum [illegible] a polo mundi distantiam, quam Roma. Sic respirantibus [illegible], ad latitudinem 40 [illegible] [illegible] repperiunt, quam insula Charlestonia in America, cujus latitudo est graduum 52 ob acerrimam frigoris vim omnino deserta sit, et incolis careat. 5to denique frigus corpora penetrat, et stipes et liquida dilatat, adurit tumores in artubus humanis, et [illegible] [illegible] in manus et pedes, [illegible], lividus efficit, [illegible], hoc argumentum contineri notat. Recensita frigoris phenomena, quum aliquid positivum sint, et per solam motus privationem explicari nequeant, positivam, et realem postulant causam. Ergo admittendi sunt frigorifici spiritus particulaeque nitrosae atque salinae, quae frigus constituant.

R.^o conc. Ma., ne. Mi. Quanquam recensita omnia phenomena aliquid revera positivum sint [illegible] si proprie loquendum est, haberi nequeant veluti frigoris privationis, nempe motus, positivi effectus, quum merae relationes nudi sint effectus reales, nullae proprietates; sed referenda omnia sunt in aliquid positivum, quod in causa est, ut esset in corporibus, quae frigida dicuntur, celerrimus, et perturbatus motus. [illegible] ut probe intelligatur, notandum est privationem motus citurati, et expansivi in partibus [illegible] corporum exiguissimis duplici ex causa posse [illegible] primo nempe ex eo, quod [illegible] corporis quod frigescit, evolent, et dispergantur molecul[ae], quibus partes ipsae ad motum excitantur [illegible]. 2do ex introductione quorundam corpusculorum in poros corporis, quod frigescere dicitur, quae cuneorum instar, ipsius partes antea ad motum concitatas vel pigras, vel fixas reddant. Primo modo frigescunt corpora liquabilia, quae calorem non concipiunt, nisi quatenus ex [illegible] a corpusculis ignis poros subeunt, texturam laxant, et subtilissimas eorum partes ad motum determinant: 2do modo frigescunt [illegible] [illegible] fluida, quae [illegible] non possunt, nisi aliquid aliud adveniret, quod commotas partes [illegible], retardare, et sistere posset. Quamobrem [illegible] [illegible] effectus, qui communiter frigoris effectus nuncupantur, petendi haudquaquam sunt ab ipso frigore, seu a motus citurati privatione sed ab aliquibus particulis, quae relinquentes, vel [illegible] corpora, privationem eorum motus retardant. Sed, demus omnia illa phenomena [illegible] et [illegible] frigoris effectus. [illegible] a privatione dicuntur, [illegible] admodum est nudum eorum verum, et proprium frigus, tamen nulla [illegible] corporibus, quae frigida dicuntur, absolutam caloris privationem. Effectus ergo [illegible] non sunt positivi effectus alicujus privationis, sed referendi

[illegible] semper sunt in motum, in causam proinde realem, et positivam.

His positis, facilis est responsio ad [illegible] opposita argumenta. Et primo, si frigoris vi congelatur aqua, majoremque acquirit molem, [illegible] ex eo proficiscitur quod [illegible] frigorificae nitrosae atque salinae [illegible], diffundentes se in poros aquae meatus [illegible] impediant ne subtilissimae aquae partes [illegible] motu agitentur, donec constituta quadam veluti privatione, aqua congeletur et concrescat. Quod [illegible] [illegible] quae, ubi in glaciem convertitur, rarefit, ceteri vero liquores omnes condensantur, id ex sola aquae partium textura, et a numero particularum aeris, quae intra substantiam aquae vim elasticam exercent, petendum est. Dum [illegible] congelatur aqua, exterior ejus superficies [illegible] frigorificis penetratur, obduciturque [illegible] vero perseverat aliquantulum in interioribus aquae partibus motus, aer inter eas concludit, qui ab externi aeris mole, et pondere [illegible] [illegible] in majus spatium se se explicat. Unde fit, ut glacies multo levior sit, quam aqua [illegible] innatet. Confirmatur. Si aqua omni fere purgata aere, uti in machina pneumatica exploratum fuit, adeo non intumesceret dum congelatur, sed potius angustiori spatio contrahitur. Glaciei ergo dilatatio non tam a spirituum frigorificorum ingressu, quam ab aeris elatere et rarefactione repetenda est.

Ad 2dum, nix, vel glacies permixta cum sale, aut nitro [illegible] vase stagnantem convertit in glaciem, propter eandem prorsus rationem, qua hiemis tempore aqua congelatur.

Ad 3tium, mirum esse non debet, si liquor thermometri descendit, ubi admota fuerit glacies, aut ubi in thermometrum [illegible] fuerit [illegible] aer una cum spiritibus nitrosis. Nam particulae sive nitri, sive salis, dum vitri poros subeunt, et liquoris meatus occludunt, impediunt perturbatam agitationem subtilissimarum particularum liquoris, adeoque liquidum [illegible] frigidum [illegible] reddunt. Dixi non posse spiritus salinos, et nitrosos aut proprie frigus producere, aut per se frigiditatem, [illegible] verum est, [illegible] aqua [illegible] [illegible] majori copia permixti, omnino prohibeant ejus congelationem.

Ad 4tum, acerrimum frigus non tantum in septentrionalibus regionibus, sed etiam in locis aequatori proximioribus, [illegible] quidem potest

a particulis quibusdam frigorificis, quatenus tamen perturbatum caloris motum a corporibus removent, non quatenus ipsae frigidae sint, aut frigoris naturam constituant. Hinc in Regionibus eandem obtinentibus Poli altitudinem inaequales esse possunt frigoris gradus, ipso majori, vel minori copia nitrum frigorificorum

Ad 3tium, Frigus penetrabile dici potest, quatenus scilicet frigorifici spiritus stirpium poros penetrant, occludunt, atque postea, dum frigus solvitur, ab halitibus intra stirpes inclusis, et rarefactis magno impetu expulsi, stirpes, et plantas, gravique quandoque vulnere conciliant. Eadem ratione, dum frigus in corporis humani partibus circulationi sanguinis moras inducit, tuberculi, et similis occasione praebet. Nam si partes citius calefiant, et sanguis majori nisu, et copia ad illas partes affluat, fibrarum ordo prorsus invertitur, et textura dirumpitur.

Dices 2do. Ventus Borealis celerrimo praeditus est motu, et tamen frigidissimus est. Ergo frigus in particularum quiete statuendum non est.

R. dist: ant: Ventus Borealis praeditus est motu celerrimo vibratorio, et motui caloris contrario conc: motu perturbato, nec motui caloris contrario ne: ant et conseq. Quod, aquilonari spirante vento, frigus sentimus, id proficiscitur a motu aeris recto, celerrimoque, qui quod fortior sit, et violentior, et motui organorum perturbato contrarius, tali est potestate instructus, ut impedito perturbato sensorii motu, frigoris excitet sensationem. Hinc fit, ut aere ex ore prorupto et cibos calidiores refrigeremus, et accensas lucernas extinguamus.

Caput 8.

De Frigoris et caloris Criterio.

Quia sensus nostri haberi nequeant incorrupti judices caloris, et frigoris, docente quippe experientia, quod cum calidum videtur apparet alteri frigidum, excogitata fuere instrumenta quaedam ad dimetiendos gradus caloris, et frigoris, quae Thermometra vel Thermoscopia dicuntur. Inter varia hujusmodi instrumenta primum est Thermometrum a Sanctorio inventum; Tubus scilicet inflexus, cujus pars summa occlusa est et in globi formam constructa, inferior autem aperta, quae aquam ad aliquam usque altitudinem infunditur. Quum pars superior tubi superior manu contrectatur, aer, qui eam partem replet, calore manus dilatatur, et aquam deprimit; Contra vero densatur prae frigore aer, et aqua ascendit. Hinc duo sunt hujus Thermometri phenomena. Primo, aere calidiore descendit liquor in tubulo: nam aer in globo inclusi vi elastica expanditur, et liquorem deprimit. 2do aere frigidiori elater in globulo constringitur; Deoque liquor propter minorem aeris interni resistentiam, ab aere externo sursum propellitur.

Verum Thermometrum Sanctorianum jam diu in usu esse desiit, quia minus est accuratum. Varium enim in eo motum et aeris pondus aquam inaequaliter attollit, adeo ut ipsius aquae elevatio ex duplici causa pendeat, ex frigore nimirum, et atmosphaerae pondere, neque ex ascensu, vel descensu aquae certa caloris, aut frigoris norma haberi possit. Hinc Florentiae primum alia Thermometra inventa sunt, quae undique clausa omnem externo aeri aditum intercludunt. Thermometra haec ita parari, et adhiberi solent. Quum in aliis continuis thermometris spiritus vini ad inferiorem phialam parum descendit, oblongum tubum amplâ, et rotunda phiala instructum ad certam altitudinem vini spiritu implent; tum admoto igne, ut spiritus vini calore rarefactus ipsum tubum impleat, omnemque aerem excludat, ad flammam lampadis summam tubi partem torquent, et hermetice claudunt, atque thermometrum ita constructum tabulae in duas aequales partes divisae fixum imponunt. Hujus autem thermometri duo praecipua phenomena sunt. Primo, aere calidiori liquor in tubulo ascendit; quia calore rarescit spiritus vini, majoremque occupat locum. 2do, aere frigidiori descendit in tubulo liquor, quia frigoris vi condensatur spiritus vini, et minorem in locum constringitur. Aliquando contingit, ut liquor ad supremam tubi partem attollatur, ipsumque quandoque effringat; e contrario vero nunquam evenit, ut liquor in subjectam phialam omnino descendat; quae summi caloris, acerrimique frigoris signa manifesta sunt.

Sed haec quoque thermometra sua habent vitia, quibus vix ulla remedia adhiberi possunt. Nam quum spiritus vini non statim dilatetur, neque confestim condensetur, non possunt detegi subitae aeris mutationes. Praeterea levissimarum mutationum nullum praebere possunt indicium, quum rarefactio, vel condensatio exigua sit, vixque animadverti queat, nisi longissimo, tenuissimoque collo fuerit thermometrum instructum.

Caput 9.

De Odoribus

Corpora odorifera, quae nimirum odoris sensum excitare possunt, triplicis generis sunt. Primo enim veniunt corpora actu odorifera, uti flores. 2do corpora potentia odorifera, quae nimirum sponte sua nullum odorem emittunt, sed odorifera evadunt, quum aut uruntur, aut vehementius fricantur; uti cera signatoria. 3tio corpora, quae quum per se inodora sint, unita cum aliis odorem constituunt, uti mixtura calcis vivae, et salis armoniaci, et connubium quoddam ex camphora, et oleo vitrioli. Sunt tamen corpora, quae actu, et quae potentia inodora sunt, cujusmodi nobis in se sunt aer, et aqua. Nam si quandoque odorem aliquem spirant, odor ille corporis potius heterogeneis in aqua, vel aere dissolutis, quam ipsi aquae, vel aeri est adscribendus.

Propositio 1. Odor qui ab odoroso corpore quaquaversus diffunditur, in subtilissimis corpusculis ex ipso emanantibus consistit.

Probatur Propositio. Nisi odores in substantiali odorosi corporis effluvio consisterent, explicari non posset, quomodo corpora calore, et fermentatione per intensionem odorem emittant; secus vero, quum eorum pori frigore constringuntur. Nam nisi asseramus, caloris vi motum excitari in corporibus, et rarefactionem texturae partium, subtiliores, et magis volatiles particulas separari a fixis, et crassioribus, atque inde avolare, et diffundi, contra vero frigoris actione occludi corporum poros, et subtilium partium motum impediri, et propterea diffundi, atque avolare nequeunt, nunquam profecto intelligemus, cur flores vere omnes sereno caelo, calidisque diebus odores suos copiosius spargant, parcius autem tempore frigido, et pluvio, vel multum diu a planta avulsi aperto aeri expositi fuere. Ergo etc. Confirmatur. Si odor substantialis odorosi corporis effluvium non esset, ... Sed corpora quammaxime odorosa, si vitreo vase hermetice clauso contenta sint, nihil penitus odoris ... aeri spargunt. Ergo etc. Accedit odores nedum foetidos, verum etiam suavissimos, in humano corpore interdum ... motus convulsivos, aliaque horrenda symptomata quandoque excitare, ut patet in mulieribus, quae ad hystericam passionem odorum causa recurrunt, id maxime argumento est, odores a corporis odorosis diversos non oriri, quam subtilissima corpuscula ex ipsis corporibus emanantia, et nostros organos vel fortius, vel languidius moventia.

Propositio 2da. Probabile admodum est odores in nobis excitari a profluvio quodam substantiali subtili ... particularum salino-sulphurearum.

Probatur Propositio. In eo consistere videntur odores, quod olfactus organum ita excitent, atque moveant, ut odoris sensum in nobis excitent. Atqui profluvium substantiale salinum, atque sulphureum ita olfactus organum excitat (suadente quippe experientia, corpora, quae spiritibus salinis, et sulphureis abundant, plus odoris fundere animadvertimus, ut constat in pulvere pyrio, in thure, nec non omnibus

Ergo odores in profluvio quodam substantiali salino, atq. sulphureo consistunt.

Propositio 2da. Subtilissimæ odorum particulæ excitant in nobis diversorum odorum sensationes, secundum diversitatem figuræ, magnitudinis, atq. texturæ.

Pro Probatione. Subtilissimæ particulæ, quæ odores procreant, secundum diversitatem figuræ, magnitudinis, atq. texturæ olfactus organum movent. Atqui secundum diversam motionem organo olfactus communicatam, diversorum odorum diversæ sensationes producuntur ab anima. Quare sensationes odorum pendent a figura, magnitudine, atq. textura subtilium particularum salino sulphurearum. Hinc odores dividis, acutus, suavis, ingratus. Odor quippe debilis nascitur, quum subtiliores moleculæ majorem nactæ soliditatem, et magnitudinem debilius organum olfactus movent. Producitur odor acutus, quum particulæ exquisitissima praeditæ magnitudine validius, atq. [illegible] [illegible] et majore impetu in nerveas fibrillas irruunt. Gratus, atq. suavis odor excitatur, si fibræ blando cient, atq. ordinato motu: ingratus denique, si perturbatè, et violenter vexent, et distorqueant.

Corolaria

1 Odores in corporibus quibus odoriferis nihil aliud sunt quam subtilissimæ eorundem corporum particulæ salino-sulphureæ [illegible] tatæ. In sensorio organo olfactus sunt diversi earundem particularum motus ad cerebrum propagati. In Anima perceptio diversorum ejusmodi motuum sub forma diversorum odorum.

2 Medium, per quod odores diffunduntur, est aer, non autem aqua. Quum enim odores in subtilioribus, et magis volatilibus particulis consistant, aqua, utpote major, quam aer, tenacitate prædita, earum particularum vim extinguit. Hinc patet, cur qui pituita, sive catarrho laborant, nihil fere olfactu percipiant. Nervorum enim narium fibræ nimio obrutæ humore nullum fere motum ex appulsu odorosi effluvii concipere sensibiliter possunt.

3. Quum odores non existunt, nisi diffundantur a corporibus odoriferis effluvia; statuendum est causam diffusionis odorum esse motum vel intrinsecum vel extrinsecum. Intrinsecus motus erit vel fermentatio vel putredo, vel alia quæcunque corruptio: extrinsecus autem aer, ignis, fricatio, et [illegible] corporibus impressus impetus. Hinc mirandum non debet si aer calidior [illegible] corpora magis odora efficit, [illegible] minus intensiorem odorem continuit propterea quod celeriori suo, et perturbato motu auget emissionem effluviorum: odores vero quandoque minuit, quia ita resolvit, attenuat particulas salino-sulphureas, ut propter extensionem exiguitatem nervos olfactus afficere vix possint. Mirum etiam esse non debet, si quædam corpora dura nullum odorem sponte sua emittunt, quæ tamen odora fiunt, si urantur, aut vehementius fricentur. Nam ex hujusmodi corporibus nullæ particulæ [illegible] propter earum gravitatem, soliditatemque, per fricationem vero magnus adeptus diversarum particularum numerus, quæ per aerem volitantes in nares nostras [illegible]. Idem contingit in ustione, qua satis manifestum est partes corporum dividi, et late per aerem spargi.

4. Corpora odorifera, quum tantam emittant effluviorum copiam, paulatim deteruntur, et extenuantur. Verum aliqua sunt, quæ dum odores [illegible] manifestam exhibent diminutionem, cujusmodi sunt corpora omnia, quæ per ustionem evadunt odorifera. Aliqua vero sunt, quæ longo etiam tempore sensibiliter non minuuntur, uti ambra.

Caput 10.

De Saporibus.

Corpora sapida dicuntur, quæ linguæ imposita, et salivæ beneficio dissoluta ita afficiunt linguam, ut saporis sensationem in nobis excitent. Contra vero corpora insipida appellantur, quæ linguæ organum ita immutare nequeunt, ut alicujus saporis in anima excitetur sensatio. Quare sapor est illa particularum sapidi corporis affectio, qua mediante, ipsæmet particulæ organum gustus solent immutare, atq. afficere.

Corporum sapidorum duplex genus est. Quædam enim actu sapida sunt, ut fructus jam maturi, saccharum, sales [illegible], quædam potentia tantum sapida dicuntur, quæ per se sponte sua nullum saporem excitant, sed sapida evadunt, quum dissolvuntur, uti metalla, quæ in [illegible] [illegible] ope aquæ fortis redacta, contrahunt saporem acutissimum. Sunt tamen corpora, quæ actu, et potentia insipida sunt, quorum in numero haberi debent aer, et aqua, quæ omni prorsus sapore destituuntur, quamdiu pura manent. Licet enim quandoque saporem aliquem contraxisse videantur, sapor ille manat corporibus heterogeneis, salibus [illegible] in aqua, vel aere dissolutis, quam ipsi aquæ, vel aeri tribuendus est.

Propositio 1. Sapores dependent a salinis corporum sapidorum particulis.

Pro Probatione. Docente experientia, ea corpora sapida sunt, quæ continent in se salinas particulas, et quæ majorem, vel minorem continent salinarum particularum copiam, ea majori, vel minori sapiditate donantur. Ergo et confirmatur. Ea corpora [illegible] insipida sunt quæ sale omnino destituuntur. In aqua pura omni destituta sale nullam exhibet sapiditatem, cui sale vero [illegible] sapiditatem induit. In aqua marina, destillationis ope, omni [illegible] privari debet, ac, ut constituatur insipida.

Sunt qui sapores repetunt non modo a salinis, verum etiam ab oleosis, et sulphureis particulis, quum certum sit corpora oleosa, atq. sulphurea [illegible] in nobis excitare sensationem saporis. Verum non est cur sapores in alias præterquam salinas corpusculis referamus. Sapida quidem sunt corpora oleosa, atq. sulphurea. At non ipsum sulphur, aut oleum sapiditatem efficiunt; sed sales, quas particulæ oleosæ, atq. sulphureæ [illegible] donant.

Propositio 2da. Salinæ particulæ excitant in nobis diversorum saporum sensationes secundum diversitatem magnitudinis, atq. figuræ.

Pro Probatione. Non alia ratione excitatur in anima sensatio saporum, quam quia salinæ particulæ nervorum linguæ [illegible] contrectant et alio quocunque motu agitant ad cerebrum usque propagato. Sed id non præstant salinæ particulæ, nisi ratione suæ magnitudinis, atq. texturæ. Ergo diversæ saporum sensationes dependent a magnitudine, et figura particularum salinarum. Confirmatur. Ut testis docet Aristoteles, gustus est quædam species tactus. Quum ergo tactus organum non afficiatur nisi ratione magnitudinis, et figuræ corpusculorum, quæ ipsum afficiunt, agitantque, idem de sapidis corporibus respectu sui organi dicendum videtur.

Corollaria

1. Sapores in corporibus, quæ sapida appellantur, faciunt salinæ moleculæ: In organo, motus earundem molecularum ipsi propagatus. In Anima, hujusmodi motuum cerebro communicatorum perceptiones.

2. Nullius solidi corporis sapor percipi potest, nisi corpus ipsum salivæ beneficio dissolvatur. Hinc corpora, quæ dentibus conteri et saliva dilui nequeunt, nullius saporis sensationem in nobis excitant, licet admota sint linguæ; cujusmodi sunt lapides atq. metalla. Hinc efficacior concipitur sapor, quo efficacior fuerit sapidi corporis dissolutio.

3. Idoneum sapidorum corporum menstruum est Aqua, quæ propterea insipida est. Nam si ipsa aliquo sapore polleret, vel corporum sapidorum, quæ in ipsa solvuntur, non natum retunderet, eamque interdum penitus impediret. Hinc lingua nimis exsiccata solidiorum corporum saporem non potest haurire, quia nimirum tunc fluidum non est, quo salia solvantur et ad interiores linguæ partes deducantur.

4. Lingua nimio humore turgida vix aliquam saporis sensationem excitat, quia nervorum [illegible] papillæ perquisitionem salinarum moleculæ [illegible] vix moventur. Nimius enim humor [illegible] vel retundit, et penitus comprimit.

5 Calida corpora sapidiora videntur. Nam caloris ope, salina corpuscula efficacius solvuntur, magis attenuantur, concepto autem per calorem motu, validius nervulorum papillas urgent.

6. A figura, et magnitudine particularum sapidarum proficiscuntur species omnes saporum, quæ octo communiter recensent, salsum nimirum, pinguis, dulcis, acer, acidus, austerus, acerbus, amarus. Salsus sapor, qui in sale potissimum communi percipitur, oritur a moleculis, quarum anguli vel obtusi sunt, vel parum acuti. Pinguis, qui in olivis maturis, et ossium medulla eminet, proficiscitur ex magna copia sulphuris, cujus particulæ, utpote angulis apprime obtusis instructæ, leniter duntaxat nerveas papillas premunt. Dulcis sapor habetur ex particulis suis paribus angulis præditis, sed cum subtiliori sulphurea substantia adeo præditis, ut [illegible] affectu sensorium suctus vellicare, et titillare valeant. Duplex autem dulcedo distinguitur, altera nimirum in qua salinæ particulæ prævalent, unde validior sensatio efficitur, altera, in qua sulphur abundat; quæ propterea non tam valide gustus organum movet. Dulcedo primi generis natet in saccharo, alterius vero in melle, manna, cassia, fructibusque maturis. Dulci sapori opponitur amarus, qui oriri videtur ex moleculis multiplicibus angulis inæqualiter præditis nerveas papillulas vellicantibus, atque mordentibus. Corpora amara sunt Absynthium, myrrha, aloes, agaricus, opium, ammoniacum, aliaque plurima. Nunquam contigit, ut dulcia corpora longa ^{coctione} ~~[illegible]~~ amaritudinem contrahant. Id autem fit, quod mobilioribus, caloris ope, evaporatis particulis, rigidiores solummodo relinquantur. Sapor acidus habetur a moleculis apprime rigidis, tetraedica figura donatis, quæ cuspide sua acuta, cuneorum instar, papillas, fibrasque linguæ valide pungunt, aliquantum eas constringunt, ampliorique incisionem, quam aliud quodcumque sapidum in ipsis efficiunt. Acida sunt Spiritus vitrioli, acetum, poma citrina, aurantia, limonia etc. Acris sapor oritur ex moleculis oblongis, rigidis, et acumine præditis, sed celeri, et perturbato motu affectis. Hinc hujusmodi corpora linguæ fibras pungere, et perturbati exagitare solent. Hac saporis specie prædita sunt piper, allium, et alia non pauca. Sapor acerbus proficiscitur ex moleculis rigidis, uncinatis, et asperis, quæ linguæ meatus occludunt, fibras ligant, ipsisque semel infixæ non facile dimoveantur. Hinc habetur stupor, quo dentes, et palatum non sine gravi molestia afficiuntur. Acerbi sunt fructus omnes immaturi, et poma potissimum sylvestria. Sapor austerus oritur ex iisdem fere principiis, ex quibus acerbus, nimirum ex moleculis rigidis, quamplurimis veluti hamulis donatis, quæ linguæ fibras stringunt, minus tamen, quam in acerbis corporibus contingere solet. Hinc austerus et acerbus [illegible] secundum magis et minus inter se differunt, et uterque a medicis adstringens nuncupatur. Recensitis octo saporum speciebus addit a medicis sapor insipidus, immerito tamen. Insipida autem corpora sunt, quorum moleculæ talis sunt [illegible], tantæque magnitudinis, ut vel linguæ porulos subire nequeant, vel si eos subeunt, nerveas ipsius papillulas prope laedunt, et leniter admodum tangunt. Hinc corpora quandoque insipida, laxata et dissoluta eorum textura, sapida evadunt. Tunc enim particulæ moleculæ separantur ab iis, quibuscum acrimonia retundebatur, adeoque vim suam in nerveas linguæ papillulas exercere possunt, saporisque sensationem excitare.

Physica Particularis

Liber Primus.

Astronomia.

Ventum est, faventibus superis, ad eam Physicæ præcipuam partem, quæ quum in contemplatione potissimum Astrorum versetur, Astronomia nuncupatur. Scientia hæc summorum semper virorum ab ipso fere Mundi exordio ^{maximum} studium fuit. Hanc excoluere Sethi Nepotes, hanc Chaldæi antiquissimi; hanc Magi Persarum, Ægyptii, Phœnices; hanc denique semper et maximi Imperatores et potentissimi Reges, qui nimirum [illegible] ducebant, quum Mundo imperarent, in Mundi cognitione versari. Illius præstantia tanta est, quantam longissima oratione, si tempus sineret, vix complecti possemus. Imprimis nulla scientiarum nulla est, quæ citius, evidentiusque conducere nos, [illegible] ad cognitionem summæ atque omnipotentis Conditoris Mundi. Nulla plura probe argumenta quibus Dei existentiam demonstremus, potentiam, sapientiam, et cætera divina quæ attributa cognoscamus. Cœli enarrant gloriam Dei, inquit Propheta Regius: Et Tullius rationis duntaxat ductus lumine (Lib. 2 de nat. Deorum) non potest esse tam apertum, tam perspicuum, quum Cœlum suspeximus, cœlestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen præstantissimæ mentis, quo hæc regantur. Ideo mentes hominum mirifice delectat tum sublimitate, utilitateque contemplationum cum certitudine atque evidentia Demonstrationum. In cæteris Disciplinis nonnullæ inextricabiles occurrunt difficultates, quæ ulteriorem investigationem prohibent. Geographi V.C. vix nauticarum [illegible] certas longitudines, latitudinesque ostendunt. Meteorologici vix divinare possunt, qualis futurus sit cras noster Atmosphæræ status; quum interim Astronomi, nostri potissimum temporis, minimarum quarumcumque Stellarum longitudines quam latitudines accuratæ determinent, prædicantque in multa futura sæcula Solis, Lunæque Eclipses, Planetarum conjunctiones, oppositiones, et quoscumque mutuos aspectus, quamvis corpora hæc tam a nobis, quam a se ipsis invicem immenso fere distent intervallo.

Sed latius patet Astronomiæ usus, et cæteris quoque Artibus, et Disciplinis tanto est adjumento, ut eæ vel jacerent prorsus, vel nimis imperfectæ forent sine Astronomicis cognitionibus. Quid non præstaret destitutus hac scientia Geographus, quid Cosmographus? Quam non notissimum esset Navigationis status, nisi hujusce Artis inventores, et Restauratores Astronomiæ operam dedissent? Propterea ea gloriæ cupido, quæ antiquos, et recentiores Homines movere potuit ad explorandas ignotas, distantes Regiones, movit eosdem, impulitque ad diligenter excolendam Astronomiam.

Ut vetustissimorum temporum Astronomos ^{omittamus, prætereamus} ~~[illegible]~~ in Historiæ Gentium antiquissimarum, et remotissimarum multis immixtos sunt fabulis; Græci, per quos in cæteras Europæ Provincias scientiæ fere omnes inductæ fuere, tradente Laertio, omnem astronomicam doctrinam ab Ægyptiis hauserunt. ~~[illegible]~~ Ex Græcis Astronomis omnium celeberrimus habetur Pythagoras, qui sextum annos apud Ægyptios in Sacerdotum consortio vixit, primusque in Græcia docuit, Tellurem, cæterosque Planetas circa Solem, veluti centrum, revolvi; motum autem Solis, et Stellarum diurnum [illegible] non reale esse, sed apparentem, ortum scilicet ex motu Telluris circa proprium Axem: Post Pythagoram vero in secta potissimum Italica magnum sibi ^{nomen} ~~[illegible]~~ pepererunt Philolaus, et Aristarchus Samius.

Quum per aliqua sæcula, ob Barbarorum irruptiones, aliasque calamitates, una cum aliis scientiis penitus jacuisset apud Europæos Astronomia; jubente Friderico 2do circa annum Christi 1230, Ptolomæi syntaxis magna ex Arabica versa est in latinam linguam. Post illud tempus maximi Nominis Astronomi ex omnibus fere Europæ Nationibus; inter quos eminent Alphonsus Castellæ Rex, qui Tabulas ^{vulgavit ab ipso nomine dictas} ~~[illegible]~~ Alphonsinas. Nicolaus Copernicus Pythagorici Systematis Restaurator: Wilhelmus Hassiæ Landgravius, qui Quadrantes, et Sextantes prioribus longe majores ad altitudines, et distantias Syderum dimetiendas adhibuit: Tycho Brahæus Nobilis Danus, qui Instrumentorum suppellectile Reges omnes, et Principes longe superavit, quique Catalogum Fixarum 770 quam diligentissime observatarum edidit. Galilæus Galilei Lynceus, qui Tubi optici beneficio plurima nova Cœli phæ-

mera patefecit, qui satellites Jovis, eorumque motus, Saturni phases varias, luminis incrementa et decrementa, quæ Venus [illegible] lunæque superficiem inæqualem et montibus asperam, solares maculas et solis revolutionem circa axem primus demonstravit: Joannes Keplerus, qui systema mundi, suique motuum veras invenit et Astronomiam immensum auxit: Hevelius, qui Catalogum Fixarum Tychonico longe majorem ex propriis observationibus confecit: Hugenius et Cassinus, qui primi Saturni satellites et annulum conspexere: Joannes Flamstedius Author Catalogi Britannici Fixarum in quo exhibentur 3000 fixæ, quibus singulis adjunxit proprias longitudines, latitudines, ascensionem rectam, distantiam a Polo cum variatione ascensionis rectæ, et distantiæ a Polo, dum longitudo uno gradu mutatur: Gassendus, Cartesius, Horoxius, Bullialdus, Wardus, Ricciolius, Haleius, Gregorius, Joannes Keilius, et Isaacus postremum Newtonus, cujus divino propemodum inventis originem cælestium motuum cognoscimus, et legem illam universalem conspicimus, quam Omnipotens Creator per totum hoc systema diffudit, quaque universalem rerum fabricam conservat.

Caput I.

De nomine, magnitudine, et figura mundi.

Pythagoras primus omnium Philosophorum, teste Plutarcho, hanc universi machinam mundum vocavit ob perfectam, absolutamque rerum elegantiam; veteres autem hanc ipsam rerum universitatem, sive omne, sive totum, sive universi nomine significarunt. Propterea cum Posidonio Stoico compagem [illegible] definire soles mundus compages ex cælo, terraque coagmentata, atque ex iis naturis, quæ in ea continentur. Hinc Moises, ut ostenderet mundum, sive universum initio temporis fuisse a Deo creatum, dixit: In principio creavit Deus Cælum, et Terram: et Cicero Lib. 2. de Divinatione mundum vocavit quasi communem quandam Deorum, κοινήν domum, aut urbem.

Circa figuram mundi variæ fuerunt veterum præcipue Astronomorum sententiæ. Quamquam enim communior, et longe verosimilior opinio fuit mundi figuram esse sphæricam, non defuere tamen qui aut ovalem, aut triangularem, aut quadratam putarent. Nonnulli etiam antiquiores Ecclesiæ Patres mundum in modum ædis, sive tentorii extensum dixerunt, quod nempe, atque iterum in sacris Literis dicatur extendisse Cælos sicut pellem, et expandisse Cælos sicut tabernaculum ad habitandum. Hinc D. Joannes Chrysostomus hom. 14 et 17. in Epistolam ad Hebræos, redarguit Philosophos illos, qui Cælum esse sphæricum putabant. Hinc Procopius in Genesim ausus est asserere sententiam de sphærica Cæli figura alienam esse a catholica Disciplina. Sed ut intelligamus, qua lege sacrarum Scripturarum testimonia adhiberi debeant in rebus astronomicis, et universa Physica, audiamus D. Augustinum Lib. 1. de Genesi ad litteram Cap. 23. Quomodo, inquit, non est contrarium iis, qui figuram sphæræ Cælo tribuunt, quod scriptum est in Libris nostris, qui extendit Cælum sicut pellem: sit sane contrarium, si falsum est quod illi dicunt. Hoc enim magis verum est quod divina dicit auctoritas, quam illud, quod humana infirmitas conjicit. Sed si forte illud talibus documentis probari potuerit, ut inde dubitari non debeat, demonstrandum est hoc, quod apud nos de pelle est dictum, veris illis rationibus non esse contrarium. In rebus itaque obscuris, et a nostris oculis remotissimis, si qua inde scripta etiam divina legerimus, quæ possint, salva fide, qua imbuimur, alias, atque alias parere sententias, in nullam earum nos præcipiti affirmatione ita projiciamus, ut si forte diligentius discussa veritas eam recte labefactaverit, corruamus. Hactenus Augustinus qui aliis etiam in locis monet verbis [illegible] tunc solummodo inhærendum authoritati divinarum Scripturarum, quum agit de rebus ad fidem, atque mores pertinentibus. [illegible]

Qui mundum sphæricum esse voluerunt, id imprimis demonstrabant ex circulari figura, quæ omnium videtur perfectissima, capacissima, atque pulcherrima. Quid enim pulchrius ea figura, aut sphæra, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæ nihil asperitatis habere potest, sibique ipsi simillima est? Sphæricam itaque, concludit Plato, Deus mundo figuram dedit, decoram, et sibi congruam, quoniam consentaneum erat, ut, quod omnia in se continere deberet, ea figura esset, quæ omnes figuras contineret. Ideo, quum siderum forma perfecte sphærica sit, quum eadem sidera perenni motu ferantur, ut in orbes videantur, et circulos describant, longe verosimilius est Cælos ipsos, in quibus ea motus peragunt, et universum, quod illa corpora complectitur, sphæricam figuram habere: neque enim aliter cælestes illæ sphæræ libere moveri possent. Stoici, suspicari posse asserebant, in omnibus corporibus, quæ universam hanc mundi molem constituunt, reperiri fortasse vim quandam, qua ad punctum aliquod, veluti centrum nitantur; eo prorsus modo, eademque lege, quibus terrestria corpora gravitatis impetu ad Telluris centrum feruntur: quod si concedatur, facile sphærica mundi figura inde probabitur.

Sed, ut ingenue loquar, tria hæc argumenta, quibus Pythagoras, Stoici, Plato, atque Aristoteles sphæricam mundi figuram demonstrare conati sunt, [illegible] evidenter rem ostendunt, et difficile est in [illegible] Cicero, [illegible] aliquis [illegible] cum Velleio apud Ciceronem Lib. de natura Deorum [illegible] mundi [illegible] existimant, et formam Cylindri, aut quadrati, sive coni, sive pyramidis [illegible] Ideo [illegible] figuram sphæricam omnium esse [illegible] pulcherrimam, [illegible] demonstratio [illegible] Sphæra [illegible] figura, sed ipsa quoque circulus in majoribus continetur Polygonis: neque semper licet tanto Artifici dictitare modum, ex quo aut cubicum, aut ovatum, aut quadratum mundum conderet, qui quantitatem mundi rotundi magnitudine excederet. Siderum sphærica forma, eorumque circulares motus non majorem vim habent ad ostendendum sphæricum mundum. Dicere [illegible] Cælos sidera [illegible] motu [illegible] circulari, [illegible] universi [illegible] omnino converterent. Stoicorum denique suspicari corpora omnia hanc Universi molem constituentia vi sibi insita in aliquod commune punctum, veluti centrum, tendere. Sed universalis vis illa gravitatis, quæ a communi, et naturali nisu terrestrium corporum desumitur, magis innititur conjecturis, non solidis demonstrationibus, quas exoptamus.

Quanta sit exterior mundi [illegible] distantia a Tellure, et de distantia [illegible] a Tellure [illegible] secundum calculum Hugenianum [illegible] a Tellure est 27664 [illegible] distant a Tellure [illegible] ultra [illegible] Keplero, Cassino, Bernoullio, nihil aliud [illegible] Cometas [illegible] Planetas [illegible] nobis exhibent mundi [illegible] ostendunt quantus sit mundus [illegible] Plinio, et Plurimis [illegible] mundi [illegible] videtur.

Quid [illegible] in tanta opinionum discrepantia de magnitudine et figura mundi [illegible] demonstrationes [illegible] conjecturas [illegible] placita, et [illegible] explicamus. [illegible] mundi nomine [illegible] creaturas [illegible] quas condidit [illegible] Deus, [illegible] mundus; quo [illegible] creaturas [illegible] mundus dicitur [illegible] Universi [illegible] Cælum, [illegible] Stellarum, Cometarum, Telluris, et reliquorum Planetarum, [illegible] mundus, et aliqua [illegible] figura, quam [illegible] sphæricam [illegible] Stoico [illegible]

Caput 2dum

De Principiis Cosmographiæ.

Statuta sphærica Corporis mundi figura, prætermissaque quæstione de illius Origine (nam alibi mundum neque esse æternum, neque fortuito, et casu conditum demonstravimus) ordo rerum postulat, ut illius descriptionem conficiamus atque principia illa tradamus, in quibus prima velut Geographiæ atque Astronomiæ semina continentur.

1. Quoniam sphæricus est mundus, concipiendum est in mundi medio punctum, quod mundi centrum nuncupatur; ab hoc autem centro concipere debemus æquales duci posse rectas ad mundi superficiem. Sic in sphæra seu mundo [illegible] Fig.a 52, punctum C est mundi centrum, a quo duci possunt sive ad concavam, sive ad convexam superficiem æquales rectæ CB, CL, CP, CO.

Fig. 52



2. Recta PO est mundi diameter.
3. Recta CP semidiameter, seu radius mundi.
4. Quia circa rectam PO volvi concipitur mundus; erit PO Axis mundi.
5. Extremitates vero Axis P, et O, quæ sunt puncta illa immobilia, circa quæ revolvitur mundus appellantur Poli mundi, quorum alter P dicitur Arcticus, seu Borealis, quod illi constellationi proximus sit, quam Græci Arcton, nos Ursam dicimus, et Boreales mundi partes respicias; alter O dicitur Antarcticus, sive Meridionalis, quod Arctico ex diametro opponatur, sitque in meridionali, sive australi mundi parte. Polus Arcticus, sive Septentrionalis semper videtur ab iis, qui Europam incolunt, Antarcticus vero nunquam.
6. Duo alia sunt in mundo mobilia puncta, quorum unum Arabice vocatur Zenith, alterum Nadir. Primum capiti nostro perpendiculariter imminet: 2dum primo ex diametro oppositum pedibus nostris subjicitur.
7. Quia mundus, utpote sphæricus circa suos polos, et circa axem convertitur, in illius superficie plurimi Circuli describi possunt, ex quibus alii sunt majores, alii minores. Majores mundi Circuli dicuntur, qui per centrum mundi transeunt, ipsumque in duas æquales partes, sive hemisphæria dividunt. Minores vero Circuli appellantur, qui mundum in duo segmenta, seu inæquales partes dividunt, neque per ipsum mundi centrum transeunt. Minores [illegible] Circuli minorem habent extensionem quo Polis mundi proximiores fuerint, majorem, quo proximiores centro mundi.
8. Circuli vel sunt Paralleli, vel Obliqui. Paralleli dicuntur, qui inter se æqualiter distant: Obliqui, qui inæqualem ad invicem habent distantiam.
9. Quatuor sunt puncta mundi, quæ cardinalia nuncupantur; nimirum Oriens L, Septentrio P, Occidens B, Meridies O, quatuor præcipuas, et sibi oppositas mundi plagas significantia.

Puncta, Lineæ, et Circuli, de quibus hactenus loquuti sumus, concipi possunt in mundo, etiamsi nullum foret in centro mundi corpus, atque etiamsi nullus foret sive Solis, sive Telluris motus; verum sequentia puncta, et Circuli, quoniam oriuntur a motu Solis apparenti, intelligi non possunt sine motu apparenti Solis, adeoque reali motu Telluris circum Solem.

10. Decem sunt in mundo Circuli, et quatuor puncta, quæ proficiscuntur a Sole, aut saltem sine Sole intelligi non possunt. Decem Circuli sunt Æquator, Meridianus, Horizon, Zodiacus, Duo Coluri, duo Tropici, et duo Polares. Quatuor puncta sunt duo Solstitialia, et duo Æquinoctialia.
11. Sex primi, scilicet Æquator, Meridianus, Horizon, Zodiacus et duo Coluri, Circuli majores appellantur, suntque inter se æquales, et mundum dividunt in æquales partes.
12. Quatuor postremi Circuli, nimirum duo Tropici, et duo Polares, vocantur Circuli minores, sunt inter se inæquales et inæqualia mundi segmenta constituunt.
13. Æquator sive Æquinoctialis est Circulus, quo mundus divisus concipitur in duas æquales partes, australem nempe sive meridionalem et septentrionalem, sive borealem. Poli Æquatoris iidem sunt cum Polis mundi P et O; volvitur enim Æquator circa Axem mundi PO. Vocatur autem Circulus hic Æquator, sive Æquinoctialis, quia dum Sol bis in anno apparenti motu in hoc Circulo fertur, dies, noctesque æquales habemus. In Æquatore notari solent longitudinis gradus.
14. Meridianus est circulus transiens per mundi Poles per duo vertica[illegible] puncta, dividens mundum in duas æquales partes orientalem et occidentalem. Axis hujusce circuli est recta ducta ab oriente ad occidentem, illius propterea Poli, circa quos volvitur sunt puncta ortus et occasus L et B. Dicitur Meridianus, quia quum Sol apparenter hunc circulum attingit, adeoque ab oriente, et occidente æqualiter distat medium habemus diem. In meridiano describuntur gradus latitudinis, altitudinis nimirum Poli Mundi. Hoc interest inter Æquatorem, et Meridianum, ut primus sit immobilis, et unicus, quum idem semper sint respectu omnium Regionum Poli Mundi, quos circumvolvitur: 2dus vero multiplex sit, quoniam, secundum diversas mundi Regiones, diversa sunt puncta verticalia Zenith, et Nadir, per quæ transire debet Meridianus.
15 Horizon sive Finitor est Circulus secans mundum in duas æquales partes, superiorem, et inferiorem. Dividit vulgo respectu [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible], et [illegible], quorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. Quia Horizon ex duobus oppositis punctis Zenith, et Nadir describi intelligitur, quotiescumque ab uno ad alium locum transimus, Horizontem mutamus. Solent notari in hoc Circulo ventorum nomina, dies mensium, et gradus, quos in Zodiaco Sol percurrere videtur.
16 Zodiacus est Circulus, Baltei instar mundum ambiens, qui ut oblique secat Æquatorem, et [illegible] [illegible] obliquè [illegible] ab Æquatore in duas æquales partes, quarum altera declinat ad Polum Arcticum, altera vero ad Antarcticum. Declinatio Zodiaci ab Æquatore est graduum 23 cum dimidio, quare Poli Zodiaci, circa quos volvi concipitur Zodiacus, gradibus 23 cum dimidio a Polis mundi recedunt. In Zodiaci medio linea quædam ducitur quæ Ecliptica vocatur [illegible] in ea Solis et Lunæ fiunt Eclipses. Hanc lineam [illegible] [illegible] [illegible] Sol dum anno apparenti motu [illegible] Zodiacum movetur [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gradus, ceteri vero Planetæ [illegible] ab ecliptica vel a Zodiaci medio ad austrum, et ad boream excurrunt. Zodiacus [illegible], ut [illegible] planetis, 20 habet gradus latitudinis; Zodiacus autem vocatur a græco nomine Zodion quod animal significat, quia in ipso duodecim [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quorundam animalium nomina sortita sunt. Hinc Zodiacus a [illegible] [illegible] dicitur, quod illius [illegible] [illegible], sive [illegible] [illegible] [illegible] in 12 æquales partes, in quibus totidem signa sive constellationes continentur, ab Ausonio comprehensa duobus hisce versibus

> Sunt Aries, Taurus Gemini, Cancer Leo, Virgo
> Libraque, Scorpius, Arcitenens Caper, Amphora, Pisces

Signa hæc peculiaribus characteribus exprimuntur. Aries quidem Arietis capite Taurus capite [illegible] [illegible] duobus [illegible], quorum [illegible] [illegible] conserta sunt. Leo cauda Leonis: Virgo veste muliebri. Libra vulgari libra: Scorpio cauda Scorpionis Sagittarius, seu Arcitenens sagitta. Capricornus pede capri fune revincto Aquarius, seu Amphora duobus rivulis Pisces duobus piscibus adverso dorso colligatis. Communiter [illegible] [illegible] habent sequentes characteres

♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍
♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓

annuo motu

Motus ille apparens, quo sol in Ecliptica circumagitur, est ab Occasu in Ortum; motus vero apparens diurnus ab ortu in occasum. Annuo apparenti motu percurrit sol totam Eclipticam, motu diurno unum ferme Ecliptice gradum. Sunt enim in Zodiaco, non secus ac in ceteris Circulis, gradus 360, Annus vero dies 365, cum 6 horis, complectitur.

17. Coluri duo sunt mundi equales Circuli transeuntes per mundi Polos tanquam duo meridiani; neque a meridianis per puncta Equinoctialia, vel Solstitialia transeuntibus ullo modo differunt. Vocantur coluri, idem mutili, quia cum se in mundi Polis intersecantes nunquam nobis aut citra, aut ultra Equatorem degentibus apparent integri, quamquam revera integri sunt.

18. Ex Coluris unus dicitur Colurus Solstitiorum: Alter Colurus Equinoctiorum. Primus transit per Polos mundi, et per puncta Solstitialia: 2dus per Polos mundi, et per puncta Equinoctialia.

19. Tropici duo sunt Mundi minores Circuli Equatori paralleli, medium habentes Equatorem, et ambo 23 gradus cum dimidio ab Equatore distantes. Vocantur greci Tropici, idem versorii, quia quum sol in maxima sua declinatione ab Equatore ipsos, hinc inde describit diurno apparenti motu, ad eundem Equatorem paulatim revertitur.

20. Alter Tropicorum, qui in Boreali Mundi plaga circumvolvitur, dicitur Tropicus Cancri, propterea quod transit per primum gradum Cancri. Qui vero in Australi Mundi parte ducitur, vocatur Tropicus Capricorni, quia transit per initium Capricorni.

21. Polares Circuli describi concipiuntur a Polis Zodiaci, distantes 23 gradus cum dimidio a Polis Mundi. Eorum alter a proximo Polo vocatur circulus borealis, sive articus, alter circulus australis sive antarcticus; Quos autem inter Tropicos et Equatore circuli paralleli nancupantur.

22. Puncta Solstitialia, que sedem habent in initio Cancri, et Capricorni, sunt duo puncta Ecliptice ab Equatore remotissima, vocata Solstitialia, quia cum sol annuo apparenti motu ad ea pervenit, ulterius non procedit, sed ad Equatorem revertitur; et preterea respectu Equatoris stare quodammodo sol videatur. Notantur duo hec puncta a duobus Tropicis hinc atque inde ad angulos alternos Eclipticam tangentibus: seu a Coluro Solstitiorum secante Eclipticam initio Cancri et Capricorni.

23. Puncta Equinoctialia, que constituta sunt in principiis Arietis et Libre sunt duo puncta Ecliptice tangentia Equatorem. Vocantur Equinoctialia, et puncta veri ortus, et occasus, quia quum sol ad ea pervenit, noctes diesque equantur. Notantur hec puncta ab Ecliptica secante utrinque Equatorem et a Coluro Equinoctiorum. A quatuor autem punctis, Solstitialibus nempe et equinoctialibus, initium sumunt quatuor Anni tempestates: Ver, Estas, Autumnus, Hyems.



Sed ut mediocritatem Mundi divisionem ex Solis apparenti motu ortam imaginatione facilius comprehendamus, sit Fig. 13. perpendicularis sphera seu sphericus mundus B D O L. B sit Septentrio O Meridies. L Oriens D Occidens P Polus Mundi Arcticus, et simul verticale punctum Zenith. O Polus mundi Antarcticus, et verticale simul oppositum punctum Nadir. Circulus BL sit Equator, sive Equinoctialis dividens mundum in duas equales partes, Borealem nempe B P L, et Australem B O L habens Polos P, O cum Polis mundi communes. Circulus O P sit Meridianus secans mundum in duo equalia hemispheria, Orientale nimirum P L O, et occidentale P B O, habens Polos B, L communes cum punctis ortus et occasus. Equator B L est simul rationalis Horizon, quoniam ex hypothesi Horizontis Poli, seu verticalia puncta non differunt a Polis Equatoris B, C. Circulus F H secans mundum in partem septentrionalem F P H et meridionalem F C H, Equatorem equaliter ad C tangensque hinc, atque inde Mundi superficiem ad H, et F sit Zodiacus, cujus intermedia circumvoluta linea F H sit Ecliptica, Poli ejus ecliptice sunt A, et U. Circulus D H Equatori parallelus, versus Borealem mundi plagam descriptus et tangens Eclipticam ad punctum H sit Tropicus Cancri. Circulus F G Equatori pariter parallelus, in Australi mundi parte descriptus, et tangens Eclipticam ad F sit Tropicus Capricorni. Circulus A S descriptus a Polo Ecliptice A, et circumambiens Polum Mundi P sit Circulus Borealis articus. Circulus TU descriptus a Polo Zodiaci U, et circumambiens Polum Mundi O sit Circulus australis antarcticus: Punctum H, in quo Tropicus Cancri tangit Eclipticam F H, sit punctum Solstitiale boreale, seu solstitium respectu Europe estivum, quod sedem habet in primo gradu Cancri. Punctum F in quo Tropicus Capricorni tangit Eclipticam sit punctum Solstitiale australe, sive Solstitium respectu Europe Hyemale, respectu autem nostrorum Antipodum solstitium estivum: Punctum septentrionale in, in quo Ecliptica secat Equinoctialem, sit punctum equinoctiale boreale, sive equinoctium Europeis vernum, Antipodis autumnale. Punctum meridionale in in quo Equator secat Eclipticam, sit punctum equinoctiale australe seu Equinoctium Europeis autumnale, Antipodis vernum.

Fig. 13.



Animadvertendum tamen est in facta hypothesi de perpendiculari sphera (cum scilicet Horizon idem est cum Equatore, et puncta verticalia non differunt a Polis mundi) nulla haberi equinoctia, nulla solstitia. Quum enim sol 6 sex menses semper motu apparenti feratur supra Horizontem B L in superiori hemispherio B P L, et 6 sex alios successivos menses semper apparenter moveatur infra horizontem B L in inferiori hemispherio B O L; hinc atque inde habebitur vicissim aut perpetua sex mensium nox, aut perpetuus sex mensium dies. Quare respectu positionis Terricolarum et tantum regiones habent semper equinoctia, que sub Equatore posite sunt, et bis in anno habent Equinoctia, que omnimoda, seu perpendiculari gaudent Poli altitudine. Sub Equatore autem sub Polis degentibus nulla apparent solstitia proprie dicta, quum illi noctes semper habeant diesque equales, vel continua sex mensium nox, aut dies. Hinc, ut intelligamus diversas, que apud nos sunt, anni tempestates a solstitiis, et Equinoctiis proficiscentes, concipere debemus spheram B D L O, Fig. 13, ita constitutam, ut Axis Mundi sit F H, vel recta ducta sive a D ad G, sive a A ad U.

24. Equatorem Circuli, et puncta, que in superficie Telluris nostre terminata concipiuntur per motum diurnum circa solem seu per apparentem motum diurnum Telluris, transferri solent ab Astronomis ad ipsam spheram Mundi concavam superficiem in qua fixe nobis apparent stelle; gradus longitudinis, vel latitudinis Mundi iidem erunt cum gradibus longitudinis, et latitudinis Telluris quamquam respectu extensionis in infinitum sint majores.

25. Latitudo Mundi, non secus ac latitudo Telluris, est pars illa Universi, sive Telluris, quam meridianus ab Equatore ad locum usque designatum [vel ad punctum verticale] intercipit. Hinc sub Equatore nulla habetur latitudo, sed maxima est sub Polis mundi, graduum scilicet 90, ut amplior esse non possit. Quare eadem est latitudo, que Poli elevatio.

26. Longitudo Mundi, sive Telluris est portio Equatoris inter meridianum alicujus loci, Urbis v. c. Maceratensis, et primum meridianum, quem scilicet consensus hominum primum constituit. Gradus longitudinis numerantur ab occasu in ortum a primo scilicet meridiano ad particularem designati loci meridianum, eundo semper versus orientem. Hinc longitudo alicujus loci tanta fieri esse potest, quanta circumferentia Equatoris, graduum scilicet 360, cum aliqua diminutione.

27. Supradicti Circuli paralleli circum Tellurem ducti, dividunt Tellurem in quinque partes, quas veteres Zonas dixerunt. Quinque autem Zone sunt, Torrida nimirum, due temperate, et due frigide. Prima totum spatium occupat inter duos Tropicos comprehensum, et Torrida vocatur, quod radiis solaris ad perpendiculum vibratis adusta sit. Temperate ob moderatum calorem hoc nomen sortite, sunt borealis et australis. Temperata borealis occupat spatium a Tropico Cancri, et circulo polari artico interceptum. Temperata australis inter Tropicum capricorni, et circulum polarem antarcticum circumducta comprehenditur. Zone tandem frigide, que ita nuncupantur ob intensum earum regionum frigus, sunt pariter septentrionalis, et meridionalis. Prima replet spatium, quod inter polum articum et circulum polarem borealem extenditur: 2da complectitur portionem Telluris comprehensam inter polum antarticum et circulum polarem meridionalem. Sed satis, superque de his regionibus. Qui ampliora expetit, consulere poterit Institutiones Astronomicas Petri Gassendi, necnon Theologi Moralis, ac institutiones Astronomicas Geographicas Guilielmi De Lisle, in quibus breviter, et accurate tamen omnia omnia Cosmographie explicantur.

Caput IIIum.

De Mundi systemate.

Constitutio, et dispositio ita mundi accommodata explicandis motibus, atque phænomenis præcipuarum ejus partium, nuncupari solet systema mundi.

Tria hactenus excogitata fuere hujusmodi systemata, Ptolemaicum scilicet, Tychonicum, et Copernicanum.

Systema Ptolemaicum, quod Tellurem in centro mundi immobilem statuit, Cœlos vero solidos et circa Tellurem mobiles, ita nuncupatur a Ptolemæo Græco Philosopho, qui floruit sæculo Xti 2do, non quod Ptolemæus ejus auctor fuerit, sed quia ultimam fere manum illi adhibuerit. Porro hypothesis mundi Ptolemaica ita se habet. Primo in centro mundi stat immobilis globus noster terraqueus, quem ambiunt duæ spheræ, prima scilicet aeris, 2da ignis. Tellurem cum aere, et igne complectitur orbita Lunæ, Lunam orbita Mercurii, Mercurium orbita Veneris, Venerem orbita Solis, Solem orbita Martis, Martem orbita Jovis, Jovem orbita Saturni. Orbes, sive spheras hactenus circumambit Firmamentum, sive sphera fixarum, quæ secundum aliquos superius est, et quam ambit nona sphera, 2da illa, 3tia primum mobile. Undecim itaque secundum Ptolemæum sunt circa Tellurem orbes, qui Cœli communiter apud scholasticos Philosophos appellantur. Primum est Cœlum Lunæ, 2dum Mercurii, 3tium Veneris, 4tum Solis, 5tum Martis, 6tum Jovis, 7um Saturni, octavum sphera fixarum, seu Firmamentum, nonum sphera, quæ dicitur nona, decimum sphera, quæ appellatur decima, postremum vero primum mobile. Quod attinet ad Cœlorum soliditatem, licet Ptolemæus nullam prorsus de eorum soliditate fecerit mentionem; omnes tamen quotquot hanc mundi hypothesim sequuti sunt, Cœlos solidos, et consistentes dixerunt, existimantes fieri non posse, ut constans et perennis motus in mobili, fluidamque substantiam, aut vacuum spatium habente.

In eadem fere opinione quoad mundi constitutionem fuere multi ante Ptolemæum sæculis Ægyptii atque Chaldæi Astronomi. Quum enim animadverterent diversos in Cœlis motus, nempe motum fixarum ab oriente in occidentem, secundum planum Æquatoris, conversione diurna, et motum Planetarum ab occidente in orientem secundum signorum Zodiaci seriem, octo saltem voluerunt mobiles circa Tellurem orbes, Cœlum scilicet fixarum, et septem spheras Planetarum.

Eandem quasi opinionem sequuti sunt Plato, Aristoteles, Eudoxus, Calippus, et alii fere omnes Astronomi Ptolemæo antiquiores, qui Firmamentum, seu Cœlum fixarum dixerunt primum mobile, quoniam ejus motu inferiores Planetarum orbes rapi putabant ab ortu in occasum, secundum planum Æquatoris ea quidem lege, ut rotationem perficerent spatio 24 horarum, seu potius horarum 23, minutorum 56, 2dorum 4.

Aristillus, et Timocharis, qui annis fere trecentis Alexandriæ ante Ptolemæum floruerunt, non solum primum motum, utrosque exteriores Cœlos, atque Planetas, sed stellas quoque fixas ferri lento motu ab occidente in orientem ex collatis veterum suisque observationibus observarunt. Nam quum stella prima, et occidentalior in cornu Arietis a veteribus observata fuisset in majori circulo ad Polos transeunte per polos Zodiaci, et punctum Æquinoctiale vernum, hanc postea adverterunt secundum signorum seriem una cum cæteris stellis progressam. Quod Hipparchus deinceps post annos confirmavit, et tandem plenissime declaravit Ptolemæus anno circiter a Nativitate D. centesimo trigesimo. Supra Firmamentum itaque seu Cœlum stellatum, quod secundum Ptolemæum proprio motu volvitur ab occasu in ortum spatio 36000 annorum, excogitatum fuit nonum Cœlum quod spatio 24 horarum ad instar primi mobilis ab ortu in occasum cæteros abriperet. Cui sententiæ suffragati sunt posteriores Astronomi Albategnius, Alphraganus, Joannes de Sacrobosco aliique.

Sed decimo 3tio sæculo Thebitius Arabs et Alphonsus Castellæ Rex, necnon decimo quarto sæculo recentiores Purbachius, et Joannes Regiomontanus tertium in Firmamento motum posuerunt, quem motum trepidationis nominarunt. Hinc secundum Alphonsinos tres in Cœlo stellifero concipiendi sunt motus. Primus est motus raptus, quo Firmamentum abripitur a primo mobili cum cæteris inferioribus spatio 24 horarum ab ortu in occasum. 2dus est motus proprius quo fertur ab occasu in ortum spatio 49000 annorum. 3tius est motus trepidationis, sive accessus atque recessus, quo eadem sphera modo in orientem titubat, modo in occidentem, per arcum decem graduum, et 30 minutorum.

Præter undecim recensitas spheras non defuere qui duodecimum Cœlum excogitarent, ut Empyreum ipsum quadratum figura dicerent, atque immobile. Itaque ut omnium Ptolemaicorum placita circa mundi hypothesim colligamus, ponendum est primo loco quadratum, et immobile Empyreum, 2do primum mobile, 3tio sphera decima, seu Crystallinum 2dum, 4to sphera nona, seu crystallinum primum, 5to Firmamentum, 6to Saturnus, 7mo Jupiter, 8vo Mars, nono Sol, decimo Venus, undecimo Mercurius, duodecimo Luna uti Fig.a 54 exprimitur.

Empyreum.

Fig. 54

Fig. 55.



Sicuti in Firmamento ~~duplex~~ triplex novis motus a Ptolemaicis; ita in sphaeris Planetarum cuiuscumque motus cuiuscumque Planetae ab occidente in orientem alium admittunt motum, quem retrogradationem appellant, et omnibus Planetis, excepto Sole, convenire putant. Sol ipse quoque magis, quandoque minus a nobis distat. Hinc ut diversis locis Planetarum apparentiis satisfacerent excentricos circulos circum Tellurem finxerunt. Sit in Tellus A Fig.a 55, sit exterior et Telluri concentricus circulus E D Firmamentum, interior vero circulus C E D B sit orbis cuiuscumque Planetae v.g. Solis, qui Telluri excentricus sit, et centrum habeat in B distans a centro Telluris A tota longitudine AB, quae excentricitas dicitur. Orbisque Solaris punctum C, quod Apogeum vocatur, magis distabit a Tellure, quam punctum D, quod Perigeum dicitur.

~~[illegible]~~

Fig. 56.

Quoniam vero Planetae singuli ita, excepto Sole, moventur, ut retrogradi, stationarii et directi appareant, praeter excentricum orbem, exceptarunt Epicyclum, qui veluti rota in circulo excentrico infixus circa se ipsum gyraret et Planetam sibi affixum aliquando directum, aliquando retrogradum, vel stationarium exhiberet. Sit in Fig.a 56 Epicyclus A B D E C affixus orbi M A Z P, qui moveatur in superiori parte ex B per D in C, juxta signorum seriem, hoc est ab occasu in ortum, secumque Planetam ex B in C abripiat, tunc Planeta velocius ferri videbitur, propterea quod duplici motu, nimirum orbis deferentis, et Epicycli movetur in eandem partem, atque directus vocabitur. Si Planeta in Epicyclo transeat in inferiori parte ex C per E in B retrogradus apparebit, quod motus Epicycli motui orbis deferentis opponatur, et contra signorum seriem versus occidentem moveatur. In punctis vero B, et C sive descendendo, sive ascendendo, quiescens, vel stationarius dicetur, quod in eodem fere Firmamenti loco appareat.

Haec est Ptolemaica illa mundi hypothesis, quam omnium simplicissimam, et sacris litteris consonam nuncupant Scholastici Peripatetici, recentiores vero Astronomi communi consensione multis refertam ambagibus docent, sed defendi nullo modo posse, si praecipua spectentur caelestium corporum phaenomena.

Tycho Brahaeus nobilis Danus qui in re Astronomica, regnante Christiano 4to Daniae Rege adeo excelluit, ut communi sapientum judicio totius sui memoria sit dignissimus, quum plurimum a Ptolemaica hypothesi abhorreret, neque Copernicanam ob motum Telluris probaret, diuturno studio, et accuratissimis observationibus novam hypothesim excogitavit, quam ab illius nomine Tychonicam dixerunt. Haec hypothesis Tellurem in centro universi immobilem statuit, circa quam veluti centrum, feruntur motu diurno Luna, Sol, et Stellae fixae ex ortu in occasum in circulis aequatori parallelis, Luna quidem unius mensis spatio, Sol annuo, sidera vero fixa spatio 25000 annorum, ita tamen ut ferme contra ex occasu in ortum juxta Zodiaci obliquitatem. Caeteri Planetae secundum hanc hypothesim feruntur circa Solem, veluti centrum, inaequali pariter temporis spatio, Mercurius nempe Soli proximior tribus mensibus, Venus mensibus octo, Mars annis duobus, Jupiter annis 12, Saturnus annis triginta, hac lege, ut Mercurii, et Veneris orbitae non complectantur Tellurem, illam vero complectantur orbitae Saturni, Jovis, et Martis. In systemate ergo Tychonico tria circa Tellurem, veluti centrum, moventur, Luna nimirum, Sol, et Firmamentum, quinque circa Solem, Mercurius nempe, Venus, Mars, Jupiter, et Saturnus, quos Sol ipse annuo motu Zodiacum percurrens circumvolvit, uti Fig.a 57 apparet.

Quod spectat ad Caelorum numerum, tres vulgo Tychonici admittunt, Empyreum, Firmamentum, et Planetarum, quod postremum in varias regiones variis planetarum motibus assignatas distribuunt. Hunc caelorum numerum confirmant potissimum auctoritate Apostoli, qui testatur se raptum fuisse ad tertium Caelum, hoc est, ut ipsi interpretantur ad Empyreum. Sed qui inter Tychonicos primum mobile supra Firmamentum collocant, quatuor saltem numerare debent Caelos, neque uti possunt, nisi potius autem authoritate Scripturarum. Illud Tychonici cum Copernicanis commune semper habuerunt, ut Caelos fluidos putarent, et post Cometas solidas, et crystallinas Sphaeras omnino confringerent. Nam primus Tycho ex arce sua Uraniburgi observavit Cometas moveri libere per regiones Planetarum; quod alii postea Astronomi accuratissimis observationibus demonstrarunt, ut merito soliditas illa Caelorum habeatur nostris temporibus veluti praecipuum Scholasticorum Peripateticorum commentum.

Fig. 57.

Systema Mundi Copernicanum, quod Solem in centro immotum statuit, et circa Solem mobilem Tellurem antiquissimum est. Illud primus docuit ... Pythagoras ... quem deinde secuti sunt Aristarchus, Philolaus, Heraclides Ponticus, Nicetas Syracusanus, Ecphantus, ... quod Plato senior, imo et Numa Pompilius, qui referente Plutarcho, Aedem Vestae in formam rotundam, seu orbicularem condidit, ut in ejus medio ignis ... Sol in Mundi centro, jugiter ignis conservaretur.

Sed opinionem hanc oblivione fermè sepultam in pristinum statum restituere conatus est Nicolaus Cardinalis Cusanus ..., qui tanto studio Disciplinas Mathematicas ita profundè penetravit, ut qui ante omnes fuerit ... latuere Matheseos Mysteria aperuerit. Eam tamen, exacto ferè unius saeculi spatio, ita 30 annorum labore illustravit Nicolaus Copernicus Torunii in Borussia natus, et Warmiensis Canonicus, cui sub Julio 2do, et Leone decimo commissa fuit Kalendarii correctio, ut ab eo nomen acceperit. Hanc Copernicus ... Romae innumeris ferme Auditoribus, qui ultra duo millia confluere ad ipsum solebant, exposuit, et Paulo 3tio dicavit. Hanc postea secuti sunt illustriores Astronomi Joachimus Rheticus, Christophorus Rothmannus, Michael Maestlinus, Erasmus Reinoldus, Gilbertus Keplerus, Galilaeus Galilei, Simon Stevinus, Philippus et Jacobus Lansbergius, Ismael Bullialdus, Renatus Cartesius, Nicolaus Hartsoekerus, Petrus Gassendus, Isaacus Newtonus, et nostris temporibus omnes alicujus nominis Philosophi, et celebriores Europae Academiae.

Systema autem Copernicanum hujusmodi est. Mundus sphaerica est figura donatus, atque in ejus concava superficie stellae sunt, quas fixas nuncupare solemus. Centrum immensae hujusce sphaerae occupat fixus, immotusque Sol. Praeter quiescentem Solem fixasque Stellas sex alii sunt volubiles Globi, qui diversis omnino per orbes gyros conficiunt, adeoque varias, et continuò mutabiles positiones tam a se invicem quam ab immotis fixisque Stellis sortiuntur. Errantes hasce sex Stellas Planetas nuncupamus, atque horum Planetarum unus ipsa est, quam incolimus, Tellus nostra. Nomina Planetarum sunt Mercurius Soli proximus, Venus, Tellus nostra, Mars, Jupiter, atque Saturnus a Sole remotissimus, et concavae Mundi superficiei caeteris omnibus Planetis proximior. Planetae omnes secundum eandem plagam ab occasu in ortum feruntur circum Solem; Circuli autem, seu Orbitae, quas circum Solem describunt, in uno fermè plano jacent, harumque orbitarum plana sese mutuò secant in lineis, quae transeunt per centrum Solis. Hinc si nos in Solis centro positi essemus, in orbitarum omnium planis consisteremus, et Planetas in concava Coeli superficie motus suos pagentes, Circulosque circa nos maximos describentes intueremur. Planetae diversis admodum intervallis a Sole distant. Qui suos circum Solem citius conficiunt gyros, et Soli proximiores sunt. Qui tardius circuitus absolvunt, a Sole longius absunt.

Hoc autem ordine moventur sex Planetae. Primo circa Solem volvitur Mercurius, qui circulum suum peragit spatio temporis trimestri. 2do Venus paulò majori ambitu producitur ad ejus menses fermè octo. 3tio Tellus circuitum conficit spatio unius anni. 4to Mars biennio circulum proprium complet. 5to multò longius protenditur orbita Jovis, atque ille tardius duodecim fermè annorum spatio circulationem perficit. 6to demum omnium remotissimus atque lentissimus Saturnus caeteras omnes Planetarum orbitas gyro suo continet, et triginta annos ad propriam complendam periodum postulat, uti F. i. 58.

Post inventum Telescopium nova spectacula ab antiquis Astronomis non observata sese conspicienda, atque admiranda praebuere, quae Systema Copernicanum mirificè illustrarunt. Nam praeter sex illos Planetas, qui primarii dicuntur, detecti fuere Planetae alii secundarii, qui Lunae, sive Satellites appellantur. Hi Planetas suos primarios in eorum circa Solem circulationibus perpetuò comitantur, ita tamen, ut interim unusquisque circa proprium primarium Planetam gyros peragat. Tres sunt primarii Planetae, qui alios minores secundarios Planetas continuo stipatos observantur. Tellus nimirum, Jupiter, atque Saturnus.

Tellus uno tantum satellite, seu unica tantum comitatur Luna, quam secum annuo circa Solem cursu vehit, et praeterea circum se, tanquam centrum, menstruo itinere gyrare facit. Quod autem Luna, neque ullus Planeta ... fixaeque stellae tanta luce rutilet, et Solem ipsum magnitudine adaequare videatur, in causa est ejus Telluri proximitas. Luna quippe e Sole vix observari posset, prorsusque si tantum a Tellure distaret, quantum Sol, ... nobis forent Telescopio ... conspiceremus.

Jovem quatuor Satellites, seu quatuor Lunae perpetuò comitantur, quae tamen diversis periodis, atque distantiis circa eundem Jovem circulationes perficiunt. Horum Satellitum intimus ad distantiam quinque diametrorum Jovis cum quinque sextis, absolvitque orbem die una cum triginta quartis. 2dus quatuor diametris Jovis cum una 2da distans a Jove, et propriam describens orbitam spatio trium dierum cum horis tredecim. 3tius septem Jovis diametris cum una 3tia a Jove remotus suum peragit circuitum diebus circiter septem cum tribus horis. Extimus tandem quartus Satelles ad distantiam duodecim circiter diametrorum Jovis revolutionem in orbita sua perficit diebus sexdecim cum octodecim horis. Quatuor hosce Circumjoviales Planetas primus omnium mortalium Tubi optici, seu Telescopii beneficio magnus comperit Galilaeus, easque Stellas Medicaeas in honorem Magni Ducis Hetruriae nuncupavit.

Saturnum in suo circum Solem itinere quinque comitantur Planetae minores. Horum plerique ob magnam a Tellure distantiam, et exiguam eorum molem nisi longissimorum Telescopiorum ope sese conspiciendos praebent. Eorum autem tempora periodica et distantiae a Saturno ita se habent. Planeta intimus circa Saturnum revolutionem conficit uno die cum septem octavis, et distat a Saturni centro quatuor Saturni semidiametris, cum tribus octavis. 2dus absolvit Saturnum periodum duorum dierum cum horis septemdecim, distatque a Saturni centro quinque Saturni semidiametris cum tribus quintis. 3tius intermedius ... describit quatuor diebus cum horis tredecim et habet distantiam a Saturno octo Saturni semidiametrorum. 4tus dierum fere sexdecim periodum absolvit distans a Saturno octodecim semidiametris. Quintus spatio dierum septuaginta novem cum una 3tia orbitam percurrit, distatque a Saturno quinquaginta quatuor Saturni semidiametros.

Praeter quinque Saturni Satellites, ornat quoque Saturnum annulus, qui eum undequaque cingit, et medium tenens nusquam contingit. Annulus iste undique observatur a corpore Saturni distans fornicis instar, et proprio libratus pondere se ipsum sustinet. Ejus diameter plusquam dupla est diametri Saturni. Et quamvis tenuis admodum sit ejus convexae superficiei crassities, tanta tamen est annuli latitudo, sive cavitas, ut pars ejus media illius spatii, quod ab extima ejus superficie ad Saturnum porrigitur, a Saturni corpore occupetur, reliquo tamen spatio vacuo manente. Cuius usui, ... Joannes Keilius, admirabilis hic annulus inserviat, Terricolas latet, et perpetuo forsan est latebit, quum nihil ... in rerum natura deprehendamus.

Ergo 1 Hypothesis Mundi Ptolemaica omnino rejicienda est.

Ipso demonstratur. Hypothesis Ptolemaica tam Physicae, quam Astronomiae adversatur. Ergo etc. Pro ante probatur primam partem 1mo non adversatur Physicae, quod soliditati coeli cum lucis et corporum coelestium exploratis phaenomenis consistere nullo modo possit. Quomodo enim ad nos transmitterentur sive directum sive reflexum lumen coelestium remotissimorum corporum, per tot interpositis solidis Coelis? Aut quomodo per viciniores, sive coelos Planetarum transire possent Cometae, clausis per Coelorum soliditatem ... 2do, quia tot orbes excentrici, atque Epicycli notissimam naturae simplicitati omnino repugnant. Nunquam enim natura per ambages operatur, quod paucis potest expedire. Cur itaque tanta reperta est orbium circulorum quantitas, cur tantae movendae machinae, si per solum Telluris motum idem haberi poterant effectus? 3tio, quia nulla ratione concipi potest, quomodo primum mobile omnes inferiores sphaeras ab ortu in occasum secum abripiat, dum interim sphaerae inferiores feruntur ab occasu in ortum secundum signorum Zodiaci seriem nam vel contiguae hujusmodi sphaerarum superficies asperae sunt, sibique veluti ... praeditae vel sunt politae admodum, et lubricae. Si primum, non video, cur idem non sit omnium sphaerarum motus, eademque omnium velocitas, et cur superiores partes sphaerae motum ad infe-

orbis ~~[illegible]~~ non recipiant, quemadmodum inferiores eum a superioribus mutuantur. Si idem, ostendant Ptolemaici, quomodo sphera superior valeat motum suum inferioribus spheris imprimere, quin iis nullo modo resistant: ostendant, quomodo sphera superior proprium interiorum spherarum motum tantum non retardet, et tandem omnino perimat. Praeterea motus etiam librationis, et trepidationis, quo firmamentum modo in orientem modo in occidentem flectitur. Quum vero hujusmodi motus, raptus scilicet, proprius, et trepidationis, contrarii plane sint, nemo quis potest intelligere, aut explicare, quomodo tot oppositi motus in uno eodemque corpore esse possint, quomodo tot caelum, nempe primum mobile, decima et nona sphera ad tot diversos motus firmamento conciliandos conspirent, quin se invicem impediant, vel destruant, aut quin inferioribus spheris motus illos imprimant, quemadmodum diurnus motus singulis a primo mobili constanti lege tribuitur. Haec ut alia nulla faciam, satis ostendunt, quantum cum physica pugnet hypothesis Ptolemaicorum.

Adversatur etiam hujusmodi hypothesis Astronomiae. Nam plura sunt Planetarum phaenomena, quae immensa etiam orbium excentricorum et Epicyclorum farragine in subsidium vocata, explicari, aut congrue nullo modo possunt. Certum quippe est apud omnes celebriores Astronomos

A

Martem circum solem ita moveri, ut dum soli ex diametro opponitur, eandem atque etiam minorem quam sol ipse, obtineat a Tellure distantiam: certum est Venerem modo ultra, modo extra solem cerni, quum tamen juxta Ptolemaicam hypothesim nec Marti fieri possit, ut sit Tellu[ri] proximior, nec Venus sole remotior. Ergo etc.

Dicent primo soliditatem Caelorum non esse aliquod scholasticorum Peripateticorum inventum, sed antiquissimorum quoque Philosophorum sententiam, qui cum caelestium corporum phaenomena meditarentur, putarunt. Nam tradente Plutarcho, Anaximenes voluit nihil aliud esse sidera quam veluti clavos, clavorum instar, crystallo infixos: Empedocles Caelum putavit glaciei in modum ab igne ex aere compactum, et inerrantes stellas crystallo dixit alligatas, errantes autem ab eo solutas: Et primus omnium, fatente Stobaeo, primum docuit Anaximander caelestem substantiam solidam esse, atque crassam. Auctoritati veterum praeclarissimorum Philosophorum accedunt plura argumenta ex caelestibus phaenomenis desumpta, quae demonstrare videntur caelorum soliditatem.

Nam primo quum eodem tempore sidera, atque Planetae duplici contrario motu ferantur, diurno scilicet atque communi ab ortu in occasum, proprio vero atque particulari ab occasu in ortum, necessarium est, ut alter ex his motibus cuilibet caelesti corpori ab intrinseco conveniat, alter vero ab extrinseco imprimatur; ita ut dum superius aliquod Caelum ex oriente in occidentem diurno movetur omnia simul inferiora corpora secum abripiat atque interim tamen, sibi Caelum proprio [illegible] motu ab occasu in ortum feratur; quod fieri non potest, nisi caelorum substantia solida dicatur, et in plures spheras sibi invicem contiguas dividatur. Quod si caelestis ista substantia tenuis, et fluida supponatur, quale hoc in tantis adeo siderum, et planetarum motus, et certa quadam modo definitos par[ere] posse putabimus?

2do quod, sublata Caelorum soliditate Planetas impellere posset, ut aliquando appareant Telluri proximiores, aliquando remotiores, aliquando velociores, sive directi, aliquando tardiores, sive retrogradi, adeo quod si Planetae infixi sunt solidis caelis, in orbem et aequabili motu ferentur, quo orbes deferentes, et Epicycli moventur.

3tio nisi solidi ponantur Caeli, illorum incorruptibilitas nulla ratione defendi poterit: quoniam quae fluida sunt facultatem, quam habent, perdent, et novas novasque proprietates induant.

R. auctoritatem veterum Philosophorum non demonstrare soliditatem Caelestis substantiae, quum ea considerare non possent eum motum caelestium corporum, ac potissimum Cometarum. Sed si in rebus, quae experimentis, et observationibus inveniri, aut [illegible] sunt, tanta fovere volunt auctoritatem veterum ut ab ea discedere indignum judicent; cur, quaeso non adhaerendum potius erit sententiae antiquissimorum, qui communi ferme consensione caelestes spheras fluido quodam mobilique referctas, aut omnino vacuas dixerunt? Si de auctoritate Philosophorum agendum; non tanti faciendi sunt Carneades, Heraclitus, Anaxagoras, Democritus, Epicurus, Plato? Sed ut ad argumenta veniamus, tantum abest, ut ista evincant soliditatem Caelorum, ut penitus confringantur.

Ad primum; si Stellae, atque Planetae feruntur motu diurno ab ortu in occasum, quia a Caelo superiori abripiuntur, cur eadem ratione inferiores Caeli non recipiunt motum, qui superiori sphere proprius est, quoque ab occasu in ortum volvitur? Si Jupiter et Saturni Caelo, cui immediatae subjacent ita diurno abripitur motu, ut spatio 24 horarum, non secus ac Saturnus, integrum circulum absolvat ex ortu in occasum; cur non eo pariter abripitur motu Jupiter, quo Saturnus, ita ut ab occasu in ortum moveatur spatio 30 annorum. Deinde, sive asperi, sive levigati dicantur convexitates spherarum superficies, nunquam congrue poterit, quomodo sphera superior possit sibi subjectas inferiores spheras motu [illegible] abripere, ut in probatione dicimus.

Ad 2dum, si caelum ponamus [illegible] sidera, atque Planetas in substantia quadam subtilissima, et fluidissima, pendentes non esse, ut plurimi et irregulares sint eorum motus. Primo non absurde posset Deus ipse conservare in quolibet corporum constantes illas periodos [illegible] imprimatur initio creationis illis impressas. 2do quemadmodum permultos Peripateticos constituisse a Deo Angelos, qui singulas moverent solidas spheras, ita quisque possemus circumducere ab Angelis per fluida spatia sive Stellas, sive Planetas. 3tio asserere possemus aliquem tenaciorem caelestia corpora inesse sive levitatem, sive gravitatem, adeoque impetum, sive directionem, qua semel a Deo determinata feruntur per peculiares orbitas describenda, statutis temporibus, nunquam enim caelesti materiae levitate prorsus et gravitate destitutam posse in ullas nunc atque deinceps [illegible], neque Peripateticos, qui admittunt fluidam illam gravitatem ubique diffusam. Sed nos aliis probabimus moveri corpora caelestia in spatio aut omnino vacuo, aut fere vacuo. Et hinc argumento reponamus caeteros si [illegible] et Ptolemaici dicunt, aut ab ideas rarissimam [illegible] quantitate, quae secundum Newtonianam [illegible] dupla est caelestes reponi, et nos omnes corporum caelestium debent esse, respondendum nullam inde oriri posse sensibilem perturbationem in motibus sive Planetarum, sive Cometarum, tum quia corpora illa donantur maxima mole et summa densitate [illegible], tum quia feruntur ingenti velocitate, tum quia densum [illegible] non est plurimis gradus.

Ad 2dum, sive corporum cœlestium regiones nonnisi fluida materia æthrea referta, sive omni materia vacuæ, tam in Systemate Copernicano quam in Tychonico optime explicantur stationes, directiones, et retrogradationes siderum, quum diversi hujusmodi motus non sint in ipsis met corporibus, quæ moventur, sed tantum nobis appareant uti inferius videbimus.

Ad 3tium, Sphæras atque invisibilis soliditas Cœlorum ex eorum incorruptibilitate deducitur, quasi incorruptibiles esse non possint, nisi solidi supponantur, et vicissim. Nam licet soliditas magis ad incorruptibilitatem conferre videatur, quam fluiditas, fieri tamen posset, ut Cœli tametsi solidi corrumperentur, et tametsi fluidi non corrumperentur; quod saltem ex iis [illegible] dubitarunt. Caeterum neque solidi, neque incorruptibiles sunt Cœli, quum plures in iis mutationes jam demonstratum sit accuratissimis observationibus Astronomorum tam veterum, quam recentiorum.

Instabunt. Sacrarum Scripturarum testimonia ita manifeste Cœlorum soliditatem demonstrant, ut nullum occurrere possit prudens dubium si habenda fides divinis eloquiis. Nam primo in Libro Job Cap. 37 dicitur: Tu forsitan cum eo fabricatus es Cœlos qui solidissimi quasi ex ære fusi sunt. 2do, Cap. 4 Epistolæ ad Hebræos legitur Christum penetrasse Cœlos, sola autem solida corpora proprie penetrantur, fluida vero cedentia et flexibilia sunt.

R. nullius esse momenti quotquot opponi possunt pro soliditate Cœlorum testimonia divinarum Scripturarum. Et quod attinet imprimis ad textum illum: Tu forsitan etc. verba illa non a Deo, sed ab altero quodam prolata, scilicet ab Eliu, a quo Job de impietate, et insipientia arguitur. Nulla ergo est in re nostra illius textus authoritas, præsertim quum Eliu post longam illam dissertationem, in qua Jobum adoritur, reprehendatur a Deo scilicet capite 38 verbis: Quis est iste involvens sententias sermonibus imperitis? Deinde, uti animadvertit Cl. [illegible], etiamsi verba illa a Deo fuissent prolata, non probarent tamen Cœlorum soliditatem. Cœli enim dicerentur ære fusi in ordine ad orationem precantis, non in ordine ad motus siderum, ut quia revera solidi sint. Ad textum Epistolæ ad Hebræos non est quod respondeamus, notum namque est tam solida quam fluida corpora penetrari non posse quin partes eadem corpora componentes loco moveantur, et spatium quodammodo vacuum relinquant, ut propterea quod dicuntur sint tam fluida, quam solida, et penetrabilia, et impenetrabilia. Quanquam non video quanam ratione Scripturistæ soliditatem Cœlorum ostendere velint ex testimoniis divinarum Scripturarum, quum triginta sex enumerentur ex Authoribus Ecclesiæ Patribus qui Cœli substantiam fluidam esse existimant divinis Scripturis dissererunt. En quomodo inter cæteros loquitur S. Basilius homilia 1 in Hexameron de substantia Cœli, inquit, satisfaciunt illa nobis, quæ ab Isaia sunt dicta, qui vulgaribus verbis idoneam de natura Cœli nobis sensum aperuit dum dicit: Qui firmavit Cœlos sicut fumum, id est non tenuem naturam, non solidam, neque crassam ad constituendos Cœlos naturam fecit. Est non prudentis, et simplicis mentis tales de corporibus cœlestibus opiniones habere.

Instabunt 2do. Genesis Cap. 1 Cœlum vocatur Firmamentum, id est firmum atque solidum. Confirmatur. Nisi solidum esset firmamentum aquæ, quæ supra firmamentum sunt, aliquando instar pluviæ deciderent. Existere autem supra Firmamentum aquas, duo inter cætera afferri possunt ex Scripturis testimonia. Nam primo Daniel 3tio habetur: Benedicite aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt, Domino. 2do Cap. 8. Genesis legitur: Clausi sunt fontes Abissi, et Cataractæ Cœli et prohibitæ sunt pluviæ de Cœlo.

R. cum sacris Scripturarum interpretibus aliud omnino esse sensum illius vocis, quam uti solent Scriptores sacri ad Cœlum designandum. Nomine enim Firmamenti non venit corpus aliquod firmum, aut solidum, sed corpus dumtaxat stabile, et permanens, seu potius stabilitas, et permanens constitutum. Nam ut iis animadvertunt, qui hebraice, et græce sciunt, hebraica vox non firmamentum, sed expansionem significat. Et quamvis Septuaginta Interpretes verterint græce firmamentum, seu stabilimentum, id tamen non a Cœli soliditate interpretatum est, sed quia Cœlum est stabile, atque perpetuum inter Stellas, atque Planetas constitutum interstitium. Id confirmari potest Cap. 16 Lucæ, in quo Divitem Epulonem [illegible] ab Abrahamo flagitantem sic Abraham ipse alloquitur: Inter nos, et vos Chaos magnum firmatum est; id est, uti sacri interpretes exponunt Inter nos, et vos expansum est magnum spatium firmo, et immutabili Dei Decreto interjectum.

Ad confirmationem, negamus supra Firmamentum aliquas esse aquas, proindeque inficiamur necessarium esse solidum cœlum ad eas sustinendas. Auctoritates Scripturæ nihil evincunt. Hæ enim metaphorice loquuntur, ita ut nomine Cœli intelligendum non sit Firmamentum, sed regio aeris. Hinc frequenter in Scripturis dicitur pluviam e Cœlo cadere, quum tamen certum sit eas ex aere decidere. Atque hæc est communis fermè circa vocem Firmamenti præcipuorum interpretum sententia.

Venerabilis Beda Comentario in Genesim exponens opus quintæ diei hæc habet: hic intelligendum est id dictum ut volare aves secundum firmamentum Cœli, quia hoc nomine etiam Æthera indicatur, hoc est superius illud aeris spatium, sed a turbulento hoc, et caliginoso loco, in quo aves volant, usque ad astra pertinens, et est tranquillum prorsus, ac lucis plenum, non immerito creditur. Nam et erranticæ sidera septem, quæ in hoc Ætheris spatio vaga ferri perhibentur, Scriptura esse in firmamento Cœli posita dicit. Ideoque Aves recte dicuntur secundum firmamentum Cœli volare, quia vicina sunt, ut dixi, Ætheri turbulenta hæc aeris spatia, quæ volatus Avium sustinent. Hæc [illegible], si Sphæras firmamentum Cœli nominet, quum aer appellatur Cœlum, ut supra docuimus. Et [illegible] Aquas Firmamentum, inquit, non solidum quid, aut durum, ut vulgo putatur, sed aer est extensus, et adeo subtilis, ut licet videri nequeat, veruntamen spiritus dici potest, quam corpus. Testante Ecclesiaste Cap. 1, quum dicit de luminaribus, quæ visibiliter in eo feruntur: Lustrans in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur.

Dicent 2do. Cœli non moventur viribus propriis, sed ab Angelis. Motus autem esse non [illegible], si [illegible] in Cœlis diversi et [illegible] (speciem) [illegible] contrarii [illegible].

R. [illegible], [illegible] (motus) [illegible] non posse eodem tempore [illegible] donari [illegible], non posse moveri Cœlos motibus, [illegible] motu ab ortu in occasum et [illegible] ab occasu in ortum sive [illegible] moveantur [illegible] [illegible] creatione [illegible], sive moveantur ab [illegible] [illegible]. [illegible] hæc in Cœlis contrarios motus, [illegible] ab ortu in occasum moveri [illegible] Planetas ab occasu in ortum, eo ferme modo quo in Navi acta ab ortu in occasum moveri [illegible] ab occasu in ortum [illegible] duplex hic contrarius motus non est eodem tempore in eodem [illegible] Cœli, [illegible] argumento [illegible] Stellas, atque Planetas [illegible] Sphæris et [illegible] Sphæris [illegible] motu [illegible] ab ortu in occasum, et motu proprio ab occasu in ortum. Deinde, [illegible] a Deo motores Angelos, quos [illegible] Cœli [illegible] Deus non [illegible] Cœlos, ut (circumagerent) [illegible] ab Angelis Sphæras ab occasu in ortum, quomodo [illegible], [illegible] ab ortu in occasum [illegible] major atque excellentior [illegible] Angelus [illegible] contrario [illegible] inferiores Angelos [illegible].

Instabunt. [illegible] ab ortu in occasum [illegible] in Nauta contrarium motum [illegible] ab ortu in occasum [illegible] motu proprio ab occasu in ortum. Ergo duplex eodem modo [illegible] in Cœlis contrarius motus.

R. duplex hunc contrarium motum [illegible] (excogitatum) [illegible] non posse in [illegible], [illegible] manifestum [illegible] idem corpus [illegible] non posse eodem tempore in diversis [illegible], ad ortum scilicet atque ad occasum. Exemplum Nautæ [illegible] contra [illegible] ut [illegible] inferiores Sphæras [illegible] superiores, ut [illegible] intelligamus, [illegible] non posse in [illegible] inferiores proprium [illegible] motum, [illegible] motus Planetarum, [illegible] Cœli [illegible] quemadmodum in [illegible] Nauta [illegible] in Navi, quæ motu ferratur [illegible] ab ortu in occasum, [illegible] Nauta, [illegible] in occasum, [illegible] quod [illegible] spatium [illegible] motu in ortum, [illegible] in [illegible] occasum [illegible] velocitate [illegible] excedente velocitatem, [illegible] ab occasu in ortum; quod tamen accuratissimis observationibus Astronomorum, atque [illegible] Ptolemaicorum [illegible] omnino [illegible]

Dicent 3tio non repugnare hypothesi Ptolemaicae Astronomiae. Decent quippe hujus Astronomi, quod observarunt Martem quandoque propiorem Telluri, quam esset Sole, Venerem quandoque remotiorem Sole, multi decepti sunt quod observarunt Cometas Coelo Lunae altiores, et nova alia in Coelis phenomena.

R. hoc argumentum, quo uti solent Peripatetici illi, qui nulli assueti sunt sed disputationibus, atque evidentibus demonstrationibus nulla dignum esse confutatione. Tantum valent in asserendis opinionibus, ut potius falsi omnes Astronomi (?) velint sensuum [illegible] testimonium, accuratissimis observationibus [illegible] Academiarum, communi sententiae omnium recentiorum Astronomorum, quam aut ~~[illegible]~~ errorem, aut ~~[illegible]~~ fateri. Martem enim nostris quandoque proximiorem Sole, Venerem consequi quandoque remotiorem Sole, tam certum est nostris temporibus, atque ita accurate a summis viris demonstratum, ut dubitare non liceat, nisi totas penditus liceat evertere Astronomiam. Sed hoc consuetum fuit Aristotelicorum effugium, falsa scilicet notione in suis observationibus Astronomos, et vitra potissimum Telescopiorum nova excitare phenomena, quae nunquam tamen fuere in Coelestibus regionibus. Anno 1572 apparuit nova stella in Cassiopea, quae toto illo anno visa est et namque deinde evanuit. Anno 1604 alia biennio ante visa est in sede [illegible]. Anno 1601 detecta alia est in Constellatione Cigni; sed, si Peripatetici audiendi sunt decepti fuere ut Astronomi, Florentiae, Parisiis, Londini atque in [illegible] Observatoriis Academiarum apparuere, et nostris diebus apparent [illegible], et Saturni [illegible], sed decepti Astronomi. Vana erant supra Lunam Cometae, Comparent circum Solem maculae; At mere sunt hae imaginationes Astronomorum, quoniam Aristoteli contrariam sententiam, decipi fas est universam Rempublicam Literarum, neque potuit natura ipsa diversos et Aristoteli incognitos producere effectus.

Dicent 4to. sphaerae et [illegible] ora quaecunque coelestia corpora condita esse propter Tellurem. Omnia ergo ita moveantur ut ~~[illegible]~~ Tellurem circumambiant, planeta centrum occupantem.

R. negari non potest quod omnia quae illa corpora condita sint in gratiam Telluris, tum quia summatim possumus alios existere orbes, tum quia, ut etiam [illegible] scripturarum, omnia propter semetipsum operata est Deus, ac ostentandam suam potentiam, et sapientiam. Quod si condita sunt omnia propter Tellurem, non discimus quam tamen ambulant circum Tellurem omnia, quem Sol [illegible] nos illuminare et calefacere potest, si fixum occupet Mundi centrum, quam si circum nos immobiles agitent et [illegible]. Mercurius iisdem influere nequit in Tellurem vel [illegible] sive a sphaeris [illegible], sive ab aspectibus. Caeterum, totam istam, considerare possumus argumentum, quae alii mel adversus sententiam nostram sequantur. Nam eatenus Tellus in centro consisteret universi; At tum ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ solidis suis, contrariisque motibus actos Coelos; ut praetermittam propagationem lucis, et motus Cometarum.

Sectio 2da. Hypothesis Mundi Tychonica, quanquam cum Astronomia facile conciliari posse videatur, repugnat tamen naturae legibus, ut cum Physica nullo modo videatur convenire.

Dico 1°. Probatur primo quod unum, idemque corpus, secundum leges naturae, donari non potest eodem tempore diversis oppositis motibus, omnino adversantur naturae legibus, ut Luna, Sol, Fixae Stellae, ferantur motu diurno circum Tellurem ab ortu in occasum, eodemque tempore secundum Zodiaci obliquitatem agant motu proprio ab occasu in ortum, quemadmodum Ptolemaicos in hac re imitatus in sua docuit hypothesi Tycho Brahaeus. 2do convinci, et [illegible] non posse videtur, ut Sol Saturnum, Jovem, Martem, Venerem, Mercurium, dum Tellurem sua motu circumambit, secum abripiat. Quae nam tanta vis esse posset, ut Sol ingentia illa corpora nullo [illegible], aut vinculo non connexa per spatia tenuissimo aethere repleta [illegible], constantique motu circumvehat, ita tamen ut proprio quodam motu moveantur, caeterum aequabiliter circa ipsummet Solem? 3tio ~~[illegible]~~ videtur, ut innumera et maxima corpora non modo Planetarum, verum etiam stellarum circum immotam Tellurem tanquam circa centrum revolvantur, quam esse verosimilius sit moveri Tellurem, quae corpus est solidum, quam Solem [illegible] quod corpus est [illegible] ~~[illegible]~~ fluidum. Accedit, illud corpus [illegible] debere in centro universi quod est causa, et fons luminis, atque caloris. Non itaque Tellus, sed Sol omnino videtur in centro Mundi.

Dicent 1° [illegible] Tychonicorum. Duplex non est admittendus oppositus motus in Luna, Sole, et Firmamento; sed sufficit unicus spiralis ab ortu in occasum, qualem olim docuit Anaxagoras, Democritus, aliique veteres, qui docebant Solem, Lunam, et caeteros Planetas ideo per motu duntaxat apparenti ab occasu in ortum, quod Firmamentum 24 horarum spatio absolvat totum circuitum ab ortu in occasum. Itaque neque stellae, neque Planetae moventur in ortum per circulos Aequatori parallelos sed feruntur oblique sive per spiras versus Occasum, hoc est ex Austro in Boream et a Borea in Austrum sensim promoventur. Sphaera stellarum quae tanta omnium velocitate in occasum describit spiras confertissimas continuatque. Sol qui movetur segnius, describit spiras laxiores. Luna, quae segnius laxissimas. Hinc quod Sol diebus singulis uno ferme gradu et Luna tredecim gradibus retardatior sit quam stellae fixae adeo videntur in ortum moveri, adeo ut Sol annuo spatio, et Luna menstruo excursus in Boream, et in Austrum peragant, et sub [illegible] circumitionem compleant.

R. motum hunc spiralem unicum, quo coelestia omnia corpora una cum Firmamento deferantur per spiras ab ortu in occasum, omnino alienum esse ab hypothesi Tychonis in qua Luna, Sol, Fixaeque Stellae moventur circum Tellurem ab ortu in occasum in circulis Aequatori parallelis, et simul ab occasu in ortum, secundum Zodiaci obliquitatem. Sed ut Tychonicis non idem cum Tychone sentientibus morem geramus; si Firmamentum, seu Sphaera Fixarum movetur per spiras versus occasum, excurrere debet Firmamentum in Boream, et in Austrum non secus ac Sol caeterique Planetae. At si ultra Firmamentum nihil aliud est Coelum, ut majori Tychonicorum numero placet, quomodo in Boream atque Austrum excurret Firmamentum? si stellae fixae convexitas mundi fines constituunt, cujus quoque respectu candidum Firmamentum excurrere in Boream, et in Austrum?

Sunt ex Tychonicis, qui hujus argumenti vim sentientes, respondent admitti debere supra Firmamentum primum mobile quod motu diurno Firmamentum versus occasum revolvat, dum interim Firmamentum proprio suo motu movetur in ortum; secundum Zodiacum, et propter ejus obliquitatem modo in Boream, modo in Austrum deflectit.

Sed, ut praetermittam inutilitatem omnino hujus Firmamenti, praeterquam quod adesse primo mobili tribui rapidissimum illum diurnum motum, quod sphaerae Planetarum, utpote fluidae rapi non possunt, si Firmamentum proprio motu agitur in ortum, et per motum primi mobilis fertur in occasum, jam duo sunt in Firmamento eodem tempore oppositi motus; quod secundum leges naturae fieri non potest. Neque asserat aliquis Tychonicus unicum esse in Firmamento spirale motum versus occasum cum motu primi mobilis communem. Nam vel primum mobile movetur spiraliter, vel Firmamentum duntaxat. Si primum cujus ergo respectu excurret primum mobile in Boream, atque Austrum? Si 2dum, unde ergo ratione Firmamentum potest deflectere ad Boream, et Austrum, quum sequi debeat motum primi mobilis, a quo abripitur, et ratione cujus debeat primum mobile, ut [illegible] veniat?

Dicent 2do contra 2dum nostrum argumentum facile explicari posse, quomodo Sol possit suo impetu abripere caeteros Planetas tum circa se tum circa Tellurem, quum insita sit in quolibet corpore gravitas, quam Solis vi vel extenuare possit, vel minuere. Quod si secundum Copernicanos Saturnus, Jupiter, atque Tellus dum circa Solem moventur ita suos abripiunt satellites, ut eos tum circa se, tum circa Solem gyrare faciant; cur non eodem modo Sol vehere poterit quinque Planetas tum circa se, tum circa Tellurem, quum haberi possint veluti Satellites Solis.

R. concipi non posse, quomodo quinque Planetae moveantur circum Solem, atque Tellurem, hac ipsa de causa, quod secundum Tychonicorum placita destituantur gravitate. ~~[illegible]~~ ista corpora ista gravia non sunt adeoque nullo modo gravitant in Solem, quomodo tendere possunt in Solem si vi gravitatis destituantur, nec tendunt proinde in Solem, velut centrum, quomodo describere possunt circum Solem circulos qui a vi centripeta, nec gravitatis, ita vi centrifuga proficiscuntur? Nequidem me latet corpora secundum aliquos Philosophos levia ferri ad suum centrum, adeoque vi quadam centrifuga [illegible]. At si corpora ista levia, fatentibus iisdem Philosophis, facile in diversas partes traherentur ~~et~~ a naturali cursu removerentur, cur nihil dicitur de Planetis, qui per fluidam spiram, docentibus Tychonicis, moventur? ~~[illegible]~~ quomodo explicabunt Planetas ~~[illegible]~~ [illegible] inordinatos in orbe? ~~[illegible]~~ Tychonica corpora ista coelestia [illegible]

absolutè ẽ levia, neq absolutè gravia. sed ut pr. termittat intellu. ñ posse corpus qd ñ sit aut levitate, aut gravitate donatũ, quemadmodum nullũ ẽ potẽ corpus; qd neq motũ sit, neq quiescens, neq lucidũ, neq opacũ; si Planetæ neq graves sunt, neq leves, quemadmodũ neq sursum tendent, neq deorsum, ñ sursum propterea qd levitate destituunt, ñ deorsum, quoniam gravitate carent. Præterea, quum per se indifferentes sint ad quemcumq motũ suscipiendũ, vel spatiũ excipient quietẽ, aut quibuscumq viribus solis ita resistent ut nunquã moveantur circũ solẽ, aut ita destituti omni resistentiâ a quocumq vel minimo obstaculo impedi poterunt, ut parat. sint a qua cumq motus directione deflectere, et vel minimã objecta grav. atomo, novã aliã directionẽ capere; quæ quantũ absurda sint, nemo ẽ, qui ñ videat.

Sed nulla, inquiunt, sunt in cælestibus istis regionibus obstacula, quæ perturbare queant Planetarũ motus. Ipsa cælestis mãa quã fingunt, gravitate carent. Demus hoc Tychonicis, qd tñ ñ ita facile concederemus, si vendi cuiusquam esset agendũ. Multi sunt quippe atq ipsa quæ sit fluida mãa ñ possit, gravitate. An ñ cælestia illa spatia maxima semper habent copia lucis, quæ a sole profluit? Ãn hæc saltẽ mãa gravitate donata? Cur itaq neq graves neq leves Planetæ propter tantã solaris lucis resistentiã ñ propellunt, neq a proprijs orbitis deflectuntur? Si discerent mãã lucidã solis ñ impedire, immo ordinatas Planetarũ periodos efficere; quoniam a viribus attrahentibus solis et ab ipsa mãa lucis aguntur Planetæ circum solẽ; difficultatẽ ñ effugerent et in majores sese angustias Adversarii conjicerent. Nam si ea trahuntur a sole Planetæ; quum maxime sint vires attrahentes solis, in Planetas autẽ utpote gravitate destitutis, vires inertiæ sint nullæ, jam multis abhinc seculis Saturnus, Jupiter, Mars, Venus, atq Mercurius cecidissent in solem. Cur ũ si Planetæ absolvunt circuitus suos tũ circa solẽ, tũ circa Tellurẽ, quoniam gravitate carentes, a sole, ut ajunt Tychonici abripiuntur, nunquam fortasse eius poterit Tellus, quæ gravitate caret, et sit ad ea, quæ Planetarum vortices continet, eodẽ impetu abripitur aliisq circulariter trahi [illegible], quod ita quoq gravitate careat, et sit ad motũ quammaximè comparata. Unica ẽ, inquit Cassinus, ad quam Tychonici, veluti ad aram confugiant, voluntas Creatoris, quæ Tellurẽ inter vortices istos celerrimè agitatos constituerit immobilẽ. Sed viderint illi, quo jure id sibi licenter arrogent, ut arcanas Dei voluntates se assequutos ẽ glorientur; quum præsertim Tellus immobilis ẽ possit, etiamsi longè diversus fuerit cælestiũ corporum ordo, quam qui a Tychonicis defenditur.

Neq quidquam pro Tychonica probat hypothesi, qd ex Copernicano systemate oriuntur de motu primariorum Planetarum cum suis satellitibus circa solem. Quum n. Sol ẽ Copernicanos sit centrum mundi, et corpora omnia, secundum Newtoniana principia, quoniam absoluta polleant gravitate, gravitant in solẽ; mirum ñ ẽ, si 2darii Planetæ, qui in suos primarios veluti in peculiare centrum gravitant, adeoq circum suos primarios aguntur, gravitent etiam cum suis primariis in solẽ veluti in commune omnium corporum centrum, proindeq una cum suis primariis circum solẽ istis moveantur. At ñ. docere possunt Tychonici, qui gravitatẽ a cælestibus corporibus abstulerunt, quis [illegible] leves, nova proprietates cælestibus corporibus adscribunt, quas Telluri ñ ẽ concedendas volunt.

Dicent 3tio duo illa argumenta petita a mole, fluiditate, et luce, solis nihil evincere pro motu Telluris et quiete solis. Nam quod attinet ad molẽ, tametsi ex summa sit Tellus respectu solis, potuit tñ Deus efficere, ut per immensa ferme spatia moveretur circa minimam Tellurẽ maximus Sol tũ ad ostensionẽ potentiæ suæ, tũ quia propter Tellurẽ condidit solẽ. 2dò licet solis substantia fluida sit, habere potẽ veluti corpus solidũ propter innatam, quam in sinu continet solidæ mãæ quantitatẽ quæ nebulosum tantò ipse motus [illegible]. 3tiò demum, quum conditus fuerit Sol ad illuminandam præcipuè Tellurẽ, parũ refert qd eam aut a centro mundi, aut a superiori æquidistanti sphæra sive motus, sive fixus illuminet.

R. postrema duo illa argumenta ita fuisse à nobis proposita, ut ñ certam præseferrent evidentiam, sed Copernicanum duntaxat systema verosimilius ostenderent. Nam primò, quamquam efficere potuit Deus, ut circum Tellurem maximus moveretur Sol; quia tñ multo facilior ẽ motus Telluris, quam solis, et modis rationis et simplicioris operatur nãa, verosimilius ẽ Tellurẽ potius actam esse a Deo circũ solẽ. Qd si omnipotenti Deo omnia volunt Tychonici æquè facilia, et ẽ facilia, fatebimur et nos quam libentissimè. Sed ñ inficiabuntur, ut arbitror, majorem haberi simplicitatẽ in motu Telluris, quam in motu solis, et una cum cæteris Planetis; et plus fatebuntur Deum, atq nãam nunquam effecisse per plura qd fieri poterat per pauciora. Ad 2dum ẽ quidẽ maxima in sole mãæ solidæ quantitas; quia tñ ad instar ardentis fornacis observatum fuit ab Astronomis, ad instar nimirum immensi ferri ignis, concedens per versam faciliori modo potuisse in orbem moveri solidam Tellurẽ quam parum solidam, et quammaximè fluidam solẽ. Ad 3tium ut omittam ñ fuisse conditum fortasse solẽ propter solam Tellurẽ; quum, fatentibus ipsis Tychonicis, in systemate saltẽ Planetario sit habeat sol tamquam fons omnis luminis et caloris; verosimilius ẽ eam spatii partem occupari a sole, quæ ẽ veluti centrum systematis Planetarii. Sed, uti superius diximus postrema hæc argumenta verosimilitudinis tantum conjecturis innixa sunt, neq hypothesim Tychonicam, nobis eam jactantibus, evidenter revincunt.

Dicent 4to qui cum Newtonianæ Physicæ principiis conciliare volunt hypothesim mundi Tychonicam. Unus duntaxat motus admitti potẽ in Luna, sole et Firmamento, quemadmodum placet Copernicanis quum de Telluris et cæterorum Planetarum motu loquuntur. Admitti etiam potẽ gravitas in singulis Planetis, per quam in solem, veluti centrum ferantur, et una cum vi centrifuga suis in orbitis retineantur. Physicæ ergo nullo modo repugnat hypothesis Tychonis hoc modo accepta, seu ñ repugnat moveri solem cum Telluri una cum cæteris Planetis.

R. unico etiam posito motu in sole, Luna, Fixis Stellis conciliari ñ posse cum principiis Newtonianis hypothesim Tychonis. Nam ut unam aliquo modo admittamus ex Tychonis principiis, eum vel gravitatem, qua Planetæ feruntur in solẽ, veluti centrum, profluunt a viribus attrahentibus solis, intelligi nullo modo potẽ, cur Tellus, quæ minus distat a sole, quam Mars, Jupiter atq Saturnus, ñ itã a sole attrahatur ut ea quoq cæterorum Planetarum more, gravitet et moveatur in solẽ. Neq ẽ, cur ad voluntatem Dei confugiant asserentes voluisse Deum alia ratione per solem Planetas, ñ attrahi autem Tellurem [illegible] verosimili inductio argumento ostendere possunt Tychonici hanc fuisse in Deo voluntatem; neq consentaneum videtur nãæ legibus, ut vires attrahentes, quæ ad majores se diffundunt distantias, ñ diffundantur etiam ad minorem; luce meridiana clarius superat, qd nimirum attrahantur a sole Mars, Jupiter, atq Saturnus Tellure majores, fixa manente in multo minori distantia minori Tellure [illegible]

Propositio 3tia. Systema Copernicanum cum Astronomia omnino convenit.

Propositio demonstratur. Per motum Telluris circum solem ab occasu in ortum explicatur motus diurnus siderum, solis, et cæterorum Planetarum; explicatur, cur Planetæ modò appareant majores, modò minores, modò propinquiores, modò remotiores, explicantur denique eorum stationes, retrogradationes, directiones, quum omnia hujusmodi phænomena ñ ipsis cælestibus corporibus conveniant, uti Ptolemæus, atq Tychonici opinantur, sed vel ab annuo, vel diurno, vel inclinato Telluris motu habeantur. Convenit ergo cum Astronomia systema Copernicanum. Patebit[illegible] patebit ex solutione Argumentorum, atq ex tota Astronomia.

Dicent 1. si Tellus cæterorum instar Planetarum moveretur circum solem, et motu annuo ab occasu in ortum percurreret Zodiacum, neq eadem foret respectu regionis nostræ constans altitudo Poli, neq easdem semper haberemus verticales stellas quidem magnitudinis, neq in terrarum semper conspiceremus hemisphærium. Hæc sunt contra experientiam. Ergo etc.

R. in eadem Regione manentibus eandem semper exhiberi poli altitudinem, easdemque verticales stellas quidem magnitudinis, propterea quod axis, circa quem volvitur Tellus, semper parallelus ẽ axi mundi, seu in easdem semper cæli sensibiles partes dirigitur, et Stellæ fixæ aliquo donantur motu, respectu tñ nostri insensibiliter moventur, ut propterea quiescere, seu eandem cæli verticalem partem occupare videantur. Ab immensa etiam distantia Telluris a Stellis fixis oritur, ut constanter Stellæ fixæ exhibeant nobis magnitudinem, [illegible]

.. a Firmamento, et in minimam ejusdem Telluris distantiam a centro mundi comparatam cum distantia a Firmamento, orbis quippe magnus, quem annuo suo motu describit Tellus, respectu Stelliferi Cœli puncti duntaxat obtinet rationem. Atque ita quilibet ex illis res haud respectu earundem [illegible]. Nam mutato Horizonte et verticali puncto, mutari suas Poli altitudinem neque easdem esse nobis verticales stellas, concedendum est.

Dicent 2do. Posito motu Telluris, soli nunquam nobis fore aut Apogæum, aut Perigæum, Planetarum latitudines, Lunæ phases, Solis, et ejusdem Lunæ eclipses explicari non posse.

R. Copernicanos receptas ab antiquis Astronomis voces non respuere, dummodo usurpari intelligant secundum apparentiam non juxta veram rerum existentiam. Hinc frequenter dicere solemus Solem oriri, occidere et in Tropico Cancri percurrere Eclipticam etsi quamvis putamus stare in centro mundi fixum, immotumque Solem. Dicere itaque licebit Solem esse apogæum, quum Tellus erit aphelia idem maxime a Sole distans, esse vero Perigæum, quum Tellus erit perihelia, seu quam minime a Sole distans. Eodem modo explicari poterunt latitudines, phases atque eclipses Planetarum, quæ semper apparentes sunt per realem motum Telluris secundum Zodiacum, non secus ac si ipsemet Sol percurreret Eclipticam.

Dicent 3tio. Incredibile est Tellurem esse unum ex Cœlestibus corporibus, eisdemque conditionibus cum ceteris Planetis.

R. Tellurem esse ejusdem conditionis cum reliquis Planetis, adeoque nihil prohibere, quominus una cum ceteris Planetis moveatur circum Solem et singulari eadem conditione cum reliquis Planetis. Nam in primo corpus est luce destitutum, et illustratur duntaxat lumine Solis, non secus ac Mars, Venus et 2do. Sphæricam donatur figuram, aut quasi sphæricam per æthereas spatia, [illegible] circumvolvi, non secus ac Jupiter, et Saturnus, præterquam quod minoris sit magnitudinis, adeoque minoris gravitatis. 3tio quamvis ejus superficies aspera et inequalis sit, non propterea minus apta censenda est ad motum, quam Luna eorumque, secundum observationem Astronomorum sit convexis montibus, atque vallibus, et plurimis argumenta hanc paritatem inæqualitatis suadentia in superficiebus ceterorum Planetarum, qui tamen motu brevissimo agitantur. 4to licet fiant in Tellure generationes et corruptiones, probare tamen non possumus, non fieri in ceteris Planetis, tametsi non magis illas videamus, quam videri possent ex Luna, quæ in Tellure fiunt. Accedit, inquit Gassendus, non modo Tellurem, et Lunam commutare vices suas, dum se vicissim obscurant, et illuminant, sed etiam quemadmodum Venus, aut Mercurius apparent Telluri, apparere Tellurem Marti, Jovi et Saturno et quidem Mars, Jupiter, aut Saturnus Telluri apparent, Veneri et Mercurio Tellurem apparere; hoc est id attinet ad motum formamque ipsius, quod ad magnitudinis variationem, quod ad phases, et cetera. Nullum itaque absurdum consequitur, si unus veluti Planetarum censeatur Tellus.

Dicent 4to. Incredibile videri tantam esse Fixarum a Tellure distantiam, ut Tellus tota instar puncti habenda sit, imo instar puncti orbis ipse magnus, quem describit Tellus.

R. Nullam esse rationem, aut observationem, quæ vel minorem Fixarum distantiam, aut majorem Telluris molem constituant, ideoque nihil absurdi ... a Copernicanis, sed humanæ ... [illegible]. Qui autem tantam mundi vastitatem superfluam reputant, nimis summi Opificis magnificentiæ detrahunt, dum non canientes, quorsum Deus tam amplum Mundum fecerit, quæ potentiam, sapientiamque ad suum captum, suumque ad suæ parsimoniæ angustias deducunt.

Alia opponi solent ex Astronomicis notionibus, quæ tamen, non secus ac hactenus objecta, nullius roboris sunt; ut vel ex ipsa contrariorum infirmitate argumentorum colligere liceat systematis Copernicani veritatem.

Prop. 4ta. Systema Copernicanum cum Physica omnino congruit.

Prop. demonstratur. In systemate Copernicano phænomena omnia ad Physicam spectantia facile explicantur. Ergo etc. Ant. patebit ex solutione objectionum.

Dicent 1. Infimus locus, cujusmodi est centrum mundi, corpori convenit gravissimo, qualis est Tellus. Ergo centrum mundi occupat immota Tellus.

R. Cum Platone in sphærico Mundo dari quidem extremum, et medium, verum non [illegible] extremum dici posse supremum et medium infimum; quum supremum, et infimum dicantur respectu duntaxat ad aliud, atque hominum positionis, cujus illud sane superius est, quod imminet capiti, illud sane inferius, quod pedibus subjacet. Quamvis si centrum mundi est velut infimus mundi locus, quem occupare debet corpus grave, cur potius non occupavit centrum a Sole, qui propter immensam ferme molem omnium est corpus ceterorum Planetarum; atque adeo Telluris gravissimum? Deinde, si proprie loqui volumus, centrum mundi, ad quod omnia corpora tendunt, neque gravitate, neque levitate est præditum. Erit equidem gravis sive Sol, sive Tellus, sive alius quicumque Planeta in centro mundi constitutus, quatenus partes omnes comprehendit aut Solis, aut Telluris aut cujuscumque corporis collocatum in centro mundi gravitant in ipsummet centrum corporis, adeoque mundi; sed ipsummet centrum corporis, sive mundi, quod hic in nullam vergat mundi plagam, nec grave est, neque leve. Cur itaque mundi centrum occupabit potius Tellus nostra, quam cetera cœlestia corpora, quæ posita in centro, et quoad centrum duntaxat spectata, neque levia sunt, neque gravia?

Dicent 2do. Si Tellus moveretur, nos diurnum motum perciperemus, et translati motu rapidissimo aere a nobis protrusum quasi ventum intolerabilem ferre non possemus.

R. Nos haudquaquam percipere Telluris motum, quoniam una cum Tellure et cæteris intra contentis corporibus ac ocyus in orbem [illegible]. Hinc fit ut alterutrumque motum non sentiamus. Quum aer ad Tellurem pertineat, et solidiorem ejus globum, tanquam instar, circummoveatur, ita cum Tellure circumfertur ut nos extra ... atque una translati neque eum protrudamus, neque quasi ventum percentimus. Ceterum quia aer fluiditate est instabilis, neque tam velociter aut ... ut solidiores ... globus, hinc est ut sub Æquatore, ubi motus Telluris in orbem est velocissimus, aer sic ventus [illegible] velut eat, ut naute illum quasi ventum indesinentem, et æquabilem experiantur.

Dicent 3tio. Si moveretur Tellus, nunquam gravia ad perpendiculum deciderent, quoniam Tellure ... interea ... recederet.

R. Nihil obstare, quominus gravia ad perpendiculum decidant, sive quiescat Tellus, sive moveatur per cœlestia spatia. Gravia enim præter motum quo decurrunt in Terram cadendo, communem insuper totius globi Terraquei motum participant; eo fere modo, quo lapis qui in navi a verso arte e mali fastigio demittitur, pinde ad mali pedem decidit, ac si navis quiesceret, quoniam lapis et ille, et navis motu simul movetur. Verum quidem est nullum esse terrestrium gravium, si proprie loqui velimus, perpendicularem motum, non secus ac motus lapidis aut [illegible] e navi ... aut ... sunt ... recti, sed inflexi, secundum illam curvam, quam Parabolicam dicunt, et apparent duntaxat recti seu perpendiculares nobis una cum Tellure circummotis, quoniam, sicuti in navi, non turbat oculus motum, quo ipse interim a Tellure transfertur, quique communis est motu in Tellure corporibus, sed illum duntaxat, qui [illegible] aut a projectione, aut a gravitate, aut ab attractione fuerit impressus est una cum navi, et cum Tellure gravibus. Id tamen ... est ... motum in navi lapidis, et aliud quodcumque corpus in Tellure, ut aliquis possit extra navim consistere, qui motum navis perpendicularem esse observaret inflexum; nemo autem extra Tellurem figere pedem valeat, ut inflexum deprehendat motum illum, qui Terricolis videtur perpendicularis.

Dicent 4to. Mota in ortum Tellure, globus bombardicus in occasum explosus longius tenderet, quam quem explodit in ortum, Tellure quippe interim mota in ortum, quo globus ... Idem autem docuit explosus in ... quantum ... globus demoratur in aere, in ortum contenderit. Quæ tamen experientiæ omnino repugnant.

XV.

R. globum bombardicum non longius ferri debere in occasum, quam in ortum, quoniam praeter motum proprium, quem habet a bombarda, etiam eum participat, qui toti Telluri communis est. Sicuti, inquit Gassendus, duo pila convenientes supra navis transtra parem pro[illegible] del viri, quantum est ex se, pilae imprimunt, unde et habito respectu partium navis, tantum spatii tranit pila versus proram, quantum versus puppim. Verum qui est ex parte puppis, adjicit proprio motum navis, et qui est ex parte prorae, subducit, ac fit exinde, ut missa [illegible] versus proram, tantum praeterea spatii aeris conficiat, quantum collusor a prora [illegible] deducitur, dum pila est per aerem; et missa in puppim tanto minus conficiat, quanto, dum pila est per aerem, collusor a puppi versus eam accedit. Pari prorsus modo, si sint duae machinae, altera ad ortum, altera ad occasum ad se invicem parallelae vel collineantes, tantundem spatii ab explosio ex utraque globo supra subjectae Terrae conficitur; quoniam licet globus explosus in ortum habeat superadditum a Terra [illegible], explosus in occasum, subductum, interim tamen machina quae explosit in ortum, tantundem globum consequitur quantum ipsi motus a Terra accepti superaddit, et quae explosit in occasum, tantundem a globo abducitur, quantum ipsi motus a Terra accepti subduxit; itaque compensatione additionis, et subductionis facta, globus pariter supra terram motam, ac supra quietam promovetur. Eodem modo, sive globus explosus sit in Austrum, sive in Boream, pariter attingit scopum, ac si Tellus quiesceret. Nam bombarda, et scopus versus ortum feruntur, perinde ac et globus per aerem trajectus ob superadditum a Tellure [illegible], quo fit, ut tria haec, bombarda, scopus, globus intra eandem rectam semper contineantur.

Dicent 5. Posito motu Telluris, nubes, Aves, aliaque in aere suspensa corpora apparerent semper lata rapidissime in occasum.

R. ita se habere nubes, aves, aliaque corpora in aere vel mota, vel suspensa, quemadmodum pisces intra aquam cuppa contentam, quam transferat navis. Nam sicuti pisces una cum aqua motu generali navis transferuntur, et insuper versus austrum, aut hac, aut illuc varie moventur intra cuppam, ac si aqua quiesceret, neque cum navi transveheretur, sic aves, et quaecumque alia in aere sunt, ita generali Telluris motu transferuntur, ut pariter austrum versus, aut quacumque directione moveantur per aerem, ac si aer quiesceret, neque una cum Tellure moveretur in ortum.

Dicent 6. Systema Copernicanum non ita adversatur authoritati sacrarum Scripturarum, ut defendi nequeat a Christianis Astronomis.

Propositio demonstratur. Si Copernicanum mundi systema adversaretur authoritati sacrarum Scripturarum, praecipue quia in hoc systemate stat in centro universi immotus Sol, circum Solem vero una cum aliis Planetis Tellus nostra suum conficit annuum circuitum. Sed fixum atque immotum in medio universi stare Solem, et circum Solem moveri Tellurem sacrarum Scripturarum authoritati non adversatur. Ergo etc. Probatur minor. Et primo, quamquam et nos cum omnibus Catholicis Philosophis pro certo habemus numquam fieri posse, ut sacra Scriptura, quae est Verbum Dei, aut erret, aut mentiatur, adeo ut merito illud omne rejiciendum sit, quod repugnat authoritati Scripturarum, animadvertimus tamen cum sanctis Patribus, et sacris interpretibus Scripturae divinae sensus ita quandoque esse reconditos, et abeo, quod verba Grammaticorum more accepta indicant, diversos, ut qui sacras Scripturas literaliter exponere in animum sibi induceret, non solum evidentes in ea contradictiones et propositiones a veritate omnino alienas inveniret, verum etiam horrendas blasphemias, turpesque haereses. Nam si in proprio sensu, et literali sensu intelligenda est sacra Scriptura, quis non videt tribuendos esse Deo oculos, manus, pedes? Quis ignorat tales esse constituendas passiones Dei, ut cum hominibus et ira inflammari possit, et odio moveri, et tristitia opprimi, et ignorare futura, et praeterita oblivisci? Non itaque literaliter accipienda sunt sacrae Scripturae verba. Ut in unanimi consensione docent Theologi sacri a sacris auctoribus ad indocti vulgi captum scripta sunt, quae metaphorice explicare debemus. Quod si ita se res habet, cur quaeso, prohiberi potest, quominus non literaliter, sed metaphorice illos accipiamus Scripturae textus, in quibus moveri Solem, et fixam immotamque consistere Tellurem indicatur? Si sacra Scriptura, quum de Deo sermonem instituit, [illegible] tradit, quae essentiae divinae omnino repugnant, hac tantum de causa, ut sese popularium capacitati accommodet, censendum ne erit eam in sensu recto, et proprio fuisse semper locutam, quum obiter, atque incidenter de Terra, Aqua, Sole, caeterisque creaturis agit?

2do animadvertimus cum immortali Galileo in problematum naturalium disputatione non ab authoritate Scripturarum, sed a constanti experientia, et evidentibus demonstrationibus philosophandum esse. Etsi id aliquando alicui videatur, quum et a verbo divino procedat Scriptura sacra, quam natura procedat, illa nimirum utpote a Spiritu Sancto dictata, haec vero utpote Decretorum [illegible] divinorum observatrix fidelissima et conservatrix, non est cur ad explicanda naturalia phenomena praeponenda sit Scriptura accuratissimis experimentis; praesertim quum sacrae literae, ut sese hominum opinioni accommodarent, res nonnumquam exposuerint a proprio sensu, et a veritate alienas; natura deinde fixa, et immutabilis numquam praescriptos sibi fines excedat, nihil sollicita, utrum reconditae suae rationes aut hominum capacitati exponantur, aut eorum intelligentiam subfugiant. Quod itaque constans experientia nobis veluti ante oculos ponit, quod evidentibus demonstrationibus probatum est, illud minime revocandum est in dubitationem, ac multo minus rejiciendum propterea quod prima fronte Scripturarum authoritati opponi videtur. Nam non omnis sententia divinorum eloquiorum ita severis regulis legibusque constringitur, quemadmodum naturae effectus; nec minus excellenter nobis Deus ex naturae effectibus, quam ex Scripturae loquutionibus. Quam fortasse significare voluit Tertullianus, quum lib. 1. contra Marcionem, Cap. 18 scripsit. Nos definimus Deum primo naturae cognoscendum, deinde doctrina recognoscendum. Natura ex operibus, Doctrina ex praedicationibus.

3tio certum est fuisse nos ab authore naturae ornatos sensibus, et ratiocinatrice mente, ut mundum hunc corporeum cognosceremus. Si credis [illegible] voluisse Deum, ut neglecto tam sensuum quam rationis adjumento aliunde cognitionem illam haberemus, quam facili sensuum et rationis ministerio [illegible] comparare. Incredibile est voluisse Deum, ut in naturalibus conclusionibus, quae [illegible] et demonstrationibus [illegible] fidem omnem negaremus rationi, et sensibus, et sola contenti essemus authoritate divinarum Scripturarum; atque eo vel magis, si de Astronomia [illegible] quam de qua tam pauca in sacris Literis habentur, ut ne Planetae quidem nominentur, nisi exceptis Sole, Luna, et Venere quae semel atque iterum Luciferi nomine appellatur.

4to, si credimus, praecipuis Ecclesiae Patribus, numquam sacri auctores edocere voluerunt constitutionem, motum, figuram, magnitudinem, distantiam, aliaque [illegible] notatu, [illegible], haec omiserunt. Audiamus D. Augustinum Lib. 2 de Genesi ad literam Cap. 9. Quaeri solet etiam, quae forma, et figura caeli esse credenda sit secundum Scripturas nostras. Multi enim multum disputant de his rebus, quas majori prudentia nostri auctores omiserunt, ad beatam vitam non profutura discentibus, et occupantes, quod pejus est, multum prolixa, et rebus salubribus impendenda temporum spatia. Quid enim ad me pertinet, utrum caelum, sicut sphaera, undique concludat Terram in medio mundi mole libratam, an eam ex una parte desuper, velut discus, operiat? Sed quia de fide agitur Scripturarum, propter illam causam quam non semel commemoravi, ne scilicet quisquam eloquia divina non intelligens, quum de his rebus tale aliquid vel invenerit in Libris nostris, vel ex illis audierit, quod perceptis assertionibus adversari videatur, nullo modo eis caetera utilia monentibus, vel narrantibus, vel pronunciantibus credat. Breviter dicendum est, de figura caeli hoc scisse Autores nostros, quod veritas habet, sed Spiritum Dei qui per ipsos loquebatur, noluisse ista docere homines nulli ad salutem profutura. Haec autem D. Augustinus. Quem secutus Magister Sententiarum Lib. 2 dist. 14. Candem consuetudinem sacrorum Scriptorum non determinandi quid de caelestibus corporibus sentiendum sit, commemorat. Sicuti Cap. 10. Augustinus, quaestionem instituens utrum caelum stet, an moveatur, ait. De motu etiam caeli nonnulli Fratres quaestionem movent, utrum stet, an moveatur: quia si movetur, inquiunt, quomodo firmamentum est? Si autem stat, quomodo sidera, quae in ipso fixa creduntur, ab oriente in occidentem circumeunt, septentrionibus breviores gyros juxta cardinem peragentibus, ut caelum, si est alius nobis occultus cardo ex alio vertice, sicut sphaera, si autem nullus alius cardo est, veluti discus rotari videatur? Quibus respondeo multum subtilibus et laboriosis rationibus ista quaeri, ut vere percipiatur utrum ita an non ita sit, quibus ineundis atque tractandis, nec mihi jam tempus est, nec illis esse debet, quos ad suam salutem, et sanctae Ecclesiae necessariam utilitatem cupimus informari. Tandem, ut plura alia nunc faciam [illegible], Augustinus Lib. [illegible] de actis contra Manichaeos, Cap. 10 [illegible] in Evangelio Dominus dicit: mitto vobis Paraclitum, qui vos doceat de cursu Solis et Lunae. Christianos enim facere volebat, non mathematicos. Ita vero, [illegible] Augustino, noluit [illegible] instruere nos, [illegible]

Cœlum moveatur, vel potius fixum, atque immobile consistat, utrum ejus figura vel sphærica sit, vel in formam disci, neque censendum est voluisse nos certos facere de aliis propositionibus ejusdem generis, atque ita cum Cœli figura, unitis, collatisque, ut ab ejus determinatione quam maximè dependeant. Si Spiritus Sanctus, qui nos Christianos facere voluit, non Physicos, aut Astronomos, præterivit data opera, quæ non pertinent ad nostram æternam salutem, immeritò sibi in animum inducunt Peripatetici potissimum Philosophi, Telluris quietem, quæ neque ad nostræ Religionis dogmata, neque ad Christianos mores attinet, ita adversari authoritati Scripturarum, ut velut opinio quædam hæretica aut saltem proxima sit a Catholico Philosopho rejicienda. Sed ut paucis omnia complectar, sic ratiocinando ducimur. Secundum SS. Patrum Theologorum, et Philosophorum doctrinam, sacræ Scripturæ textus non semper in sensu literali accipiendi sunt, atque in iis tantum Scripturarum ope instruere nos voluit Spiritus Sanctus, quæ pertinent ad salutem animarum, ut propterea in naturalibus Conclusionibus non divina consulenda sint eloquia, sed naturales demonstrationes, quas sensuum, et ratiocinationis adminiculis conficere possumus. Ergo Solem in centro Mundi immobilem consistere, et circum Solem una cum cæteris Planetis moveri Tellurem nostram neque consonum est, neque repugnat authoritati divinarum Scripturarum.

Dicent 1. Quanquam non semper literaliter accipiendi sunt sacræ Scripturæ textus, atque in iis tantum instruere nos voluit Spiritus Sanctus, quæ pertinent ad salutem animarum; in sensu literali intelligenda est sacra Scriptura, quum ait moveri Solem, et stare immobilem Tellurem, quoniam naturales conclusiones in sensu literali intelligendæ sunt, quum de iisdem conclusionibus eodem semper modo loquitur sacra Scriptura, et SS. Patres unanimi consensione in sensu literali illas interpretantur, sicuti se res habet in propositionibus de motu Solis circum Tellurem, et quiete ejusdem Telluris.

R. Conclusiones eas naturales, quæ in sacris libris continentur, accipiendas esse in sensu proprio, et literali, quum non repugnant naturalibus demonstrationibus, vel quum eæ conclusiones sunt, quæ probationibus duntaxat ab humanis, et naturalibus demonstrationibus obtinent certitudinem. Nam duo sunt distinguenda naturalium propositionum genera. Aliæ quippe sunt, de quibus secundum naturales rationes ductum vix probabilem aliquam opinionem, et conjecturam consequi possumus; aliæ verò, de quibus certi esse possumus habere nos certitudinem, et evidentiam, experientiæ, diuturnarum observationum, et naturalium demonstrationum adjumento. Primæ conclusiones primi generis recenseri possunt ista, utrum anima donatæ sint Stellæ: inter propositiones 2di generis, utrum Tellus moveatur, utrum Cœlum sit sphæricum. Si de primo naturalium propositionum genere sermo sit, ubi naturales ratiocinationes scientiam in nobis aliquam producere non possunt, sed meram opinionem, et meras conjecturas, adhærendum putamus, et omnino acquiescendum puro, atque literali sensui divinarum Scripturarum. At si sermo sit de propositionibus 2di generis, existimamus consulendam esse in primis experientiam, et naturales demonstrationes ut verum Scripturarum sensum sciamus, nec cum repugnantibus, constanti experientiæ et naturalibus demonstrationibus conciliandos esse textus divinorum Librorum. Ita verbis prudentissimis docet Augustinus Lib. 2. de Genesi ad literam, Cap. 18, ut superiori Cap. 1. diximus: quæri etiam solet, utrum Stellæ sint animatæ. Hoc habet: licet in præsenti facile non possit comprehendi; arbitror tamen in processu tractandarum Scripturarum opportuniora loca posse occurrere, ubi nos de hac re secundum sanctæ authoritatis literas, etsi non ostendere certum aliquid, tamen credere liceat. Nunc autem servata semper moderatione piæ gravitatis, nihil credere de re obscura temerè debemus; ne fortè quod postea veritas patefecerit, quamvis Libris Sanctis sive Testamenti veteris, sive novi, nullo modo esse possit adversum, tamen propter amorem nostri erroris odierimus. Hucusque Augustinus, ex quibus colligere possumus quænam sit habenda Scripturis divinis fides, quum in iis dicitur moveri Solem, et stare Tellurem.

Sed ut Adversariorum argumentis [deleted word] distinctius satisfaciamus (quamvis hactenus dicta sufficere possent ad nostræ propositionis demonstrationem) afferendi sunt præcipui textus sacrarum Scripturarum, quos solent opponere. Pro motu Solis hæc in divinis Libris habentur. Ecclesiastis Cap. 1 n. 5 et 6 Oritur Sol, et occidit, et ad locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem, et flectitur ad Aquilonem, lustrans universa in circuitu pergit spiritus et in circulos suos revertitur. Josue Cap. 10 n. 12, 13, et 14. Tunc locutus est Josue Domino in die, qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis, et Luna contra vallem Ajalon. Steteruntque Sol et Luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro Justorum? Stetit itaque Sol in medio Cœli, et non festinavit occumbere spatio unius diei. Non fuit antea, nec postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis et pugnante pro Israel. Isaiæ Cap. 38 n. 8 Reversus est Sol (in horologio scilicet Achaz) decem lineis per gradus, quos descenderat. De Sole dicitur Psalmo 18 n. 7. Exultavit ut gigas ad currendam viam. A summo Cœlo egressio ejus. Matthæi Cap. 5 n. 45 Solem suum oriri facit super bonos, et malos. Epistolæ ad Ephesios Cap. 4. n. 26 Sol non occidat super iracundiam vestram. Pro quiete autem Telluris. Lib. 1. Paralipomenon Cap. 16. n. 30 Commoveatur a facie ejus omnis Terra, ipse enim fundavit orbem immobilem. Ecclesiastis Cap. 1. n. 4 Terra autem in æternum stat. Proverbiorum Cap. 8. n. 29. Quando appendebat fundamenta Terræ. Psalmo 92. n. 1. Firmavit orbem Terræ, qui non commovebitur. Psalmo 103. n. 5. Fundavit Terram super stabilitatem suam.

Verùm præter ea, quæ superius diximus, intelligent Adversarii nihil afferri posse contra nos ex textibus ita authoritatem favere, si animadvertant consuetudinem divinarum Scripturarum, quæ plerumque communi et vulgari loquendi modo utuntur, ideo plerumque loquuntur secundum vulgarem hominum opinionem. [illegible] quamvis secundum ipsorum existimationem Tellus nostra quiescat in centro Universi fixa, et circum Tellurem moveri Solem sensibus nostris appareat, solent sacræ Scripturæ adscribere motum Soli, et immobilitatem Telluri. [illegible] Consuetudo divinarum Scripturarum est non solum propter naturalem diversitatem et loquendi diversitatem, quæ res omnes nostræ accommodat secundum eorum rationem et capacitatem, verùm etiam quia in mortali hac vita nobis edocere non quæ animum ab æternarum rerum consideratione possent avertere. Mundum tradidit disputationi eorum, inquit Ecclesiastes, ut non inveniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio usque ad finem. Quum Deum videbimus facie ad faciem, ut verbis utar Apostoli, et sicuti est cognoscemus quia videbimus eum sicuti est, tunc innotescent nobis veritates earum propositionum, quæ summo studio vix diserte demonstrari potuerunt in hac vita, in qua videmus per speculum in ænigmate. Haec est [illegible] communiter nimirum Scriptores sacros in rebus ab ordine salutis non pertinentibus communem vulgi sermonem complecti [illegible]. De hac consuetudine loquens S. Hieronymus in Caput 28 Jeremiæ hæc habet: quasi non multa in Scripturis sanctis dicantur juxta opinionem illius temporis, quo gesta referuntur, et non juxta quod rei veritas continebat. Et in Caput 13 Matthæi consuetudinis Scripturarum est, ut opinionem multorum sic narret historicus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Hinc S. Thomas in Caput 26 Job ad illa verba Qui extendit Aquilonem super vacuum, et appendit Terram super nihilum. Loquitur, inquit, secundum existimationem vulgi hominum, modo et nos in sacram Scripturam dicemus in qua sacra Scriptura immobilem dicat Tellurem, et mobilem Solem. Cæterum, ut initio diximus, sententia de Telluris mobilitate ad fidem non pertinet, et demonstranda non est authoritate Scripturarum. Si forsan essent Matæologi (ait Copernicus initio Lib. de Revolutionibus ad Paulum III. Pontificem Maximum) qui cum omnium Mathematum ignari sint, tamen de iis judicium assumunt, propter aliquem locum Scripturæ male ad suum propositum detortum, ausi fuerint hoc meum institutum reprehendere, ac insectari, illos nihil moror, adeo ut etiam illorum judicium tanquam temerarium contemnam. Non enim obscurum est, Lactantium, celebrem alioquin Scriptorem, sed parum Mathematicum, admodum pueriliter de forma Terræ loqui, quum deridet eos, qui Terram globi formam habere prodiderunt. Itaque non debet mirum videri studiosis, si qui tales nos etiam ridebunt. Mathemata Mathematicis scribuntur, quibus et hi nostri labores (si me non fallit opinio) videbuntur etiam Reipublicæ Ecclesiasticæ conducere aliquid, cujus principatum tua Sanctitas nunc tenet.

Veniamus modo ad oppositos textus. Ait enim modo Ecclesiastes Solem oriri, atque occidere et [illegible] colligere volunt Adversarii, mentiantur ne Spiritus Sancto et Scriptores loquenti mendacium imputare, si Tellurem moveri, et stare Solem dicemus. Sacræ literæ, inquit Keplerus Introductione in Martem, loquuntur cum hominibus humano more, ut ab hominibus capiantur, utuntur iis, quæ sunt apud homines in confesso ad insinuanda alia sublimiora et divina. Quid mirum, si Scriptura quoque cum sensibus loquatur humanis, tunc quum rerum veritas a sensibus discrepat? [illegible] textum ex Libro Josue circumspectius respondemus cum eodem Keplero. Inconstantes respondent ad solam verborum contrarietatem: Sol stetit, idem Terra stetit, non considerantes quod hæc contrarietas tantum intra limites optices, et Astronomiæ nascatur, nec ideo ad externum usum hominum efferant, nec videre volunt, hoc unicum in votis habuisse Josuam, ne montes ipsi Solem eriperent, quod votum [illegible]

Sic explicuit sensui oculorum conformis, quia importunum admodum fuisset eo tempore de Astronomia, deque visus erroribus contendere. Si quis n. monuisset Solem non vere contra Vallem Ajalon moveri, sed ad sensum tantum, annon exclamasset Josue, se petere, ut dies sibi produceretur quacunque id ratione fiat. Eodem igitur modo si quis ipsi litem movisset de Solis perenni quiete, Terræque motu. Facile autem Deus ex Josue verbis, quid is vellet, intellexit, præstitique inhibito motu Terræ, ut ei stare videretur Sol. Petitionis n. Josue summa huc redibat, ut hoc sic sibi videri posset, quidquid interim esset. Quippe hoc videri vanum, et irritum non fuit, sed conjunctum cum effectu optato. Ad 3tium dicendum cum proportione dicendum est, fuisse nimirum moveri Solem secundum sensum apparentiam, et secundum communem loquendi modum. Ad quid quis ignorat poeticam esse allusionem dum sub imagine Solis cursus Evangelii, adeoque ipsius Domini in hunc mundum nostri causa susceptam peregrinationem decantat. Sol ex horizontis tabernaculo dicitur emergere, ut sponsus de thalamo suo, exultans ut gigas ad currendam viam. Poesis quippe apud Hebræos maximo in usu fuit. Non enim Solem ex horizonte, tanquam e tabernaculo, ibi se oculis apparet, nesciebat Regius Psaltes. Moveri vero Solem existimabat, propterea quod oculis ita apparet. Et tamen utrumque dicit, quia utrumque oculis ita videtur. Neque falsum hic, vel illic dicere censeri debet. Est n. et oculorum comprehensioni sua veritas idonea secretiori Psaltis instituto, cursumque Evangelii, ideoque Filii Dei adumbrando. Hæc Keplerus. Idem dicas de 5, et 6 textus, atque omnium, qui obiici possunt.

Quanquam, quod attinet potissimum ad verba illa Josue. Sol contra Gabaon ne movearis ea intelligenda sunt in alio sensu a literali certum est, posita etiam Ptolemaica Mundi constitutione. Nam, ut præclare notat Galilæus, quum secundum Ptolemaicos Sol moveatur per eclipticam juxta signorum ordinem ab occidente in orientem, unde dies, atque nox proficiscitur, manifestum est, quod si Sol a proprio et vero suo motu cessasset, non longiorem, sed breviorem Josue obtinuisset diem. Ut n. longiorem evadere potuisse diem concipiamus, necesse est, ut intelligamus ita acceleratum fuisse Solis motum ut idem Sol supra horizontem aliquo temporis spatio, quam declinaret versus occasum consistere in eodem loco immobilis non posset, nisi proprius illius motus in sua acceleratione motui primi mobilis factus esset æqualis, hoc est consueto motu Solis tercentis sexagesies vicibus major. Si ergo voluisset Josue in proprio, et literali sensu verba sua proferebat esse accipienda, dixisset potius O Sol, accelera motum tuum, ne primi mobilis raptus differat te ad occasum. Sed quia verba Josue audiebant, qui fortasse de cœlestibus motibus nullam habebant cognitionem, propterea Josue se se eorum capacitati accommodans, nec eos constitutionem sphærarum edocere intelligens, ut magnum duntaxat illud miraculum elongationis diei viderent, dixit Sol contra Gabaon ne movearis. Atque hæc fortasse momenta Dionisium Areopagitam impulerunt, ut assereret in Epistola ad Polycarpum, stetisse primum mobile, quum tantum visum fuit miraculum, et a quiete primi mobilis cæterarum quoque sphærarum quietem profectam fuisse. Eadem est D. Augustini sententia, quam fuse in suis Comentariis exponit et confirmat Tostatus. Imo hanc fuisse Josue mentem, ut universum cœlestium sphærarum systema quiesceret, recte colligi potest ex imperio facto Lunæ, quæ tamen ad majorem diei longitudinem conferre haudquaquam poterat. Quum n. nominatur Luna, cæterorum quoque Planetarum orbes intelligendi sunt, quæ hoc loco, quemadmodum in aliis quoque sacræ Scripturæ locis prætermittuntur. Accedit, per motum Solis intelligi posse fluiditatemque illius, et subtilissimæ substantiæ motum, unde lux, adeoque dies proficiscitur.

Non magis nobis adversantur textus illi sacrarum Scripturarum qui fixam immotamque Tellurem significare videntur. Et primi quod spectat ad textum illum Psalmi. Commoveatur a facie ejus omnis Terra palam est illum nostræ potius favere sententiæ, si literali sensui adhærendum est. Quid n. indicat Commoveatur a facie ejus omnis Terra, nisi moveatur Terra &. Quum autem verba illa significant Fundavit Orbem immobilem, nec Orbem Cœlestium, per Stelliferum, sive Firmamentum non moveri. 2do quum ait Salomon Generatio præterit, et generatio advenit Terra autem in æternum stat, nequaquam disputat cum Astronomis, sed homines esse mutabiles, et alios alios succedere admonet. Inquit n. Terram, quæ domicilium est humani generis, semper eandem manere: ventum in circulum agi: Solis motum diurnum in se redire. Eadem flumina e fontibus fluere in mare, atque a mari ad fontes redire: homines perire, et alios succedere. Denique eandem semper esse fabulam vitæ, et nihil sub Sole novum. Nullum itaque physicum hoc loco proponit dogma, sed res quæ omnium oculis obversantur. Cui n. nescit Terram eandem semper esse, Solem quotidie apparere, oriri, atque occidere flumina perennitur decurrere in mare, ventorum annuas redire vicissitudines, homines alios aliis succedere, eandem denique semper esse vitæ fabulam; nec quidquam in rebus humanis novum contingere. 3tio textum illum Proverbiorum in sensu metaphorico intelligendum esse concedunt ipsi Adversarii. Quando n., aut quomodo Telluris fundamenta sunt posita? Ego ad duos illos textus ex Psalmis desumptos respondemus cum Keplero loco superius laudato. Longissime abest Regius Psaltes a speculatione causarum physicarum. Totus acquiescit in magnitudine Dei qui fecit hæc omnia, hymnumque pangit Conditori Deo. Nam Psalmo potissimum 103. mundum, ut hic apparet oculis ordine percurrit, et si bene prendas, Comentarius est in Librum Geneseos. Sicuti n. in illo tres primi dies dati sunt separationi Regionum, primus scilicet separationi lucis a tenebris, 2dus aquarum ab aquis, 3tius Terræ a Mari, tres vero posteriores dies dati sunt regionum illarum distinctarum impletioni, 4tus nimirum Cœli, quintus Marium, et avis, 6tus Terrarum, ita et in laudato Psalmo sex dierum opera in totidem partes distincta sunt. Nam versu 2do lucem creaturarum omnium primam, primique diei opus Creatori pro vestimento circumdat. 2da pars incipit versu 3tio, agitque de extensione Cœli, et de meteoris. 3tia pars incipit a versu 5, celebratque Terram ut fundamentum rerum, quas hic considerat. Omnia n. cum Terra inhabitantia omnia refert, quia nimirum oculorum judicio duæ primariæ sunt partes Mundi Cœlum, et Terra. Considerat itaque Regius Psaltes Terram tot jam seculis non subsidere, non fatiscere, non ruere, quum tamen nemini compertum sit, quænam illius fundamenta sint. Neque edocere vult, quod isti ignorant, sed, quod isti negligunt ad memoriam revocare, magnitudinem scilicet atque potentiam Dei in creatione hujusce molis tam firmæ, et stabilis. Hinc si Astronomus doceat Terram per cœlestia ferri spatia; nec hominum evertit experientiam, neque quæ hic dicit Psaltes negat. Verum n. nihilominus est non ruere terram, ut solent ruere nostra ædificia vetustate consumpta, non inclinari ad latera, non turbari animantium sedes, consistere montes, et littora immota contra impetus ventorum, atque fluctuum, quemadmodum initio creationis fuere constituta. 4ta pars incipit a versu 19. celebrans quarti diei opus. Nominat n. Solem, et Lunam, et præcipue agit de utilitate, quæ ex distinctione temporum redit ad Animantia et homines ut clare apparet. Psaltem hic non agere Astronomum: non n. prætermisisset quinque Planetas, quorum motu nihil est admirabilius, nihil pulchrius, nihil quod de Conditoris sapientia testetur evidentius. Quinta pars est versu 26 de quinti diei opere, impletque maria piscibus, et ornat navigationibus. Sexta obscurius annectitur a versu 28. agitque de Terrarum incolis actiusque sexto die creatis: et denique generatim subdit bonitatem Dei omnia sustentantis, et nova creantis. Omnia igitur Regius Psaltes, quæ de Mundo dixerat, ad animantia refert. Nihil, quod non sit in confesso, commemorat, propterea quod mens illius erat extollere nota, et invitare homines ad consideranda beneficia, quæ ad ipsos ex hisce singulorum dierum operibus redeunt, non autem incognita inquirere, aut de rebus astronomicis agere. Hactenus iisdem fermè verbis Keplerus. —

Dicent 2do. Nos ita intelligere et interpretari sacras Scripturas debemus, quemadmodum unanimi consensione illas interpretantur sancti Ecclesiæ Patres. Sed SS. Patres laudatos Scripturæ textus interpretantes unanimi consensione docent non Terram moveri, sed Solem. Ergo etc.

R. dist. Ma. Nos ita intelligere etc. in rebus, quæ spectant ad fidem, et de quibus ex professo egerunt SS. Ecclesiæ Patres conc.: in naturalibus conclusionibus, quæ non spectant ad fidem, et de quibus SS. Patres nunquam ex professo egerunt, neg.: Mm, et dist.a cum proportione Ma. neg. conseq. Quamvis quotquot floruere in Ecclesia Patres, sacræque Interpretes opinionis contra nostrum systema sacrarum textus literarum in sensu rigido interpretantes unanimi consensione docerent Tellurem stare in centro universi immobilem et circum Tellurem, veluti centrum suum moveri Solem; non tamen abeundum propterea nobis esset in eandem sententiam. Nam primo, etiamsi concederemus naturales conclusiones spectare ad fidem posse, quæ ad summum fidei doctam evaderent, de quibus SS. Patres non solum unanimi consensione egerunt, sed attente, diligenter, aspe-

ex professo, ut ajunt, pertractarunt, sedulò in utramque partem disputantes. Hujusmodi autem quod neque Terrae mobilitas, neque Solis immobilitas fuerit. Hae quippe quaestiones ii temporibus aut omnino ignorabant, aut saltem neque in Scholis, neque ab eruditis viris pertractantur; propterea cum SS. Patres secundum literalem sensum Scripturarum, et communem illorum temporum opinionem scripserint moveri Solem et stare Tellurem, censendum tamen non est eorum interpretationes esse dogmata fidei ea recensendas.

2do. non recte argumentantur Adversarii. omnes SS. Patres Telluri immobilitatem adscribunt. Ergo sententia de Telluris immobilitate pertinet ad fidem. Deberent ulterius demonstrare contrariam opinionem de motu Telluris fuisse a SS. Patribus damnatam. Semper dicere possumus, inquit Galileus, quod quum istis haudquaquam se obtulerit occasio hujusmodi quaestiones considerandi, discutiendique, sine vacillatione [illegible] positas nobis [illegible] veluti communem illorum temporum, non autem veluti certam, demonstratam, atque inconcussam admiserint. Si autem ita se res habere non immerito dicere possumus; cur quaeso, habenda erunt veluti fidei dogmata, quae nunquam SS. Patres attigere, atque, ut ita dicam, de limine [illegible] tractarunt.

3tio negamus nostrales hujusmodi Conclusiones veluti ad fidem pertinentes habendas esse, quod communi duntaxat SS. Patrum interpretatione suffultae sint. Nam si communem sive eorundem Patrum, sive Conciliorum, sive celebriorum Theologorum doctrinam spectamus, contrarium Scripturae textus non possumus, secus ac SS. Patres senserunt, interpretari, in quibus de rebus agitur ad fidem, bonos mores, et salutem animarum pertinentibus; ideoque quatenus interpretationes Patrum ad fidem attinent, seu veluti fidei dogmata habendae sunt, quae de Christiana doctrina, de bonis moribus, de rebus denique, quae attinent ad nostram aeternam salutem, tractare solent. Sed mobilitas, atque immobilitas sive Telluris, sive Solis neque ad Christianam doctrinam pertinent, neque ad bonos mores. Aliunde vero Copernicani ad suam probandam sententiam nunquam abusi sunt sacrarum Scripturarum textibus, imo nunquam ad divinas literas confugere solent, quas Theologis libenter relinquunt. Pariter itaque neque SS. Patres interpretantes Scripturas contrarium, ac nos sentimus, docuere videantur.

Dicent 3tio. Copernicana sententia de motu Telluris, et quiete Solis damnata fuit in Galileo anno 1615, sub Paulo Quinto, et anno 1633, sub Urbano Octavo. Nam, ut videri potest apud Joannem Baptistam Riccioli, in sententia, quam dederunt illi Cardinales contra haereticam pravitatem Inquisitores Generales fuerunt, haec inter alia multa habentur. Volens hoc Sanctum Tribunal prospicere inconvenientibus ac damnis, quae hinc proveniebant, et increbrescebant in praejudicium Sanctae Fidei: De mandato Domini nostri, et Eminentissimorum Dominorum Cardinalium hujus supremae, ac universalis Inquisitionis, a Qualificatoribus Theologis qualificatae fuerunt duae propositiones de stabilitate Solis, et de motu Terrae, ut infra. Solem esse in centro mundi, et immobilem motu locali, propositio absurda, et falsa in Philosophia, et formaliter haeretica, quia est expresse contraria Sacrae Scripturae. Terram non esse centrum mundi, nec immobilem, sed moveri motu etiam diurno, est item propositio absurda, et falsa in Philosophia, et theologice considerata ad minus erronea in fide. Et circa finem. Dicimus, judicamus, et declaramus te Galileum vehementer suspectum de haeresi, quod credideris, et tenueris doctrinam falsam, et contrariam sacris, ac divinis Scripturis, Solem videlicet esse centrum Orbis Terrae, et eum non moveri ab oriente ad occidentem, et Terram moveri, neque esse centrum mundi etc.

Sol, uti superius diximus, corporis Mundi centrum occupat. Et circa solem in orbitis ejusque diversis a sole, atque distantiis Planetae omnes, inter quos Tellus nostra, quae periodum absolvit spatio unius anni, et interea circa suum Axem vertitur spatio 24 horarum. Sit itaque Fig. 67 S sol et A B C D orbita Telluris, in qua movetur Tellus ab Occidente in Orientem, scilicet ab A per B, C D. Spectator constitutus in S, Tellurem in A positam ad Arietem referet. Posita Tellure in B, eam in Cancro conspiciet. Quum progressa fuerit ad C, eam in Libra videbit; in D vero lata Tellure, spectabitur e sole in Capricorno: et conversa tandem periodo in A, rursus in Ariete conspicietur. Versa vice e Tellure spectatore et posita Tellure in C ex qua observetur sol; spectator solem tamen quiescentem ad Caelum referet, in Ariete; quum pervenerit Tellus ad D, solem locum mutasse et per Cancrum [illegible] Tauri et Geminos pertransisse judicabit; ex D vero ad A progressa Tellure, Sol ex ea conspicietur Cancrum, Leonem, et Virginem percurrisse: Dum Tellus per semicirculum A B C defertur, Sol pro alia vice Libram, Scorpionem, Sagittarium, Capricornum, Aquarium, et Pisces in sphaerica Caeli superficie deferri videbitur. Terricola igitur solem revera immotum eundem in Caelo circulum describere videbit quem Spectator e Sole deprehendet in motu cum reliquis Planetis Telluris. Hinc oritur motus ille apparens solis motui diurno contrarius, quod est in sole realem existimarunt Systematis Ptolemaici sectatores, non animadvertentes, acta circum solem Tellure, et edito tamen partibus in eodem ad se invicem situ, et in eadem ab oculo distantia manentibus, secundum Opticae leges apparentes moveri debere circa motum Telluris immotum regionem solem.

Eadem cum proportione de ceterorum Planetarum incolis dicenda sunt. Unusquisque Planeticola solem circa se eundem circulum inter Fixas et eodem tempore describentem aspiciet, quem idem Planeta a sole spectantibus in Caelo describere videtur. Jovis e.g. incola observabit solem circa Jovem in orbem agi, et circulum diversum quidem a nostra Ecliptica et per diversas Stellas transeuntem percurrere, spatio duodecim annorum. Sol videbitur ex Saturno alium diversum circulum circa ipsum absolvere spatio triginta annorum.

Praeter motum Telluris annuum, Tellus etiam circa suum Axem rotatur ab occasu in ortum et duo illa puncta in quibus Telluris Axis ejus superficiei occurrit, Telluris Poli dicuntur, qui, producto utrinque ad Caelum Axe, signabunt pariter in Caelo duo puncta, quae Poli caelestes nuncupantur. Unumquodque punctum in superficie Telluris, exceptis Polis, describet ex rotatione sua circumferentiam Circuli vel majoris, vel minoris, prout sphaerae punctum plus, minusve fuerit a Polis remotum. Punctum autem aequaliter ab utroque polo remotum maximum describit circulum, qui Aequator appellatur.

Quum Tellus circa suum Axem rotetur, huic insistentem Spectatorem una cum horizonte suo in eandem plagam rotari necesse est. Hinc corpora versus ortum posita, quae antea erant inconspicua, detegentur propter horizontem infra illa subsidentem; corpora vero versus occasum, quae antea videbantur, absconduntur, horizonte supra illa elevato; et propterea illa oriri, sive ascendere dicuntur, haec occidere sive descendere. Hinc denique provenit motus ille apparens omnium corporum mundanorum Telluri non adhaerentium, quo caelum sidereum et unumquodque in eo punctum, praeter polos, ab Oriente in Occidentem rapi, et majores, vel minores circulos describere videntur, pro majori, vel minori eorum distantia a Polis.

Licet quilibet terrestris superficiei locus a qualibet Stella fixa supra horizontem posita illuminetur, illustratio tamen a sole facta tanta est, ut sol praesentia sua reliquas omnes Stellarum flammas extinguat diemque efficiat; absentia autem solis, ubi Horizon supra illum attollitur, noctem constituat. Quum autem Tellus sphaericam aut quasi sphaericam figuram obtineat, atque natura sua opaca, ita una sola secundum radiationem superficies sui illuminetur, altera radiatione Luminis opta manente; Circulus ille maximus illuminatam Telluris faciem a tenebrosa distinguens Lucis, et umbrae terminator atque Horizon etiam nuncupari poterit, cujus planum erit normale, sive perpendiculare ad rectam, jungentem centra solis, atque Telluris.

Si Telluris Axis ad planum Ecliptices esset normalis coincideret Aequatoris planum cum plano Ecliptices, et circulus lucis terminator in eo casu semper transiret per polos, et Aequatorem, omnesque illius parallelos in partes aequales secaret, adeoque astra omnia una cum sole tanto tempore supra horizontem conspicerentur, quanto infra horizontem depressa laterent, dies noctibus per totam Telluris superficiem perpetuo forent aequales. Verum Axis Telluris non est ad Ecliptices planum perpendiculariter erectus, sed ad illud inclinatur angulo $66\frac{1}{2}$ graduum. Ita in sua orbita progrediens Tellus, ut Axem suum retineat sibi semper parallelum; hoc est, si ducatur linea Axi Telluris in quovis ejus situ parallela, Axis Telluris omnibus orbitae suae punctis eidem lineae parallelus manebit, nec directione aliquando variabit, sed versus eandem Mundi plagam continuo dirigetur.

Fig. 68.

Aspiciat jam ex obliquo oculus orbitam Telluris, cujus repraesentatio secundum leges Artis perspectivae erit figura ovalis, seu ellipsis, in qua medium tenet Sol: Ab Ariete ad Libram ducatur per solis centrum recta communi sectioni Aequatoris, et Ecliptices parallela Ecliptices in duobus punctis Arietis et Librae occurrens. Quum Tellus in uno hujusmodi punctorum invenitur, recta illa, quae solis atque Telluris centra conjungit, coincidet cum communi planorum sectione eritque perpendicularis ad axem Telluris; sed et eadem recta erit perpendicularis ad planum circuli terminatoris lucis et umbrae; adeoque Telluris Axis erit in plano ejusdem circuli, et circulus terminator per polos Telluris transibit, et omnes Aequatoris parallelos in partes aequales secabit. Tellure itaque initium Librae tenente, Sol videbitur in Ariete, communi sectione plani Aequatoris cum plano ecliptices, proinde videbitur in Circulo Equinoctiali existens, nec declinabit ad polum borealem aut australem, sed atque utrinque medium Equinoctialem circulum diurno apparenti motu describet. Hoc in situ illustratio Tellur

Sole facta ad utrumque polum A, et B pertinget, et parallelos omnes equaliter dividet: et quilibet Telluris locus, qui motu diurno equaliter circumvectus parallelum describit, tamdiu in tenebris, quam in luce manebit, hoc est per totam Tellurem noctes diebus equen tur.

Tellure motu annuo paulatim versus Scorpionem, et Sagittarium ad Capricornum delata, sectio planorum Equatoris, et Ecliptice sibi semper parallela manens non amplius versus Solem dirigitur, sed in Capricorno facit cum linea SP jungente Sole, et Telluris centra an gulum rectum. Quamvis linea illa SP non sit in Equatoris sed in Ecliptice plano, angulus BPS, quem cum eo facit Axis Telluris, non erit rectus, sed acutus $66\frac{1}{2}$ graduum, equalis scilicet inclinationi Axis Telluris ad planum Ecliptice. Jam angulus SPL rectus, et cir culus lucis terminator per punctum L transibit, et arcus BL, seu angulus BPL erit $23\frac{1}{2}$ graduum, equalis scilicet complemento an guli BPS ad rectum. Jam angulus BPI rectus Recta PE erit in plano Equatoris, unde ob arcum BE equalem arcui LI equa li quadranti erit ablato communi BI, arcus IE equalis LB $23\frac{1}{2}$ graduum. Jam E M equalis E I, et describantur per I et M pa ralleli Equatoris duo MN, IC. Hi dicuntur Tropici Cancri, et Capricorni: et Tellure in hoc situ existente, Sol supra punctum I perpendi cularis imminebit. Propter diurnam Telluris revolutionem circa suum axem omnia puncta paralleli circuli IC per idem punctum I trans ibunt, et Soli directe obvertentur, adeoque Sol in meridie fiet verticalis omnibus habitatoribus paralleli IC. Dum autem Tellus hanc positionem obtinet manifestum est Circulum lucis terminatorem ultra polum borealem B pertingere in L, et citra polum australe desinere in T. P L, et T describantur circuli Equatori paralleli: Circuli illi Polares dicuntur, ille Arcticus, hic antarcticus, et pars Telluris inclusa polari artico K L non obstante revolutione diurna, continua in luce versabitur, perpetuoque die fruetur; e contrario vero Telluris portio circu culo antarctico conclusa continuis tenebris, perpetuaque nocte involvetur. Quo itaque Sol apparet in Cancro, borealis hemisphærii incole longissimos habebunt dies, noctesque brevissimas; incole vero australes longissimas noctes, et brevissimos dies, quoniam satis compertum est cir culos omnes Circuli Equatori parallelos inter Equatorem et polarem arcticum intercepti majorem partem in luce versari, circulis autem circuli qui inter Equatorem, et polarem antarcticum ducti, majorem partem tenebris obvolvi. Verum quia Circulorum tam borealium, quam australium por tiones majores sunt vel minores, prout circuli paralleli magis minusve hinc, atque inde distant ab Equatore, propterea septentriona libus longiores erunt dies, prout magis Telluris versus Boream magis distabunt ab Equatore; Australibus erunt vero longissime Noctes prout versus Austrum erunt incole ab Equatore remotiores. Quare in tantum, qui in Equatore degunt, per totum annum dies noctibus habe bunt equales, ex omnibus quippe parallelis circulis solus Equator, utpote omnium maximus, secatur in duas equales partes a Termina tore lucis, et umbre.

Procedente Tellure a Capricorno per Aquarium et Pisces ad Arietem, quo tempore Sol Cancrum, Leonem et Virginem percurrere videtur, Sol paulatim versus Equatorem revertitur, et quum ad Arietem pervenerit Tellus, Sol videbitur in Libra, ubi communis intersectio Equato ris, et Ecliptice sibi parallela manens per Solem transibit, et Sol in Celesti Equatore conspicietur, ubi rursus noctes diebus erunt equa les.

Tellure per Arietem, Taurum, et Geminos mota, Sol interim per Libram, Scorpionem, et Sagittarium aversus incedens paulatim ab Equatore versus Austrum declinare videbitur, et Tellure existente revera in Cancro, Sol inter Stellas videbitur in Capricorno. Quum autem Axis BA non muta verit inclinationem, sed sibi parallelus permanserit habebit Tellus respectu Solis eandem omnino positionem, atque aspectum quem obtinebat dum erat in Capricorno, cum hoc solummodo discrimine, ut, existente Tellure in Capricorno, Circulus KL una cum portione Telluris in tus contenta totus fuerit in luce, Tellure vero existente in Cancro, totus tenebris obvolvatur, et oppositus circulus TS, qui prius te nebris erat involutus, tota luce perfundatur. Tellure enim existente in Cancro, ex parallelis inter Equatorem et polum B arcus illumina ti, seu diurni minores sunt tenebrosis, seu nocturnis, e contrario vero ex parallelis versus polum A jacentibus, arcus diurni majores su nt nocturnis, quod omnino contrarium contigerat, Tellure existente in Capricorno. Sol enim verticalis factus erit Tropici MN habitato ribus descendens versus austrum a parallelo IC ad parallelum MN per arcum CQN 47 graduum. Hinc Sol in nullibus loco ultra Tropicos versus alterutrum polum altius observatur in Meridiano, seu propius ad verticem accedet per 47 intervallum graduum una anni tempestate, quam in opposita, Tellure eandem semper retinente situm respectu universi, et circumeunte tantummodo Solem, qui natura fir me positus est intra orbitam, quam motu suo annuo describit Tellus.

Hec omnia oculis fient usitata manifesta, si in loco obscuro accendatur candela, que Solem representet, et Globus comparetur, cujus diame ter sit duorum, aut trium digitorum, in quo signentur poli, Equator quique paralleli ac ipsi, et Meridiani, deinde ita teneatur Globus, ut ejus Axis non sit ad horizontem, qui Ecliptice planum refert, perpendicularis, sed ab illo aliquantulum inclinetur. Nam si primo ea ra tione ponatur Globus, ut polorum unus plagam eius borealem respiciat, et lumen candele ab utroque polo exacte distet hoc est circulus lucis, et um bre terminator per polos transeat, tum prout notat Axis ad [illegible] plagam Mundi, ad quam dirigitur, et circa candelam in circulo horizonti paral lelo ita feratur Globus, ut ejus Axis candem semper plagam Borealem teneat, tunc conspicietur flammam candele eodem prorsus modo illumina re Globum, Tecos Equatorem, ejusque parallelos, quo Tellus a Sole revera illustratur, eademque prorsus phenomena contingent, que in Sole et Tellure hactenus declaravimus.

Eadem, aut similia phenomena observari possunt ex alio mercurio Planeta circa proprium axem rotato, et circum Solem acto. Nam quum Jupiter [illegible] circa suum axem [illegible] spatio decem horarum, Jovis incola videbit Celum omne sidereum, et Tellurem nostram una cum Sole motu rapidissimo circa ipsum revolvi. Sed quum Jovis Axis ad planum sue orbite sit normalis, Circulus lucis, et umbre terminator sem per, et ubique per polos transibit, adeoque in Jove dies noctibus perpetuo erunt equales, Incole per totam pariter uniformem sentient temperiem, neque estatis calores, aut hiemis frigora [illegible].

Caput 9.

De Variis phenomenis ex motu Telluris pendentibus.

Quum Tellus ita circum Solem feratur, ut ejus Axis sibi semper parallelus maneat, nulla erit, ut axis ille diversis anni temporibus diversas plagas dirigatur; ita ut Stella, seu Celi punctum, quod directe terrestri polo imminet in Estate, non directe in hieme eidem polo immineat.

Notandum tamen est parallelismum Axis Telluris verum non esse, si motum quidem Telluris per aliquod exiguum temporis spatium consideremus, [illegible] autem nobis, si plurium annorum observationem consulamus. Nam deprehenderunt Astronomi ita motu annuo circum Solem Tellu rem, ut ejus Axis a parallelismo paululum deflectat, motu tamen lentissimo ut aberratio propterea axis a suo parallelismo intra duos, vel tres annos sit quasi insensibilis, et plurium duntaxat annorum decursu notari possit. Hinc preter motum annuum, atque diur num alius excogitandus est in Tellure motus, quem ita explicamus.

Sit linea DCH portio orbite Telluris, sitque centrum Telluris in C, atque ex C erigatur recta CE ad planum Ecliptice normalis occurrens su perficiei Celi in [illegible] E. Recta CE erit Axis Ecliptice, punctum E Ecliptice polus. Sit CA axis Telluris qui ad Celum usque productus i pinguet in Celi superficie punctum P, celestem nempe seu mundi polum, circa quem sidera omnia diurno motu revolvi videntur. Per E, et P ducatur Circulus maximus EPR Ecliptice occurrens in R. Circulus hic quum transeat per polos tam Equatoris, quam Ecliptice, erit ad utrumque circulum rectus, et arcus PR metietur angulum PCH, inclinationem nempe Axis Telluris ad planum Ecliptice, qui est gra duum $66\frac{1}{2}$, adeoque erit arcus EP ejus complementum ad quadrantem $23\frac{1}{2}$ graduum, et arcus ille metietur angulum ECP, quem Axis Tel luris facit cum axe Ecliptice. Polo E per P describatur circulus minor PTG, qui erit Ecliptice parallelus. Quum Axis Telluris eandem semper faciat immutabilem angulum $23\frac{1}{2}$ graduum cum axe Ecliptice, Polus mundi P semper erit in peripheria Circuli PTG. Et si eandem quoque immutabilem directionem retineret Axis, quoties Tellus inveniretur in sue orbite puncto C, Polus mundi semper conspiceretur in puncto immoto P. Sed observatum fuit ab Astronomis, Polum in peripheria PTG locum continuo mutare. Et Axis Telluris, qui prius ad P dirigebatur, post 72 annos ad punctum [illegible] dirigetur, uno gradu a P versus anteriora remotum; ita ut Axis Telluris [illegible] conico feratur, seu describat superficiem coni, cujus vertex est Telluris centrum C, et basis circulus PTG. Hinc Polus P in peripheria PTG motu lentissimo, et retrogrado, sive ab oriente in occidentem semper pergit, absolvitque periodum post annos 25920, quam ubi co mpleverit, ad easdem stellas, seu Celi punctum P rursus dirigetur.

Circulus maximus EPR quum transit per Polos tam Ecliptice, quam Equatoris, erit ad utrumque circulum perpendicularis, adeoque colurus evadet solstitialis, et Ecliptice punctum R erit solstitium, seu punctum Ecliptice omnium maxime declinans ab Equa

tore.

Fig. 68





Fig. 69



tore. Quum Axis Telluris productus pervenerit ad sitū C Q, si per polos Ecliptice E, et Equatoris Q ducatur Circulus maximus E Q B, hic Circulus erit ad utrumque Circulorum, Ecliptice scilicet, et Equatoris perpendicularis; adeoque Axe Telluris hunc situm tenente, erit Circulus ille E Q B Colurus solstitiorum, et B erit solstitii punctum, quod semper una cum polo equaliter regreditur.

Puncta itaque solstitialia a stellis fixis continuo recedunt. Nam punctum Ecliptice solstitiale, quod hodie v. g. juxta stellam A comperitur, post 72 annos erit in B, uno gradu versus occidentem remotum a stella A. Quare necesse erit, ut puncta quoque equinoctialia, et reliqua omnia Ecliptice puncta simili, et equali motu retrocedant. Hic autem motus qui ad occidentem, et contra ordinem signorum habetur, fieri in Antecedentia dicitur, secundum motum vero, quo Tellus, et ceteri Planete feruntur circum solem ab occidente in Orientem, fieri dicitur in Consequentia, seu juxta ordinem signorum.

Quum stelle fixe immobiles maneant, et retrocedat communis sectio Equatoris, et Ecliptice; necesse est ut earum distantia a punctis equinoctialibus continuo mutetur, et stelle ab iisdem punctis versus Orientem magis quotidie promoveri videantur. Hinc earum longitudines, que in Ecliptica ab initio Arietis, sive a vernali intersectione Ecliptice, et Equatoris computantur, continuo crescunt. Hinc etiam stelle omnes in consequentia signorum ferri videntur; non quod revera in Orientem moveantur, sed quia contrario motu regreditur punctum equinoctii vernalis, a quo stellarum longitudines initium ducunt.

Ex his patet, cur constellationes omnes Ecliptice mutaverint nostris temporibus loca, que occupabant, dum a priscis Astronomis observate fuerunt. Nam constellatio Arietis, que tempore Hipparchi prope vernalem intersectionem Ecliptice et Equatoris sita fuit, eidemque Ecliptice portioni nomen suum communicavit, nunc ab eadem digressa in signo Tauri commoratur. Tauri constellatio Geminorum sedem occupavit. Gemini promoti fuere in Cancrum. Cancer Leonem ex sede expulit. Leo Virginem e loco detrusit. Utraque denique constellatio in proxime constellationis locum transiit.

Quamvis Tellus circa solem motu annuo feratur, et equalibus semper temporibus periodos absolvat, ejus tamen motus in sua orbita per periodum equabilis non est, sed nunc paullum accelerat, nunc remittit; in aliquibus orbite sue punctis velocius incitatur, in aliis remissius. Hinc motus apparens solis in Ecliptica inequalis videtur, et tempore estivo lentius incedit, tempore hiemis celerius. Hinc observatur in sex signis borealibus diutius commorari per octo circiter dies, quam in sex australibus, adeo ut ab Equinoctio vernali ad autumnale sint dies 186½, quo tempore dimidiam Eclipticam motu apparenti describere videtur ab Equinoctio vero autumnali ad vernale sint tantum dies 178½, quo tempore alteram Ecliptice dimidiam partem et signa australia videtur percurrere. Observationes et ostendunt diametrum solis apparentem tempore hiberno ubi ejus motus velocissimus est, majorem esse, quam estate, in qua sol tardissimus apparet. Et differentia quidem tanta est, ut hieme videatur sol sub angulo 32 primorum, et 47 secundorum minutorum, estate vero 31 primorum et 40 secundorum minutorum.

Ante Keplerum maximorum Astronomorum opinio fuit motum Telluris, et ceterorum Planetarum in se esse equabilem, eorumque orbitas perfecte esse circulares. Sed post accuratius examen ceterorum motuum susceptum Keplerus, invenit et certissimis rationibus demonstravit motus Planetarum veros nec esse in se equabiles, nec eorum orbitas perfecte esse circulares, sed ellipticas, sive ovales a circulo deficientes. Est autem Ellipsis linea curva quam Geometre transversim conum vel cylindrum secantes representare solent, cujus natura ut recte percipiatur, sint, Fig. 70, duo pali in paviento plano defixi, alterum in puncto H alterum in puncto S: et filum capiatur quod duplicatum majus extremitatibus quamvis longitudine majorem distantia palorum H S acquiret. Si filum palis circumponatur, in fili duplicatura immisso stylo, palos circumeundo, et filum eadem semper vi adducendo, designabitur in plano linea curva O K B, que Ellipsis dicitur. Si immutata longitudine fili, pali tantum H S aliquanto propius ad se invicem adducantur, alia Ellipsis describetur, sed alterius speciei magisque ad circuli formam accedens. Si ad hoc propius admoveantur pali, alia pariter habebitur Ellipsis: si tamen conveniant, pariter Ellipsis in circulum migrabit. Puncta H, et S, ubi pali infixi sunt, dicuntur Ellipseos foci, seu umbilici. Recta H S equaliter secta in C, punctum C erit centrum Ellipsis. Recta O K per focos et centrum transiens, et utrinque terminata ad Ellipsim, dicitur Axis Ellipsis.

Fig. 70

e:s: in g

His positis, sol non in Ellipseos centro, seu puncto Axis medio sed in focorum alterutro locatur, et Axis Ellipseos O K linea dicitur Apsidum: punctum O, et oppositum K Apsides dicuntur O summa Apsis, seu Aphelium: punctum K ima Apsis, seu Perihelium et recta S C, que est distantia inter solem, et centrum Ellipsis excentricitas appellatur. Si ex centro C erigatur ad axem C E occurrens Ellipsi in E, et ducatur recta S E, hec linea vocabitur distantia media Planete a sole. Recta S O distantia maxima Planete recta S K distantia minima.

Fig. 71

Planeta in Ellipseos perimetro fertur, non quidem motu equabili, sed ea ratione, ut radius ductus a centro solis ad centrum Planetarum, et motu angulari latus describat areas ellipticas temporibus proportionales. Sit Fig. 71 Planeta in A, ex quo in quovis temporis particula perveniat ad B. Et Area, quam describit radius a sole ad Planetam ductus sit A S B. Sit deinde Planeta in P, et ducatur recta S D talis ut Area P S D sit equalis aree A S B. Equalibus temporibus percurret Planeta arcus Ellipticos A B, P D qui quidem erunt inequales et inter motum in ratione fere distantiarum a sole reciproca, quum ob equales areas tanto minor sit arcus A B arcu P D quanto A S altitudo Aree A S B est major P S altitudine Aree P S D. Hec omnia a Keplero in Commentariis de motu stelle Martis evidenter demonstrata sunt, ut illius sententie ad omnes aliquius nominis Astronomi subscripserint.

Quod æstivo tempore longius distet Tellus a Sole, hyeme verò accedat propius, mirum fortasse videbitur Tellurem incalescere æstate, frigescere autem in hiemali tempestate. Sed sciendum calorem, et frigoris incrementa a distantia Solis non omnino pendere quum aliæ potentiores sint causæ. Et primò directi radiorum solarium impetus fortiores sunt, quam obliqui, hiemè autem obliquè admodum, respectu æstatis, solarem lucem recipimus, ideoque potentia solis non solum minuitur ratione obliquitatis motus radiorum, verum etiam quia pauciores in quamcumque superficiem quam radii, quo magis obliquè obvertitur illis superficies. Præterea, hiemali tempore, solares radii obliquius incidentes [illegible] aërem [illegible], majorem itinere Telluris [illegible] quam quum æstate directius incidunt, propterea radiorum solarium vires [illegible] in plures aëris particulas majore, quam æstate refractione [illegible]. Hinc patet, cur Solem in horizonte sine oculorum damno intueri possumus, quem, quum altius ascendit, et in meridiano potissimum ferre oculi non valent. Est etiam alia potentior causa, quæ caloris, et frigoris varietates inducit. Experientia quippe constat solidum quodcumque corpus magis incalescere, quo [illegible] [illegible] obvertitur. Quid [illegible] mirum si æstate summus conseŧur calor hieme summum frigus quum æstate [illegible] continuas horas Solis ardore [illegible], et post tantum horas [illegible] [illegible] sentiamus, quod omnino contrarium in hieme [illegible] fieri experimur:

Quum solaris [illegible] in Tellurem quam maxima sit, quando [illegible] radii summoperè directi sunt, et dies longissimi, maximos sentire deberemus calores, quum Sol est in Tropico Cancri. Tunc enim proxime accedit ad verticem et ab eo radios directius [illegible], atque diutius. Nihilominus tamen experimur calorem æstivum post discessum solis a Tropico crescere et annuo maxime fervere circa finem mensis Julii, quum [illegible] [illegible] distat a Tropico Sol. Ut hoc phænomenon explicemus, observandum est actionem solis, quia corpora calefaciunt, non esse transeuntem, quemadmodum est quæ illuminat, sed permanentem, ita ut corpus semel calefactum a Sole post ejus abitum ad aliquod tempus, calidum maneat. Particulæ ergo caloricæ a Sole in corpus calefactum continuo recipiuntur, quæ per aliquod tempus eidem inhærent, et in [illegible] calore [illegible], [illegible] particulis [illegible] frigescit corpus, unde si plures recipiantur in corpore particulæ caloricæ, quam amittuntur, corporis calorem continuò crescere necesse erit. Hisce positis, post adventum solis ad Tropicum [illegible] [illegible] aërem, atque Terras nostras calefacientium continuò crescunt, adeoque calor simul augetur. Ponamus enim die uno centum duntaxat caloricas particulas intra corpus aliquod admitti, et nocte breviori [illegible] tantum avolare, illum quinquaginta manentibus. Proxima die eadem fermè vi agens Sol alias centum particulas eidem corpori immittet; quarum non plures fere, quam quinquaginta, nocte evadent; adeo [illegible] [illegible] ratio particularum calefacientium numerus centenario [illegible]. Dum itaque plures die recipiuntur particulæ, quam nocte [illegible], calor necessario crescet. Decrescentibus autem e contrario diebus, noctibusque crescentibus fiet tandem, ut plures absente sole effugiant particulæ, quam die recipiuntur, minuetur proptereà in Tellure calor, atque [illegible] erit.

Caput 10.

De Luna.

Quanquam, secundum vulgarem hominum opinionem, aspectum omnium corporum maximum est corpus Luna, uno duntaxat excepto Sole, ut propterea non defuerint aliqui Philosophi, qui cum Anaximandro putarent Lunam novendecim vicibus esse Tellure nostra majorem: et in sacris etiam Scripturis nominetur Luna, veluti alterum ex magnis luminaribus, constat tamen nostris temporibus, atque omnium Astronomorum observationibus compertum est, eam respectu cæterorum siderum corpus esse minimum, quod circum Tellurem nostram, spatio dierum 27, atque horarum circiter [illegible], suam absolvit periodum, et simul cum Tellure annuum circum Solem perficit revolutionem.

Circa substantiam Lunæ variæ fuerunt Antiquorum sententiæ. Anaximander enim dixit sphæram esse corporis igne repletum, in quo foramine apto, effulgeret Lunæ sidus: Heraclitus scapham igne plenam, quæ circa se ipsam volveret. Xenophanes nubem constipatam. Pythagoras corpus [illegible] Stoici molem ex aëre atque igne constitutam. Plato majori ex parte formatam ex Tellure: Berosus Chaldæus [illegible] altera sui parte igneam, altera verò opacam, quæ quum unius mensis periodo circa se ipsam torqueretur, phases omnes efficeret. Fuere etiam, qui existimarent Lunæ substantiam consimilem esse substantiæ Telluris nostræ, cujus [illegible] [illegible] et Macrobius, quos recentiores omnes Astronomi sequuntur, quum ajunt, Lunam esse corpus opacum, scabrum, atque densum, non proprio lumine splendens, sed Telluris instar, luce Solis. Hinc [illegible] definiri potest Luna, corpus sphæricum, opacum, densum, scabrum, quod circum Tellurem menstruo spatio, et simul cum Tellure spatio annuo, circum Solem veluti centrum omnium Planetarum tam primariorum quam adæquatorum [illegible]. Sphæricam Lunæ figuram demonstrant omnia Telescopia, imo nudi etiam oculi: opacitatem, variæ ejus phases, atque apparentiæ, quæ pro diverso Solis aspectu sunt diversæ, potissimum verò Eclipses, quas per interpositionem Telluris inter ipsam atque Solem patitur: Densitatem ostendunt ejus Eclipses, quas producit in Sole, quum interponitur Solem inter atque Tellurem: Scabram denique [illegible] superficiem probant tum variæ, et in omnes partes directæ Lunaris lucis reflexiones, tum potissimum maculæ illæ, quas nos in Luna cernimus, quasque recentiores Astronomi, Hevelius præcipuè, atque Riccolius magnorum virorum nominibus accuratissimè notatas in Selenographia exhibuerunt.

Ab antiquissimis usque temporibus opinati sunt quamplures Philosophi esse in Luna homines et plura animantium genera. Nam ut Ignatius [illegible], Orpheus, atque Xenophanes dixerunt Lunam habitari, eamque esse Terram multarum urbium Tellure, atque Montes, Democritus, Anaxagoras, Stoici, et Pythagorici docuerunt Lunam, Telluris instar, circumhabitari, esse inea Plantas et majores, et pulchriores, quam in Tellure; immò Lunæ animalia decies, et quinquies nostra superare. Hinc Macrobius Lunam vocat æthereæ Terræ nomine, ejusque incolas, Lunares populos.

Propositio I. Luna sphærica figura prædita est, aspera tamen, et inæquali; ita ut sint etiam in ea, non secus ac in Tellure nostra, Montes, atque Valles.

Propositio demonstratur. Et primò, nisi aspera, et inæqualis asseratur Lunaris corporis superficies, explicari non potest, cur circulus terminator lucis et umbræ lunaris æquabilis non sit, aut cur in obscuro Lunæ hemisphærio partes quædam lucidæ emergant. Nam quum Luna falcata sive corniculata apparet, linea, sive sectio, quæ partem ejus illuminatam ab obscura dividit, non æquabilis, et recta, sed aspera potius, et inæqualis, tortuosa, et serræ in morem apparet dentata: Quum verò unum a Sole illuminatum Lunæ hemisphærium in altero obscuro adhuc hemisphærio apparent lucidæ aliquæ partes, quæ sensim lucidiores fiunt, non secus ac si Montes ante Valles solares radios exciperent, et ad nos reflecterent. Ideo conspiciuntur in Luna non tantum perennes, sed transeuntes quædam, et temporales maculæ, quæ secundum diversos Solis, atque Lunæ mutuos aspectus novis exhibentur. Nam si Sol aliqua ex parte Lunam illuminat, umbra, seu macula in oppositam velut partem procedit: si Sol lateraliter apparet moveri, umbra pariter moveri videtur. Si Sol Lunæ oppositus fuerit, ut in Plenilunio contingit, maculæ omninò evanescunt. Quod autem illustrius, aut evidentius afferri nequeat potestas, quo demonstretur elatiores aliquas partes in Luna reperiri, quæ in alias decliviores umbram projiciant est in Luna Valles, sive foveas, quæ solaribus aliquando radiis exsortes obscuræ fiunt, lucidiores verò fiunt, quum directè ab ipsis illustrantur. Ideò ipsæ quoque perennes maculæ, quæ a primis usque temporibus in superficie Lunæ videbantur, ut propterea Orpheus illas pro montes putaverit, ostendendo sunt, quod sint in Luna Montes, et Valles. Non aliud quippe esse censent perennes maculas, quam profunditates, et cavitates, quas vix, aut raro, illustrat illuminat Sol: nec aliud esse videntur partes illæ lunares, quæ splendidiores exhibent, quam altissimos Montes, qui maximam, quam recipiunt ad nos reflectunt luminis copiam.

Dices: Perennes in Lunæ superficie esse accuratè sphæricam, atque politam perennes autem, et temporales illius maculas proficisci a majori, vel minori illius densitate, ita ut rariores Lunæ partes a solaribus radiis penetrentur, et minima eorum pars ad nos reflectatur, densiores nequaquam ita penetrentur, et maxima propterea solaris luminis copia ad nos projiciatur.

Respondeo. majorem illam, vel minorem Lunæ densitatem nihil evincere pro polita, et æquata lunari superficie. Nam ut prætermittam ex sphærica æquabili superficie nec ullo reflecti posse radios aut saltem reflecti posse ex paucissimis punctis, ut propterea non nisi obscura videretur Luna; cur, quæso, cavitates, seu umbræ illæ a variori substantia efformatæ nequaquam illuminantur, quemadmodum illuminantur illæ, quæ temporales maculas efficiunt, dum a Sole directè recipiuntur? Cur sectio lucis, et umbræ, seu circulus dividens illuminatum hemisphærium ab obscuro in serræ morem tortuosum, atque dentatum exhibet? Cur maculæ temporales, eadem manente substantiæ [illegible] varietate solares radios reflectunt, ut appareant in Plenilunio omnino illuminatæ? Perennes itaque, quæ in Luna apparent maculæ non aliunde proficiscuntur, quam ab inæquali lunaris superficiei asperitate; ut ubi enim lucet asperiorem superficies, ac lumini reflectendo accommodatior, Luna splendida sit, ubi verò radiis solaribus excipiendis sit aptior obscura, vel maculosa videatur: quod ex Opticæ legibus necessario consequitur. Ex ipsis etiam Opticæ, et Astronomiæ legibus montium lunarium altitudo de-

ducitur, quos in Luna reperiri diximus, et a quibus umbras in parte soli adversam provenire adeoque temporales maculas produci demonstravimus. Quorum quidem lunarium montium altitudo tanta est, ut a Galileo 5 milliarium italicorum definita fuerit, ab aliis vero accuratioribus 9 milliarium; ut quamcumque plerumque terrestrium montium altitudinem excedere videatur.

Dicent 2do maculas sive perennes, sive temporales eandem habere causam, nempe lunaris raritatem. Nam perennes, quae observantur in Luna maculae ex eo proveniunt, quod partes superficiei lunaris propter maxima interiora spatia vacua lucem solis imbibant nec ad Tellurem reflectant; maculae vero temporales, quae modo observantur, modo non observantur, a minori lunaris superficiei raritate oriuntur, per quam fit, ut, secundum diversos solis aspectus, solare lumen aut magis aut minus reflecti possit.

R. a raritate superficialis substantiae lunaris repeti non posse lunares maculas, nisi per raritatem et interiora spatia vacua intelligant in superficie cavitates, quae a nobis foveae, sive valles appellantur. Nam si propter majorem raritatem nullae apparent in Luna maculae quocumque posito aspectu solis, cur maculae illae, quae temporales dicuntur, quocumque posito aspectu, non apparent? Si propter diversos solis radios maculae temporales omnino evanescunt, cur eadem solarium radiorum directione maculae quae perennes non destruuntur? Neque est quod asserant totum macularum discrimen pendere a majori vel minori raritate, per quam lucem vel magis reflectit Luna, vel minus. Nam primo, major, vel minor substantiae raritas admitti non potest in systemate Peripateticorum, qui spatia vacua ab universo excludentes omnia ponunt aequaliter plena, adeoque aequaliter densa. 2do quum lux tam reflectatur a partibus solidi, quam a vacuis, ubi superficies aequabiles fuerint, non video cur radii solares aequaliter non reflectantur a superficie lunari, quae, docentibus Peripateticis, accurate polita et levigata. Accedit, quod plures telescopiorum ope observatas fuisse umbras, quarum aliae fere ut rupes eminent, aliae figuram rotundam, aut ovalem ostendunt, quae satis ostendunt inaequalem lunaris corporis superficiem.

Prob. 2da. [illegible] esse in Luna incolas nullo evidenti argumento, aut verosimilibus conjecturis demonstrari potest.

Prob. demonstratur quoad primam partem. Nulla circa lunares populos experimenta habemus, nullas observationes, nulla testimonia. Nemo quippe terricolarum in tanta distantia accurate notare potuit, quaecumque in Luna continentur. Nemo a Selenitis vel incolis illius iter lustravit. Ergo nullum nobis suppetit circa lunares incolas evidens argumentum.

Probatur Prop. quoad 2dam partem. Conjecturae, quae indicare videntur esse in Luna incolas sunt proprietates Lunae proprietatibus Telluris consimiles, scilicet Lunae Atmosphaera, flumina, maria, arbores, pluviae, nubes. Sed incertum omnino est, utrum hae conveniant Lunae proprietates, imo plures conjecturae sunt, quae suadere videntur non esse in Luna hujusmodi phaenomena. Nullis ergo verosimilibus conjecturis demonstrari potest incoli Lunam.

Dicent 1. Omnes analogiae leges suadere videntur esse habitatores in Luna, non secus ac in Tellure nostra. Nam si in Tellure, et Luna idem est motus, eadem substantia, figura, densitas, ubi montes, valles, cur non eadem, aut consimilis atmosphaera gravis atque elastica, in qua vapores, et exhalationes ascendant, et sub forma roris, et pluviae iterum in Lunam decidant? Quod si atmosphaera donatur Luna, jam verosimillimum habemus pro Lunae incolis argumentum; quum sine incolis omnino inutilis esset atmosphaera lunaris; inutilia autem numquam operata sit natura.

R. analogiae leges demonstrare duntaxat non esse impossibiles lunares populos; sicuti impossibilis non est atmosphaera lunaris, in qua non secus ac in Tellure nostra, sint vapores, et exhalationes. Non equidem repugnat Lunae atmosphaera, eamque condere potuisset Deus. Sed verosimilibus conjecturis ostendendum ulterius est eam fuisse a Deo creatam; quum non de possibilibus, sed de rebus, quae actu existunt disputationem instituamus. Porro atmosphaera gravis, atque elastica, in qua vapores ascendant, atque descendant, nulla est in Luna, si experientiam consulamus. Nam stellae fixae, dum a Luna occultantur, nullam refractionem patiuntur, suamque apparentem magnitudinem minime mutant, quod tamen contingere deberet, si trans densam Lunae atmosphaeram quandoque conspicerentur. Hinc in Actis Regiae Academiae Parisiensis ad annum 1706 legimus non esse verisimile in Luna dari atmosphaeram, quia dum occultat aliquas stellas, compertum non est observatum quod stella suam figuram aut apparentem celeritatem mutet ob refractionem, quam atmosphaera Lunae causaret radiis stellae. Et in iisdem Actis ad annum 1720: Cassinus observavit eclipsim alicujus fixae per Lunam, ex quo deduxit hoc notabile, quod Luna non habeat atmosphaeram. Visa enim est occultare duas stellulas valde ad invicem vicinas, quin vel minimum earum colorem, aut figuram, aut distantiam mutaverit. Quod si asserant Adversarii etiam in Luna contingere Lunarem refractionem quum aer Lunae vaporibus est gravatus; respondebimus luminis refractionem in atmosphaera Telluris fieri sive sint vaporibus gravata, sive sit vaporibus omnino destituta, et merito quidem, quum aer semper sit aethere densior. Idipsum ergo contingere semper deberet in Luna, si, non secus ac Tellus nostra, sua atmosphaera donaretur.

Dicent 2do. Nihil aliud sunt lunares nigricantes maculae, quam lacus, flumina, maria, quorum subtiliores particulae in vapores attolluntur, et decidentes pluviam producunt. Ergo si in Luna sunt maria, et flumina, verosimile admodum evidenter est, quod incolas parent; sine incolis enim inutilis esset tanta aquarum copia.

R. ex iis quae supra de Atmosphaera Lunari diximus, necessario consequi nullam esse in Luna aquarum copiam, quum nulla sit circa lunare corpus Atmosphaera, quae ex fluminibus, et mari rotissimum, non secus ac in Tellure nostra attollatur. Addimus cum Cl. Hirco numquam fuisse observatas in Luna nives, pluvias, nubes, aut aliud quodcumque genus vaporum, atque exhalationum, quae tamen ope potissimum telescopiorum, observassent quandoque terricolae, si in lunari corpore existerent. Potuisset equidem ornare Lunam arboribus, fluminibus pariter; sed quum non ea conspiciantur in Luna phaenomena, quae in Tellure nostra ex fluminibus, et maribus proveniunt, nullum in hac re verosimile habent Adversarii argumentum. Ceterum concedere etiam possumus (quod tamen non ita facile concedendum) esse in Luna flumina, atque maria; quin consequens sit esse in Luna habitatores. Nam, fatentibus Geographis recentissimis plures sunt in nostra Tellure regiones, quae tametsi maria habeant, et flumina destituuntur tamen habitatoribus propter terrae sterilitatem, maximam vim frigoris, aliaque incommoda. Fieri ergo pariter potest, ut sint in Luna lacus, flumina, maria, neque tamen sint incolae; praesertim quum non omnia propter homines condita a Deo fuerint, sed humani alios fines, quos ignoramus, attendi a Deo potuerint in creatione corporum universi.

Scholion.

Hactenius lunares tantum populos negavimus quod nullum habeamus evidens, aut verosimile argumentum, quod nobis illorum existentiam suadeat. Sunt tamen delicatiores nonnulli Philosophi, inter quos P. Fortunatus, qui semper confugientes ad divinas Scripturas, et Christiana dogmata in repugnantia aut inconvenientes, aut nova condentes, sententiam de incolis lunaribus ita falsam, ita absurdam existimant, ut a Catholico Philosopho defendi nullo modo possit. Sacris literis eruditus, ait Fortunatus, Lunam inter sidera a sapientissimo rerum opifice positam in mundi exordio fuisse, non quidem ut homines, belluas, et plantas in ea conderet, sed ut noctibus tantummodo illa inserviret, homines vero, animalia et plantas in ea tantummodo terra Deum jussisse ab initio creatas, quam incolimus. De illis enim incolis quaeri potest, utrum in Adamo peccaverint, an ad gloriam destinati sint Deum suum, vel Christi meritis aeternam beatitudinem consecuturi sint, et modo coniungantur. Filia certe providentia divina est erga illos, utpote qui non sunt ex Adamo progeniti. Haec, aliaque absurda, quae inde sequuntur, attendant Catholici. Mihi satis est illa tantummodo indicasse. Fateor enim habeo, lunares nonnullos admitti ab iis admitti posse, qui ut male sentiunt in fide, ita perperam de rerum natura philosophantur. Haec fere habet hominis ... Fortunatus. Sed nos qui Catholici sumus, id tantum in ea sententia redarguendum existimamus, quod hypothetica sit, et nullo evidenti aut verosimili suffulta argumento. Et primo, si in Scripturis non dicitur fuisse conditam Lunam ut homines, et cetera animalia, sustentaret; neque homines, aut ceteri incolae manifeste ibi memorantur; quum autem creata describitur ut praeesset nocti, expresse Lunae munus respectu terricolarum, non omnes lunares proprietates, aut phaenomena recensentur. Nec mirum est debet si in sacris literis tantum Telluris duntaxat incolae nominantur; historiam quippe terricolarum conscribere Moses voluit, non mundi universi, aut omnium simul creaturarum, quae corporeum constituunt universum. 2do, si sunt in Luna habitatores, ii certe in Adamo non peccarunt, quemadmodum neque peccarent in Adamo, qui Adami non essent progenies; et ideo ad gloriam aeternam destinari potuerunt, sicuti terricolae; quam autem consequi eo proprio modo, quo nos assequuti fuissemus, si Adamus divinum in terrestri Paradiso non violasset praeceptum. Quae sunt ergo absurda, quae in sententia populorum lunarium deprehendit Fortunatus? Cur ii tantum qui male sentiunt in fide, possint Lunae incolas admitti

Fig. 72



Caput 11.

De Lunæ Phasibus.

Cum ea tantum Lunæ superficies a Terricolis spectari possit, quæ Telluri obversa est, pro vario Lunæ, Solis, atque Telluris aspectu, situque varie apparere debent Lunæ illuminationes, et luminis vicissitudines, ita ut nunc major, nunc minor illius pars a Tellure conspiciatur, aliquando etiam integrum Lunæ hemisphærium Telluri obversum. Hæc ut melius intelligantur, sit Fig.ª 72, S Sol, T Tellus; [illegible] portio orbitæ Telluris, quam motu annuo circa Solem describit, A B C D E F G H orbita Lunæ, in qua scilicet circa Tellurem fere spatio menstruo ab occidente in orientem. Connectantur Solis, et Lunæ centra recta SL, et per Lunæ centrum transeat planum M L N, cui recta SL sit normalis. Planum illud efficiet in superficie lunari circulum, qui erit Lucis, et Umbræ Finitor, illuminatam scilicet faciem a tenebrosa distinguens. Eodem modo jungantur centra Telluris, et Lunæ recta TL, cui sit normale ad aliud planum P L O per Lunæ centrum pariter transiens. Planum illud efficiet in Lunæ superficie circulum, qui Lunæ superficiem a Tellure spectabilem ab aversa, et inconspicua dividet, Hic autem Circulus Visionis circulus appellatur.

His positis, Lunæ phases omnes ex eadem figura manifestissime constant. Nam primo quando Luna est in situ A, coincidet Circulus Lucis finitor cum circulo visionis et tota illustrata Lunæ facies Telluri obvertetur; in quo casu Luna plena, seu Plenilunium nominatur, et respectu Solis dicitur esse in oppositione, Sol quippe, atque Luna dum in hoc situ a Tellure spectantur, in oppositis Cœli punctis videntur. Ideo, quando Luna fuerit ad B, illuminatus semicirculus M P N non totus Telluri obvertitur, sed pars M P [illegible] conspectui nostro subducitur. Quare spectabilis Lunæ illuminatio a circulo deficiet, et Luna gibbosa apparebit. Tertio, veniente Luna ad C, angulus CTS rectus erit, et media pars illuminati disci M P N a Tellure videbitur. In hoc situ Luna Bisecta, seu Dichotoma appellatur. Et quia per circuli quadrantem distat a Sole, dicitur respectu Solis in aspectu quadrato, seu in Quadratura. Ulterius, procedente Luna ad D, faciei illuminatæ M P N exigua pars P N Telluri obvertitur, disci M N P, qui Telluri obvertitur, maxima parte O N tenebrosa manente; præterea ob Lunæ figuram sphæricam, et apparentem planam illustrata pars veluti in cornua incurvata videbitur, ejusque phasis a Tellure spectata apparebit, uti in D, Fig.ª 73. Ubi Luna ad situm E profecta, nulla illustratæ faciei pars a Tellure conspicietur, sed tota obscura, et tenebrosa observabitur. Hoc in situ Luna in conjunctione cum Sole dicitur, et Novilunium, Interlunium, et Neomenia vocatur. Tandem ubi Luna ulterius promovetur ad F, corniculatam, seu falcatam figuram rursus induit cum hoc tamen discrimine, ut ubi cornua ante Novilunium spectabant in occasum, in situ F post Novilunium tendant in ortum. Quando Luna provehitur ad G, rursus in quadratura reperitur, atque Bisecta. Quando venerit ad H, rursus gibbosa. Ubi denique reversa fuerit ad A, pleno rursus orbe fulgebit.

Fig. 73.



Arcus E L, seu angulus STL contentus rectis ductis a centris Solis, et Lunæ ad Telluris centrum dicitur Elongatio Lunæ a Sole. Arcus M O illuminati semicirculi M O N, quia mensura anguli, quem Circulus Lucis Finitor, et circulus visionis efficiunt, est utique quam proxime similis arcui E L, elongationi scilicet Lunæ a Sole; seu angulus STL est quamproxime æqualis angulo M L O, ut ita demonstratur. Producatur SL utcumque in X: erunt anguli TLP, MLS, utpote recti inter se æquales. Sed anguli OLS, et PLX qui sunt ad verticem oppositi, sunt pariter inter se æquales. Denique ergo æqualibus ergo angulus M L O æqualis angulo TLX. Porro angulus TLX externus, adeoque æqualis duobus internis, et oppositis STL, TSL. Erunt ergo hi duo anguli æquales angulo M L O. Sed angulus TSL exiguus admodum est, ita ut respectu Solis evanescat, et pro nullo haberi possit. Est itaque angulus M L O æqualis angulo STL, et arcus M O similis arcui E L.

Sicuti Luna luce Solis reflexa Tellurem illuminat; sic Tellus solarem vicissim lucem reflectendo, Lunæ superficiem multo majori luce perfundit. Quoniam superficies Telluris est quindecies circiter superficie lunari major, si Luna atque Tellus æque ac reflectendo valent; quindecies plus lucis remittet Tellus ad Lunam, quam ab ipsa recipiet, et Lunicolis quindecies major apparebit Tellus, quam Terricolis Luna. In Novilunio autem tota Telluris illustrata facies obvertitur Lunæ, et totum illuminabit Lunare hemisphærium. Quando Luna pervenerit ad oppositionem cum Sole, Tellus a Luna videbitur cum Sole conjuncta, ejusque tenebrosa facies obversa Lunæ in causa erit ut [illegible] Luna; sicuti contra [illegible] in Novilunio a Tellure Luna, adeo ut phases Telluris a Luna conspectæ omnino similes sint phasibus, quæ a nobis in Luna observantur.

Si planum orbitæ lunaris coincideret cum plano Ecliptica, semita Lunæ visa a Tellure eadem esset, quæ Solis apparet, et eundem omnino circulum, quem Sol unius anni spatio conficere videtur, percurreret quolibet mense Luna. Verum lunaris orbitæ planum non coincidit cum plano Eclipticæ, sed mutuo intersecant se se in linea transeunte per centrum Telluris, eorumque inclinatio angulum 5 circiter graduum constituit.

Fig. 74.



Sit Fig. 74 A B portio orbitæ Telluris, T Tellus, Circulus C D E F orbita lunaris, cujus centrum est centrum Telluris T. Eodem centro T describatur in plano orbitæ Telluris circulus C G H cujus diameter æqualis sit diametro orbitæ Lunæ. Hi duo circuli, quum idem habeant centrum, in recta per Tellurem transeunte se intersecabunt, et Lunaris orbitæ medietas C E D supra planum Circuli C G H attolletur in Boream, altera vero medietas D F C deprimetur in Austrum. Recta C D communis Circulorum intersectio linea nodorum dicitur. Anguli C, et D appellantur Nodi, quorum alter C, ubi Luna ascendit supra planum Eclipticæ versus Boream, nodus ascendens et caput Draconis nuncupatur, alter nodus D, ubi Luna descendit in Austrum, nodus descendens, et cauda Draconis nominatur. Si linea nodorum immobilis esset, hoc est nullum haberet motum, perficiendo quo circa Solem gyrum, ad eadem Eclipticæ puncta semper dirigeretur, utpote sibi semper parallela manens. Sed linea nodorum continuo situm mutare deprehenditur, et ab oriente in occidentem contra [illegible] signorum motu retrogrado [illegible] circulumque absolvit spatio annorum fere novendecim quo completo, uterque nodus a determinato Eclipticæ puncto digressus ad idem revertitur, hoc est in eodem, quo prius, Eclipticæ gradu a Tellure videtur. Ex dictis consequitur Lunam [illegible] in qualibet [illegible] in Ecliptica, scilicet quando in nodis versatur. In aliis [illegible] suæ periodi nunc magis, nunc minus ab Ecliptica distabit prout alteri nodorum aut remotior, aut propior esse contigerit. Maxime ab Ecliptica distabit quando erit in E, vel F, quæ media sunt a nodis puncta, et Limites vocantur. Distantia Lunæ ab Ecliptica ejus Latitudo vocatur, quam metitur arcus circuli ad Eclipticam perpendicularis inter Lunam, et Eclipticam intercepti. Quoniam vero maxima latitudo Lunæ est in E vel F, distantia Lunæ ab Ecliptica ex 5 gradus cum octodecim minutis [illegible], maxima esse poterit Lunæ distantia, seu Latitudo.

Fig. 75.



Quamvis Luna Tellurem circumeundo orbitam suam describat spatio dierum 27 et horarum circiter septem, quod tempus menstruum periodicum appellatur; tempus tamen, quod insumit Luna, dum ab una conjunctione cum Sole ad proximam pervenit, quod mensis synodicus, seu Lunatio dicitur, mense periodico majus est. Dum enim Luna in propria orbita periodum absolvit, interea Tellus, utique comes Lunæ cum sua orbita circa Solem eundo, integro fere signo versus orientem provecta sunt; et punctum orbitæ, quod in priori situ jacebat in recta, jungente centra Telluris, et Solis nunc Sole paulo occidentalius est, adeoque dum Luna ad idem punctum pervenerit, nondum in conjunctione cum Sole invenietur. Sit in A B Fig.ª 75. portio orbitæ Telluris, Tellus T, S Sol, A C L orbita Lunæ, et quando Tellus est in T, sit Luna in L in conjunctione cum Sole. Dum Luna ab L digrediens propriamque orbitam L A C D describit, Tellus interea per [illegible] ST defertur, quumque venerit ad Y, orbita Lunæ situm l a c d obtinebit, punctumque orbitæ L erit in recta Yl parallelo TL [illegible]. Hinc patet Lunam, quum totam orbitam percurrisse, nondum tamen ad conjunctionem cum Sole devenisse, opus namque est, ut ulterius progrediatur Luna, et arcum l m describat priusquam Solem assequatur. Quum vero Luna periodum absolvat orbitam diebus 27, horis [illegible] Tellus hoc tempore describit arcum TY 27 circiter graduum, cui similis est arcus l m ob angulum lYm æqualem angulo [illegible]. Sed opus est, ut Luna majorem arcum describat, quam l m (ob motum Telluris interea factum) priusquam ad conjunctionem cum Sole perveniat. Ergo integra Lunatio, seu tempus ab uno ad proximum Novilunium [illegible] 29 dierum, et horis circiter 12 complectitur, adeo ut die [illegible] separetur Luna a Sole angulo graduum 12, et aliquot minutorum, qui motus a Sole diurnus nuncupatur.

Caput 12.

De Solis, et Lunæ Eclipsibus.

Eclipsis vox græca est, quæ deliquium, sive defectionem significat. Hinc, sicuti qui lethali languore correpti in Eclipsim cadere

Fig. 76.



dicuntur; ita Luna, quando per interjectam Tellurem Solis luce spoliatur, aut Sol visum interjecta Luna, non sibi, sed nobis deficere videtur, eclypsin seu deliquium pati dicuntur. Sed ut a primis principiis exordiar, sciendum est corpus omne lucenti Soli expositum proiicere umbram in plagam Soli oppositam, quae umbra nihil aliud est, quam privatio lucis in aliquo spatio ob interceptos ab opaco corpore Solis radios. Tellus ergo, cum opaca sit, proiicit umbram in plagam Soli oppositam, in quam si incurrat Luna, eam obtenebrescere necesse erit.

Quia Telluris figura sphaerica est, idcirco umbra cylindrica foret, si Tellus Solem magnitudine adaequaret, aut vero figurae conicae ad verticem truncatae, si Solis magnitudinem superaret, et in utroque casu umbra in infinitum porrigeretur, aliasque planetas superiores scilicet tenebris suis involveret. Sed quia Tellus est multo minor Sole, terrestris umbrae figura est conica in apicem desinens et ad aliquam solummodo distantiam se se extendens. Sit itaque Fig.ᵃ 76 S Sol, T Tellus, Conus ABC umbra Telluris. Patet, nullam duci posse rectam lineam a Sole ad quodvis punctum intra spatium ABC, quae non incidat in Tellurem. Quare cum opaca sit Tellus, transitum Solaris radiis negabit, et illustrationem spatii ABC impediet. Quod si Luna Soli opposita per hoc spatium transeat, eam tenebris involvi necesse erit, fietque eclypsis Lunae tempore plenilunii. Luna etiam proiicit umbram conicam in plagam Soli oppositam, quae si incidat in Tellurem, quando Luna scilicet videtur e Tellure in conjunctione cum Sole, incolae illarum partium, in quas incidit umbra, tenebris offunduntur, ipsisque Sol deficere videbitur, quamdiu intra umbram morabuntur. Quod tamen Luna multo minor sit, quam Tellus, ejus umbra non potest, nisi partem aliquam terrestris superficiei tegere, et totaliter tenebris involvere. Reliquae vero circumjacentes partes quibusdam Solaribus radiis illustrabuntur, et incolae partem duntaxat Solaris disci obscuratam videbunt, majorem, aut minorem, prout umbrae propiores, aut remotiores ab ea fuerint.

Ex hactenus dictis consequitur nullam unquam contingere posse Lunarem eclypsin, nisi Luna in oppositione cum Sole fuerit; [illegible] vero [illegible] Eclipsin Solis, nisi Luna fuerit cum Sole conjuncta. [illegible] in Plenilunio [illegible] in Novilunio. Quoniam vero [illegible] Plenilunium [illegible] Novilunium, nec in singulis [illegible] Sol atque Luna eclypsin patiuntur, [illegible] Orbitae Lunaris [illegible] plano eclypticae [illegible] Terrae [illegible] Luna [illegible] eclypsis [illegible] plano eclypticae, [illegible] Telluris distantiam Luna [illegible] umbram in Tellurem, et Sole [illegible] Telluris [illegible] recta [illegible] Luna [illegible] plano eclypticae [illegible] in hac recta [illegible] Lunaris eclypsis, quando contingunt Lunam plenam [illegible] Fig. 77 [illegible] Orbita Lunae [illegible] Sit linea CD representans [illegible] Orbitam Lunae, [illegible] Luna tempore plenilunii [illegible] Luna [illegible] umbram Terrae. Patet [illegible] Eclypsim totalem [illegible] centralem; [illegible] eclypses totales, atque centrales [illegible] Terrae [illegible] Luna [illegible] dimidium [illegible] Luna [illegible] absolvit.

Fieri etiam solent Eclypses totales quae non sunt centrales, ubi nodus neque [illegible] Fig. 78. [illegible] Tunc autem sunt Eclypses partiales, quae majores erunt, vel minores, prout major minorve fuerit nodi ab umbra distantia. Quod si contingat nodum tempore plenilunii [illegible] umbrae distare, tanta in eo casu erit Lunae a plano Eclypticae distantia, ut nullo modo incidere in umbram nullamque [illegible] Eclypsim [illegible]

[illegible] Lunarem [illegible] eclypsim Lunae [illegible] Telluris [illegible] Luna multo minor sit Tellure, non poterit Lunaris umbra totum [illegible] discum tenebris involvere, sed [illegible] partem [illegible] partiales, [illegible] Sol [illegible] Telluris [illegible] umbra [illegible]

Quae de Solis et Lunae Eclipsibus dicta sunt, de ceteris quoque Planetis [illegible] dicenda sunt. [illegible] Eclypsim [illegible] Telluris [illegible] Luna [illegible] [illegible] Planetis [illegible] Planetae autem superiores [illegible] Telluris [illegible] ut conica terrestris umbra ad illa non possit pertingere.

Quandoque vero plurima narrant Solis et Lunae [illegible] Carolo V Imperatore [illegible] tres dies ita [illegible] Vespasiano [illegible] Solis [illegible] [illegible] [illegible] et quae facere [illegible]

At certe, quamvis maxima Solis Eclipsis [illegible] Luna [illegible] Sol [illegible] [illegible] anno 1011, et 1706 [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Romani [illegible] [illegible] [illegible]

Maximam itaque laudem [illegible] Anaximenes, qui [illegible] Thales [illegible] Herodotus, anno 6 [illegible] Lydos, et Medos. Chaldaei [illegible] Solis et Lunae Eclypses [illegible] Alexandro [illegible] Diodorus, Julius [illegible] [illegible] ex quibus pauca illa quae hactenus dicta sunt [illegible] recitavimus.

Fig. 77.



Fig. 78.



Fig. 79.



Caput 13

Fig. 80.



De motibus Superiorum Planetarum

Prosequendi nunc sunt Superiores Planetæ Mars, Jupiter, Saturnus. Sit in Fig.a 80. A B C D orbita Telluris, LPQ U portio Zodiaci, in qua tres Planetæ superiores diversis distantiis, atque diversis motibus suas peragere videntur. Primo certum est per [illegible] Planetam e Sole visum cum Tellure conjungi, vel eam videri opponi. Nam Saturno existente C G in h, potest Tellus locari in A in recta Sole, per Solem, atque Saturnum conjuncti, in quo situ videtur e Sole in conjunctione. Vel potest Tellus in eadem recta in contraria parte occurrere, in B, unde [illegible] cernere [illegible] e Sole Saturnum opponi videbitur. Secundo certum est Planetas hosce e Tellure conspectos nulla aspectus specie a Sole recedere, seu in dato [illegible] angulo a Sole elongari, quod in Planetis inferioribus, qui semper Sole propiores sunt, fieri non potest. Nam a Tellure D duci potest recta TK, quæ orbitam Saturni [illegible], sicut recta TS Solem, et Telluris centrum, [illegible] quævis angulus [illegible], quum Tellus est in T, Saturnus autem [illegible] in T, cujus elongatio a Sole est angulus STK. Præterea [illegible] Tellus et quælibet Superior Planeta e Sole videntur in conjunctione, Planeta [illegible] e Tellure spectatur Soli opponi conspicitur. Conjunctis [illegible] Planeta superior [illegible] Saturnus cum Tellure, [illegible] spectator in Sole. Post conjunctionem quum Tellus velociori angulari motu feratur, quam Saturnus, ideo a Saturno magis in dies recedere conspicitur. Quumque Tellus arcum 59 prima et 8 secunda motu medio quotidie describat, Saturnus autem 2 tantum primorum minutorum, erit motus Telluris a Saturno e Sole visus quolibet die 57 minutorum, et 8 secundorum. Si itaque [illegible] 57 minuta prima, et 8 secunda ad gradus 360, ita se habebit dies ad [illegible] conjugationum [illegible] dierum in [illegible] Tellus cum Saturno conjungitur [illegible], hoc est dies 378. Verum quum Tellus et Saturnus e Sole [illegible] angulo, Sol, et Saturnus e Tellure [illegible] opponuntur. Tempus itaque inter duas proximas oppositiones Solis, et Saturni ex [illegible] medius computatum, quum sit dierum 378 seu anno cum diebus tredecim. [illegible] inter duas conjunctiones Saturni cum Sole e Tellure visas, vel inter duas quaslibet similes Saturni elongationes a Sole. Tempus autem inter conjunctionem et proximam oppositionem erit [illegible] spatii dimidium, hoc est dies 189. [illegible] Methodo statutum est ab Astronomis, tempus inter duas proximas Jovis cum Sole conjunctiones, vel oppositiones esse [illegible] anno cum diebus triginta tribus, et tempus inter duas proximas Martis sive conjunctiones, sive oppositiones esse duorum annorum, et 50 dierum.

Omnes Planetæ superiores hi oriuntur occidente Sole, et Sole oriente occidunt. [illegible] digressum a Sole [illegible] manent Sole magis orientales et post Solis occasum vespere sunt conspicui donec Sole conjuncti simul cum eo occidunt, atque oriuntur. Post verum autem a Sole recessum fiunt Sole occidentaliores, et mane diutius ante Solis ortum conspici possunt, ut serò quippe citius occidunt, quam Sol, donec ad oppositum cum Sole pervenientes, oriuntur, occidente Sole.

Orbitæ Superiorum Planetarum non secus ac Inferiorum haudquaquam jacent in plano Eclipticæ, sed earum plana Eclipticam secant in rectis, quæ per Solem transeunt, et lineæ nodorum appellantur. Quare superiores quoque Planetæ nunquam in Ecliptica conspiciuntur, nisi quum in nodis versantur. In aliis autem punctis nunc magis, nunc minus ab Ecliptica deflectunt, et maxime ab Ecliptica distabunt, quum versabuntur circa limites, seu puncta ab utroque nodo æquidistantia.

Quum facies omnium Planetarum, quæ Soli obvertuntur, splendeant reflexa luce Solis, quumque Tellus semper proxima sit Soli respectu Jovis, atque Saturni, horum Planetarum facies, quæ Soli obvertuntur, eam Telluri obvertere erunt; adeoque semper Terricolis pleno orbe fulgebunt. [illegible] Mars feratur in orbita, quæ propius accedit ad orbitam Telluris, ut ea facies Martis obversa Soli non semper tota obvertitur Telluri; sed circa quadraturam Martis cum Sole aspectum, pars aliqua illuminata quælibet e Tellure non videtur, proindeque Mars gibbosus conspicitur. Hinc in conjunctione tantum, aut oppositione Martis, et Solis tota illuminatus Martis Discus erit e Tellure conspicuus, præsertim vero in oppositione Solis, ubi Telluri proximus rotundam, et maximè fulgidam exhibet figuram.

Planetæ superiores multò majores videntur in oppositionibus Solis, quam in conjunctionibus multo quippe minus distant a Tellure in oppositione, quam in conjunctione. Et distantiarum differentia æqualis est diametro orbis magni, in quo circa Solem movetur Tellus, quæ differentia quum ad semidiametrum orbitæ Martis majorem habeat proportionem, quam ad reliquarum orbitarum semidiametros, maximum illius apparentis magnitudinis facies discrimen. Nam Mars quinquies circiter Telluri propior est in oppositione Solis, quam quum in ejus conjunctione videtur, atque quum [illegible] cujuslibet Planetæ Discus, et splendor augeatur in duplicata ratione minutæ distantiæ, Mars vigesies quinquies circiter major, atque lucidior apparebit in oppositione Solis, quam in ejus conjunctione.

Quum Jupiter quinquies longius a Sole distet, quam Tellus; diameter Solis apparens e Jove sub angulo sex tantum scrupulorum videbitur, qui angulus Terricolis triginta est scrupulorum; Sol igitur Jovis incolis 25 vicibus minor apparebit, quam nobis, et luminis, atque caloris vigesimamquintam duntaxat partem a Sole recipient Jovicolæ, respectu Terricolarum. At Saturnus quum decies longius distet a Sole, quam Tellus, apparens Solis diameter visa e Saturno sub angulo trium tantum scrupulorum conspicietur. Hinc Solis discus e Saturno conspectus centies minor apparebit, quam Terricolis, et tam lux, quam calor in eadem ratione minuentur. Oportet itaque ut Saturni Regiones eæ sub Equatore positæ Regionibus nostris intra polares circulos inclusis sint frigidiores.

Fig. 81



Planetæ omnes Superiores e Sole conspecti uniformiter secundum eandem plagam, atque eadem lege, æqualium nimirum arearum descriptione semper progredi cernerentur. Hinc fit ut eorum angularis motus circa Solem sit inæqualis, in Aphelio quippe constituti tardius incedunt, in Perihelio velocius feruntur. Visi tamen e Tellure superiores Planetæ motus admodum irregulares peragere in Zodiaco videntur. Nam aliquando ab occidente in orientem progrediuntur secundum veros eorum motus, et paulatim deinde velocitatem amittunt, donec tandem immobiles, et quasi stationarii conspiciuntur. Aliquando contrariam ferri illos retrogrado motu in plagam veris motibus contrariam, et deinde stare rursus quasi immobiles donec post aliquod temporis spatium ab occidente in orientem progredi videntur; quæ motuum, earumque mutationes ex motu, situque Telluris omnes oriuntur.

Sit in Fig.a 81, L P O portio Zodiaci. A B C D orbita Telluris. E M G H L orbita cujusvis superioris Planetæ v. g. Saturni. Sit Tellus in A, et Saturnus in E, in quo situ e Tellure videbitur Zodiaci punctum O occupare. Si Tellure eunte ad B, Saturnus quiesceret, videretur Saturnus in Zodiaci puncto L, et arcum OL secundum signorum seriem progressus. Verum dum interea Tellus transit ab A ad B, Saturnus motu proprio fertur ab E ad M, ubi venit in conjunctione cum Sole, atque ex Tellure arcum O Q in Zodiaco confecisse videtur, qui major erit arcu OL. Planetæ ergo superiores, quum sunt in conjunctione cum Sole, duplici ob causam celerius progredi [illegible], quod [illegible] revera circa Solem feruntur, tum quod Tellus in eandem simul plagam feratur circa idem centrum. Hinc Planetæ superiores, quum a Tellure remotissimi sunt, et cum Sole conjuncti, celerius in consequentia signorum ferri videntur, et tunc Terricolis directi dicuntur. Deducta Tellure ad C, dum Saturnus describit arcum MG, conspicietur Saturnus in Zodiaci puncto R. Quum autem Tellus est in K, et Saturnus in H, Tellus movetur in recta versus lineam, quæ per Saturnum transit vel [illegible] recta Saturnum, atque Telluris connectunt orbitam Planetæ. Hinc Saturnus ad idem Zodiaci punctum refertur Terricolis, atque [illegible] conservare locum videbitur, qui propterea stationarius dicitur. Sed Tellure translata in D, et Saturno oppositum Solis punctum Z tenente, videbitur Saturnus occupare in Zodiaco locum U et regredi per arcum RU. Planetæ ergo, quum opponuntur Soli, semper retrogradi conspiciuntur, et in antecedentia, seu contra seriem signorum motu incedentes feruntur. Tellure demum rursus delata ad A, et Saturno circa Z [illegible], apparebit denuo Saturnus velut stationarius in puncto R; relinquente autem Tellure situm A, progredi rursus versus orientem, et moveri in directum conspicietur.

Quæ dicta sunt de Saturno, intelligi eadem debent de Jove, et Marte qui nunc progredi, nunc stare, mox regredi, deinde stare et demum progredi conspiciuntur. Saturni autem regressiones frequentiores sunt, quam Jovis, ob Saturni omnium Planetarum tardissimum temporibus aliquot, quam Jovis. Ob eandem causam Jovis quoque regressiones frequentiores sunt, quam Martis.

Ut initio diximus, Saturnus atque Jupiter donantur satellitibus, qui instar Lunæ nostræ, primarios suos circum Solem feratur comitantur, atque interea circum suos primarios circulationes absolvunt. Hujusmodi satellites conspecti e suis primariis easdem exhibebunt phases, quas exhibere solet Terricolis Luna. In oppositione itaque cum suo orbe sulgentes apparebunt, discedentes ab opposito Solis puncto conspicientur gibbosi, pervenientes ad quadraturam cum Sole aspectum videbuntur dimidiati, ante conjunctionem Solis spectabuntur corniculati, in ipsa autem Solari conjunctione prorsus evanescent. Qui Saturnales, atque Joviales satellites e Tellure quamvis nunquam a suis primariis longius recedant, punctim illis admoveri propius, nunc ab illis diverti conspiciuntur. Sit, Fig.a 82, A B D orbita Telluris, in cujus medio sit Sol S. Sit [illegible]

tio orbitæ Jovis, qui sit in centro quatuor Circulorum, quos quatuor satellites circa ipsum describunt. Satellites hi, quando decurrunt inferiores partes orbitarum L N M conspecta sive è Tellure, sive è Sole, versùs occidentem ferri videntur, sed dum superiores partes orbitarum G H K percurrunt in orientem, secundùm verum ipsorum motum progredi conspiciuntur. Quum autem in orientem tendunt, sibi in qualibet periodo nobis occultantur, primò quidem in O post corpus Jovis, cum trahuntur in recta quæ ducitur inter centra Telluris, et Jovis, dein in umbra Jovis. Hujusmodi satellitum occultationes propriè eclipses dicuntur, quæ non contingunt, nisi quum inter satellites, et Solem directè Jupiter interponitur, sicut tempore Plenilunii, in nostra Luna fieri solet.

Per Jovialium Lunarum Eclipses cognoscimus lucis motum non esse instantaneum, sed successivum. Nam si lucis motus esset instantaneus, quum Tellus est in T a Jove quam maximè remota, eodem modo conspiceretur eclipsis satellitis, ac si eadem Tellus esset in X Jovi proxima; eodem quippe momento per infinita spatia lumen propagaret. Quoniam verò secundùm accuratissimas observationes ad distantiam X T, quæ diametro Orbis magni æqualis est, citius videri debet Eclipsis, quam in T; sequitur per sensibilem aliquam moram lumen propagari, intervallo scilicet temporis distantiæ proportionato. Citius igitur conspiciuntur Eclipses ad distantiam minorem X T. Nam quotiescumque Tellus Jovi propior accedit, satellitum Eclipses citius incipiunt, quotiescumque autem recedit a Jove Tellus, Eclipses tardius conspiciuntur, quàm secundùm institutas computationes fieri deberent. Lucis itaque particulæ, ut ea demonstratione Roemer, qui plurium annorum spatio observavit anticipationes, et prolongationes Eclipsium in circumjovialibus, licet infinita ferme donentur celeritate, feruntur tamen motu proprio suo rectilineo, non in temporis puncto, aut per aliquas medii undas, quemadmodum suo loco satis probatum est. Ope etiam hujusmodi Eclipsium statuit Roemer tantam esse lucis velocitatem, ut spatio unius minuti [illegible] a Sole. Quare quum distantia inter Solem, atque Tellurem nostram quinquaginta [illegible] milliaria par, aut minor esse non possit; ea erit lucidarum particularum velocitas, quæ in immensum superat velocitatem corporum omnium velocissimorum; talis proinde, ut, quamvis Tellus nostra feratur circum Solem celerrimo motu, ejus tamen velocitas ad velocitatem lucis comparata non majorem habeat rationem, quàm motus testudinis ad [illegible] Telluris velocitatem.

Ex hujusmodi verò Eclipsibus in diversis Telluris Regionibus observatis determinari solent locorum longitudines; quod ut clarius comprehendatur, ea in mente revocanda sunt, quæ de Meridiano Telluris Circulo superiùs diximus. Itaque si per Telluris polos, et quodlibet Terrestris superficiei locum maximus ducatur circulus; ob diurnas Telluris revolutiones vertigine circumductus hic circa axem Telluris, quum ejus planum transiverit per Solem, [illegible] ab omnibus incolis, qui sub eo degunt, Sol videtur, et meridies [illegible]. Quod si alter concipiatur Meridianus versùs occidentem positus, qui cum primo meridiano constituat angulum 15. graduum, hic una hora tardius deveniet ad Solem, quàm prior; adeoque quum incolæ, qui sub Meridiano isto degunt, meridiem numerant diei, seu horam duodecimam, primi meridiani incolæ horam primam post meridiem numerabunt. Eadem ratione, quum angulus meridianorum est 30. graduum, hoc est quum arcus Æquatoris a Meridianis interceptus est 30. graduum, dum sub Meridiano occidentaliori habetur meridies, numerabitur sub orientali meridiano hora secunda post meridiem, adeo ut pro singulis quindecim gradibus, quibus constat arcus Æquatoris a Meridianis interceptus, tot numerentur horæ, quibus incolæ sub magis orientali meridiano anticipant horas sub occidentali meridiano numeratas; et pro singulis gradibus Æquatoris quatuor numerentur temporis minuta. Si arcus interceptus Æquatoris arcus sit 85 graduum, sub magis orientali meridiano numerabitur hora quinta cum 40 minutis, quando incolæ sub magis occidentali [illegible] meridies [illegible] sub magis orientali degentes, occidentales numerabunt horam sextam matutinam cum 20 minutis; [illegible] cum [illegible].

E contrario, data differentia horarum, quæ in duobus locis eodem temporis momento numerantur, datur arcus Æquatoris a Meridianis duorum locorum interceptus, qui differentia longitudinum locorum appellatur, hoc est distantia [illegible] a primo meridiano computanda. Cognoscitur autem arcus iste multiplicando horarum differentiam per 15. Nam productum dat [illegible] minuta quoque temporis multiplicanda per 15 et minuta [illegible] 60 [illegible] dant [illegible] minuta quæ [illegible] differentiam longitudinis locorum. Horæ e. g. 7. et 22. minuta prima sint horarum differentia. 7 per 15 multiplicatus dat 105. et 22 in 15 ductus efficit minuta 330, seu 5. gradus et 30. minuta; adeoque longitudinum differentia [illegible] 100. graduum, et 30 minutorum. His positis

Si in duobus Terrestris superficiei dissitis locis observari poterit initium Eclipsis alicujus Planetæ circumjovialis, notentur autem horæ, quibus duobus in locis contigit initium Eclipsis; horarum differentia in gradus, et minuta Æquatoris versa dabit differentiam longitudinum locorum. Quoniam verò fieri non potest, ut unus eodem tempore spectator observet e duobus locis initium satellitis eclipsis consulendæ sunt Ephemerides motuum et Eclipsium Jovialium pro Meridiano unius loci [illegible] supputatæ, quæ indicant observatori pro uno locorum [illegible] ex iis determinanda est hora, atque horæ [illegible], vel [illegible] Eclipsim videri, et tempus resultans comparatum cum hora loci, in quo revera videtur Eclipsis dabit horarum differentiam ex qua [illegible] longitudo loci innotescet. Statim etiam possunt terrestres longitudines per observationem Eclipsium Lunæ nostræ, aut per Lunæ appulsum ad aliquam stellam, sed hæ Phases rarius conspiciuntur quàm Eclipses satellitum Jovis. In statione solo stabili observatis possunt Eclipses. Et si in mari quoque ita se res haberet, perfectam haberemus artem Nauticam et multis erroribus obnoxiam. Verùm in mari undarum, et Navis agitatione motus accuratam impediunt [illegible] observationem. Hinc si [illegible] methodum traderet, qua longitudines in medio Mari [illegible] invenirent, [illegible] Problema a Nautis summopere exoptatum et generi humano [illegible]: Nec summa illa defuerunt præmia, quæ [illegible] a Britannicis nobilibus, et Batavis statuta plurimorum hactenus ingenia inutiliter exercuerunt. [illegible] inventionem [illegible] a se confecta [illegible]; sed nemo forsitan [illegible] locum [illegible] in mari invenire, quam [illegible] nemo quandoque mortalium inveniet, [illegible] circuli quadraturam.

Capus 14

De Cometis.

De natura situ motu Cometarum tanta est opinionum Philosophorum, quæ tamen ad duo maxima capita referri possunt. Fuere, qui autumarent Cometas esse [illegible] inter Meteora recensendum: Fuere qui pro certo haberent esse cometas veræ naturæ Planetarum supra Lunam diversis distantiis [illegible] modò apparentibus, modo [illegible] se se [illegible]. In prima sententia [illegible] Aristoteles Peripateticorum [illegible], Cardanus, Anaxagoras, Metrodorus, Xenophanes Heraclides Ponticus, et [illegible] recentiores [illegible]. In altera ex antiquis Chaldæi, Pythagorici, Democritus, Hippocrates Chius, Seneca, Plutarchus, ex recentioribus Newtonus Cassinus, Wisthonus, Bernoullius, Gregorius, Joannes Keilius, aliique innumeri.

Aristoteles qui rebus [illegible] in [illegible] regionibus corruptionem, arbitratus est nihil aliud esse Cometas, quàm terrestres exhalationes, pinguiores nempe, et [illegible] terrestris substantiæ partes quæ aut ingenito Telluris calore, aut radiis solaribus in supremam aeris regionem [illegible], et [illegible] radiis, vel a proxima sphæra elementaris ignis accensæ, [illegible] in [illegible] sulphur, [illegible] motu, quo [illegible] Lunæ [illegible] subjectum ignis, et supremam [illegible] aeris regio circa Tellurem abripiatur. Eo modo nobis appareant modo non appareant ex eo profluere [illegible], quod incerta [illegible] ad alterutrum potius acciderant prout [illegible], vel inflammabilis exhalationis copia illos alueret; Crines autem, sive caudas oriri ex [illegible] Cometarum [illegible] quæ [illegible] figuras sortiatur. Atque eadem ferme, [illegible] Philosophi [illegible] Cæteri diversis loquendi modis dixerunt. Nam [illegible] Cometas [illegible] spiritu terræ [illegible]

Fig. 82.





canti: Anaxagoras ignes trancientes ab Æthere [illegible] instar delati. Metrodorus [illegible] excusas [illegible] impressione deorsum motas [illegible] nubes. Heraclides Ponticus nubes in sublimi a sublimi lumine illustrata, quarum impressionem differunt pro ratione figuræ, in quam conformarentur. Galileus Heraclidem secutus existimavit fieri Cometam quando terræ [illegible] exhalatio ad supremas aeris regiones evecta radios solaris trajicit et distrahit, eo fermè modo quo sunt solis radiis depressiores cum nubes penetrant, lucem coloremque [illegible], ut videri nobis [illegible].

Qui Cometas genus esse quoddam errantium Planetarum dixerunt, non tamen inter se conveniunt circa eorum naturam proprietatesque, sed varia varia opinati sunt. Testante Seneca quibusdam antiquorum placuit unum e stellis errantibus alteram se [illegible] applicuit, confuso in unum duorum lumine, [illegible] sideris reddi, congruente [illegible] stellas radios, ipsique connectere, et hac [illegible] exhibere [illegible] stellæ longioris. Sic Anaxagoras et Democrito [illegible] tradit, nihil aliud esse Cometas, quam amorem duorum vel plurium siderum propriis [illegible] conjunctione. Fuerunt alii quamplures, qui Cometas nuncuparent perpetua sidera, suis ambitu currentia, et redeuntia, at tunc [illegible] conspicua, quum a sole fierent relicta. Atque hæc publicata tunc Pythagoræ, et aliorum Philosophorum Italicæ sectæ, qui asserebant Cometas errantia esse sidera, alterque in eorum apparitionibus conserere, quod evenire soleat circa apparitionem Mercurii, qui non nisi post multum temporis rarissime [illegible] a Terricolis cernitur. Alii denique opinati sunt Cometas omnino diversos esse a reliquis Planetis, existimantes eos plerumque fieri inconspicuos, quod nimis longinqua stent, interdum verò fieri conspicuos, quod Telluri accedant propius; quam recentissimi Astronomi novam fere opinionem appellarunt Cometas [illegible] genus suos [illegible] Planetarum.

Inter recentiorum Cometarum opiniones celebris est sententia Hevelii, nec prætereunda quæ Keplero [illegible]. Docuit Hevelius Cometas esse Luna, proindeque sole altiores, et fieri ex [illegible] exhalationibus, quæ ab omnibus Planetis, et a sole [illegible] emittuntur et, in unum veluti corpus conglomeratæ, seu solis, seu siderum calore, seu intestino partium motu accenduntur; hujus autem rei argumentum esse voluit, quod ubi Cometæ a Terricolis conspiciuntur, nullæ, aut certe rariores, maculæque in sole maculæ conspiciuntur; putabat verò Keplerus Cometas esse [illegible] auram, quæ solis radiis colligit, et certis coloribus [illegible], imo et [illegible]. In tanta sententiarum discrepantia difficile quidem est aliquid certi statuere, plura enim [illegible] proprietates Cometarum. Veniet fortasse tempus, quo posteri nostri tam aperta nos ignorasse mirabuntur; erit fortasse, qui aliquando demonstret, in quibus errent regionibus, quanti, quales vel numero sint, et cur tam [illegible] seducti cœli, redeantque.

Propositio 1. Cometæ non sunt terrestres aliquæ exhalationes, quæ sub Cœlo Lunæ in suprema aeris Regione moveantur duntaxat circum Tellurem.

Pro 1. Probo ex Astronomicis observationibus. Invictissimo Parallaxis argumento demonstrant recentiores omnes Astronomi Cometas non solùm supra aerem, verùm etiam supra Lunam ascendere; quum longè minorem habeant parallaxim quam sol, imo quandoque nullam; adeoque ad [illegible] regionem sint referendi, seu conspecti e diversis locis Telluris eandem ferme sortiantur distantiam a proxima aliqua Fixa. Ex capite [illegible] Cometa [illegible], quem Tycho Brahæus Uraniburgi in Dania, et Hagecius Pragæ in Bohemia eodem tempore observarunt, quæ duo loca sex gradibus latitudine differunt, et sub eodem ferme meridiano constituta sunt. Uterque observavit, quantum Cometa distaret a stella, quæ Vultur appellatur (erat [illegible] Cometa in eodem verticali cum Vulture) ambo eandem invenerunt distantiam, [illegible] tam projiciunt, quam Tycho conspexisse Cometam in eodem Cœli puncto; quod fieri non potuisset, si Cometa inferiorem Lunæ regionem occupasset.

Res ut evidentius fiat, sit Fig. 83 Circulus ABC referens orbem Telluris, in quo sit A Uraniburgum, B Praga, D locus observati Cometæ. Ex Uraniburgo locus Cometæ refertur in Cœlo ad punctum C, cujus distantia a Vulture erit FC; ex Praga autem spectatus Cometa, videbitur in C, distabitque a Vulture arcu FC, qui arcu FC minor erit. Sed deprehensum est, Cometam ex duobus [illegible] locis visum eandem obtinuisse visibilem distantiam a stella Vulture, arcus proinde FC, FC fuisse æquales. Tanta itaque est distantia Cometæ a Tellure, ut arcus CC evanescat. Quod quum non contingat in Luna, uti superius vidimus, perspicuum est Cometam fuisse Luna altiorem.

Pro 2do probo ex physicis notionibus. Nam nimirum explicari nulla ratione potest, cur tenuis flamma constanter adeo, et incredibili fermè celeritate quotidie moveri possit, et diutius conservari, ut aliqui Cometæ ad sex mensium spatium pervenerint, uti ætate [illegible] tradit Seneca omnes verò saltem dies 7. appareant. Certè, ut præclarè laudatus Seneca, omne, quod temporalis causa accendit, citò intercidit: sic faces ardent, dum transeunt: sic fulmina in unum valent ictum; sic quæ transversæ dicuntur stellæ, et cadentes, prætervolant, et secant aera; Cometæ verò tenorem suum servant, parque sunt.



Fig. 83.

Confirmatur. Nam moveri in orbem constanti motu, solius sideris proprium videtur, ignis autem extra elementarem præcipuè [illegible] constitutus, aut natura sua sursum decurrit, aut eo agitatur motu, quo [illegible] materia illa, cui inhæret, quamque depascit. Quid itaque Cometæ quotidie ferantur ab ortu in occasum et motu proprio ab occasu in ortum uniformi, constantique, [illegible], [illegible], ut dicti regunt [illegible], liberèque flammæ ex Telluris exhalationibus ortæ, et ab [illegible] sphæra, vel a solaribus radiis accensæ.

Dices 1. Motum Cometarum comparari posse, eo fermè modo quo ordinarius comparatur macularum solarium motus, nec esse quod mole Cometarum non excedat magnitudinem macularum solarium.

R. Motus solarium macularum omnino destruere sententiam Aristotelicorum. Nam licet tanta apparuerit in [illegible] magnitudo, ut quandoque Telluris molem superaverint; in propriis tamen motibus adeo irregulares sunt, ut [illegible] statim atque repentè dissolvantur, et veluti in faculas abeant, nunquam regulariter, quæ constanter absolvant circa solem periodum. Quid ergo commune esse potest maculis solaribus cum Cometis, qui eandem periodum figuram, magnitudinem constantissimè diutissimeque tueantur.

Dicent 2dò haberi posse ordinatum motum Cometarum per diurnum Coelorum motum, a quo ferantur.

R. nullum esse Coelorum motum, quum ne solidi quidem sint, qui moveantur Coeli. Verum concessis etiam motis, solidisque Coelis, non propterea agitarentur Cometae in sententia Aristotelicorum; quum experientia constitutum sit aerem, qui circa totam celerrime agitatam movetur, circulari motu nunquam unam donari. Non itaque per Coelorum motus equabiliter torquerentur, [illegible] moles, quae Cometas constituunt.

Corollarium 1. Ex hactenus dictis consequitur primò vanam esse Galileanam hypothesim, quod nubes ad supremam etiam eveĉtae aeris regionem, et a solaribus radiis illustratae non eo effici possint constanti, ordinatoque motu, quo Cometae donantur. Deinde, qui fieri potest ut inveniat adeo exhalationis copia ad superiorem aeris partem feratur? Cur exhalationes illae ubivis terrarum sub eodem aeris, atque coeli [illegible] videantur? Qui fit, ut adeo regularis sit Cometae motus, quum tamen solis aspectus singulis diebus varietur? Qua denique ratione Cometa, vel saltem rarior ejus pars, cauda scilicet, eodem semper modo solaribus radiis illustratur, quum in Coronis, in Virga, in Iride, caeterisque [illegible], aut aliis phaenomenis non idem animadvertamus.

Corollarium 2dum. Corruit etiam sententia tum Hevelii, quam Kepleri. Nam sive halitus, ex quibus Cometa efficitur, erumpant e terraqueo globo, sive profluant a sole, caeterisque coelestibus corporibus, semper verum est fieri cometam ex fortuito vaporum concursu, proindeque diu conservari non posse, neque certa, constantique modo per coelorum spatia [illegible]. Quod ex maculis solaribus exponunt, facile in vim. Nam si, eluxuando solares maculae, dum conspiciuntur Cometae, rariores videntur, fortuito id contigisse censendum est, alioquin non interdum, sed semper (quod experientiae repugnat) fieri oporteret. Certe si maculae inhaerentes soli unius mensis spatio prodire absolvunt, multo minus Cometae a sole remotiores, adeoque solaribus maculis rariores, atque leviores celerrimo, diurnoque motu ferentur.

Propositio 2da. Cometa non oritur ex unione plurium Stellarum.

Pro: Propositio. Ut praeclare [illegible] noster Seneca, manifeste constat certum esse numerum Stellarum mobilium. Solere autem eodem tempore eas apparere, et Cometas. Ex quo manifestum fit non illarum coitu fieri cometen, sed proprium et sui generis esse. Etiamnunc frequenter Stella sub altioris Stellae vestigium venit, et Saturnus aliquando supra Jovem est, et Martis Venerem aut Mercurium recta linea despicit. Nec tamen propter hunc cursum, quum alter alterum subit, cometes fit, alioquin annis omnibus fieret. Omnibus enim aliquae Stellae in eodem signo simul sunt. Si cometam faceret Stella Stellae superveniens, momento esse desineret. Summa enim velocitas transeuntium est. Ideo omnis siderum defectio brevis est; quia cito illas idem cursus, qui admoverat, abstrahit. Videmus solem, et lunam intra exiguum tempus, quum obscurari coeperint, liberari. Quanto celerior debet fieri in Stellis compressio tanto minoribus? Atqui Cometae senis mensibus manent, quod non accideret, si duarum Stellarum conventu gignerentur; illae enim diu cohaerere non possunt, et necesse est illas lex celeritatis separet. Praeterea ista nobis vicina videntur; caeterum intervallis ingentibus distant. Quomodo ergo potest altera Stella usque ad alteram Stellam ignem mittere, ita ut utraque juncta videatur, quum sint ingenti regione diductae? Stellarum, inquit, duarum lumen miscetur, et praebet unius speciem, nempe sic, quemadmodum rubicunda fit nubes solis incursu, quemadmodum vespertina, aut matutina flavescunt, quemadmodum alter arcus solis visitur. Haec omnia primum magna vi efficiuntur. Sol enim est, qui ista succendit: Stellarum non est eadem potentia. Deinde nihil horum, nisi infra Lunam in terrarum vicinia nascitur. Superiora pura et sincera sunt, et coloris sui semper. Praeterea si quid tale accideret, non haberet moram, sed extingueretur cito, sicut Coronae, quae solem Lunamque cingunt, et intra brevissimum spatium exolescunt. Nec arcus quidem diu perseverat. Si quid esset tale, a quo medium inter duas Stellas spatium confunderetur, cito dilaberetur. Utique non in tantum maneret, quantum morari Cometae solent. Stellis intra signiferum cursus est, hunc premunt. At Cometae ubique cernuntur. Non magis certum est illis tempus, quo appareant, quam locus ullus, ultra quem non excedant. Hactenus Seneca, cujus argumentis accurate spectatis, perspicuum est Cometam ex unione plurium Stellarum oriri non posse.

Adversus hanc Propositionem nihil opponi potest dignum confutatione. Si quis innixus authoritati Ephori cujusdam historici diceret visum quandoque fuisse cometam in duas Stellas divisum, respondendum esset id a nemine fuisse traditum, atque Ephorum aliud nullum sui praeteriti fidem. Quin ex rogat, ait laudatus Seneca observare illud momentum, quo Cometa solutus, et in duas partes redactus est? quomodo autem, si aliquis videret cometem in duas dirimi, nemo vidit fieri ex duabus? Quare autem non adjecit, in quas Stellas divisus sit; quum aliqua ex quinque Stellis esse deberent?

Propositio 3tia. Cometae sunt genus quoddam Planetarum, qui creationis initio, non secus ac caetera astra, conditi fuerunt, et certa, constantique modo peculiares orbitas describunt, et statis subinde temporibus, in Terricolarum conspectum veniunt.

Propositionis pars prima ex hactenus dictis consequitur. Probatur itaque quoad 2dam partem, quoad ordinatas scilicet Cometarum periodos. 1. Observavit Cassinus Cometas proprium habere Zodiacum, sub quo Planetarum instar, certa lege moventur, suasque absolvunt Periodos. Complectitur hujusmodi Cometicus Zodiacus Antinoum, Pegasum, Andromedam, Taurum, Orionem, Canem minorem, Hydram, Centaurum, Scorpionem et arcum Sagittarii. 2do observavit idem Cassinus Cometam anni 1680 eandem habuisse viam Cometae anni 1577 a Tychone observati, ex cujus ephemeridibus motum ejus Cometae de die in diem praedixit; notavit etiam Cometam anni 1698 eundem habuisse cursum, quem Cometa anni 1652, et cometam anni 1702, habuisse cursum Cometae anni 1668, ut merito proinde argumentatus fuerit Vir summus eosdem esse Cometas, qui singulis respectivis annis apparuere. Cum Cassino convenit Cl. Whistonus ostendens Cometas, qui ab anno 1337 ad annum usque 1698 observati fuerunt, reductos in ordinem, sive eosdem fuisse, qui variis temporibus pro suarum periodorum motuum inaequalitate sese nobis videndos praebuerant. Hinc non nulli opinantur cum Cassino moveri Cometas in circulo Telluri omnino extrinseco aliis vero in Ellypsi, cujus alterum umbilicum Sol tenet. Rem vero accuratius expensam ostendit [illegible] Cl. Jacobus Bernoullius Cometam esse satellitem cujusdam invisibilis Planetae, qui circa Solem ad distantiam 2583 semidiametrorum orbis magni, intervallo annorum 4. dierum 157. rotetur, eoque tunc a nobis videri, quum ad Perigeum veniunt.

Dicent 1. Si Cometae essent errantia perpetua sidera, seu genus quoddam Planetarum, moverentur intra signiferi, seu Zodiaci terminos, non secus ac primarii, et secundarii Planetae, quorum cursus omnes comprehendit suo ambitu Zodiacus; sed quum in eo motui locus non haveat, dicendum est [illegible] nihil habere commune cum errantibus Stellis, seu Planetis.

R. moveri Cometas extra communem sex Planetarum Zodiacum, imo proprium, ut superius diximus, habere Zodiacum, neque tamen diversam esse illorum naturam a natura perpetuorum Planetarum. Quamvis certum sit Planetas tam inferiores quam superiores eandem intexere viam, seu diversis periodis, atque distantiis nobis esse conspicuos sub eodem Zodiaco, nihil tamen prohibet, quominus alia creata fuerint errantia sidera, quae diversum, sub quo moveantur, habeant Zodiacum. Quis enim, ait Seneca, Stellis Limitem ponit? Quis in angustum divina compellit? Nempe haec ipsa sidera, quae sola moveri credis, alios, et alios circulos habent. Quare ergo non aliqua sint, quae in proprium iter, et ab istis remotum secesserint? Quid est, quare in aliqua parte coelum pervium non sit? Quod si judicas non posse ullam Stellam, nisi signiferum attingere, Cometes potest sic latius habere circulum, ut in hunc parte aliqua sui incidat, quod fieri non est necesse, sed potest. Vide, ne hoc magis deceat magnitudinem Mundi ut in multa itinera divisus sit, ne hanc unam deterat semitam, caeteris partibus torpeat. Credis autem in hoc maximo et pulcherrimo corpore inter innumerabiles Stellas, quae noctem decore vario distinguunt, quae aera minime vacuum, et inertem esse patiuntur, quinque solas esse, quibus exercere se liceat, caeteras stare, fixum, et immobilem populum? Hic Seneca solo naturalis rationis ductu, antequam tot instituerentur a posterioribus Astronomis observationes, quae tandem determinarunt proprium Cometarum Zodiacum.

Dicunt 2dò. Cometæ eandem semper exhibent magnitudinem. Nam quo die primum apparent maximi sunt. Sed non ita se habent Planetæ, qui proximi accedentes apparent majores, remotiores facti apparent minores. Ergo cometæ errantia quædam sidera non sunt.

R. Cometas non semper apparere maxima magnitudine, nec semper eandem exhibere constantem magnitudinem, secundum observationem Cassini, cæterorumque Astronomorum, sensim augeri, sensimque minui Cometarum moles non secus ac in Planetis. Verum quidem est nonnunquam contigere ut primum maximi appareant, deinde successivè decrescant; nec tamen inferri posse, quod minuuntur, a nobis recedere. Sed suspicari possumus cum summis Astronomis, Cometas, cæterorum more Planetarum heterogeneis partibus constare, lumen non in eadem copia a Sole recipere, torqueri circa suum axem, procedereque, dum proximiores fiunt Telluri, illam sui partem nobis exhibere, quæ minorem reflectit luminis quantitatem, adeoque minorem nobis produnt molem.

Dicunt 3tio. Sidera rotunda sunt, Cometæ autem porrecti. Non ergo Cometæ sidera sunt, quum non præseferant siderum figuram.

R. hoc argumentum nihil evincere, quum nimium probet. Certè si ea tantum corpora inter sidera exnumeranda sunt, quæ rotundam exhibeant speciem, Saturnus non erit sidus, quum nonnunquam ovalem exhibeat figuram. Potest ergo Cometa non rotundam, sed porrectam habere figuram, quin sidus esse desinat. Nam quis tibi concedet, aut toties laudatus Seneca, cometas longos esse, quorum nimirum quidem, ut cæterorum siderum, globus est, cæterum fulgor extenditur? Quemadmodum Sol radios suos longè lateque dimittit, cæteris alia forma, alia est, quam ex ipso fluit lumini, sic cometarum corporis ipsius conrotundatio, splendor autem longior, quam cæterorum siderum apparet. Quare, inquit, Dic tu mihi prius, quare Luna dissimillimam Solis lucem accipiat, quum accipiat a Sole? Quare modò rubeat, modò palleat? Quare lividus Stelli, et ater color sit, quum a conspectu Solis excluditur? Dic mihi, quare omnes Stellæ inter se habeant aliquatenus faciem diversissimam Soli? Quomodo nihil prohibet ista sidera esse, quamvis similia non sint, ita nihil prohibet, cometas æternos esse, et sortis ejusdem, cujus cætera, etiamsi faciem illis non habent similem. Quid porrò Mundus ipse, si consideres illum, nonne ex diversis compositus est? Quid est, quare in Leone semper Sol ardeat, et terras æstibus torreat? In Aquario astringat hiemem, flumina gelu claudat? Et hoc tamen, et illud sidus ejusdem conditionis est, quum effectu, et natura dissimile sit. Intra brevissimum tempus Aries extollitur, Libra tardissimè emergit, et tamen hoc sidus, et illud ejusdem naturæ est, quum illud exiguo tempore ascendat, hoc diu proferat. Non vides, quam contraria inter se Elementa sint? Gravia, et levia sunt, frigida, et calida, humida, et sicca. Tota hujus Mundi concordia ex discordiis constat. Negas Cometam Stellam esse, quia forma ejus non respondeat ad exemplar, nec sit cæteris similis. Vides, quam simillima est illa, quæ trigesimo anno revertitur ad locum suum, huic, quæ intra annum revisit sedem suam? Non ad unam natura formam opus suum præstat, sed ipsa varietate se jactat. Alia majora, alia velociora aliis fecit. Alia validiora, alia temperatiora; quædam autem eduxit a turba, ut singula, et conspicua procederent, quædam in gregem misit. Ignorat naturæ potentiam, qui illi non putat aliquando licere, nisi quod sæpius facit. Cometas non frequenter ostendit, attribuit illis alium locum, alia tempora, dissimiles cæteris motus. Voluit et his magnitudinem operis sui colere, quorum formosior facies est, quam ut fortuitam putes, sive amplitudinem eorum consideres, sive fulgorem, qui major est, ardentiorque, quam cæteris. Facies verò habet insigne quiddam, et singulare, non in angustum conjecta, et arctata, sed dimissa liberius, et multarum Stellarum amplexa regionem. Huc usque pacuit, opponitque Seneca.

Scholium

Undenam splendor ille, sive cauda oriatur, quæ communiter solet in cometis, nihildum inter Philosophos convenit. Apianus, Cardanus, Tycho, Snellius aliique ex solaribus radiis per Cometæ corpus trajectis illam efformari putant, unde Soli semper opposita videatur. Cartesius putat esse lucem Solis reflexam. Hevelius, atque Newtonus atmosphæram, sive tenuissimum vaporem, qui Cometæ corpus ambiat atque a solaribus radiis in partem Soli aversam propulsus lucem ad nos ingerat. Quæcumque tamen ex his tanquam verosimilior hypothesis eligatur, inferri non poterit Cometas a Planetarum numero esse excludendos, præterquam quod ipsæ fixæ Stellæ crinitæ interdum, seu caudatæ apparuerint, uti teste Blancano, superiori seculo contigit Stellæ, quæ reperitur in femore Cassi. Cur autem in Cometis frequentius, quam in cæteris corporibus cœlestibus cauda videatur, obscurum atque incertum est. Interim cum Hevelio et Newtono existimari poterit id proficisci ex diversa Cometarum substantia, ex qua diversi oriantur, prodeantque vapores; sicuti Planetæ singuli, una excepta Luna, donantur sua circumfusa atmosphæra, solus autem Saturnus annulo cæteris, quum Cometarum cauda tenuissima sit, atque pellucida, adeoque facilè evanescere, seu occultari possit, plerumque contingit, ut Cometæ a cæteris sideribus nonnisi difficulter distinguantur, ut eorum proinde reditus non possit observari, quod sæpius contigisse testatur Cassinus. Rursus, quum Cometæ a Sole recedere quamminimè soleant, iidem solaribus radiis occultari poterunt, ut nulla ratione deprehendi possint, quemadmodum in Mercurio quotidiana experientia compertum est. Hujusce rei manifestum esse potest inter cætera argumentum, quod veteribus antiquis, et recentioribus historicis in Solis deliquiis, sive Eclipsibus quandoque se se conspiciendos præbuerint.

Ex hactenus autem dictis jam non inferri poterit quid de Cometarum effectibus sentiendum sit. Vulgarem opinionem, quæ omnium ferme animis altè insedit, Cometas esse jam quoddam infestorum siderum, quæ ventos, tempestates, sterilitatem, pestes minitentur, ita ut humanum hominum existimaverint eos splendore suo semper aliquid triste portendere, neque ex SS. Decretis Patribus defuerint, plerique cum D. Joanne Damasceno docerent existere Cometas summorum Principum extremum vitæ diem portendentes, qui Dei imperio illis temporibus conflantur, rursusque delaventur. Quamvis enim certum sit Deum aliquando indicia imminentia mala interdum significare, nulla tamen ratione ostendi potest Cometas ea de causa nobis ostendi, ita ut inter hujusmodi signa haberi queant. Nam si eorum naturam, originem, motus, periodosque cæteri accuratè perpendant, non quidem est, cur potius terrificos, dicant, lethales, quam salutares, amabilesque dicant. Addiderim potius nostris potissimum temporibus ope telescopiorum sæpissimè spectari cometas, quin ullum spectatoribus conciliant malum.

Caput 15.

De Stellis Fixis

Stellæ Fixæ nuncupantur cœlestia illa corpora, quæ supra Planetarium Systema in Corporis Universi concavitate conspiciuntur, quæque eandem semper servant inter se distantiam, eademque temporis spatio suam perficere videntur revolutionem. De natura, multitudine, distantia, numero, motuque Fixarum multa tradita sunt a dissentientibus Philosophorum sectis, quæ quam brevissimè recensebimus.

Atque ad earum ignitionem naturam quod attinet, quamvis non una atque eadem sit omnino Astronomorum sententia, communiter convenire, ut Stellæ vel ignea cœlestia corpora, vel ignitos corpora quædam [illegible] quæ concento [illegible], in superiorem ocius avolaverint. Sic Empedocles et Chrisiam asserunt Stellas consistere ex igne, quem ipse in se complexus elicit in prima elementorum separatione. Parmenides, et Heraclitus densiorem cœlestem ignem. Anaximenes, ut esse [illegible] terre particulis. Plato substantiam constantem ex maxima copia ignis, et ex particulis cæterorum elementorum: Xenophanes substantiam formatam ex ignitis nubibus quæ [illegible] extincta [illegible] tamen carbonum instar, accenderentur. Anaxagoras [illegible] [illegible] [illegible] celerrimaque motu [illegible] abruptos lapides, quos adeo incenderint, ut sidera credantur. Anaxagoram sequuti sunt ejus Discipuli Archelaus, atque Euripides, necnon Democritus, Metrodorus et Epicurus, qui Solem, Stellasque dixerunt massam, seu candentes vel e terra connatas moles ac [illegible], [illegible] in [illegible] [illegible], et ab igne accensas. Sed longè lepidiorem Anaximandri sententia, qui quum circa extrema convexaque Mundi latera ignem collocasset, solidam siderum sphæram [illegible] [illegible] formam [illegible] esse, [illegible] tamquam [illegible], quæ [illegible] [illegible] [illegible], dum terram [illegible] sphærata sphæra cœlestis [illegible], sidera vocavit. Hæc fuerunt prima veterum Astronomiæ lumina, ut nempe temporibus quoque rudis adhuc erat cœlestium corporum notitia.

